BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO
O.I. 85

VLYSSIS ALDROVANDI
PATRICII BONONIENSIS
DE QVADRVPEDIB. DIGITATIS VIVIPARIS
LIBRI TRES,
ET DE QVADRVPEDIB. DIGITATIS OVIPARIS
LIBRI DVO.
BARTHOLOMAEVS AMBROSINVS
In Patrio Bonon: Gymnasio, inplicium
medicamentorum Professor
Horti publici Præfectus, et Musæi Ill.mi Senatus
Bonon: Custos, nec non Bibliothecarius collegit,
AD ILLVSTRISS: ET REVERENDISSIMV
D. FRANCISCV PERETTVM
ABBATEM,
VENAFRI PRINCIPEM,
NOMENTI MARCHIONEM
ET CELANI COMITEM
Sumptibus
M. Antonij Bernię
Bibliopol. Bonon:
BONON. Anno Nicolaum Tr[illegible] M D C X [illegible] II

ILLVSTRISSIMO.
AC REVERENDISSIMO D.
D. FRANCISCO PERETTO
ABBATI PRINCIPI EXC^MO

Marcus Antonius Bernia F.

PER varios dubiæ mentis impetus anxiis hærebam curis, cuinã potissimùm inter præstantiores æui nostri Heroas hoc de Quadrupedibus digitatis Vlyssis Aldrouandi Volumen offerrem; cum mihi se primus obtulit, dum librum aperirem, Leo: ibiq; dum Imperium, Regiam Maiestatem, vigorem, magnanimitatem, nullum timorem, gratum animum, generositatem, humilium contemptum, liberalitatem, mysticosq. animosæ feræ sensus oculis, animoq. percurrerem, occurrit & illud: Quid ni Leo iste illud me moneat, quid ni Leo fatali quodam, ac propè violento conatu ad illud me impellat, quod meis dudùm erat in votis, & procliuis insinuabat genius, vt celeberrimo tuo nomini, Princeps Exc^mi Abbas Ill^mi, ac Reuer^mi, librum dicarem? Cum sit Leo stemma gentilitium Perettæ Prolis, Prolis, cuius Proceres sceptra in gentes, inq. populos æqua lance tractauere, Prolis, generosos cuius Alumnos syderea clarior decora uit purpurarum vsus, nõ Tyrio bis infectus murice, sed pretiosissimo Redemptoris nostri sanguine imbutus; Prolis, cui præradians in terris cœlestis potentiæ Thyara;

BARTHOLOMAEVS AMBROSINVS

Benigno Lectori S.

VETVS inualuit consuetudo ad nostram vsquè penetrans ætatem, Lector benigne, vt nouus alicuius agri colonus præteritos reddituum annuos diligenter examinet, vt inde aliquam quamuis rudem futuri emolumenti cognitionem eliciat: quemadmodum prodest militibus, quid antea in delendis bellorum reliquijs egerint Duces, & belli Imperatores, dignoscere: vt & ipsi quomodo bella imposterùm sint suscipienda, & conficienda, intelligant. Iuxta tritum, & vulgare adagium. *Ratio præteritis scire futura facit*. Idem mihi in præsentia contigisse reor, qui ad culturam Agri historici rerum naturalium doctissimi Vlyssis Aldrouandi (qui re ipsa πάντως ἄγαθὸς appellandus esset) nuper electus, licèt, vt veteri prouerbio Græcis dici solet, tanquam κίρκος ἐν λαχάνοις, primùm volumina de Insectis, de Crustaceis, de Auibus, de Piscibus, & de Quadrupedibus tum solidipedibus, tum bisulcis euulgata esse comperi: deinde voluens, & pertractans icones non solum animantium, sed cæterorum quoquè naturalium in tabellis cum cæteris xantibus diligentissimè cælatas, quæ in Musæo olim Authoris, nunc verò Illustrissimi Senatus Bononiensis, pro viribus, intactæ seruantur, collegi Quadrupedum digitatorum viuiparorum, & ouiparorum, item Dracologiæ, & Teratologiæ, nec nõ Fossilium historias necessariò vitalibus auris esse cõmittendas. Propterea modò Quadrupedum digitatorum opus summo labore, & omni industria collectum, nec non tanta accessione cumulatum, ad tuam commoditatem (lector humane) in lucem promo, vt nil, aut parum huic addi posse videatur. Erit enim volumen hoc veluti promptuarium, ex quo singulis, quę tibi circa naturam, mores, & medicas vires prædictorum animantium proposita fuerint, responsiones idoneas exhaurire poteris, quod si tibi gratum fore percepero, alijs operibus prædictis in aspectum publicum producendis (Deo fauente) alacriori animo omnes meos conatus destinabo.

EIVSDEM AD EVMDEM.

Tetrastichon.

SI liber offendet varijs erroribus aures,
Quid faciam? culpa hæc, non mea, culpa typi est.
Omnia, ne sapiens Lector, mendosa legendo
Corrige, qui nescit noscere menda, nequit.

LIbrum hunc Celeberrimi Vlyssis Aldrouandi Patricij Bononien. de Quadrupedibus digitatis, huc usq; in tenebris latentem, nunc tandem Excell. Doct. Bartholomæi Ambrosini studio, & opera in lucem prodeuntem legi, & accurate euolui pro Eminentiss. ac Reuerendiss. D. D. Card. Columna Archiep. Bononiensi, in quo nihil nec deuium ab orthodoxa nostræ fidei, nec obuium bonis moribus percepi, quin potius plurima sapientissimorum Virorum lucernis dignissima. Quid enim in eis emineat, an ingenium, an eruditio, an labor dicendi vix possibile, vel difficillimum est. Typis ergo mandetur, ne tanta lampas sub modio contineatur, sed supra mensam posita omnibus longe lateq; splendorem emittat.

Ego Don Octauianus Finatius Cler. Regularis Sancti Pauli, & in Metropolitana Bononiensi Pœnitentiarius &c.

EGo Fr. Hieronymus Omphalius Romanus, ex Conuentu S. Mariæ Gratiarum Doctor Ilgiacus, & Lector publicus, ac sanctissimæ Inquisitionis Consultor, vidi aquadam animi oblectatione, atque attentione totum hoc aureum opus, ac satis copiosum, inscriptum de Quadrupedibus digitatis, & conscriptum ab Illustrissimo, atque Excellentissimo Viro Vlysse Aldrouando Patricio Bonon. perlegi: eumq; in eo nihil reperierim, quod aut pias parum hominum aures offendat, aut sit contra ecclesiasticas regulas, ac sanctiones, quin potius multum vtilitatis inde toti homini emergere opinerim, ideo in Dei gloriam, ac communem omnium vtilitatem typis excussum in lucem prodire censui.

Imprimatur igitur.

Idem qui, & sup. Fr. Hieronymus &c. nomine R.P.M. Pauli de Garex. Inq. Bon.

Summa Priuilegij S. Cæsareæ Maiestatis.

PRudens in Sacra Cæsarea Maiestatis cautum est, ne quis aliquam historiarum Vlyssis Aldrouandi Bonon. quæ agunt de animalibus, & per consequens etiã de Quadrupedibus, digitatis vniparis, & biparis, vel in parte absque voluntate, & proprio authoris, aut eius hæredum consensu, intra decennium, a die quo absolutum fuerit, imprimendum, recudat, aut alibi recusam vendat, sub pœna, quotiescunque deprehensus fuerit, priuationis omnium librorum, & decem marcharum auri fisco pro tempore existenti dependendarum, cuius in diplomate Cæsareo latius inseritur, regia Pragæ, die prima Aprilis, anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

Rodulphus Imperator.

Rodulphus Coradutius.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis
proprium Io. Barvitius.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI, ET MEDICI BONONIENSIS.

DE QVADRVPEDIBVS DIGITATIS VIVIPARIS.

Liber Primus.

ORDINIS RATIO.

G TERRESTRIVM Animantium tria quasi summa genera, nempè Iumenta, Reptilia, & Bestias in sacris literis poni cuique coniectamus esse exploratissimum, & pro iumentis Septuaginta legunt τετράποδα, bestiarum autem nomine Feras intelligi vox θηρίων indicat, Plato in fera, & mansueta distinguit, inter quæ Aristoteles, quæ circumferantur, & efferantur animantia collocauit. Nos autem quadrupedum tractationem iam inchoatam in editis libris de solipedibus, & bisulcis, mòx in præsenti tomo de quadrupedibus digitatis viuiparis, & in altero de ouiparis perfecturi, tria quadrupedum genera constituimus; vnum dicitur ἀμφόδις,
G nempè non scissum; ideoq; μονόνυχον, vel μώνυχον, & iuxtà Euripidem μονοχήλον nuncupatũ, quasi vna tantùm vngula præditum. Plinius solidipedem, & Theodorus Gaza solipedem vocitabat. Alterum, quorũ anterior, & posterior pars cuiuscunq; pedis ex scissa, vnde Græ
H ci hoc genus δίχηλον. Latini Bisulcũ appellarunt. Tertium est πολυχηδὶς, & πολυδάκτυλον, quasi multifidum, & multipliciter digitatum, quoniam huius tertij generis animantiũ pedes ad instar manuum humanarum sunt multifidi. Propterea anteriores horum pedes, nõ solum gradiendi munere, sed etiam quandoque manuum officio funguntur, nam huiusmodi animantia, auctore Michaele Ephesio, anterioribus sicuti solipeda, posterioribus pedibus se defendunt. Galenus hæc ferè carnivora esse putat, cætera herbivora. Cuniculi tamen, & Lepores herbis vi-

In Schol. 4. lib. de part. animal. c. 9.

tant. Pariunt alia viuum animal Græcis ζωοτόκα, nempè viuipara, alia ouum, vt ὠοτόκα, nempè ouipara nominantur. Ouipara cortice teguntur, viuipara pilis induuntur, Echinus tamen, & Hystrix cutis pellitę loco aculeis armantur, nã Philosophus huiusmodi animantiũ aculeos pilorũ quoddam genus esse asseuerabat. Itaq; Viuipara ab Ouiparis licèt in sensibus communicent; cuthymia tamèn discrepare videntur; idcirco hæc ob

Lib. 3. de vsu part. cap. 2.

ingenij habetudinem in postremum nostræ cpa lupedum historiæ tomum reijciemus. A
Quarè à viuiparis polydactylis reliquum ordinem à præstantioribus exigentes, in prima nostri operis facie horum summam capitis limitationem proponemus. Verùm quia polydactylorum alia sunt magna vt Tigrides, alia parua vt mures, alia domestica vt canes, alia syluestria vt taxi, alia nocua vt vrsi, alia innocua vt vnguli, alia generosa vt leones, alia iniquiosa vt lupi, alia astuta vt Vulpes, alia calliditatis expertia vt lepores, nos tam numerosam animantium cæterum, & tot, & tam variis dotibus insignitam in tria genera, nimirum in fera, semifera, & domestica veluti in tres classes, clarioris doctrinæ gratia distribuemus, horumque historiam tribus distinctis libris comprehendemus. Fera propriè dicuntur, vel quæ feris moribus sunt imbutæ, vel quæ difficulter cicurantur, vt leones; & si aliquando mitiora reddantur, tamen primus ferocitatem naturam exuunt; meritò igitur in sacris paginis Feræ dicuntur Dæmones, & homines crudeles (veluti fuerunt Iudæi) qui Gen. 37. nullis beneficijs ad mitiorem vitam trahi possunt; quocirca Feræ pessimè, quæ dicitur deuorasse Ioseph, Iudæos Christum occidentes designabat. Achyrolita quoque rei chimicam putrefactionem subeuntis simius subtilis, agilis, & incomprehensibiliter auolantes B
feros appellant, quia nisi magna difficultate, & sedulo labore denigrati, & vt iplorum verbis vtamur, fixari nequeunt. Græcis tamen nonnullorum mentem, θῆρία dicuntur, quia θὴρ, vel τὸ θηρίον Feram tempe leonem significat, sed θηρίον substantiuum est & πολυσήμαντον, nam θηρία, aliquando dicebestias venenatas ictu, vel morsu ferientes, vel noxia nec edenotant. Ideo satius erit ad Græcorum mentem huiusmodi animantia ἄθηρα sub audiendo ζῶα nuncupare; quibus ex diametro ἥμερα ζῶα, seu οἰκεῖα, id est domestica, vel domestica, & mansueta in postremo polydactylorum libro examinanda proponuntur.
Lib. 8. cap. 56. Cæterùm illud animantium genus, quod partim mites, partim ferinos mores, vel vt verbis Plinianis vtamur, quod nec placidum, nec ferum est, sed mediam inter vtrumque naturam participat semiferum Latinus sermo appellat, & similè vocabulum in auctoribus græcis non legitur, licèt ab Auctore Thesauri linguæ latinæ semifer ἡμίθηρος exponatur. Quorum animantium historiam omni cura, & studio conscriptam in secundo huius tomi libro collocauimus. Cum itaque polydactylorum viuiparorum, tùm ab Antiquis, & Recentioribus descriptorum, tùm nostris diuturnis obseruationibus conquisitorum contexendam historiam susceperimus, in huius enarratione seriem dignitatis seruate operepretium C
esse duximus; primumque locum feris tanquam nobilitate reliquis longè præstantibus assignare statuimus, & ab his auspicaturi de leonem primis robore, & fortitudine cæteris animantibus dominante, timiditatis, & ignauiæ experte; ideoque belluarum rege nuncupato, mox singulas congeneres Feras subtexentes ordine semper dignitatis seruato de reliquis polydactylorum speciebus sigillatim sumus acturi. Denique breui prædicta complectentes epilogo animalia polydactyla, & potissimum viuipara tanquam ad naturam hominis proximè accedentia nobilissima esse attestamur; fera præcipuè ab aspero seruitutis iugo remota cùm tranquilla viuendi libertas, tùm syluarum syluicolarumque Dominatus summopere nobilitant, quemadmodum domestica vicissim tanquam sui iuris non sint, & alieno subijciantur dominio ignobilitatis nota taxanturi semifera verò ferorum manuetorumque mixtis decorata prærogatiuis mediam quoque, vt paulò ante annotauimus, in hoc tractatu sedem occupabunt. D

DE LEONE.

Caput I.

ÆQVIVOCA.

VM multifaria vocabuli significatio, quam Philosophi æquiuocationem vocant, ad rem aliquam intelligendam lectori semper faciat negocium, rationi consonum esse arbitrati sumus primùm huius vocis (Leo) æquiuocationem aperire antequam ad alia huius animantis historiam explicantia accederemus. Omnis autem æquiuoci ratio inde nascitur, quoniam res quam voces multò sunt numerosiores, vt mox legentibus manifestabitur. Leo quemad-

E modum, & Græcis Λέων proprium est viri nomen: fuerunt enim huius nominis multi Pontifices Maximi, vt innuit Bapt. Mant. hoc versu. *Leo viri nomen.*

Pontifices aliquot, qui sedauere Leones. *Lib. 9. de Sac. disp.*

Vndecim hactenus Pontifices summi, & quatuor Imperatores hoc nomine sunt delectati, vt omittamus tot Christi confessores, & martyres, quorum historias à Platina, & Surio conscriptas vnusquisque legere poterit. Auctores non proletarij leonis nomine fuerunt insigniti, vt D. Leo Magnus, cuius doctissima opera extant. Leo Papa, qui pulcherrimas epistolas, & tanto viro dignas exarauit, & denique Leo Nolanus, qui non solum probleumata, verùm etiam aliud opus de rerum nobilitate scriptis mandauit. Floruit huius nominis Orator quidam Albanensis, quem Suidas in historijs tantoperè commendauit. Tandem ex historia Sarmatica Leo fuit superbus Princeps Ruscię, qui Leopolim ciuitatem Sarmatarum Regi subiectam condidit. *Leo conditor Leopolis.*

Leo est crustacei genus de quo in historia exanguium vbertim egimus, & ne semel scripta denuò repcramus lectorem ad illum locum relegamus. *Lib. 2. cap. 4. Leo ex genere Crustac.*

Leo vocatur quoddam genus insecti, quod quia formicis insidiatur, ijsdemque vescitur myrmicoleon, seu leo formicarius nuncupatur, de quo in historia insectorum pertractauimus. *Lib. 3. cap. 1. Leo insecti genus.*

Serpentis genus oblongum, & maculosum, alio nomine Cenchriten leonem appellari apud Nicandrum legimus, eius tamen Scholiastes huiusmodi serpentem, vel quia generositatem quamdam in aspectu præseferat, vel quia caudam more leonis obliquet, leonem indigitari existimauit, de hoc, Deo dante, suo loco agetur. *Leo serpens.*

Leonem Nuperi Botanici appellant Carduum ferocē Lobelij ob horridas, & infestissimas spinas vocitant, & sesquiunciam longas, quibus tota planta scatet.

Placuit Martiali cunnum, siue pudendum muliebre nomine leonis vsurpare, & doctissimi interpretes huius rei causam tetro odori illius partis habitui leonino valde simili attribuunt, nec immeritò quoniam, & Botanici quamdam atriplicis speciem malè olentem dictam à Dodoneo Garosmon non ob aliam rationem vulualiam nominant, nisi quia secretus mulierum loculos redolcat. *Leo herba. Lib. 20. epig. 90.*

Leo est morbus, nempè lepræ species apud Aretęum, & Aetius hanc ægritudinem, G Λεοντίασιν, Auicennas verò leoninam affectionem nuncupauit. Huius nominis clarissimus Faloppius assignat causam, nempè quia in hoc affectu episcenium ita deorsum distrahatur, vt oculos ferè tegat, quod leoni insceriti accidere soleat, aut quia in huiusmodi ægritudine cutis frontis, ita laxa fiat, vt in fronte leonum conspicitur, aut quia, si vitis fuit dignis credendum est, simili morbo leones corripiantur. *Lib. 2. cap. 13 Lib. 13. cap. 120. Leo morbus.*

Leo apud Pollucem est genus terribilis saltationis, propterea Athenęus hanc saltationem Λέοντα vocauit, & inter cætera saltationum genera recensuit. *Leo saltatio. Lib. 14. Dipnosoph.*

Leo est bombardæ nomen, vt habemus in commentario de bello Cambaico, dum Auctor scribit hæc verba. *Duabus machinis adductis, nimirum Basilisco, & Leone demorum sedi à viris modis conquassabant.* *Leo nomen Bombardæ.*

Leo Promontorij nomen est aliàs Coi nuncupati, huic quædam Nymphæ olim Hydrusam incolentes territæ à leone ad hoc habitationis gratia confugiente, nomen imposuerunt, vt in varia historia scripsit Aelianus. *Leo Promontorium.*

H Λέων πρόμυλαξ nempè leo fontis custos, dicta fuit effigies leonis Athenis super eo fonte ex quo aqua copiosè scaturiebat huius meminit Gesner. in æquiuocis leonis.

Leo viridis in schola Alchimistarum aliquandò denotat virtum, vt scribit Mercolinus aliquandò indicat fumum album ex aqua fœtida dimanantem, & denotantem materiam lapidis philosophici, apud alios leo suaßior dictus, vt annotauit Ricciard. in Comment. symbolicis. *In lib. de Lap. Philosoph. Leo Chymicarum.*

Leonis nomen quandoquè significare virginem scribunt Hesychius, & Varinus, sed pro virgine hoc vocabulum nusquam vtiliter, aut legisse memini Gesnerus.

Leo est prima persona cuiusdam verbi obsoleti, cuius compositæ tantùm sunt in vsu, nimirum deleo, & releo. *Leo verbum.*

Leo est quintum signum ab Ariete in Zodiaco, ita nuncupatum, quia veluti animal est ardentissimę naturæ, & implacabilis iræ; ita Sol in Leonis signo constitutus talem producit calorem, vt Sol fuisse videatur, vel sicuti Leo frequentibus febribus agitatur, pariter dum Sol Leonis signum attingit febres, & potissimum tertianæ ab humore bilioso ortum *Leo ecclesiis.*

trahentes in humano genere accenduntur, vel dicamus ita nuncupari hoc ſignum; quoniam homines ſub illo nati leoninis moribus ſint præditi, vel denique quia in hoc quinto ſigno ſtellæ ità ſunt diſpoſitæ, vt figuram leonis repræſentent. A

Leonis vocabulum pro rege à Græcis vſurpari ſcribit Iſidorus, ſed vocem hanc in ſimili ſignificatu ſumptam nullibi apud Græcos reperire potuimus.

Leo animal deſcr.

Leo denique eſt animal quadrupes digitatum omnium animantium ferociſſimum, & generoſiſſimum, & præcipuè cum iubæ armos, & collum veſtiunt, de quo in præſenti hiſtoria diffuſus ſermo habebitur. Quare his expoſitis noſtra intereſt accedere ad æquiuocationem leænæ.

In lib. de clar mul.

Leæna in primis fuit Græca meretrix, vt arbitratus eſt. Io. Boccac. quod expreſſit his tribus carminibus,

Leæna meretrix.

Crimine fortunæ noctes locat ære Leæna,
Quæ tamen ex alijs multo ſpectanda decoro
Illa quod eſt factum tacuit, quod turpe repreſſit.

ſe excuſat Auctor, quia Leænam meretricem inter claras mulieres collocauerit, inquit enim ſe præclaras mulieres intelligere, non tantùm pudicas, ſed ob aliquod inſigne facinus inſignes, & claras; nam hæc Leæna, cum Armonius, & Ariſton pro liberanda patria à tyrannide Hyſparem immanem tyrannum occidiſſent à ſucceſſore tamquàm geſtorum conſcia capta eſt. Hæc cum ad prodendos coniuratos diris cogeretur ſupplicijs acri morſu linguam ſuam præcidit, & expuit, & ſic actu vnico omnem ſpem à ſe veritatis exterquendæ tortoribus ademit. Leæna etiam eſt mons diſtans à Ganaria leucis trecentis, & ſexaginta, vt recitat Io. Petrus Mapheus in hiſtoria Indica lib. 1. B

Leæna denique, quæ & Græcis λέαινα appellatur eſt leo fœmina, lea etiam dicta, ſed potiſſimum à Poetis, quod in ſynonimis exponetur,

SYNONIMA EORVMQ. ETYMVM.

Lib. 8 cap. 36 Vrſus numidicus.

Leonem latini animal, de quo in præſentia verba fiunt, Græcos imitati, quibus λέων dicitur vocauerunt. Plinius tamen Vrſum numidicum videtur appellaſſe, dum ſcribit, *Domitium Ahenobarbum Aedilem curru.* C
lem Vrſos numidios centum, & totidem Aethiopas venatores in Circo dediſſe, ſed cum in denario argenteo Cn. Domitij Ahenobarbi inſculptus ſit vir pugnans cum leone, nonnulli opinati ſunt pro numidicis Vrſis legendum eſſe leones numidicos, & potiſſimum cum in Africa vrſi non gignantur, ſed notandum eſt vrſos numidicos cum leonibus eoſdem eſſe ad mentem Lipſij in electis. Salmaſius tamen in Solinum vrſos etiam, ſed rariores in Numidia gigni voluit. Græcis λέων dicitur, quam vocem Iſidorus, Bartolomeus Anglicus, & alij auctores, qui ab Iſidoro tranſcripſerunt regem peram interpretantur. Etymologus, & Varinus vocem hanc λέων παρὰ τὸ λάω deducunt, nimirùm à video quoniam leo præ cæteris animantibus perſpicaci oculorum acie potiatur. Poetæ his vocibus (λὶς, & λέων pro λέων) ſæpiſſimè metri cauſa vtuntur. Ὠὶῳ apud Græcos exponitur fera, ſed lexicographi nomen hoc leoni tanquam ferarum regi per Antonomaſiam conuenire affirmatiſſimè ſcribunt. Cæterùm animaduertendum eſt vocem hanc, λέων, vt plurimum adultum leonem ſignificare; nam Aeſchilo catuli leonum ὀβρίμαλα, quaſi ὄβριμα, καὶ καλὰ dicuntur alioqui σκύμνοι peculiariter appellantur. Idco Lucretius in latinum ſermonem hoc vocabulum vertens canebat. D

Cap. 1.

Rex ferarũ. Leo adultus quomodo dicatur Græcis.

Lib. 5. Symnus quid

At catuli Pantherarum ſcymnique Leonum.

Mos animantiũ quadrupedũm natiuus.

Σκύμνος, vt putamus ortum trahit παρὰ τὸ σκύζειν ab admurmurando more canum cum omnes animantium catuli; ideoquè catuli dicti, recenter nati vice propriæ vocis quoddam veluti murmur edere ſoleant; plerumque tamen in Græcis auctoribus vocabulo (σκύμνος) genitiuus λέοντος, vel λεαίνης additur. Etymologus σκύμνον paroxytonum, leonis catulum, σκυμνὸν autem oxytonum catulum aliorum animantium exponit. In poetarum ſcriptis hæc voces λεοντίδιὸς catulus leonis, & λεοντίσκος leonculus; vel paruus leo ſæpè inueniuntur. Leo apud Hebreos multa ſortitur ſynonima; ijs enim dicitur Labi, Laiſch, Ari, Arieh, Gur, & Kephir, & in textu Deuteronomij, vbi legitur leo, Chaldæus legit Ariauan, Arabs Aſad, Perſa Gehad. Cauſam huius polyonimiæ indè ortam eſſe arbitramur, quoniàm iuxtà diuerſos ætatis gradus leoni varia nomina impoſuerunt, nam

Leo parus quomodo Græcis dicatur.

Cap. 31. Leonis nomina apud Hebræos.

leonem

B leonem in primo gradu constitutum vocarunt Gur, in secundo Kephir, in tertio Arieh, & in supremo Laisch. Gur cuiusuis animantis catulum, aut pullum nominarunt per excellentiam tamen nomen hoc catulo leonum, veluti Græci scymnum attribuerunt. Alij denique Lœnam in hebraico idiomate Labi cognominandam esse censuerunt. Leo in prima omniũ lingua, vt Goropius in Hermathena scripsit nominatur Leuu a Leuco, quod est viuere; idcircò leo indicat vitam, & quoniam cor est principium vitæ, & cor leonis fortissimum, & generosissimum est; propterea hebraicè Leb cor dicitur, quasi Leuu innuendo de corde vitam proficisci. Cum igitur eamdem ferè naturam, & cor, & leo participent, non debet quispiam mirari, si cor nomine Leb, & leo Labi ab Hebræis insignjantur. Leo iuxta nonnullorum mentem Arabibus scribitur Alsedha, sed hoc nomen, inquit Belunensis, commune est leoni, Tigridi, & alijs animantibus quadrupedibus, quæ dentibus, & vnguibus homines aggrediuntur. Saracenis hodiè reste Gesnero, Sebey, Italis Leone, Hispanis Leon, Gallis, & Anglis Lyon, Germanis Ein Loum, vocitatur. Leœna nimirũ λέαινα leo fœmina est à Poetis quandoqs metri gratia lea scribitur est autẽ nomen græcum veluti F Dracœna, quoniam apud Latinos Leo est promiscui generis, & leonem tàm marem, quàm fœminam designat, nam definentia in o, Seruio auctore, fœmininum ex se non formant.

Leo & cor ferè eiusdẽ ferè nominis apud Hebræos.

Leœna varia nomina.

DESCRIPTIO.

QVamuis Leones nostra ætate in Italia non sint ita ignoti cum in Theriotrophio magni Hetruriæ Ducis quotidiè alantur, vt exacta descriptione indigere videantur, tamen neque ita omnibus sunt noti, vt sicco pede hoc descriptionis vadum transire debeamus, & præcipuè cum Aristoteles in historia animalium diligentem, & claram huius animantis delineationem ante legentium oculos repræsentet. Leo igitur ad eius mentem capite est mediocri, fronte quadrata in medio caua, supercilio eminenti, & nasum versus cuiusdam nubis instar porrecto, oculis charopis, non valdè volubilibus, nequè valdè prominentibus, & iuxta sententiam Gesneri canis. Verùm si nos autopsia non fefellit in leone oculos non canos vidi- G mus, sed inter cauos, & extantes medios, leo præterea est naso crassiori potiùs quàm tenuiori superiori maxilla non prominente, sed inferiori æquali, rictu instar ouis amplo, in quo labia sunt tenuia, itaut partes superiores superinijctæ sint inferioribus, rigenti collo magno, & mediocriter crasso, pectore robusto, metaphreno lato, circa fœmora parum carnis habet, medio ventre gracili cruribus validis, & neruosis, pilis flauis, nequè rectis, nequè valdè crispis, pedes anteriores, vt alibi notauit Aristoteles quinis digitis posteriores verò quaternis distinguuntur, & tandè infima pars caudæ hirta est, qualem in bubus licet obseruare, quam descriptionẽ Bargeus in Cynegeticis breuiter his carminibus expressit.

Lib. 6. cap. 31 Descriptio leonis ex Aristot.

Leonis oculi quales.

Labia leonis qualia.

Lib. 4. de part. an. cap. 10.

Lib. 3.

Eadem oculis, eadem & vultu, eadem ore minantur,
Illis grande caput vina sunt lumina flamma,
Turpe supercilium nares super eminet amplas
Labra horrent setis, simplex iuba pendet ab armis
Villus, & horrenti fremitu mouus omne remugit,
Ostentatque toris animosum pectus, & ipsas
H *Interdum fauces, & vastas pandit hiatus.*

Leonem aspicientibus minari eædem scripsit Bargeus ob truculentum aspectum, qui à charopo oculorum colore dimanare videtur, licèt nonnulli hunc colorem glaucum vertunt, sed Aristoteles in Physiognomonicis oculos charopos à glaucis optimè distinguit, dum charopos in nigro cæruleos esse, & glaucos ad quamdam flauitiem vergere statuit. Leœna in omnibus leoni persimilis describitur ab Aristotele loco citato excepta iuba, qua Leœna caret, iuba enim est proprium leonis ornamentum; quocirca rerum naturalium Scriptores sola iuba ad sexum distinguendum vtuntur, dum leones iubatos ad contradistinctionem Leœnarum pro maribus exhibent. Bargeus quoquè in cynegeticis iuba, & setis Leœnam à leone discrepare cecinit hanc in modum.

Lib. 6. hist. an. cap. 31 In quo differt leo à Leœna.

Non iuba, non illis pendent in pectore crines,
Leœna colla nitent, leues armisquè toriquè,
Tergaquè de nullis vsquam sunt horrida setis.

Prædictis addamus Leœnam in medio ventre duas habere mammas, ex quibus numerum

Leœnæ Icon ex zographia Muſæi, olim Auctoris nunc Illuſtriſſ. Senat. Bonon.

Cur solum habeas dnas mãmas.

rum catalogum, quos puritura est non licet arguere, cum multories plures, quàm duos pariat. Clarss. Odonas in Aristotelem de animalium historia paucitatem mammarum imputat, nam Leæna cùm sit carnivorum animal, & calidissimæ, & siccissimæ complexionis cibum tardò assumit, & id ferè totum pro sui nutrimento absumit.

ANATOMICA.

PRodenda extimarum Leonis partium delineatione ad intimatum quoque contemplationem nostra iotenerit accedere, quam à viris peritis, & inadministratione anatomica versatis petemus. Galenus in primis musculos temporales magnos validos, & fortes in comparatione ad musculos temporales hominum in leonibus obseruauit, & huius reddens rationem scribebat, quoniam huiusmodi animalia fortem habent maxillam, & vires in mordendo debent habere validas; quocirca ad id præstandum prædictorum musculorum valor, & virtus erat necessaria. Lingua leonis imbricata asperitate prædita est, & petasperæ limæ similis, quàm linguam felium lingentium experimur. Huius meminit Eduardus Vuot agens de differentijs animalium. Cetera viscera canum interioribus penitùs similia esse annotauit Aristoteles, licèt verò nigrum in leone obseruauit Galenus, quemadmodum licet videre in ceteris animantibus, quæ leoninam, & calidam temperiem participant ossium deoleque structura, & contemplatio maximis inuoluirut difficultatibus; & primò, quia scripsit Aelianus in historia leonis cetuicem rigidam esse, quia vnicum os in collo leonis vertebris constare, & nuperr alterius effosso cadauere idem nobis compertum est. Secundam dubitationem peperit Aelianus in historia naturæ animalium, dum medullam, & cautem in ossibus leonum non admittit, cum tamen medulla tanquam proprio nutrimento ossa carere non sit veritati consentaneum. Michael Ephesius in scholijs supra Aristot. de partibus animalium scripsit ossa leonum habere meatus angustissimos, itaot medulla pro tenuitate carere videantur. Propterea non est mirandum, si docti viti ob meatuum angustiam iri leoninis ossibus medullam esse negauerint. Gabriel Falloppius nostra etiare anatomia cuis celeberrimus in expositione supra tractatum Galeni de ossibus leonum ossa carere meritò dubitauit, & addidit se leonis ossa pertractasse, fregisse, medullamque in omnibus obseruasse, sed in comparatione ad ossa aliorum animalium pauciss imam, & ius rationem reddidit, quoniam leones cum perpetuò resoluantur excrementa, & alimenta, consequenterque medullæ absumuntur.

Lib. 9. de esp. par cap. 19.

Musculi temporales leonum.

Lingua qualis.

Lib. 3. cap. 80

Lib. 6. de A. nat. admin. cap. 10.

Vertebra cæ liqualis.

Lib. 3 cap 2.

In ossibus leonis medullam esse.

Cap. 7.

Opinio Falop. circa ossa leonis.

DIFFERENTIÆ.

APpianus in suo opere de venatione multas leonum differentias constituebat, dum in Parthia, & Armenia flauescentes, in Arabia truculentiores, in Aethiopia atros gigni pronunciabat. Non debet igitur quispiam mirari si tot cogitato cancbat.

Lib. 3. vbi de Leonum origi

Sunt varia forma, & genera ignota leonum.

Vrigitur tantam harum ferarum varietatem aliquo methodo comprehendamus, illam in iubis, in ferocia, & in colore consistere dicimus. Edoardus Vuot agens de differentijs animalium d iubam plex leonum genus assignabat, & iubam plorsus calcitres adultet inos tanquam ex pardis, & leænis natos scribebat. Deinde iubatos in duplex genus distribuebat nam qui iubam breuem, & crispam habent apud ipsum ignaui, & segnes sunt, qui verò prolixiori, & minas crispa exuntur ferociores. Horum postremorum meminit Martialis, dum iubæ leoninæ laudem exponit his verbis,

Cap 80.

Leones iubati

Lib. 8. epig. 53.

O quantum per colla decus, quam spargis honorem,
Aurea lunata cum fluctus vnda iuba.

Si

Leones imbelles, vbi ſint.

Si lubeat leonum ferociam contemplari duas alias differentias habebimus; quoniam A in Parthia leones omni ferocitate, & audatia refertos inueniemus. In Armenia ſunt adeò imbelles, vt ſimplicibus minis paſtores illos à gregibus arceant, de his Bargeus in cyneget. canit.

Illi abeunt, caudaque animos, atque ore fatentur
Degeneres, ſimul ac vocem ſenſere minantis.

Leones minores vbi. Archoleõtes qui ſint.

Huius generis leonum memiſit Gonz. de Ouied. in Sommario Indiæ occidentalis dum ſcribit. In Continenti eſſe leones minores, quam in Barbarica regione minus audaces, & auditis minantium vocibus fugientes. Iulius Capitolinus in Gordiano minore Archoleonres nominat, & Egnatius exponit iubatos leones. Hæc opinio Geſnero placere non potuit cum omnes leones mares, dummodo non ſint adulterini, iubis exornentur, & per Areholeontes prægrandes, & horrendos leones intellexit, ſed hic ſenſus nobis non poteſt arridere, quia Theocritus huiuſmodi leones *ἀνολίσσους* vocauit. Non erit fortè abſurdum ad contradiſtinctionem imbellium per Areholeontas Agrioleontas, nempè immanes ſeuos, & agreſtes intelligere. Poſtremò ſi colorem leonum inueſtigemus alios concolores, alios diſcolores eſſe inueniemus. In concoloribus quatuor differentias Geſnerus B contemplatus eſt, dum leones aureos, flauos, albos, & nigros in intima Africa, & in Regno Preteiani reperiri aſſeruit; & aureo colore inſignitos leones eſſe formicas chryſophylaces, nempè auri fodinarum cuſtodes ad mentem eorum, qui nunquam huiuſmodi beſtias viderunt propoſuit. Coloris flaui plurimi, nigri autem rari reperiuntur; id commemorauit Bargeus in Cyneget.

Agrioleontes qui.

Leones in coloribus quomodo variẽt.

Lib 3.

Non illis fulua ſpectantur terga colore,
Nec rutilus pendet ſolida ceruice capillus,
Cæſaries nigra eſt, nigros cutis obtegit artus.

Lib 3. cap. 31.

Hi fortè erunt illius ſpeciei quos vidit Paulus Vener. quando ſcripſit, *Dum à Regno Manbar iter ad aliam mundi plagam per milliaria quingenta occurrit Regnum Coulam, in quo multi leones nigri viſuntur.* Albos inſtar Boum leones Ioann. de Mondauilla in ſuo itinerario deſcribit, qui in Inſula Silla nuncupata reperiuntur. Huius coloris proculdubio erant illi quos Taurorum inſtar Alexander Macedo ſcribens ad Ariſtotelẽ inter mirabilia Indiæ recenſuit. A prædicto colore non multum recedunt leones ad ſubcinericium colorem vergentes, de quibus in Hiſtoria naturali Indiæ occidentalis hæc verba leguntur. *Quos in India ſpectat animus leones non æquè fului, aut iubati ſunt, ac europei gignuntur, ſed color eorum ſubcinericius eſt, & animum non habens, vſque adeo ferocem.*

Leones albi vbi.

Lib. de ſecret. ſecretor.

Lib. 4. cap. 34

Leones diſcolores.

Lib. 3. de ven.

Diſcolores tanquam ſingulares, & viſu dignos extollunt auctores, & Oppianus meminit vnius, qui pilis nigris tegebatur excepto ore, quod color flauus decorabat, & verſus ſunt hi.

—— Villoſique pedes, & fuluus in ore
Dumtaxat color effulſit, nam cætera nigra.
Non audita loquor, viſa eſt mihi bellua ſæua
His oculis præſens, hinc miſſa ad Cæſaris aulam.

Lib. 2. cap. 20

Degunt, & in Libya leones horribiles, & diſcolores (teſte Aeliano) prædictiore rubro, & nigris floribus cyaneo colore diſtinctis ornantur, neque multo pilo veſtiuntur. In partibus dominij Regis Tartarorum leones diſcolores vidit Paulus Venet. nempe rubri, & nigri coloris; immò addit eos eſſe maiores illis, qui ſunt in Babylonia, & in horum nonnullis radiolos quoſdam albi nigri, & rubicundi coloris apparentes obſeruauit.

Lib. 3 cap. 15 & cap. 20.

C D

LOCVS.

Lib. 2 cap. 16 Leones vbi non viuant.

IN Peloponeſo leones non vagari ſcripſit Aelianus, & notauit hoc non fuiſſe ignotum Homero, qui Aprorum tantum, & Ceruorum venationem in Tageto, & Erymantho montibus Peloponeſi nominauit, leonum verò non meminit, & meritò cum in hac regione non reperiantur. In Europa iuxta mentem Ariſtotelis creſcunt leones, ſed potiſſimum in ea parte, quæ inter Acheloum, & Neſſum fluuios ſita eſt. Verum noſtra ætate (inquit Geſnerus) leones nuſquam in Europa naſci certum eſt, niſi id ex hominis induſtria fiat, quemadmodum in

Lib. 8. hiſt. anim. cap. 28.

Viuatio

E Viuario Florentiæ obseruatur. Locus natalis leonum proprius est Mauritania, Parthia Massylia, Marmarica, Caspia, Libya, Getulia, & denique referente Textore in Cornucopia tota Africa, imò & Syria, teste Plinio, leones nigros alit: in Libya tamen generosiores esse animaduertendum est, quod intactum non reliquit, Ouidius in Fastis. *Locus natalis Leonum proprius.* *Leones nigri vbi.*

Non aliter quàm cum Lybica de gente leones
Inuadunt. Lib. 2.

Solent Poetæ leonem quidem Libycum, sed quandoquè etiam Massylium pro generosiore, & ferociore commendare, quod multis in locis præstitit Martialis, & Claudianus hoc versu, *Leo massylius* Lib. 2.

Massyllam cerni non timuere iubam.

Doctissimi viri per Iubam Massylam leonem de Massylio genere exponunt, quod leonum genus immanissimum, & generosissimum esse historici prædicant. Præter enumeratas regiones multis alijs in locis viuunt leones: hinc Paulus Venetus agens de Ciuitate Balac, inquit in maximo tractu inter Orientem, & Aquilonem habitationes non inueniuntur, sed tantummodo Feræ, & præcipuè leones; immò & in prouincia Gingui plurimi sunt leo- *Leones generosiores qui.* Lib. 1.

F nes, quorum timore nemo audet noctu domo exire, nam quoscumquè inueniunt, lacerant, & deuorant. Naues quoquè ascendentes, & descendentes per fluuium ripis non alligantur, sed ob leonum formidinem iactis anchoris in medio fluminis morantur. *Leones naues aggrediuntur.*

Huius conditionis sunt leones in Angad Deserto, iuxta Telessinum, vt habemus apud Ioannem Leonem in opere de Africa, qui non solum in armenta; verùm quoque in homines indiscriminatim sæuire solent; & à leonibus incolis syluarum Ferz appellatarum multi, qui negocium carbonarium exercent, sepè numerò deuorantur. Multi etiam leones viuunt in magna insula Madisgagar, vt scribit Paulus Venetus, qui & prouinciam Canichlu, quæ magni Cam est tributaria, multis feris, & potissimum leonibus redundare animaduertit: vt omittamus Regnum Senegæ Nigritarum, montem editissimum iuxta ciuitatẽ Adem, & multa loca terræ sanctæ, quæ à leonibus passim habitari in libro nauigationum noui Orbis legimus. Amplius Gaspar Balbus in suo itinerario Indiæ Orientalis peculiaria, & ipse loca à leonibus frequentata recenset. V.G. locum Naccesa ita cognominatum vicinum Babyloniæ veteri vbi viatores ob leonum copiam citra manifestum vitæ periculum pernoctare non possunt. Præterea in Cher propter vicinam fluminis quotidie leones *Lib. 4.* *Lib. 3. cap. 30* *Lib. 2 cap 38* *Leonũ copia vbi.*

G euntes, & redeuntes videntur; & in alio loco Caragol nominato hic historicus magna cum admiratione aspexit rusticos armatos terræ cultui operam nauantes, qui nulla alia cauta pulsi armis indnebantur, nisi vt quotidianas leonum iniurias propulsarent. Præter- *Rusticiarmati terrã colunt.*
missis multis, quę dicenda essent de montibus Peruanis ab immanibus leonibus habitatis, vt scribit Zarate, ad locum natalem leonum innoxiorum sermonem conuertemus. Horum præcipuè domicilium est Cuba. si Petro Martyri in historia noui Orbis fides est adhibenda: Insuper si Aelianus veritatem in suis historijs fassus est, Agla, & regiones circumiacentes à leonibus meticulosis incolunter; hi clanculum greges sectantes, custode non aduertente, aliquando ouem, vel agnum furantur, sed si fortè pastor audito rapti agni balatu, apprehenso baculo, vel lapide fugientibus leonibus timorem incutiat, tunc tali metu premuntur, vt deposita præda, & accelerato gradu in loca remotissima aufugiant; hinc ortum est illud adagium, quod per ora incolarum illius regionis vagatur (*Est timidior leone Agla*) & de homine valdè timido solet pronunciari: *Lib. 1. hist. Peru cap. 8. to.* *Leones innoxij vbi.* *Adagium.*

H

ÆTAS TEMPERAMENTVM.

Actis longum vitæ spatiũ Leones peragere inde colligere possumus, quia viri fide digni leones præsenectute dentibus defectos aliquando captos fuisse retulerunt; nequè id mutationi dentium attribuendum esse existimamus, quia leones absolura dentitione, si vera scripsit Textor in sua Officina, dentes tantummodo caninos sexto ætatis mense mutant. Clariùs id probat Odonus in Aristotelem de historia animalium, dum narrat fuisse captum leonem claudum, & habentem complures dentes fractos, quo argumento multi diuturnam esse leonum vitam sunt arbitrati. Quandò hac graui ætate sunt oppressi ob aliarum Ferarum timorèm in remotioribus cryptis se conduut, & noctu exire non audent, & cum fame stimulantur non *Dentium mutatio in Leones.*

Lib. 3. cynog. feras, sed tantum belluas imbelles aggrediuntur; de his in extrema ætate constitutis loquens Bargeus sic canebat. A

Inuadunt capream, & pleno insidiantur ouili.

Lib. 2. de simpl. med. fac. cap. 20. In calidissima, & siccissima temperatura Galen. Leones constituebat. & huius causam inuestigans Lucretius id ab ingenti, & aeri cordis æstuatione dimanare statuebat his versibus.

Sed calidis plus est illis, quibus acria corda
Quo genere in primis vis est violenta Leonum.

Leo signum caleste. calida huius animalis temperatura Astrologis non fuit ignota, dum signum leonis Solis domicilium esse decreuerunt; nam veluti leo calido temperamento cætera animantia superat, ita & Sol suo calore cæteris syderibus antecellit. Cæterùm non omnes leones eiusdem sunt temperiei, vt annotat Ioannes Leo; nam iuxta illius mentem, qui montes incolunt minus habent caloris, & ferociæ, & vicissim quantò plus æstui participant tantò sunt calidiores, & audaciores, veluti colentes Desertum Angad, qui totius Africæ sunt truculentissimi. Præterea in omnibus leonis partibus æqualitatem temperamenti non licet obseruare, quia scribit Gesnerus partes anteriores qualitate calida esse insignitas, posteriores verò ad oppositam naturam degenerare. B

Lib. 9. de Africa. Leones q sint audaciores. Temperamentum leonis.

NATVRA. MORES, INGENIVM.

Lib. 9. Afric. VLlum est animal, quod maiori animi robore, & crudelitate sit præditum, neque quod maiori ira excandescat, quam leo. Ideireò non est mirandum si non solum feras; verùm etiam homines armatos audacter inuadat. Ioannes Leo quid simile promit in sua historia, scilicet plerisque in locis leones ducentos equites aggredi audent, & intrepidè greges armentorum circumueniunt, & prædam in proximum nemus suis catulis deferunt, pro quibus acerrimè præliantes, & frequentem telorum missionem, & lapidationem aspernantur, neque vt retulit Gylius ex Appiano, etiam lethali vulnere percussi, non prius ab illorum tutela recedunt, quàm omninò moriantur. Horum audacem naturam nouit etiam Bargeus, quam his carminibus ostendit. C

Pugna leonii pro catulis.

Lib. 9. Syriad

—— Vtque Leo crudeli concitus ira
Horrendus fauit, medium q; per agmen equorum
Infertur, late q; omnes fernit q;, fugat q;.

Cauda leonis est index animi. Moris quoque leonini est cauda se verberare, antequam ipse ad dimicandum se conferat; nam cauda leonini animi index est, sicut aures equorum; illa enim immota leo placidus est, & blandienti similis; mota verò vehementem iram ostendit, quod expressit Lucanus hunc in modum.

Leo. 1. de bel. pharsal.

—— Viso Leo cominus hoste
Subsedit dubius, totam dum colligit iram,
Mox vbi se fauè stimulauit verbere caudæ.

Lib. 2. cap. 17 Leo venatum se conferens. Aliam proprietatem naturalem in leonibus licet admirari, quam nobis insinuauit Aelianus, & est hæc. Quando leones ad venationem exeunt, numquam leo cum leæna, neque hæc cum illo proficiscitur, & huius causam crudiri viri robori animalis assignant, nam tantùm suis viribus leones fidunt, vt mutuò adminiculo sibimet ipsis indigere non videantur. Prædictis addit Plinius insitum esse à natura leonibus fœtorem oris; propterea Plautus in Men. volens significare tetrum odorem, qui ab ore propter vitium dentium solet dimanare, quia similis sit leonino halitui dicebat. D

Oris fœtor leonum.

Vt ego hunc poteram Leonem gestulum olentem edentulum.

Martialis quoque non ignarus huius proprietatis pulcherrimo epigrammate inuehit in Thaidem de se emittentem talem odorem, qualem leones ab ore spirare solent, hoc videat lector, quoniam lectu est dignum; nolumus enim illud hic recitare, ne prolixitatis accusari possimus: Præterea leones, vt docet Plinius, quodam naturali instinctu ducti his oculis quemquam non intuentur, neque simili modo aspici volunt, dum morti appropinquant, terram mordent, & lacrymantur, & alio in loco pugnam inter se non cohærere asseuerat. Sed quid dicendum est de illorum ingenio? Id ex gressu, & amore erga parentes discendum est: gradiuntur leones pedatim, id autem fit quando pes sinister non

Lib 8. cap. 37 Intuitus leonum qualis. lib. 7 cap 1. Gressus leonis.

transit

E transit dextrum, sed subsequitur, quare incessus leonis ab Aristotele in Physiognomonicis rectus, scilicet strenuus appellatur. Ingenium tamen in hoc consistit, quia dum incedunt ungues retrahunt velut in vaginas, ne hebetentur; deinde, auctore Aeliano, rectum iter non peragunt, neque simplex vestigium, imò varium, & multiplex imprimunt, modò progrediuntur, modò regrediuntur, rursus procedunt, & vicissim retrò commeant, & viam partim præcidunt, partim cauda obliterant, ne venatores eorum vestigia explorantes lustrum, in quo cum suis catulis habitant, inuenire possint. Hoc scripsit Bargeus in opere de venatione, dum inquit. *Ingenium.* *Lib. 7. de nat. an. cap. 7.* *Lib. 3.*

Nunc impressa solo prædans vestigia turbat.

Et paulò inferius huius reddens rationem canebat.

Hoc faciunt, catulos ne qui sub valle relictos
Deprendat,

Denique ingenium detegitur in amore erga parentes senectute confectos; iuniores enim nutriunt seniores, & illos ad sumendum cibum ex venatione clarum hortantur, id per bene describit Bargeus his carminibus, quæ tanquam manifestum pietatis symbolum præferentia in hac historia inserere non piguit. *Amor leonis erga parentes.*

Tum pasto alijs rugitibus ungues
Hortantur leo, & prælia se accingere cogunt,
Ille suos humilis vultum amplexatur, & ore
Lambit, & extrema mulcet vestigia cauda,
Hinc sensim accedens felici vescitur esca.

Harum Ferarum ingenium mel às discere possumus ab historia Maurorum leonum apud Aelianum, nam illi sermonem Maurusium intelligunt, & fame pulsi Maurorum domos aliquandò petunt, si ibi Vir adsit conjux arcet, si mulier, hæc leonis ingressum prohibet illum increpando simili ferè oratione. Dedecet te quadrupedum animantium regem ad tuguriolum meum alimenti causa accedere, tua interest per montes proficisci ad capiendos cervos, & alia huius generis animantia leonino victui competentia; his verbis leo quasi excantatus oculis in terram deiectis afflicto animo discedit. *Lib. 2. cap. 14 de nat. an.* *Leones Mauritium sermonem intelligunt.*

MAGNANIMITAS.

ALiquem rei arduę cupidum circa magna versantem, & moderato contingentium vsu contentum magnanimitate decoratum esse attestamur, & vicissim in oppositos effectus tendentem pusillanimitatis vitio damnamus. Has propinquitas ab aspectu, & a pugna in leone conspicuas esse obseruauimus. Ratione aspectus leo inter cætera animantia frontem superbam, & regale supercilium gerit, ardua appetit, & circa magna versatur, Baptista Mantuanus hoc innuere volens canebat. *Frons leonis superba.*

Corda ferens generosa leo, qui fronte superba
Regali, supercilio considerat hostem.

Quocirca ob egregias dotes, quibus hoc animal affluit præclarissimi viri Leonem magnanimitatis symbolum, & quadrupedum animantium regem constituerunt Baptista Mantuanus de hoc locutus est cum cecinit. *Leo rex quadrupedum.*

Quem Dij cæpere regem esse decebat
Inter aues præsint Aquila inter bruta leones.

Pariter nullis alijs rationibus, quam prædictis impulsus doctissimus Poeta Pamphilius Saxus hæc carmina de leone scripsit. *lib. 1. epigr.*

Lustra Fera subeant omnes, leo nam ferus ille
Qui maris, & terræ regna superba tenes
Ore vomis flammas, & acuto fulminas vngue,
Ferrea lethali spicula dente seras.

Cognita ab aspectu huius animantis generositate, à pugna quoquè eandem elicere possumus, huius rei pulcherrimum exemplum in suo dialogo Gabriel Simeon enarrat. Videlicet se in ciuitate Florentiæ interfuisse, venationis spectaculo in platea Sanctæ Crucis patrato, vbi inter alia animantia, duo leones in theatrum ducti fuerunt, quorum alter in arena *Spectaculum venationis Florentiæ.*

arena occurrit Capreolus, qui pedibus anterioribus ter, aut quater caput leonis percuſſit, ſed leo tanquam magnanimus, & generoſus ſimilem percuſſionem parui pendens Capreolum illęſum prętertit, & ad bellandum cum ſuperbiſſimo Tauro in alteris theatri partes morante alacri animo ſe contulit. Similem magnanimitatem præſefert in venatione, vt ſcribit Aelianus, nam pręſentibus armatis venatoribus reſiſtit, canibus vrgentibus non cedit, & ipſis aſpicientibus nunquam terga vertit, & denique proſtratis parcit. Meritò igitur poterimus cum Reuſnero in Paradiſo poetico canere.

Leonis magnanimitas in venatione

Trux leo proſtratis parcit, ſed dentibus vrget
Quos videt armata ſumere tela manu

Vel cum Ouidio dicere.

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe Leoni.

Catuli nõ deuorantur à leone.

Hęc igitur fuit potiſſima ratio propter quam Geſnerus nunquam ſibi perſuadere potuit, vt crederet catulos duci à leone mare cum forte, & generoſum animal, vti leonem officio fęminę fungi non deceat, & quando aliqui Auctores id ſcribunt, errorem à leonis vocabulo (quod epicœnum ſit) ortum eſſe iudicat.

INIVRIARVM MEMORIA, ET VLTIO.

LEo cęteris animantia nullum eſt noſtro iudicio; quod magis iniuriarum ſit memor, & quod illas non ſolum ſibimetipſi, ſed etiam amicis illatas minus impunitas relinquat, quàm leo. Huius rei infinitis exemplis hiſtorię non carent, ſed nos in pręſentia, ne quidquã huic noſtro tractatui deſit, pręclariora tantùm proponemus. Primum docet Aelianus. Iuba Mauſ. 2. cap. 5. de nat. anim. rus cum aliquandò per deſertam regionem iter faceret, vt gentem, quæ ab ſe defecerat, ſub iugum denuò mitteret, in ſuo comitatu erat adoleſcens rei venatoriæ peritus, & viſum caſu leonem ſecundùm viam ſagitta petiuit; non tamèn mortem intulit, leo accepto vulnere, ſtatim ſe ſubduxit, & adoleſcens venator vnà cum cęteris diſceſſit. Anno vertente interpoſito, Iuba rebus ad quas cum exercitu profectus erat præclarè geſtis, eadẽ via regreſſus eſt ad eum locum, vbi anno elapſo leo fuerat vulneratus, is in magna hominum multitudine adoleſcentem, qui eum læſit adortus, dilacerauit. Idem Aelianus de iniuſtitia non multa hiſtoriam recitat hunc in modum. Vrſa in leonis luſtro catulos, qui per ætatem ſe tueri non poterant, interemit; Parentes ex venatione reuertentes, cum catulorum cędem vidiſſent, Vrſam inſecuti ſunt, hæc leonis furorem vitans arborem conſcendit, & leæna ſecùs arboris truncum conſedit; leo autem furore plenus per montes vagabatur, donec materiarium fabrum offendit, è cuius manibus ob timorem leonis ſecuris deciderat; tunc leo blandè ipſum amplectebatur, linguaquè eius faciem abſtergebat, quam benignitatem faber obſeruans, ſuis rebus fidere cępit. Leo hunc cauda amplexatus ducebat, & ſecutum, quæ deciderat ore tenens fabro porrigebat, denique illum ad luſtrum duxit, vbi catuli mortui iacebant, poſtea hunc impellebat ad inſpiciendam Vrſam in arbore ſedentem, & ad illam arborem cędendam incitabat. Faber, hoc intellecto, arborem excidit, tunc Vrſam in terram delapſam leo, & leæna dilaniarunt. Inſuper aduertendum eſt ex Alberto illatis iniurijs leonem ſemper ęqualem parare vindictam, & ſuam ſententiã roborat exemplo cuiuſdam militis, qui cum multis in dextrarijs equis exierat ad venationem. Equitantes inciderunt in tres leones, quorum vni miles ſagittam immiſſit, ſagitta tamen propè caput leonis prætergreſſa non vulnerauit, leo ſubſtitit aliquantiſper, tunc miles ad illum feſtinans antequam alijs duobus leonibus coniungeretur lancea eum confodere conatus eſt, ſed iterum vano ictu, ſimulquè de equo ad terram delapſus eſt. Leo ſtatim accurrens caput militis in galea compreſſit, læſit, ſed non vulnerauit, nequè eum occidit, & mox alios leones ſecutus eſt. Cœterùm leo non ſolum proprias, verum etiam amicorum iniurias vlciſcitur, quod probat Eudemus, referente Aeliano, hac hiſtoria. Iuuenis Ferarum domitor habuit canem, vrſam, & leonem, quæ animalia cicurata pacem inter ſe ſeruabant, ſed cum canis aliquandò, & vrſa inter ſe colluderent, vrſa repentè efferata canem dilaniauit; Leo facti atrocitatem egreſſerens vrſam, quæ amicitiam inter ſe inſtitutã violauerat adortus interfecit.

Leo vulneratus venatorẽ dilaniauit.

Lib. 2. cap. 15 de nat. anim.

Leo vrſam catulorum necantem proſequitur.

Miles à leone offenſus, ſed non occiſus.

Lib. 2. cap. 13

Leo vrſæ occiſor.

VOX

VOX.

EX sonis ab ore animantium prolatis homines consueuerunt species animalium a se inuicem distinguere; quia placuit summo rerum omnium moderatori tot animatorum species, non solum peculiaribus formis, sed etiam singularibus, & variis vocibus discriminare. Vnum quodque igitur animal propriam emittit vocem, & si aliquando in cognoscendis animalium generibus similitudo specierum dubitationem, & errorem pareret, voces ab ipsis emissæ dubitationem dissolucre, & errorem deregere solent. Id Tzetzes in Asino Cumæ Vrbis Aeolidis leonis credito pulcherrimè exponit.

Vnū quodq; animal propriam habet vocem.

Chiliad. 9.

Ὄνος ἐν Κύμῃ γέγονώς μεγας ὑπὲρ τοὺς ἄλλους.
Λέων δ' ἐκλήθη ἐν λέουσι διὰ τὰς φωνὰς ἐγκύκλιος.

quæ latinè sic sonant.

Asinus in Cuma natus magnus super alios
Leo creditus in leonina, ex voce cognitus est.

Verum circa propriam leonis vocem in auctoribus maxima agitatur controuersia, nam gemitum leoni attribuebat Virgilius.

Hunc exandire gemitus, iraque leonum.

lib. 7. Aeneid.

Cum tamen gemitus non sit vox leonis propria, sed omnium animantium præ animi angustia dolentium, & tunc fortè Virgilius huius conditionis leones describebat. Mugitus quamuis non leonibus, sed bobus conuenire videatur. Pontanus tamen mugitum tanquam leonis proprium sonum pronunciauit.

Gemitus.
Mugitus.

Lib. 1. amor.

At quondam Libycis leo dum mugiret arenis.

Sed enim mugitus quandoque de grauiori sono proferatur, fortè tunc Pontanus leones iusto graviorem sonum edentes designare volebat, præterquamquòd Gesnerus hanc opinionem stabilire videtur, dum inquit. *Dracones interiores predam suis clamore in vitulini mugitus formam contemperant, signum dant, vocantque feniores.* Alij, vt Volaterranus, & Mancinellus in suo opusculo, vbi agit de vocibus animalium, fremitum leonis vocem indigitant, & Virgilius horum sententiam confirmat, dum ait.

Leones quàndò mugiant.

Lib. 25.

Lib. 12. Aen.

Impauidus frangit leo, fremit ore cruento.

Neque ab horum opinione abhorret Seneca, dum in sequenti versu saphico fremitum de voce leonis prædicat.

Trag. 5.

Cessat iratis fremitus Leonis.

Fremitus quandò vox leonis dicatur.

Fremitus proprie vt veritatem fatemur, est sonitus fluctuum per translationem tamen animalis indignantis voci solet assignari. In hoc significatu fremitus à Vergilio, & a Seneca, locis citatis, sumebatur. Leo quoque à nonnullis scriptoribus frendens dicitur, sed tunc describitur, quando præ iracundia timul concussis, & strictis dentibus vocem emittit. Restat igitur, vt vocem a leone in excessuum mediocritate constitutam eatam contemplemur, hanc rugitum vocat Auctor philomelæ, ibum ait.

Leo quandò frendere dicatur.

Tigrides indomitæ rumorem, rugiuntque leones.

Rugitum propriam clamantis leonis vocem esse doctissimi viri asseuerarunt, licèt de onagris, de ceruis parturientibus, & deniquè etiam de Vrsis dicatur, vt habemus apud Isaiam. *Et rugiemus omnes quasi Vrsi.* Allegoricè postea rugitus sumitur pro interiori hominis commotione ob aliquem dolorem genita, & in hoc sensu rugitus dictus est Esau pro benedictione Iacobiana. Pulcher apud Græcos βρύχημα rugitus exponitur, qui primò leonibus, deindè mulis alijs. Feris competere dicitur a verbo βρύχω frendo hinc καταβρύχω, quod verbum à poetis de leone clamante vsurpatur. Alioqui ὠρυγὴ, καὶ ὠρυόμα rugitus est à verbo ὠρύω ululo, estque vox conueniens canibus, lupis, & leonibus, vel propter famem, vel ob alium dolorem ingemiscentibus: hac de re leo ab aliquibus vocatur ὠρυόμενος: deindè metaphoricè apud Hesychium ἀθρώπους ὠρυόμενος dicitur, quando ululatus canum, & horum ululatibus, vel leonum rugitibus similes effundit. Denique concludendum est rugitum leonis ab aliarum ferarum rugitu differentiam, homines perbenè non nouerint, cætera tamen bruta illam probè norunt, quia scribit Vincentius in speculo naturali, audito leonis rugitu, cætera animalia figere gradum, nec non, & illa, quæ nunquam leonem viderunt.

Rugitus vox leonis propria. Cap. 39. Gen. 37.

Vox leonis ab alijs animalibus cognoscitur. Lib. 18.

CIBVS, POTVS, SOMNVS.

A

Lib.8 cap.5.

Eo ritu ſyluestrium Ferarum dentibus ſerratis munitarum carnibus veſcitur, ſi credimus Ariſtoteli, qui in hiſtoria animalium, non ſolum hoc retulit, verùm etiam voracitatem declarauit, dicens à leone multa ſolida, & ſine villo diſſecto vnica vice deuorari, deindè per ſpatium tridui, vel ſaltem bidui, nil prorſus ab ipſo deglutiri, & aſſignat rationem, quoniam leo ad ſatietis ſtem repletus perfectè celebratam coctionem alimentorum exſpectat, ratiò admodum alui excrementa, illaquè ſolida caninisquè ſimilia eſcernit. Imò leones quemadmodum, & Aquilæ viuis Feris victitant, & cadauera deguſtare dedignantur; reliquias quoquè prædæ, quas ſaturati relinquunt, denuò stingere renuunt. Huius cauſam fœtiorem nonnulli eſſe putant, quem breui temporis ſpatio mortua ſum carnes contrahunt. Tzetzes id à leonum ſuperbia dimanare exiſtimat, quia cum ſint elati animi Feræ, ad nouam venationis prædam ſemper inhiant. Prædictis totum oppoſitum narrauit Aelianus, nam leones, iuſſu illius mentem, poſt prædæ comeſtionem, reliquias condunt, & ſupra illas ſeterrimum flatum exhalant, ne muentæ ab alijs Feris, ptæ fœtore, vorari poſſint. Nuperorum nonnulli volentes Aelianũ à calumnia vindicare, in hæc verba proruperunt, dicendo, ab Aeliano, loco citato, ſermonem haberi de carne bubula a leonibus mirandum in modum expetita, quod ſecùs dicendum eſſet de alijs carnibus. Hinc perpendendo peculiares carnes, quibus leo delectatur, cognoſcemus bubulam illi in deliciis eſſe, propterea indies boum armentis inſidiarur. Bargeus quanta auiditate boum armenta feratur declarat hunc in modum.

Leo Lib.2. cap.3. de nat. anim. Leo cur reliquias prædæ condat.

Quæ caro leoni ſit magis grata.

Lib.7. Syriad

B

Leo medijs in ſaltibus ingens
Proſpicit armentum ſpecula ſublimis ab alta,
Spirat hians, caudaque ſibi diuerberat armos,
Eſſe ſe in prædam collecta ſuſcitat ira.

Lib.2. cap.10 de nat. anim.

Amplius camelinas carnes libentèr paſcuntur, idquè pulcherrimo euentu probauit Herodotus, referente Aeliano, nam leones in camelos commeatum exercitus Xerſis portantes inuaſerunt, & ex alijs animalibus nulla, neque iumenta, neque homines attigerunt. Tandem carnibus quoquè Elephantorum tenellis veſci gaudent, hac de cauſa leones, teſte Strabone, vt ſcribit Gelnerius, Elephantorum pullos aggrediuntur, & vulnerant, ſed matribus audita filiorum querella ſuccurrentibus, fugiunt, tunc matres pullos ſanguine inquinatos videntes eos interimunt; leones poſtmodum reuerſi cadaueribus fruuntur. Carnes quoquè delicatiores, & potiſſimum aues, ſi facile illas deprædari poſſent, eorum guſtui eſſent pergratæ, nam habemus apud Rochardum Dinothum de varia ſtultitia ab Aelio Gabalo miſſas vuas in præſepia equis, & leones piſtacijs, & Phaſianis pinguefactos fuiſſe. Carnibus reliquis deficientibus, & fame vrgente humana carne, tunc leo tantùm alitur, vt ſcripſit Phyles in his iambicis.

Elephantes quando a leonibus aggrediantur, & deuorentur.

C

Οὐδ' ἂν λέων γεύσαιτο σαρκὸς ἀνδρείας
εἰμή γε λιμώττων τροφῆς ἑτέρας σπάνει.

Ideſt.

Non carne veſcitur hominis leo, niſi
Victu caremem adurgeat penuria.

Carne humana quãdo veſcatur Leo.

Humanam carnem nonnulli rerum naturalium inueſtigatores à leonibus tantùm ſenescentibus, & præcipuè quando alias Feras capere non poſſunt, auidiſſimè appeti animaduerterunt, & mares potiùs, quàm fœminas, infantes verò nunquam niſi in maxima fame vorari: ohi hanc cauſam refert Polybius Acmilianus comes, ſe multos leones in Africa cruci fixos vidiſſe, vt reliqui hoc ſpectaculo à cæde hominum deterrerentur. His de victu leonum adultorum, & ſeniorum animaduerſis, nonnihil etiam de catulorum, & leoniculorum victu notandum eſt; nam catuli diuturno tempore lacte duriri nequeunt, vt ſcribit Albertus, quoniam calida, & ſicca temperatura ſunt prædicti, hi cum primùm, vbere relicto, carnes depaſci incipiunt Feras imbelles venantur, deindè grandiores facti nocuas etiam adoriuntur. Id Baptiſta Mantuanus optimè manifeſtat his carminibus.

Leones vbi crucifixi fuerint.

D

Catulorum leoni victus.

Sicut prima leo, cum tam perstrauyt aues,
Cum primùm incurues duris mucronibus vngues

Inua-

Inualuisse videt, iam non dignatur inermes
Debellare feras, Taurosque prædatur, & Vrsos.

Præter carnes, leo quoque herbas depascitur, vt scribit Niphus in Aristotelem, sed id præstare tantùm, quando ægritudine premitur, vt vomitum possit prouocare. Sed hic oritur difficultas quoniàm scripsit Moses herbas, & arborum fructus, & hominibus, & cæteris animantibus alimentum suppeditasse. Si leones, & cætera huius generis animantia, hac ætate sunt carnivora, ergò & tunc huius fuerunt naturæ, quoniam, vt inquit D. Thomas, eorum natura per hominis peccatũ non est mutata; pro responsione Caietani sententiam assignandam esse censemus, qui nimirùm Mosem herbarum tantum, & fructuum arborum pro victu hominum, & animantium meminisse, quoniàm hic sit communis animantium cibus, nec vllũ est animal, quod his viuere non possit, vt tempore diluuij in arca comprobatum est, & in huius confirmationem colligimus ex historijs, leones in Aegypti desertis quandoque palmarum fructus comedere; nam scribit Seuerus Sulpirius in opere de virtutibus Monachorum orientalium, quemdam Monachum virum sanctum duxisse aduenas per Eremum, qui cum peruenissent ad magnam palmæ arborem, leonem ibi offendere unt, tunc Monachus decerptis ab arbore multis palmulis, belluam cibauit, sicque leo, his degustatis, hilari animo discessit. Sed quid dicemus de potu? Si petamus Aristotelem, leonem raro bibere scripsit, quem secutus Aelianus dicebat, leonem expletum, vel triduo, vel donec primi cibi sint concocti, sæpè nihil edere, & modica vel potione: & inualuit opinio apud multos. Leones Africanos propter inopiam aquarum, qua illæ regiones premuntur, Æstate non bibere, hyeme verò auidius potui indulgere. Postremò loco aliquid de somno leonis narrandũ est: nam catuli leonum recenter nati tribus diebus dormire feruntur, donec parentum iugitu excitentur. Id scripsit Isidorus, idemque repetit Physiologus, & huius rei rationẽ reddere conatur, sed prius debebat (inquit Gesnerus) diligenter inuestigare, an verus esset effectus, antequam causam inquireret. Vtcumque sit, eius verba non pigebit adscribere. *Leones* (inquit) *natura sunt calidissimi, quod probat eorum fortitudo, audacia, & iracundia: sanguis autem humiditatem continet, qua siccitate & calidissimi temperamenti vis coitus redditur, & præcipuè circa cerebrum, adeoque venis obstructis spiritus excludũtur, nec virtutes animales possunt suas functiones exercere. Frequenti igitur fugitu circa suum spiritus per os & meatus capitis ingressi discutiendo vis coitatum fumi motum præbent.* Postmodum leo adultus quando dormit, non se condit in aliquo specu, sed in aperto nihil metuens, sopore detinetur, si vera scripserunt Aelianus, & Oppianus. Addit Auctor libri de natura rerum, si leo dormiat in naui periclitatur nauis; nam plus iusto mergitur, & expergefacto leone, tursus elenatur, dormit tandem oculis apertis, quia oculus magnus est, & pellis incumbens oculo longe minor est, quàm vt eorum oculum tegere possit, caudam quoque mouet sopore detentus, vt ostendat se non omninò dormire, quod Aegyptij se obseruasse gloriantur, atque leonẽ à somno esse inuictum proclamant, & ob hanc potissimam causam illum Soli comparauerunt, qui nunquam quieti indulget, vt retulit Aelianus.

An leones in prima ætate fuerint herbiuori.

Lib. 3.

Lib 8. hist. an. cap. 5.

Potus leonis qualis, et quãtus.

Somnus leonis.

Quare leo dormiat oculis apertis.

Lib. 2. cap. 3.

COITVS, PARTVS.

DVo solent circa veneream cognitionem animalium inuestigari, nempè modus, & tempus. Ratione primi, scripsit Aristoteles agens de differentijs, congressus animalium omnia animantia, quæ retrò vtinam meminerunt, auersa coniungi, & inter hæc leones recensuit. Ratione secundi narrauit Aelianus, leones non omni anni tempore venere stimulari, sed tantummodo, quando superata bruma plantæ à terra erumpere, & vernare incipiunt; quam sententiam corroborare visus est Ioannes Leo in suo opere de Africa, sic scribens. *Vernali tempore leones in Venerem propensi sunt, & tunc cruentam inter se exercẽt pugnam; quoniam octo, aut duodecim vnam leænam insequuntur.* Verba huius auctoris in medium afferre voluimus, vt lector videat hęc sententiæ Plinianæ aduersari, quam nos superiùs agentes de harum Ferarum natura adduximus. Scilicet hoc illis inditum esse à natura, vt inter se non prælientur. Possumus tamen malitiosam hanc asserti Pliniani interpretationem explodere, & hos clarissimos Viros inter se facilè conciliare, si dixerimus ad mentem Ioannis Leonis Vere ob Venerem furere, & tunc inter se dimicare.

Lib. 5. hist. an. cap. 2.

Lib. 2. de de nat. an. cap 2.

Tempus congressus leonis Lib. 2.

Leones quãdo inter se prælientur.

De coitu leonis dubiũ.

Alioquin talis sunt naturæ, vt transacto libidinis tempore, omne bellandi desiderium deponant, sicut testatus est Plinius, sed denuò aliquis argutus posset Plinium taxare fretus, auctoritate Aeliani, qui leones adrò calidæ naturæ cùstituebat, vt omni anni tẽpore coeũdi cupiditate ingenerẽtur, consequenterq; toto vitæ curriculo inter se pugnarent. Pro hac dissoluenda difficultate, meminimus nos legisse apud quemdam rerum naturalium scruratorem, leones quidem omnibus anni temporibus stimulis venereis agitari, sed mares elapsa prima anni parte ob nimium temperamenti calorem ampliùs coire non posse, & tunc leænas aliorum animantiũ congressum admittere; sed postquã de hoc agendi occasio se se obtulit, non erit abre enumerare Feras, quibus cum leæna congrediatur, vel congredi possit. Vt plurimũ ad sui amorẽ Pardũ trahit, q nobis significauit Bargeus loquens de leæna tali ferè ratione.

lib. 3. Cyneg.

Præcipuè veneris furiata libidine Pardum
Si quando admissus, tetoquè è corpore odorem
Spirat, & stratum metuit deprensa maritum.

Lib. 1. cap 7. Id clarius patefecit Philostratus in vita Appolonij sic. *Leæna quando se post Pardorum cõcubitionẽ grauidas esse sentiunt, tunc eorum consuetudinem sequentes catulos maculosos parinnt (quos vocant Leopardos) hosque occultantes in densissimis sylvis clam nutriunt, simulantes à maribus venationis causa abesse, & si fortuito huius generis catuli à Leonibus reperiantur statim necantur, & leæna tanquam adultera abigitur.* Verùm animaduertendum est, quod oprimè notat Porta in sua Magia naturali, quemadmodum Leæna ad sui amorem stimulat Pardum, ita & leo aliquando cum Panthera commiscetur, quare ex commixtione leonis, & pantheræ nascitur fœtus maculosus, at ex congressu leænæ, & pardi oritur fœtus non iubatus, licet id ordine inuerso Philostratus proposuerit. Præterea ex Hyena, & leæna, auctore Plinio, producitur Crocuta, immo & canis mas cum leone fœmina, & leo mas cum cane fœmina coniungi possunt, vt scripsit Odonus in Aristotelem, quam comixtionem, etiam Porta loco citato approbabat sed addebat diligentèr perpendendã esse animalium, quorum faciendæ est coniunctio, magnitudinem, & temperiem, nam cum animalia diuersi generis eandem magnitudinem, & temperiem sortiuntur, tunc ex horum coniunctione noua animalia oriri possunt. Circa partum obtemperandum est solam Leænam, teste Aeliano, inter quadrupedia vnguibus aduncis prædita catulos videntes eniti, quam ob causam Plutarchus huius fuit sententiæ, vt leo animalis solaris nomine donaretur, neque omittendum est leænam esse reponendam inter illa animalia, quæ partum imperfectũ, & catulos inarticulatos edunt, cuius rei causam Aelianus in varia historia catulis ad lucem festinantibus adscribebat; qui adhuc imperfecti vnguibus vterum maternum vellicãdo exitum solicitant, & quoniam hoc ad aliorum monitum, & non ex propria sententia Aelianus protulerat, propterea idem agens de natura animalium leænæ vterum à fœtu dilacerari fabulosum esse asseuerauit. Huius igitur genuinam rationem esse scribebat Aristoteles, quoniam animantia solipeda, & Bisulca non multos catulos, vel pullos vnica partura edunt, at multifida sunt etiam multipara. Idcò ob numerum catulorum, & inopiam alimoniæ ante perfectam maturitatem fœtus enituntur. Quocirca ex verbis Aristotelis elicimus sententiam Oppiani de leænæ partu veritati appropinquare, dum canit.

Lib. 2. cap. 3. de nat. anim. 4 Symp. Leo cur dicatur animal solare.

Lib. 10. Lib. 2. cap. 2. Lib 4 de gen. an. cap. 6.

Quæ animalia multos catulos pariũt.

Falsa etenim fama est, vnum tantum edere fœtum.

Lib. de diff. an. cap. 80 Leæna quot catulos edat.

Edoardus Vuot scribit leænam non omni anni tempore, sed Vere concipere, & post spatium sex mensium parturire, & magna ex parte geminos, sed non plures quam sex edere, quamuis aliquandò vnum tantummodo enitatur, & cãtuli cum primùm in lucem excunt magnitudinem mustellarum non excedunt, quod autem in nouissimo pariendi actu vnà cum catulis leæna vterum excernat, Odonus in Aristotelem inter fabulas collocandum esse arbitratur. Natalis Comitum agens de venatione catulos leænæ non excedere numerum quaternarium significauit hoc versu.

Lib. 2.

Nunc duo, nunc tres, nunc vnum, nunc quatuor edit.

Phyles verò, leænam in toto vitæ cursu quinquies parere cum infrascripto ordine demonstrauit his carminibus iambicis tali ratione inscriptis.

περὶ λεαίνης

λέαινα δὶ κράτιστα τεκνάκις τίκτει
καὶ πίντε μὶν τὸ πρῶτον, ἔπτα δὶς δύο,
καὶ τρεῖς ἑφεξῆς, τῶ τετάρτω δ' αὖ δύο,
καὶ σκύμνον ἁπλοῦν ἐς τὸ πέμπτον ἐξάγει.

Idest,

Idest.

Vtero Leæna quinquies emittur,
Quinosquè primum, quatuor deinde catulos,
Ternisque posthac, inde binis fœtibus.
Augetur, at quintum vnicum solummodò.

Hic auctor ex Aristotele transcripsisse videtur, sed obseruandum erat, ibi Aristotelem non in genere, sed tantùm de leonibus Syriæ incolis sermonem habere. Quorum leænæ quintam parituram non excedunt, & post modum infœcundæ tota vita euadunt, & in pariendo talem in numero catulorum seruant ordinem qualis à Phyle describitur. Num vetò leænæ catulos plures, quam sex in vtero concipiant, & nùm tempotis tractu sterilescant, ponderandum est; Nos in præsentia non possumus id, nisi duabus breuibus historijs demonstrare. Primam tecitat Philostratus in vita Apollonij, scilicet leænam eximiæ magnitudinis circa fines Babyloniæ à venatoribus captam fuisse, & interfectam in vtero octo catulos gestantem inuentam. Alteram memorat Ioannes Villanus in suis historijs, nempè Florentiæ leænam ætate grauem, præter omnium opinionem, sex catulos pepetisse, & hæc de congressu, & partu dicta sufficiant. *Lib. 6. hist. an. cap. 31* *Lib. 1. cap 7.* *Leæna senes. peperit.*

CAPIENDI RATIO.

FEratum persecutores, non solum venaticis instrumentis, sed aliquando variis fouearum, retium, & eduliorum venenatorum artificijs leones comprehendunt, hosque vel mortuos ad ciuitates trahunt, vel catenatos ducunt. Primò artes, quibus viui capiſtrentur, deindè arma, & venena, quibus interimantur, docebimus. Quoad primum venatores Lybici, auctore Petro Gyllio, diligentèr inuestigant viam, per quam leones cryptas petunt; in qua scrobem altam, & latam excauant, in cuius medio columnam agnum alligatum sustinentem erigunt, fossam maceria cingunt, ne leo appropinquans dolosum barathrum videat, qui tandem audito agni balatu accedens ab inopinata foue excipitur. Alij exeuntes venatum vestis stragulæ quoddam genus deferūt, & huiusmodi sagum contra leonis ingruentis impetum obijciunt, capuisque cooperiunt, tuncque Fera quodamodò torpescit, nec venatori vincienti reluctatur. Venatores Euphratis accolæ retibus in comprehendendis Leonibus vtūtur, quibus tensis, equites more bellico sinistra clypeo crepitantes, & dextra facem accensam tenentes, & circumfusi currendo leones inuadunt, multis peditibus magno strepitu pone comitantibus; Leones igne, & vociferatione territi resistere non audentes in retia currunt, & comprehenduntur. Retium occasione non erit ab re hic recensere cistæ genus, quod ad instar retis viuos lennes constringit; huius inter alios scriptores Bartholomæus Anglicus meminit: in primis proponit fossam altam in via, per quam leones ad speluncam tendunt, vt superius fuit explicatum, in cuius lutere alia cauea paratur continens cistam magnitudinis leoninæ capacem, nam leo à prima foue exceptus, & deceptus, præ pudore, secundam cauea consequenter què cistam facilè admittet eotem ingressum, sed non egressum; intrat, hoque modo restrictus catenis ligatur. In Aethiopia aliud seruant in capiendis viuis leonibus artificium, vt declarat Gyllius loco supra citato: Viri robusti omni ex parte armati, & scutati flagellorum vibratione obstrepentes leonis spelæum adeunt; Leo hac indignitate pulsus, ore hianti, magno cum rugitu, erumpit, & in venatores irruit, illi constanti animo eam tempestatem excipiunt, interea, dum leo dentibus, & vnguibus quemplam venatorum dilaniare conatur, alius retrò scutica leonem cædit, & magno clamore vexat, tunc confestim relicto priore, ad posteriorem os retorquet, alij aliundè irritant; tandem longo labore fractum, & decumbentem vinculis coercent, quam capiendi rationem, Bargeus de leonum venatione agens perelegantèr describit dum ait. *In annot. in Ael. lib. 2.* *Foueæ pro capiendis leonibus.* *Sago leo capitur.* *Lib. 18. de Anim.* *Cista capitur.* *Homines armati capiunt leones.* *Lib. 6.*

Præterea Aethiopes dextrorum viribus vsi
Speluncas adeunt, strepitu & voce latentem
Exturant, magnis acuunt clamoribus hostem,
Et nunc ille armos, nunc verbera ilia flagris
Quærit ita verberibus multis tergà horrida cæsum
Demittentem animos cogunt dare colla catenis.

Chaocalchi puluer leones capiuntur.

Geſnerus in leonum captura pulueris chalcãthi meminit quem venatores armati in os leonis impetum facientis injciunt, tanta enim eſt vis chalcanthi in adſtringẽdo, vt Fera mordere non queat, ſicquè minori negocio leones refrenantur, & hoc puluere, eodem Geſnero auctore, multi ſunt vſi in arena quando ſpectante Populo Romano, cùm leonibus prælijabantur. A

Lib. 10. capit.

Quoad ſecundum examinandi ſunt varij modi, quibus leones mortui capiuntur Petrus Creſcentienſis inquit leones per anguſtum orificium ad loca claula ingredientes laqueis biſariam ſtrangulari; primò quando laqueus annectitur alicui pertic æ plicatæ, & adeò validæ, vt Feram collo captam in altum eleuare, & ſuſpendere poſſit, deinde quandò penes laqueum ponitur aliquid eumdem ſtringens, & impediens Feræ caput, ne laqueum rodere valeat. Præter vincula nominata, quibus pondere preſſis leones capti vitam finiunt, habemus in hiſtoria naturali Indiæ Occidentalis venationem leonum hic exerceri ab Indis. Hi lapidibus muniti, & fuſtibus armati gregatim leones ambiunt, illoſq; lapidando, vel fuſtibus verberando tandem interimunt, & ſi arbores aſcendant, tunc ſub Indis arcubus, longis haſtis, vel etiàm ſclopis dejciuntur. Priſci ſolas ſagittas in leonum venatione adhibebãt quæ à valida exercitati venatoris manu proiectæ fortiſſimos leones occidebant, ad quod fortè alludit Auſonius in hoc diſtichon. B

Laqueis quomodo capiantur.

Lib. 4. cap. 32.

Sagittis, & ſclopis necantur.

Quod Leo tam tenui patitur ſub arundine lethum,
Non vires ferri, ſed ferientis agunt.

Venator leonum qua morte obierit.

Hinc colligendum eſt antiquos habuiſſe, non tedum homines robuſtos, ſed in exercitio venationis leonum valdè excellentes, inter quos Agathias poeta validum Panopea venatorẽ leonum connumerauit, & eius ſortem etiam deplorauit, quia ipſum virium robore tetertum & leonum ſæuitiam non formidantem per montium aſpera incedentem exigui animalis, nempè ſcorpionis ictus proſtrauit. Canibus quoquè leones capi teſtis eſt Natalis Comitum dum ſcribit.

Lib. 2. de ven.

Vincitur interdum canibus vis magna Leonis.

Canibus vtiũtur in venatu leonis.

Lib. 8. cap. 5.

Id expreſſum habemus ab Ariſtotele in hiſtoria animalium, vbi ſcribebat canes ob excellentiam odoratus eſſe valdè idoneos ad leonum venationem; nam olfaciunt ſtipites, & alias arbores, ſecùs quas leones mingunt, nam hi vrinam tẽtentem, & eleuato crure, more canum excernunt. Hodie canes pro venatu leonum in prouincia Cangigu adhibentur, vt collegimus ex epiſtola Aſiatica exarata in volumine de rebus geſtis in Oriente a Societate Ieſu. Ibi vir armatus arcu cum duobus canibus ad leonem ſuperandum ſe confert; Leo, ſi arbor propè adſit, illi ſe admouet, vt aduerſus pugnet, ſin minùs, cum ſciat ſe canibus non poſſe aliter reſiſtere tanti eſt animi, vt non fugientis more recedat, ſed pedetentim gradiatur, licèt canes morſibus eundem inſequantur, & venator ſagittis eum petendo lædat, donec effuſo ſanguine concidat. Verùm, quia multa ſunt loca montoſa, inuia, & aſpera à leonibus tamen habitata, quæ per canes, & tetia venationem non admittunt, placuit Geſnero proponere venenum Aconiti, cuius radix ex ocata in tenuiſſimum puluerem redigitur, qui pupulis ex carne patatis miſcetur, quæ poſtea ſecus vias, & per loca leonibus frequentata diſpergantur. Prædictis addere poſſumus noſtra ætate nullum eſſe inſtrumẽtum aptius ad leonum necem, quàm bombardam minorem, quoniam huiuſmodi manuale tormentum in tribus leoni aduerſatur, nam fulgore igneo, & ſtrepitu illum terret, deindè glãdis ictu enecat, quàmuis leones, vtpotè mamut, ex ſclopetorum diſploſione magis ſtrepitum, & igneum fulgorem, quàm eorum glandem reformident, cum tamen poſtremum illis magis eſſet timendum. C D

Modus venãdi leones in Prouincia Cangigu.

Modus venenãdi leones.

Cur ſclopos leones formident.

CICVRATI LEONIS MANSVEtudo, & efferati immanitas.

Quis primus leones domauerit.

Anno Carthaginenſis omnium primus Leones exarmaſſe dicitur, quamuis ob tanti laboris præmium tanquam omnia auſurus, quia leonum immanitatem domare poterat illet, à cuibus relegationem repetrauerit, ſed quibus artificijs id præſtiterit, nobis adhuc ignotum eſt. Hoc quidem clariſſimum eſſe conſtat, quod leonum, & aliarum huius generis Ferarum domitura longum temporis ſpatium poſtulat, iuxta illud.

Lib. 4. Triſt.

Longa

E *Longa dies homuns docuit parere Leones.*

Leones potissimum omnium ferocissimi, quales Poeni, vel Africani prædicantur, nonnisi longiori temporis interuallo omnem feritatem deponunt, & nostra hæc verba à veritate non distare ingenuè fatetur Ouidius, dum ait. *Lib. 4. Trist.*

Tempore Poenorum compescitur ira Leonum,
Nec feritas animo, quæ fuit, ante manet.

Præter temporis longitudinem multæ etiam blanditiæ, & varia obsequia à mansuetarijs adhibebantur, qui omni ingenio in cicurandis huiusmodi bestijs, & præmium, & idoneos propriæ laudis buccinatores consequi conabantur; non præter rem Ouidius ad hoc alludens canebat. *Lib. 1. de Art. aman.*

Obsequium Tigresq; domat, tumidosq; Leones,

Si ad magis peculiaria documenta pro mitiganda leonum feritate accedere volumus: hæc habentur apud Philostratum in vita Apollonij, vbi ad mentem Regis Indorum Phraotis scribebat leones, quos mansuefacere desiderant homines verberibus non esse cædendos, quia sic efferari facilè possunt, neque blanditijs nimium leniendos esse putabat, quia sic *Ratio domãdi leones.*
F nimis superbi euadunt: itaque blanditias minis permixtas in hac functione commendabat. Quod præceptum secutus Gyllius blanditias minaces ad leonum superbiam deprimendam & ferociam sedandam idoneas esse pronunciauit. Verùm sanius, & vtilius erit leonem cicuri desideranti catulum procurare; nam leo in prima ætate cicur tactus (si credimus Aeliano) manssuetissimus euadit, lusionibus delectatur, cum animalibus diuersi generis stabulatur, & Domino, seu altori suo blanditur, & obsequitur. Verùm hoc reuocare in memoriam illum leonem æternum posteritatis monumentum promerentem, qui tam vnanimiter cum Arteto commorabatur, vt alter terroris, alter verò immanitatis esset oblitus, de quo Martialis epigramma composuit, cuius tantùm conclusionem tanquam lectu dignam non tædebit afferre, quæ est hæc. *In Aelt. lib. 2.* *Lib. 9. cap. 73*

Sydera si possent pecudesq; Feraq; mereri,
Hic Aries astris, hic leo dignus erat.

Similes historias cicuratorum leonum legimus apud Aelianum, qui scribit in templo Adónidis regionis Aelimeæ commoratos fuisse leones adeò mites, vt ingredientibus adularentur, & si quis edens illos inuitabat, accedebant, & acceptis cibis moderatè recedebant. *Lib. 2. de nat. an. cap. 12.*
G Hanno, de quo supra dictum est leonem ad farcinarum vectiones aluit, cùm Bereniee leo manssuefactus viuebat, linguaquè eius faciei blandiebatur. Onomarchus Catanæ Tyrannus leones habuit conuictores. His addamus cum Petro Messia leonem Regis Ioannis secundi vltetioris Hispaniæ adeò placidum, vt quando Rex sedebat, semper tanquam canis secus ipsum quiesceret, & alium huius conditionis Archiepiscopus Hispalensis possedit, & similem Christianissimus Galliarum Rex Eminentissimo Cardinali Hippolito Mediceo dono dedit, vt Paulus Iouius in historijs astruit. Hodie quoquè Agyrtæ, seu Circumforanei huiusmodi leones manssuefactos nutrire solent, quorum gesticulationibus & nugis per ciuitates, & oppida vagantes, populi cętu congregato, captant quæstum, quem maiorem quotidie facere conantur, cum leones, quos cicuratos circumducunt à vectigalibus immunes non esse, per leges sancitum. Aliquando, data occasione, huiusmodi Feras caro pretio vendunt Principibus, & alijs viris nobilibus, qui huiusmodi feris cicuratis delectantur; Verùm emptores, ob aliquam Feræ vitiositatem, actionem redhibitoriam spectare non possunt, quoniam leges neque in leonibus, neque in huiusmodi bestiarum genere, redhibitionem non admittunt. Inter alia vitia, quæ leonis lenitatem depranare possunt, hoc vnum est præcipuum, quandò repente immanssueti euadunt, quòd accidit illi leoni, in quem eleganti epigrammatè inuehit Martialis, qui cum esset manssuefactus illicò ad feritatem reuersus duos pueros, qui vertebant glebas arenæ dilacerasset. Alibi quoquè alterius efferati memoriam repetit, qui ausus fuit altorem suum lædere, & epigramma sic se habet. *Cicuratos leones quis habuerit.* *Lib. 22.* *ff. de vectig. & Tuol. vlt. §. species.* *De Aedilit. l. ff. en. §. 1.* *Lib. 2. epig. 75.*
H

Laceraſt ingrato Leo perfidus ore magistrum
Ausus, tam notas contemnere manus.
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas,
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.

Thomas Morus quoquè arguto hexasticho cicurato leoni fidendum nõ esse, nihil diffitetur, cum introducit Manssuetarium deosculantem leonem, & inuitantem ex circumstantium

Lib. 1. epig.

coronã

corona aliquem ad ſui imitationem. Vnde ex hominum cœtu profiliit Lyſimachus, qui leonis linguam ſe tacturum eſſe pollicitus fuit, deindè id renuit ob viciniam dentium reformidans hunc in modum. A

Dum domitus placido Leo lamberet ore magiſtrum
Prouocat exemplo quemlibet ipſe ſuo,
Cumq́ diu ex tanto prodiret nemo corona,
Profiliit forti pectore Lyſimachus.
Ipſe (ait) audebo Leoninam tangere linguam,
Sed tamvicinus dentibus haud faciam.

GRATVS ANIMVS LEONIS ERGA BENEFICOS.

Lib. 1.

Accepti beneficij gratiam ſeneſcere non debere ſimulacro Gratiarum ſiue. B num hominibus demonſtrabat Antiquitas, qui cum ſint rationis participes omnes benè merentes perpetuò benevolentiæ ſtudio proſequi debent. Hoc nos in admirationem non trahit, ſed illud, quod ſcribit Seneca agens de beneficijs, ſcilicet Feras etiam ſentire officia, nec vllum eſſe tam immanſuetum animal, quod cura non mitigęt, & in ſui amorem vertat, eò hanc cauſam leonem. ora à magiſtris impunè tractantur, & addit Seneca ſe in Amphitcatro ſpectaſſe beneficiarium leonem, qui vnum è beſtiarijs agnitum, cum quondam eius tuiſſet magiſter, ab aliarum Ferarum impetu protexit. Ad rem facit hiſtoria, quam recitat Aulus Gellius de ſeruo, cui nomen erat Androdus qui inter plures introductus fuit ad pugnam beſtiarum, hunc leo terrificus vbi procul vidit, quaſi admiràs ſtetit, deindè ſenſim, & placidè accedens mota cauda inſtar adulantis canis, manus ferè exanimati propter metum lan bere cępit. Androdus ob leonis blanditias amiſſum quaſi animum recuperans oculos ad conſpiciendum leonem conuertit, & tunc mutua quaſi recognitione tacta ambo ſibi inuicem gratulabantur, ob hanc admirationem maximus, inſpectante, populo clamor ortus fuit. Tunc Androdus a Cæſare de hoc interrogatus narrauit ſe, dum moraretur in ſolitudine Africæ elapſis annis, huius leonis ſaucium pedem curaſſe, ob id leo beneficij memor me ad beſtias condemnatum offendere noluit. Solent ſæpènumero leones per aſperа, deſerta, & inculta loca gradientes à ſpinis, vel aliis acutis furculis in pedibus vulnerari. Similis caſus accidit Mentori Syracuſano in Syria, qui leone obuio ſuppliciter ei ſe aduoluente attonitus pauore, cum refugienti vndiquè Fera ſe ſe opponeret, & veſtigia more adolantium lamberet, animaduertit magnum in eius pede tumorem, & furculo extracto, leonem cruciatu liberauit, hunc caſum pictura Syracuſis teſtatur, vt ſcribit Plinius, ſed quod præmium Mentor à Fera retulerit non deprehenditur. Id quidem licet intelligere ex Textore in caſu Helpis Samij, qui in Africa, leone viſo, pauidus arborem conſcendit, cum leo penes arborem procumbens hiatu miſerationem quærebat, habebat enim ingentem ſpinam pedi infixam, quam cum euelliſſet Helpis ei leo quotidie venatus aggerendo gratiam retulit. Sed ad quid per profanas ethnicorum hiſtorias vaganur? è cum huiuſmodi exempla ex ſanctorum vitis colligere liceat. Sophronius in Prato ſpirituali hæc habet. Penes Iordanem monaſterium eſt, quod Abbatis Geraſimi dicitur. Hic Abbas quadam die deambulans ſupra ripam Iordanis obuium habuit leonem valdè rugientem ſuſpenſo pede, cui infixus erat calami aculeus; cum igitur leo vidiſſet ſenem, ei vulneratum pedem oſtendit, ſenex ſedens pedemq; aprehendens calamum extraxit, & ſanem in vulnere genitam abſterſit, & panno pedi alligato leonem dimiſit; leo ſanatus ſenem deſerere noluit, ſed ipſum quocumq; è incedentem comitabatur; ſenex gratum Feræ animum admiratus, illam infuſis leguminibus nutrire cępit. Nonne D. Hieronymus, cum medelam pedi leonis à ſpina ſaucio attuliſſet, grati animi ergo ipſum habuit famulantem. Macharius confeſſor, vt aſſeuerat Textor, in deſertis nemorum locis habuit leonem cellæ ſuæ vicinam; cuius cultus cæcis cum viſum reſtituiſſet, Fera obſequij memor ei pelles pecudum quas venabatur, afferebat. Denique ne lectori tędio ſimus illum ad dies caniculares Maioli ſelegamus, vbi multas huius generis hiſtorias ſcitu dignas exarat.

A leonibus, qui protecti.

Lib. 5. noct. Att.

Androdi hiſtoria.

Mentoris hiſtoria.

Tom. 2. offic. Helpis, ſuoq; metus.

Cap. 807.

Abbas Geraſimus leonẽ ſanat.

D. Hieronymus ſanat leonem. Tom. 2. offic. Macharij lega.

C

D

A LEONE, VEL LEONIS CAVSA occisi, & saucij.

OMines multos à leonibus occisos, & deuoratos narrat historia cuiusdam Therodamantis nomine, qui in Scythia, vel vt alijs placet, in Numidia tam crudelitate erat præditus, vt homines leonibus, quos multos in Ibin habebat, deuorandos præberet. Id videbatur significasse Ouidius in Ibin, dum scripsit reliquit. *Therodamantis*

Therodamanteos vt qui sensere Leones.

Si particulum hominum ab hoc animali occisorum historias perscrutemur, incidemus in Paphagem Ambraciæ regem, qui dum occurrisset leænæ catulis suis iuratæ ab eadem interfectus est, huius mortis meminit Ouidius in Ibin, dum ait, *Paphages à leæna interfectus.*

Fera tibi occurrat patrio popularis in arvo,
Sitq; Paphagæ causa Leæna necis.

Pariter Hyas Atlantis ex Aethea filius, dum venaretur, vel vt alij malunt, dū catulos leonos auferre conaretur, inter ereptus est à leæna de hoc Ouidius in fra scriptos versus reliquit. *Hyas à leone occisus. Lib. 5. fast.*

Dumque petit Lethræas fœtæ catulos sq; Leænæ,
Ipse fuit libycæ præda cruenta Leæ.

A leone citheronio multi fuerunt enecati, sed inter alios Euippus filius Megarei regis, vnde Rex postea & filium vxorem, simulque regni successionem hunc leonem occidenti polliciturus est. Narcissus vnus eorum militum, qui Commodum imperatorem suffocarunt, iussu Septimij, vt notat Aloysius Contarenus, à leonibus deuoratus fuit. Exempla hæc enarrata nulla sunt in comparatione ad numerum illustrium Martyrum ad leones damnatorum, quoniam Satirus, & Perpetua Martyres cum nullis tormentis, nullisque minis ab orthodoxæ fidei cultu diuerti possent, Valeriani & Galieni tempore, sub Præside Tarsucio à leonibus dilacerati fuerunt. Ignatius Episcopus Antiochenus, cum neglectis tormentis constans in fide persisteret, iussu Traiani Imperatoris leonibus exhibitus ab ijsdem voratus fuit. Hæc Rauisio Textore in sua Officina recitantur. Sexcenta alia huius generis in campum afferre possemus, quæ breuitatis studio omittentes ad illos, qui leonis cauda interierunt sermonem conuertemus. Euippus à leone necatus. *Lib. antiq. Rem. Sancti Martyres à leonibus necati. Tom. 1.*

Vnà instar omnium similis casus fit Pyrami, & Thysbes historia ab Ouidio hunc in modum exposita. Pactum erat sub noctem egressos vbe conuenire ad sepulcrum Nini fonti proximum, prior aduenit Thysbe, & incidit in lęnam, quæ deuorata prædarictum sanguine spumantem habebat, ea visa, fugit Thysbe, & tergo delapsa velamina reliquit, hæc cum reperisset lęna ore cruento lanianit, paulò post Pyramus accedens vestigia Feræ deprehendit, & veltem cruentam reperit, hinc conijciens Thysbem perijsse suo se gladio iugulauit, mox supernenies Thysbe eidem gladio incubuit. Sauciorum à leone, & non interemptorum historiam nullam peculiarem inuenire potuimus, fortè quoniam vulnus, siue dentibus, siue vnguibus à leone inflictum lethale fit. Primò dentium vulnus malignum iudicatur, quoniàm virus ab immixtis partibus leonis dimanans in vulnus transit; præterea vulnus vngubus illatum periculosissimum esse constat quoniam (teste Aetio) leones, sunt animalia robustissima prædaque vngubus nexilis, & penetrantibus, quibus vulnerando neruos pungunt, quam punctionem, vt plurimum spasmus consequitur; Ideò, qui in huiusmodi calamitates incidet, unt, rarò periculum mortis euitarunt, quorum vulnerum medelam, si quis desiderat, Actium potest consulere. *Tyrami, & Thysbes mors qualis. Vulnera à leonibus facta curabilia.*

ÆGRITVDINES, ET MEDELÆ.

VAmus Feræ inter cætera animantia, minùs ægra valetudine oppressæ decumbere videantur, cum ob intensi caloris vigorem alimenta probè concoquant, & ob venationis exercitium omnia excrementa dissipent, & detrudant, tamen & ipsæ aliquando valetudinis imbecillitate occupantur, neque leones, qui agerris oculis dormire dicuntur, ad tuendam valetudinem satis inuigilare possunt, quin aliquando grauibus morbis afficiantur. Duæ iunt ægritudines, quæ *Febris quartana leonum morbus.*

quæ leonum vires debilitare ſolent, nempè febris quartana, quam huius animalis propriã affectionẽ Viri rerũ naturaliũ periti eſſe prædicant, altera eſt quam de labitur in ſeniũ, quia tunc leo ætate obductus, aliquo præſidio vires ſuas inualidas roborare conatur. Febre quartana leonem corripi concedit Albertus, ſed ea perpetuò laborare affirmatiſſimè negat, quoniam ratio nobis perſuadet nullum animal à natura, niſi ſecunda valetudine confirmatum in ſua ſpecie procreari. Cardanus ſcribit leonem ob calidam eius naturam alternis diebus morbo eruciari, ex quibus Cardani verbis haurire licet leonem non quartana, ſed potius tertiana febre affici, nam per morbum alternis diebus ingraueſcentem typum tertianarium intelligimus, eoquè magis, quia Cardanus ob calidam naturam hac aduerſa valetudine leones detineri aſſeuerat, in qua humores non niſi ignei, & bilioſi ad tertianarios affectus producendos idonei generantur. Leonem verò toto vitæ curriculo ſimili febre laborare non eſt credendum; tùm quia ſcribit Phyſiologus hyænæ leonem indefenſa viuere valetudine, & reliquis anni temporibus æſtu febrili iactari, tùm etiam, quia id non negat Phyles in ſuis verſibus iambicis ſcribens leonem quartanario morbo aliquandò premi, reliquum verò ætatis curſum incolumen tranſigere hunc in modum,

A

Lib. 22.

Lib. 10. de ſubtil.

B

Φύζεται δὲ τῷ τεταρταῖῳ τε τρόμῳ
Νόσων γὰρ ὑγιὴς ἐυρύθμις ἐις τὸν βίον.

quæ latinè ſic ſonant.

Sed querquera illi febris oſſa concutit
Cum ſanus eunm ceterum quin tranſigat.

Licet Phylis interpres per quartanam, querqueram nempè grauem febrem expoſuerit, nos tamen nixi textui græco quartanã debemus intelligere, quæ Græcis dicitur τεταρταῖος. vndè oritur verbum τεταρταίζω ſcilicet febrè quartana laboro. Quænam ſint præſidia, ad quæ leo ægrotans in profligandis morbis confugere ſoleat inter ſcriptores ſententijs variatur. Phyſiologus, & Albertus carnibus ſimiæ febrem quartanam à leone expugnari, & hauſto canis ſanguine ab alijs morbis liberari pro comperto affirmant. Plinius tamèn, referènte Geſnero, ſanguine ſimiæ, & non canis leonis faſtidium leuari aſſeuerantibus dicti. Inualuit tamèn opinio apud omnes ferè Auctores leonem quartana febre correptum vocata ſimia in priſtinam ſanitatem reſtitui. Quamobrem Porta ſimiæ ſanguinem in febre quartana humanum genus vexante ſaluberrimum præſidium eſſe coniectabatur. Phyles cum prædictis non conuenit, ſed leoni tantùm ob gratem laboribus venationis ſuccumbenti in viribus recreandis ſimiam conuenire affirmauit, dum inquit.

Remedia morborũ leonis.

Lib. 1. Magn. c. 10.

Simiæ ſãguis remedium quartanæ.

Senij remedium in leone.

C

Λέων μὲν οὖν πίθηκον εἰ γηρῶν φάγοι
πρὸ τῦ Γαλήνου δέξεται τ' φόνου
Καὶ γὰρ ἀνηβᾷ καὶ ῥρωγᾷ τῷ φαρμάκῳ.

Ideſt.

Leo ſeneſcens ſimiam ſi deuoret
Non hac Galeni malit auxilium ſibi
Aetate pollens, & vigore hoc pharmaco.

Lib 1. var. hiſt.

Aelianus tandem in omnibus leonum affectionibus ſimiam tanquam præſtantiſſimum remedium commendauit.

SYMPATHIA, ET ANTIPATHIA.

D

Lib. 2. de nat. an. cap. 8.

MAximam interceedere affinitatem inter Leonem, & Delphinum Auctores nõ proleratij ſcriptis mandarunt, cuius cauſa eſt ſecundùm Aelianum, quia ille beſtijs terrenis, hic aquaticis imperat, & ambo, & ſenectute grauati, alioue morbo vexati ſimia vorata propriæ ſanitati conſulunt, eum hoc tamen diſcrimine, vt illi terreſtris ſimia, huic aquatilis remedio ſit. Si antipathiam contemplemur, inuenietmus leonem cum homine, cum quadrupedibus, cum auibus, cum ſerpentibus, cum inſectis, cum plantis, & denique cum quibuſdam maximoris vehementes gerere inimicitias. A primò inchoantes dicimus leones non virum, vel mulierem, ſed tantummodò fœminæ pudenda auerſari: id confirmat Ioannes Leo in ſua descriptione de Africa, quandò ſcripſit ſe à viris mulieribuſque Africæ incolis hoc audiuiſſe. Si mulier in leonem incideret eique verenda monſtrauerit, tunc leo, magno edito clamore,

Lib. 9. Leonis, & mulieris antipathia.

&

E & demissis oculis discedit. Præterea leo, & multa quadrupedia intestinis odijs diffidentes non conuenit leo cum elephante, vt notatum fuit in libro de solipedibus, lupum etiam ſi detestatur, quoniam ambo ex ijsdem victum petunt, ſi veritatem fatus est Aristot. in historia animalium, vbi etiam aprum odio haberi à leone auctor. Alij dicunt ad mentē Aristotelis leonem, viſo mure, fugere, ſed verba græca Aeliſt diligentèr rimari oportet, quia ſcripſit, quòd leo aliquando ὖν, id est suem non μῦν, id est murem formidat, nequè semper suem, ſed tantummodò aprum aſperrimis ſetis horrentem abominatur. Onagrum quoque, teſte Alberto, & tauro, auctore Volaterano, ſummopere odit. Tandem inter quadrupedia leo habet cum ſimia grauem offenſionum acerbitatem, quia ſimul ac ſimia ex aliqua arbore ipſum videt, & inuenit occaſionem in illum inſiliendi, eius caudæ ſe ſe applicat, & natibus affligit, & quibus poteſt ludibrijs Regi ſuo illudit. Ideò, vt notat Pierius, leo id impatienter ferens in huiuſmodi animal efferatur. Sunt inſuper nonnulla alia animalia quadrupedia nobis, & fortè etiam naturæ ignota, quæ ab Auctoribus inter leonum hoſtes connumerantur, veluti Gryphes qui, vt voluit Richardus Dinothus, capitali odio leones proſequuntur. Ioſaphat Barbarus meminit cuiuſdam quadrupedis animantis, cui nomen

F Barburth, quod in Perſide Indica ad regem Aſſambri allatum fuit leonina cauda, rufo toto corpore, & maculoſo, facie albis, & nigris maculis diſtincta leonis, hoſtis infenſiſſimus, nā. ipſo conſpecto, mox in iram accenditur quemadmodum feles ex tempore viſis canibus iraſcuntur. Prædictis addere poſſumus leontophonum, quod animal ab omnibus fetè rerum naturalium ſcriptoribus nominatum, ſed illorū nemo huius animantis deſcriptionem adduxit, vt lector poſſit venire in cognitionem, ad quod animantis genus referendum ſit, ad Inſecta reducendum eſſe multi aurumant, ſed Geſnerus dubitat, quia inſecta vrinam nō emittunt. Quocirca hoc ſit à natura admirtitur, inter quadrupedia viuipara eſſet reponendum, cum, teſte Plinio, vrinam leoni exirialem excernat. Inter volatilia ſollus galli odio excandeſcit huius meminit Reuſner. In Paradiſo poetico, dum inquit.

Quadrupedum rex cum Leo ſis Dominuſq; Ferarum
Ad galli cantum cur ſtrepitumq; fugis?

Huius antipathiæ tam veram opinionem in ſuis animis concitarunt Græci, vt ſequentes doctrinam Aegyptiorū (referente Pierio loco ſupra citato) animam Cecropis, quam in leonem migraſſe credebant, immolatis gallis gallinaceis, euocare libimet ipſis perſuaderent, &

G eò magis cum ſcribat Proclus Demones leonis forma apparuiſſe, & obiecto gallo euaniſſe. Huius antipathiæ cauſam rerum naturalium ſcrutatores hanc eſſe legitimam opinantur, quoniam ambo ſunt animalia ſolaria, ſed gallus in ordine ad Solem tanquam ſuperiorem leo auerſatur. Alij exiſtimārunt non gallum, ſed galli criſtas rubentes, & igneas leonem reformidare cum rubicunda, & ignita ſummopere perhorreſcat. Huius antipathiæ veritas noſtra ætate non innoteſcit, quoniam de hac Camerarius in ſymbolis hæc habet verba. *Noſtris temporibus in aula Sereniſſimi Principis Bauariæ vnus ex leonibus mirtis ſalibus inuicinam cuiuſdam domus aream ſe ſe dimiſit, vbi gallinaceorum cantum, aut clamores nihil reformidans ipſos vna cum plurimis gallinis deuorauit.* Nihil dicemus de quocūq; ſerpentum genere, in quod leones, dū lethale virus hoſtili odio ſemper ſæuiunt, & inſecta leonibus inuiſa, nempè ſcorpionem, & culices proponemus. Leonem regem Ferarum exiguo ſcorpionis aculeo exagitari in Hiſtoria inſectorum egregiè (ni fallimur) expreſſum

H fuit, vbi quoque notauimus culices in leonum greges adeò ferocire, vt magna interdum clade eos ad internecionem adigant, quod Ioannes Bohemus hac hiſtoria confirmauit. *Multi Aethiopum ex paludibus exeuntes à leonibus dilaniantur, & iamdudum illa Natio ab ipſis deleta eſſet, niſi natura eis ſponte præſidium tuliſſet, nam ſub ortum canicula innumera (nullo agitante vento) culicum multitudo ad illa loca aduolat quarum morſu, & ſono vocis territi leones illicò aufugiunt.* Præter anſam alia leoni obſunt pabula, quæ non deſunt plantæ, quas leo mirandum in modum deteſtatur. Geſnerus inter has recenſet Pardalianchem Aconiti ſpeciem, quæ planta licèt ab enecandis pardis nomen ſortita ſit, tamen leones quoque perimit. Amplius odit Allium, quoniam homines huius ſucco perlinitos, vel aqua, in qua Allium prius incoctum fuerit, perfuſos, à leone non attingi ſcribit Porta. Scillam quoquè à terra produci leo ægrè ferat, quoniam, ſi incaute eius folia conculcauerit, tanto corpore illicò corripitur, vt Gylius in Aelianum ſcriptum reliquit, & Scillæ addidit folia illis, quibus pede preſſis leo ſtatim obſtupeſcit, & per aliquod temporis ſpatium ad curſum inualidus redditur. Plinius meminit cuiuſdam herbæ Adamantidis Armeniæ, & Cappadociæ

Cap. 9. Lib. 9. cap. 8.

Apri, & leonis odium.

Lib. 22.
Lib. 25.
Simia & leonis inimicitia.

Lib. 1. Hierog.

In Aduerſ. Barburth animal.

Leōtophonos animal.

Galli & leonis inimicitia.

Cur Gallum leo reformidet.

Scorpionem leo odit.

Lib. 3. cap. 12
Culices leonibus inimica.

Pardaliāches leones necat.
Leo abhorret allium, & ſcillam.
Lib. 2. de vat. anim.
Fricit folia in naſa leonis.
Herba Adamantis qua.

doctiæ familiaris, inter quam, & hoc animal maximâ cadit antipathia, quonlam (vt ille ait) hac admota leones resupinantur. Quid autem per Adamantidem, vel Adamantida voluerit intelligere non declarat. Dubitandum est, an per hanc voluerit significare Lithospermum, inter Dioscoridis nomenclaturas à leonibus leonticem cognominatum quia lapidea dura, & fere adamantina producat. Denique vix dici potest, quam antipathiam cum multis rebus inanimatis leo exerceat. Primò, vt vult Gesnerus, rotarum strepitus horret, quæ de causa, currus inanes circumacti illum in fugam vertunt, vel ad caueam reducunt, de hoc in Anthologia elegans legitur epigramma in sacerdotem Cybeles, qui obuium leonem in monte sonitu tympani perterrefactum euasit. Seneca docet eo modo, quo Tautus pænni rubicundi ostensione irritatur, leonem mappam albam in propatulo positam molesto animo tolerare. Postremò loco recensebimus visionem ignis, quam leo semper demisse patitur, cuius antipathiæ causam hanc esse præcipuam aliqui docti viri affirmant; quia cum snaptè natura rubrum colorem iniquo animo pariatur ita, & ignem cum sit rubicundi coloris leo oderit, sed veriorem Aelianus assignare videtur rationẽ (dum inquit) leo calida imò ignea natura præditus est, & si ignem perterret, & amaret, adeò excãdesceret, vt immani furore corriperetur. Huius antipathiæ non sunt ignari custodes Theriotrophij Florentini, quibus huiusmodi Feras, & curriculis, & ignibus perterrefaciẽdo ad varia eiusdẽ septi loca impellũt.

Leo abominatur sonũ tympani.

Mappa alba inuisa leoni.

Modus pellẽdi leones ad varias caueas septi.

PHYSIOGNOMONICA.

ARtem cognoscendi hominum mores, & naturas ex corpore, vultu, oculis, fronte, naso, labijs, & cæteris humanis partibus. Porta in libro nomine Physiognomiæ inscripto diffusè docuit & huius doctrinæ veluti epitomen Gulielmus Gratarola composuit. Hic vir clarissimus ex corpore pilis densis, & asperis tecto animum potius quadrupedis, quàm hominis cognosci scripsit, sed si à capite cervix capillis sit cooperta instar leonis, tunc inquit, quòd hominem fortem, & animosum iudicare debemus. Si verò quis habuerit magnum caput imitans formam leonis descriptam ab Aristotele, is ad mentem Portæ in audacia, & magnanimitate excellet. Si frontem diligenter intueamur, multa in ea considerandæ inueniemus; & primò figuram, quæ si erit quadrata, & pro faciei ratione mediocris ob leonis similitudinẽ præditus tali fronte, vt notat Porta, magnanimitate, nec non sapientia, vt vult Gratarola, cæteris omnibus antestabit. Deindè in fronte quandoquè quædam veluti nebula conspicitur, qualem in Taurorum, & leonum frontibus licet obseruare, & tunc in homine hac nota insignito audaciam dominari. Porta liberè asseuerat. Gratarolus verò in suo opusculo habentes in riuo frontis quamdam veluti nebulam, motæ leonum, itacundia alijs antestare decreuit. Denique supra frontem è nasi regione pilos habens, annotante Porta, ad leonem refertur, & ramquàm liberalitatis antesignanus prædicatur. Post frontem oculi conspiciendi se offerunt, qui si mediocrem quandam concauitatem, leonis instar, nacti fuerint, ex his Gratarolus magnanimitatem arguebat. Nasum habet leo rotundum, eiusque summum obtusum, vt optimè perpendit Porta, & talis nasus obseruatur in illis, qui largo suæ munificentiæ imbre omnes aspergunt. Qui habent labia tenuia in ore magno, ità vt pars superiores superiectæ sint inferioribus, eademque laxa, iuxta angulos rotum ad imitationem leonis, animi magnitudinem, & fortitudinem participant. Tandem, vt huic doctrinæ finem imponamus, habentes latum os, quale in leonibus apparet, cum Porta bellicosos, & audaces declaramus.

Lib. Phyſiog. cap. 5.

Hominis animoſi ſigna. Lib. 2. Phyſiog.

Magnanimitatis, & ſapientiæ indicium.

Audaciæ, & iracundiæ ſigna.

Liberalitatis indicium.

Bellicoſi animi ſigna.

EPITHETA.

NOminibus substantiuis epitheta addendi, vel discretionis, vel proprietatis, vel ornatus gratia, consuetudo adhæc vsquè tempora penetrauit, sed leoni conuenientia ob egregias animantis prærogatiuas, & numero, & dignitate aliorum animantium epitheta longè superant. In primis leo ab aspectu terribilis, & terrificus ob terrorem, nec non horridus, & horrificus ob timorem quem incutit aspicientibus Latinis cognominatur, sed vt hæc latina epitheta illustriora

Leo dicitur terribilis horrificus, & horridus.

E cuadant, græca intertexere necessarium est, ideo in hoc sensu dicitur ab Homero σμερδαλέος quasi aspectu terribilis, idem est, quod σμέρδνος à verbo μέρδω intueor; ob id Hesiodo dicitur γλαυκιόων, quoniam γλαυκιάω est glaucis oculis terribiliter intueor, & βρέσυρος aspectu terribilis κρυόεις quoque pnetis vsurpatur alioqui κρυερὸς est algidus, vel horribilis apud Oppianum, & apud Theocritum ἀεὸς horribilis exprimitur φοβερὸς etiam timendus, & formidabilis à nomine φόβος fuga, & timor à Camerario exponitur. Dum latini oculos leoninos inspexerunt, ab eorum fulgore leonem fulgentem, & cæsium numinarunt. In græcis auctoribus legitur χαροπὸς, siue χάροψ lætitiam afferens oculis, sed propriè dicitur de oculis cæsijs, vel fuluis, hinc χαροπότατοι λέοντες apud Homerum, & πυρίγλενοι, quasi igneas pupillas habentes cum πῦρ ignis, & γλήνη apud Græcos pupilla sit. A colore pilorũ Latinis fulus, & flauus. Græcis ξανθὸς fuit nuncupatus. A locis à leone habitatis nominatur Getulus, Massylus, Libycus, Caspius, Idæus, Phrygius, Poenus, Marmaricus, Maurus, & Parrhicus, nam Cleonæus, Nemæus, & Molorchæus sunt epirhera non loci natalis, sed loci, in quo Hercules leonem confecit, Cleonæus, quoniàm Cleone est oppidum in via Peloponnesi, quæ ducit Corinthium, vbi Hercules leonẽ suffocauit, Nemæus à sylua Nemæa, in qua Hercules leonẽ fugientem comprehendit, & interfecit, de qua inquens Ouid. sic eccinit.

F *Hìc Elisa iacet moles Nemea lacertis.*

Et tandem Molorchæus à Molorcho sene, qui Herculi ad interimẽdum leonem proficiscẽti hospitium dedit. A pilis leo villosus, hirsurus, iubatus, rigidus, & asper Latinis. Græcis λαχνήεις, vel λαχνοειὸς, nempè lanuginosus indigitatur, & licet in hoc sensu à nonnullis dicatur καρχάροδους à vocabulo κάρχαρος asper, sciendum est hoc epitheton non ad asperitatem pilorum, sed dentium pertinere, & conuenire omnibus animantibus dentes serratos habentibus. A voce leo dictus est à latinis frendens, rugiens, & fremens Græcis βαρύφθογγός. & porissimum ab Homero in Hymno in Ven. quasi grauem sonum edens, hac de re ibidem etiam vocatur δεινὸς, nempè terribilis ob sonum. Apud Pindarum ἐριβρεμέτης grandifremus à verbo βρίμω fremo. A cibo latini carninorum vocant. Græci κρεοφάγον, sed Homerus ὠμοφάγον, nempe crudiuorum dixir. Ab occisore Herculeus nuncupatus est. A vi, & virture vastus, violentus, & dominus Ferarum nominatur. Gesnerus leonem vehementẽ nuncupauit, nam vehementia, præter vim, & robur celeritatem quoq; & concitationem designat. Non est igitur mirandum si Græcis dicatur πίλνοπος ingens, & immanis, & ab Homero κρατερὸς viribus potens, & Oppiano βριαρὸς robustus cui, & βασιλεὺς dicitur, ideſt G rex & κοιρανικὸς imperatorius, nec non κλυτὸς βασιλεὺς rex obstrepens. A tẽpetamento Latinis feruidus Græcis αἴθων, nempè ardens flagrans, nonnulli dicunt hoc epitheton metaphoricè conuenire leoni, equo, & homini, quando ardenti impetu feruntur. A celeritate impiger, & celer dictus est, & Græcis αἴολος, apud Nicandrum in Ther. licet vox hæc propriè varius exponatur, Porphyrius tamen αἴολον, velocem interpretatur, nèc mirum, quia alibi legimus θοοὺς λέοντας, nam vocem θόος lexicographi celerem interpretantur. A mansuetudine blandi dicti fuerunt leones porissimum cicurati, propterea hoc epitheto leones trahentes currũ Cybeles Claudianus insignibat. Ab animo ingenuus à Latinis, quia æquitatem amet, tumidus ob superbiam, generosus, animosus, audax, magnanimus. Græcis μεγαλήτωρ, vox hæc significat facientem homines superbos, propterea est legitimum epitheton diuitiarum, quibus homines superbi euadunt, & fortè ob hanc rationem λὶς μεγαλήτωρ Oppiano vocatur, quia leo superbiæ symbolũ representet; apud Pyndarũ βαρίκομπος fastunsus, & θρασυμάχης audax in pugna. Hesychio autẽ ὀβριμόθυμος, nẽpe magnanimus H dicitur. A reliquis moribus, & propensionibus latini leonem rabidum, itacundum, & insanum, quia rabie, ira, & furore agitetur, odoratum, quia in sensu olfactus excellat, auidum, quia multum desideret, indomitum, quia cicur factus denuo efferetur, letiferum, prædatorem, & rapacem, ferum, ferocem, atrocem, sæuum, quia cæteris animantibus noceat, & rapinis viuat, hac de causa Græcis quoq; & præcipuè Homero οὐτητὸς λέων, scilicet nocuus appellatur, quandoq; ὀλοὸς pernicosus. Leænæ quoq; propria epitheta auctores, & præcipuè poetæ attribuunt, & præter multa, quæ etiam competunt leoni. Leæna dicitur hircanà ab illa famosa sylua Hircaniæ ab huiusmodi bestijs habitata; dicitur eriam cauernicuba à cryptis, quas eũ suis catulis incolit, torua ab aspectu, & deniq; immãsueta, quia maiori eũ difficultate, quã leo mãsuefiat. Græcis ἀγρώνομος dicitur, quia partũ immaturũ emittat Oppiano ἀριβρυχὸς, quasi vàldè rugiẽs appellatur ὀρίπλαγκτος, quasi mõtiuaga, & ὀρίσβιος, quasi in mõtibus viuẽs, necnõ πιμπροφάγος, quia tauri carnib⁹ delectetur à Lycophrone indigitatur.

Iliad. 6.

Lib. 1. Cyneg.

Leo cur cæsius dicatur Odyss. λ.

Leo fuluus cur.

Cleonæus leo cur dicatur.

Nemæus leo. lib. 9. Met.

Molorcheus leo cur ita dictus.

Leo cur asper.

Iliad. π.

Leo cur vehemens dicatur. Od. γ. ff. δ.

Leo Rex obstrepens, & Imperatorius.

Leo ardens.

Leo impiger

Leo blandus quãdo dictus

Leo superbus.

Li. 4. Cyneg.

Leo fastumis.

Leo cur odoratus dicat.

Leo cur indomitus.

Leo fauces ferox.

Læna epitheta.

Læna Hircan. Cauernicuba.

Hactenus de epithetis propriè dictis. Sunt præterea alia nomina, quæ epithetorum faciem præſeferre videntur, tamèn quia per ſe ſignificant, ab adiectiuis, & reliquis epithetis ſegreganda ſunt, quæ perantonomaſiam vicem alicuius nominis proprij ſubeunt, & hoc in loco enumeranda eſſe duximus, quemadmodũ leontocomus, qui vocatur ille in cauſis leonum curam gereus apud Oppianum, ab alijs manſuetarius Ἀσσοτομάχης vocatur ille, qui pugnat cum leone, ideò per hanc vocem ſæpe auctores intelligunt Herculem. Ἀσσοτομὰς natus ex leone exponitur, ſed ſæpius per hoc vocabulum, homo leonina natura præditus ſignificatur, ſicut Poetæ conſueuerunt viros in bello feroces, & quaſi animo leonino præditos τυμολέοντας appellare Λιπόχλαυνος deſignat illum, qui loco læniæ, vel veſtis, pellem leoninam induit, idcircò Poetæ hoc nomen pro Hercule vſurpant. Leontocephalon appellamus aliquem capitè leonino præditum, monoleon verò ſolitarium leonem ſignificat. hæc nomina per antonomaſiam formata denominationem participare videntur, ideo ab his ad Denominata, & cognominata examinanda accedemus.

Herculis epith. a leone deſũpta.

Leontocephalus qui. Monoleon quid.

A

DENOMINATA, & COGNOMINATA.

B

NVmeroſa ſunt Virorum Fœminarum, familiarumquè Illuſtrium nomina, & cognomina, multiplicia animalia, plantæ, gemmæ, regiones, ahaquè multa inanimata ex vocabulo leonis tanquam ab vbertimo fonte prodeuntia, quæ omnia examuſſim, ſed leuiter tantùm, ſtudio breuitatis impulſi, attingere conabimur. Prima fronte virorum inſigniorum nomina eluceſcere debent, quæ in hiſtoria Batauiæ multa eſſe legimus; vbi Leuuigildus, Vveſtgothorum rex à leone denominatus eſſe videtur, licèt nonnulli apud Blondum Lemugildum typographorum incuria vitioſè legant, quia huiuſmodi nomen eſt fortitudinis argumentum, nempè Leuuigildus, quaſi leonum contubernalis, quemadmodum, & Leonardus ab animo leonino nuncupatus fuit. Leonatus ob generoſitatem fortè dux Macedonicus fuit cognatus matris Philippi, & cum Alexandro educatus. Leontiſcus vir Siculus manuum confractor per antonomaſiam nominatus, quoniam aduerſarij manus cõprehenſas infringeret. Leontij nomen à leone quidem deflexum, ſed tàm ad virum, quàm ad fœminam poteſt attinere, hoc tamèn obſeruatur diſcrimen, teſte Geſnero, vt in fœmina ſit nota libidinis, nam leontij, & leænæ nomina meretricibus tantùm impoſita fuerunt. Viris autèm hoc nomen ſemper honori, & ornamento fuit, leontij nomine multi Epiſcopi, & Chriſti confeſſores fuerunt decorati, quemadmodom, & multi leonides dicti, qui, vt in Martyrologio Romano legitur, ſanguinis effuſione Chriſtianã fidẽ conſtanter ſanxerunt. Leontis nomine Aretinus quidam cęlator inſignis à Spinula celebratur, apud quem lector duo epigrãmata de hoc viro non contemnenda legere poterit. Leonillæ nomine multæ illuſtres fœminæ ſplẽdidis virtutũ ornamentis in hiſtorijs cõmendantur, ſed illa omnes ſuperauit, quę placido, & hilari animo, ſub Marco Aurelio, martyriũ toleranit. Alia fuit dotibus formæ, puerilisq; cũctis præclara, ſed oculo ſiniſtro capta, quæ fratrẽ nomine Aconẽ oculo dextro priuũ, ſed pulchritudine cõſpicuũ habuit, de quibus apud Spinulã legitur perlegãs Tetraſtichũ huius tenoris.

Leuuigildus quid denotet.

Leontiſcus quis.

Leontij nomen bifariã ſumitur.

C

Lib. 2. epigr.

Leonillę nomine multę.

Lib. 3. epigr.

Lumine Acon dextro, capta eſt Leonina ſiniſtro,
Et potis eſt forma vincere vterque Deos.
Blande puer lumen, quod habes concede puellæ,
Sic tu cęcus Amor, ſic erit illa Venus.

His animaduerſis de nominibus, & inueſtigantes cognomina, prima facie incidemus in Auctores non proletarios, qui à leone cognominantur, inter hos recenſentur Ioannes Leo, qui Africæ hiſtoriam edidit, Dominicus Leo, qui egregiũ facultatis medicæ opus vitalibus auris commiſit, Petrus Leo volumen cum hac inſcriptione (mare magnum) in aſpectũ publicum produxit, & alij quorum operum tam cuulgatorum inſcriptio nobis in præſentia non ſuccurrit. Sic eo pede etiam præteribimus tot Illuſtriſſ. Vrbium Italiæ familias Leonis cognomine decoratas, quę adhuc ſuperſtites ſũt Romæ, Venetijs, Patauij, Florentiæ, Vincentiæ, Anconæ; imò in hac noſtra ciuitate Bononiæ nobiliſſima de Brancaleonibus familia olim floruit, & hodie clariſſima familia de Leonibus vitsli aura fruitu, ex qua tanquã ab equo Troiano non vulgares tã iuris prudentiæ, quã Philoſophiæ, & Medicinæ profeſſores emanarunt. Hiſtanquã coronidẽ addamus clariſſ. Venetos, qui vel ob inſigne gentilitiũ, vel potiùs ob animi, corporiſq; fortitudinẽ Pantaleones quaſi toti leones cognominantur.

Cognomina à leone.

D

Familiæ à leonibus cognominatæ.

B Si inquiramus, quænam sint animalia, quæ à leone denominationem hauriunt, multa profectò esse reperiemus, inter quæ Chamæleon, Latinis paruus leo cõnumeratur, cuius historiam in tractatu quadrupedum ouiparorum, Deo dante, ea qua potermus facundia, prosequemur. Aliud animal *Leoncornu* vulgò dictum quadrupes est vnicum cornu in fronte gerens, in reliquis leoninę formæ simile, sed de hoc in libro de solipedibus actum fuit. Leontophonos, de quo in antipathia verba fecimus dicitur, quasi leonicida, à verbo græco φόνω interficio, nã huius animalis exiccati puluere venatores in leonibus venenandis vtuntur. Portæ verò, cui magis credendũ est, leontophonos exponitur herba necans leones nascens, potissimũ in locis à leonibus inhabitatis, Leopardus animal est ex leœnæ, & Pardi cõgressu natum, de qua multa in differentijs supra expositis lector videre poterit; licèt apud Pollucem λεοντοειδὲς quęcunq; animalis species à leonis permistione orta cognominetur. Aeliano Fera leonina Indica dicitur Gryphis animal quadrupes, cuius partes posteriores leoni persimiles fingunter. Huius rationem assignans Bellonius hanc Aegyptiorũ finctionem esse promulgauit, qui volentes ingens diuitiarum pelagus significare, quod per Nilli inundationem affluebant, dum Sol leonis, & Virginis domicilia perlustrat, statuam in parte anteriori Virginem, & posteriori leonem representantem sculpserunt, quã postmodum nonnulli ob virgineam facicm Androsphyngem vocauerunt. Hic addere possumus alias Feras leoninis nuncupatas, vt leucrocotã, quam collo, cauda, & pectore leoninis pingunt, & Mantichoram, quæ corpus leoni simile præsefert, vt scribit Cresias, referente Gesnero. Cęterum præter animalia, multiplices plantę à natura sunt procreatę, quę à leone denominantur. Prima facie cuulgabimus illas, quæ a leonis partibus nomen recipiunt, deinde eas, quæ à colore, & à varijs leoninis effectibus denominantur, sigillatim examinabimus. Os leonis herba est apud Columellam, cuius floris figura rictũ leonis oscitantis exprimit, Græcè leontostomos appellari posset, Hermolaus in corollario hanc herbã sibi ignotam scribit, nonnulli Botanici, sed perperàm eandem esse cum leontopetalo Dioscoridis existimant. Nos autem Antirrhinum esse fatemur, cuius eres species, scilicet floris candidi, rubicundi, & carnei in publico Bononiensi horto hodie perennant, & nostrę mulieres Bononienses in vasis fictilibus hanc plantam colunt; quam à floris figura buccam leonis vocitant. Dens leonis in schola Botanicorum appellatur quędã Cichorij syluestris species quæ florem luteum in papos abeuntem producit; huius plantæ folia tali ordine crenarum sunt
G referta, vt figuram mandibulæ leoninæ dentibus munitæ representet. Præterea multæ sunt quarum flores, & folia, ob similitudinem pedis leonini toti plantæ nomen imponunt; ideò Brancam leonis herbam fiunt, seu mauram, Iligas dictam, Syluaticus Trifolium maius interpretatur; Viri eruditi hæc nomina de Trifolio asphaltite intelligũt. Leontopetalon herba est rara, quæ adhuc nostra ætate in Bononiensi viridario propagatur, & ita videtur nominata, quoniam folia pedibus leoninis similia gerat, sed auctores id non exprimunt, cius femininum dici Leontion inter nomenclaturas Dioscoridi adscriptas habemus. Leontopodij alia est herba apud Dioscoridem. Lonicerus illam esse putat, quam Matthiolus pro muris auricula depingit, Brunfelsius pro leontopodio Alchimillam, seu stellariam exhibet, quam postea cæteri Herbarij, à foliorum forma pedem, seu plantam leonis indigitant; & Dodoncus in Editione Gallica pro planta leonis Elleborum nigrum flore roseo delineat. Leontopodium apud Clusium est Gnaphalium alpinum, aliam quoquè plantam sub nomine leontopodij Cretici depingit Clusius. Tandem leoninam caudam à figura nonnulli Botanici vocant orobanchem, hanc herbam Matthiolus sub nomine herbæ lupæ monstrauit; nas-
H scitur hæc sponte inter Cannabem, & à nostris rusticis dicitur herba Tora, quoniam, vt ipsi referunt, Vaccæ, ea degustata, facilius Taurum admittant. Color quoquè leoninus cuidam plantæ bulbaceæ no nea debet, hæc hyacinthorum species est, nucleorum potiùs, quàm florum fertilior iuxta mentem doctissimi Ferrarij, violacea maculis intercursantibus distincta, cui vernaculum à leonino colore nomen est. Alij Cyclaminum herbam leonis esse voluerunt, vt opinamur, hac causa impulsi, quoniàm hæc planta Sole à signo leonis recedente florulenta euadat. A varijs effectibus aliæ plantæ nomen desumpserunt. vt leontocharon Polium dictum habetur in Dioscoridis nomenclaturis, quoniam hoc illi insitum sit à natura, vt leonibus gaudium, & gratiam concilicet. Quidam Botanici Galli, auctore Ruellio, Thymelæam leonem terræ dixerunt, quia, ni fallit nos opinio, cum sit herba cathartica, terribiles in corpore humano purgationes molitur. λεοντοπόδιον herba est dicta quasi leo leguminum, quoniam ea tam quam leo sudoret. Gesnerus

Chamæleon.

Leoncornu.

Leontophonos animal.

Lib. 6. Phys. cap. 23.

Leontophonos herba.

Gryphis animal.

Lib. 2. obs. cap. 46.

Androsphyngis quid.

Leucrocota.

Mantichora.

Planta à leone denominatæ quæ.

Os leonis herba quæ.

Dens leonis herba.

Brãca leonis herba.

Leontopetalon herba.

Leontopodiũ quæ herba.

Lib. 3. var. plant. cap. 27. & lib. 5. cap. 16.

Cauda leonis herba quę sit.

Hyacinthus leoninus.

lib. 2. de cult. flor.

Herba leonis quæ.

Leontocharon herba.

Leo terræ quę planta sit.

Osgroleon herba.

nerus addit alias plantas, quibus a Leone nomen, præter rationem, nonnulli præscripserũt, vt Lithospermum lapidis leonini nomine inscriptum, quia semina fere lapidea proferat, alij vocant prædictam herbam leontium, licut, & Cacaliam, quasi Coccaliam seminum coccorum instar producentem, quæ lithospermatis granis similia sunt; propterea ambæ, Gesnero annotante, leontice appellantur; imò & Glycirrhiza in nomenclatoris Dioscoridis hoc nomine decoratur. A plantis ad gemmas transitum facientes, inuenimus leontoselenum, gemmam leontion etiam dictam, vt scribit Plinius, quam Achatis speciem esse, & pelli leoninæ persimilem Physiologi autumant, illiusque virtutem aduersus scorpiones assignant. Multa loca (mirum dictu) a leone nomen sortiuntur, sed in præsentia, quæ ab animali, & non quæ a leone hominis nomine sumunt nomen, enumerabimus. Benedictus Bordonius narrat Insulam dictam Mederam a primis incolis in quatuor partes fuisse distributam, quarum vnam Cameram leonum vocauerunt. Leontocephalis vibs est Asiæ, quasi caput leonis dixeris, & leontòpolis Aegypti oppidum a leonum cultu denominatum, vt recitat Plinius, qui deinde Leontopolitem inter præfecturas Aegypti recenset. Alexandria quoque Aegypti olim leontopolis fuit appellata, quia fuerit ædificata iussu Alexandri, qui spolio leonis delectabatur. Leontarne verò, vt scribit Varinus in Aspra est vicus, vel fons circa Heliconem a leone denominatus, quia Adrasto illic sacrificante, leo agnum rapuerit. Libycum pelagus Philostratus leueneum, nempe leoninum ad mentem nonnullorum, appellat, quoniam ab ipso promontorium extendatur leonis imaginem referens, qualis fortuitò in laxis accidere solet. Indigenæ fabulose narrant huiusmodi promontorium esse vnum ex leonibus, qui quondam currum magnæ matris trahebant. Præter loca, alia quoque sunt, quæ inter hęc denominata sedem quærunt, vt leontea, quam nonnulli etiam leontẽ; ideſt pellem leonis nominant, verum hęc nomina commodius græce scribuntur λεοντια ἀ λεοντῆ, λεοντῆδορα, καὶ δερμα, λέοντος. Colorem quendam a leone infectores lanarum, leonatum dicunt, sed ambiget aliquis, quia color leonatus valdè obscurus est, & color leonis ad flauum, vel fuluum tendit. Fuluius Peregrinus hanc dubitandi ansam tollit dicẽs fuluum, seu flauum colorem leoni in omni ætate conuenire, præterquàm in senio, quia annis in finem vitæ vergentibus fuluus color leonis paulatim in leonatum degenerat. Demonium leoninum est quædam Manię species, notaque affectio in medicorum scholis, quando huiusmodi affectu oppressi, tanquam leones in alios homines sęuiunt. Leontarium est medicamen ophthalmicũ Antigoni Epiphoris perutile, & pueris præcipuè peraccommodum, ita nuncupatum, quia illi, leonis imago imprimeretur; huius descriptio apud Galenum legi potest. Postremum locum inter Denominata occupabunt carmina leonina, in quibus cauda, vel finis versus ventri, vel medio eiusdem versus respondet, denominatione sortè sumpta a leone caudam erigente, cuius finis medium ventrem contangens veluti semicirculum formai, qualis in huiusmodi versibus obseruatur; quicquid dicant alij de inuentore; nobis semper placuit huiusmodi versus Echinos appellare ab ἔχω, quoniam Hemistichium posteriùs respondet priori, & versus tam in fine, quàm in medio habent eandem cadentiam, & syllabam repercutientem ad instar Echo. Exempli causa afferemus pulchertimum epigramma, & eo libentius quoniam agit de quantitate discreta vini in conuiuio bibenda hunc in modum.

Ad primum morsum, si non potauero mors sum,
Gaudia sunt nobis maxima dum bibo bis,
Ad tertium potum, Lætus sum dum bibo totum,
Lætificat quartus, cor, caput, atque latus.
In quinto potu vas Bo potamus biarm,
Dulcis & ipse cibus dum bibo sex vicibus.
Potu septeno lętus sum, in corpore pleno;
Omos felices, esto bibendo vices.
Nona Natim rubeum pingit potatio nasum,
Ni decies bibero; cornua fronte gero.
Vndenaque vice tibi prabibo dulcis amice,
Et bis post decies, est mihi grata quies,
Postea dico satis, sed cum potauero gratis
Tantillum digitum, lętus eo cubitum.

huiusmodi igitur sunt versus leonini, qui ob eandem cadentiam in fine, & in medio, Semiprilcis tantoperè commendabantur.

Lapis leoninus herba.

Leontoselenus & leontion gemma.

Lib. 1. Insul. Leontocephalis verbo.

Leontopolis oppidum. Lib. 5. cap. 10.

Alexandria olim leontopolis dicta.

Leontea quid

Color leonatus vnde dictus.

Demonium leoninum quid.

Leontarium quid.

Lib. 4. de cõp med. sec. loc. cap. 6.

Carmina leonina qualia, & cur ita dicta.

HISTORICA.

DVo sunt præcipua alias leonis dotes superantia, scilicet ferocia, & mansuetudo, quæ Historicis visa sunt posternatis memoriam promererj; nam multi fuerunt, qui leonis animum audacem, & ad certandum cum omnibus propensum contemplantes, summam illius inuidiam contraxerunt, & potissimum illi, qui beluarum more ferociæ desiderarunt. Hinc Lucius Antonius Commodus Imperator, qui Neronis fuit sequtor (vt scribit Aloysius Contarenus) hac solũ causa mortus Hercules voluit appellari; deindè exuuijs leonis soli Herculi concessis triumphus incedebat. Alij præterea fuerunt, qui remota omni affectatione, suis temporibus, corporis robore, & animi magnitudine longè alijs præstiterunt; duorum meminit Egnatius scilicet Sampsonis & Herculis, qui ob leonis interempti victoriam, hic in Græcia, ille in Iudæa, eodem tempore, claruerunt. Descendit Sampson in Thimnath, vt docet sacra pagina, & ecce catulus e leonibus rugiens ei occurrit, quem tanquam hædum diuino spiritu F strictus nudis manibus discerpsit, & pergens conuenit mulierem, quam ducturus erat, & transactis aliquot diebus reuersus, vt eam duceret, à recto tramite ad videndum leonis cadauer declinauit, & in eo examen apum, & mel inuenit; hinc posteà ortum est illud ænigma à voracc exiuit cibus, & ex forti egressa est dulcedo. Habemus apud Athenæum, olim in Libya immanem vixisse leonem, qui regionem illam sæuè vastauerat, vt eius magna pars penè esset deleta, hic tandem ab Adriano Imperatore fuit prostratus. Polydamas Scotusus Pancratiasta, Suida auctore, maximus omnium ætatis suæ hominum, hic dum adhuc esset adolescens leonem in Olympo Macedoniæ, nullis armatus telis, occidit. Vir quoque præstantis, & generosi animi fuit Abisai Hebræus, qui, vt scriptis mandauit Andreas Eburensis, obiter audiens rugitum leonis à fouea fortè à venatoribus parata excepit, solo fuste armatus, in fossam intrepidus descendit, & leonem illicò mactauit, atque ita magnanimitatis normã Herculem superauit, qui non in fouea, sed in campo aperto leonem trucidauit. Silentij nube obtegere non possumus audaciam Lysimachi, cuius fortia facta cunctis ferè historijs celebrantur. Hic miserum præceptoris sui ab Alexandro in cauea detenti, ei venenum tanquam singulare illius calamitatis præsidium obtulit; quod adeò ægre tulit G Alexander, vt Lysimachum ferocissimo leoni obijci iusserit, sed cum ad illius conspectum concitus leo impetum fecisset, Lysimachus manum amicto inuolutam intrepidè in os leonis immisit, & euulsa lingua feram exanimauit. Neque temere prætereunda est historia ab Aeliano recitata duorum Macedonis, qui in bello fecerus est Alexandrum; hic adeò forti, & excelso animo præditus fuit, vt solus in speluncam leænæ ingredions catulos cum omnium admiratione exportauerit, & tamen læna in comparatione ad leonem maiori ferocitate, & immanitate excellit. Quamobrem Historici commendant Semiramidem, quæ non in captura leonum, vel aliarum huius generis ferarum, sed in comprehendendis, & necandis leonis animum extulisse fertur. His tanquam Colophonem pueri septennis historiam à Pausania hunc in modum enarratam addemus. Hercules cum Trezenen venisset, & accumbere vellet leonis spolium dicitur deposuisse, illicomulti illius regionis pueri accumbere vellet leonis spolium dicitur deposuisse; illicomulti illius regionis pueri accurerunt, qui viso leonis spolio pertenti aufugerunt; inter hos solus Theseus annum agens fermè septimum propius accessit, & abrepta de teruorum manibus secum, qua vtum leonem esse opinabatur, illum inuicto animo inuadere velut Vicissim duas insignis mansuetudinis leonum historias æterno laudis præconio scripsores dignas esse existimarunt, quarum primam Manua literis mandauit, dum inquit, olim ferocissimum leonem donatum fuisse Communitati Florentiæ, qui olim Sancti Ioannis claustris fœtus abatur, sed quadam die custodis incuria errans peruenit ad hortum Sancti Michaelis puerum obuium apprehendens; & inter vrsidens, quem vnicum habebat, & plorans tanquam desperata inter leonis obsum puerum apprehendit, domumque duxit, & leo neque puerum, neque matrem læsit; vnde fuit orta quæstio an hoc attribuendum esset fortunæ, an benignitati leonis, qui solet pueris, & prostratis parcere; iuxta illud distichon, quod Romæ pro foribus Palatij legitur.

Ira furens teclas quamuis fera tollit in vltor,
In sibi prostratas fertur habere feram.

Imperatoris Commodi arrogantia. Lib. antiq. Rom.

Lib. 9. var. hist.

Lib. Iudic. cap. 14. Leo necatus à Samsone.

Lib. 11. Dipnosoph. 8 Leo necatus ab Adriano Imp.

Lib de sortit. Hebræi Hebræus leonem mactat.

Lysimachus linguã leonis auferet.

Lib. 12. var. hist.

Lib. 1.

Theseus septẽnis audacia.

Lib. 8. Polym

Historia leonis, qui pueri opacum non læsit.

Lib. 5. Vit. Apol. cap. 15. Alteram in lucem effert Philoſtratus de quodam homine leonem manſuefactum loro veluti canem quocumq; ducente, leo autem non modò ducenti, ſed etiam omnibus obuijs blandiebatur, hac arte homo ille mendicus multas luſtrans ciuitates mercedem quærebat: ſi templa ingrediebatur leo hoſtiarum ſanguinem non lambebat, neque carnes attingebat, ſed mellitis piſcentis pane oleribus, & carnibus coctis veſcebatur; is itaque leo ad Apollonium veniens fortè tunc in templo ſedentem infremuit, quem aſpiciès Apollonius circuſtantibus dixit; hic leo me rogat, vt vos doceam hominis animam illum habere; fuit enim hic quondam Amaſis rex Aegypti, ideo leonem hunc leontopolim mittendum eſſe cenſeo. Hanc hiſtoriam Benedictus Pererius meritò fabulam eſſe arbitratus eſt, & hæc omnia arte magica Apollonij, & opera Dæmonum facta eſſe, vt facilèis error Pytagoreorum de tranſmigratione animarum humanarum in varia beſtiarum genera mentibus hominum imprimeretur. A

Hiſtoria cuiuſdam manſueti leonis.

Lib. 1. Mag.

AVGVRIA, PRÆSAGIA, PRODIGIA. B

Lib. 16. hiſt. an. AVguria cum pro quauis coniectura à probatis auctoribus recipiantur, non erit mirandum, ſi in huius animalis quadrupedis hiſtoria Augurij vocabulum ſæpius vſurpabimus. Leonis igitur præſagia, auguria, ac prodigia breuiter veluti in quadam tabula vobis depingemus. Primò habemus apud Aelianum leones ad frugifera loca proficiſcentes præſagire futuram ſiccitatem, huiuſque effectus nullam adducit cauſam; nos à leonis temperamento ſiccißimo tationem poſſemus elicere, quia huiuſmodi animal ſentiens obaerem ambientem iuſto ſiciiorem propriam temperiem à mediocritate recedere, ad loca frugifera ceteris humidiora pro temperie conſeruanda proficiſcitur. Præterea leonem occurrere homini, cum hoc animal inter cetera ferociſſimum ſit, & omnibus terrorem affereus, bonum augurium eſſe Priſci pronunciabant, & viciſſim malum ſi leena occurriſſet mulieri, quoniam leena non parit ſecundatiò, quæ verba repetens Vvecherius in opere de ſecretis, ſynceræ veritatis ſe ſtudioſum eſſe non oſtendit, tum quia, quis occurſus leonum poteſt eſſe, ſi leones degunt in Deſertis, tùm quia leenam ſecundò partu non vexari, hoc tam diſtat à veritate, quantùm Cænus à Coruo, quemadmodum ſuperius de partu agentes monſtrauimus. Iuliano Imperatori Gordiani tumulum cum exercitu prætergreſſo ſe ſe vbrolit immaniſſimus leo, cuius aciem inuaſurus, à qua telorum ictibus confoſſus eſt; Amianus Marcellinus, referente Pierio, regis obitum præſagiunt. Pauſanias exponit Caranum Regem Macedonum, victo in pugna Ciſſeo, ritu Argiuorum trophæum conſtituiſſe, ſed erumpentem ex Olympo leonem, ita illud ſubuertiſſe vt prorſus fuerit abolitum; tunc Caranus intelligens id ſibi meritò contigiſſe, quia illud erectum monumentum finitimorum odium portendebat, cum non fuerit mos Macedonum victorias ſuas vllis trophæis teſtatas relinquere. Plutarchus in Bruto ſcripſit Cæſarem Megaræ, cum illa vrbs à Caleno eſſet capta, leones deprehenſos retinuiſſe, quæ retentio calamitatis Megarenſis augurium fuit; nam cum ciues, vrbe iam occupata, leonum claſtra reſeraſſent, vt hoſtibus irruentibus impedimento eſſent; leones in ciues conuerſi paſſim inermes dilaniarunt; ita vt ipſis hoſtibus huiuſmodi aſpectus eſſet miſerandus. Amplius leonem à beſtijs minoribus interfectum mala portendere ſuſpicatus eſt Antiquitas V. G. Leo Alexandri interfectus aſini calcibus eiuſdem mortem ſignificauit, ſi vera ſcripſit Alexander ab Alexandro, & ille leo, qui à natura venuſtior fingi non poterat a Bonifacio Florentinis donatus, demde ab aſino occiſus eidem Bonifacio malum omen præſtitit. Ante obitum Laurentij Medicei inter alia prodigia, quæ præceſſerunt. Leo omnium, qui tunc in cauea Florentiæ eſſent, nobiliſſimus, teſte Iouio, aliorum ſæuitia laceratus eſt. Paritèr ſub mortem Matthiæ Coruini Regis Vngariæ, leones omnes, referente Bonfinio, qui tunc Budæ alebantur, interiere. Horum nonnulla in hiſtoria Solipedum promulgauimus. Neque ſilentij velo inuoluendum eſſe opinamur illud portentum, quod de oue Nicippi narrat Aelianus, hæc in paſcuis non agnum, ſed leonem pepetit, atque id Nicippo, qui tunc priuatam agebat vitam futuram tyrannidem, portendebat. Poſtremò Prodigium illud quod militibus Alexandri magni accidit C

Cur leo impendente ſiccitate ad loca frugifera vadat.

Bonum augurium ex leena quale.

Lib. 15.

Leo præſagiit mortem Iuliani Imp.

Lib. 1. Hiero gliph.

Lib. 9.

Megarenſium calamitas a leonibus.

Lib. 1. de leo.

Lib. 8. Dec. 4. Cap. de Aſino

Lib. 1. nat. hiſt.

Quis leonem pepererit.

D

E ciditexaratum in Chronico Prodigiorum, & ostentorum tanquam coronidem prædictis addemus, hoc fuit tale; munitis castris iuxta stagnum, & militibus quieti nocturnæ deditis, ad primum radiantis lunæ ortum subito apparuerunt varia serpentum genera, post discessum serpentum alia animalia, & cum Castrenses putarent inquietudinis finem adesse, ecce supervenerunt albi leones magnis Taurorum corporibus comparandi.

VISIONES, ET SOMNIA.

Omnia Visiones longo interuallo, vt nostra fert opinio, præcedunt, quia illorum adhuc pendet fides veri, cum his nullum Sybillæ folium fuerit vnquam verius. Id patet in illa, quam recitat Baronius Diuo Marcello post orationem sopore correpto apparuisse. Pugnabant inter se leo, & draco, sed cum draco esset ingentis magnitudinis cauda leonem verberabat, leo verò dolebat quidèm, & ad se defendendum accingebat, & draconem adiens frustrà præliabatur, donec plagis defessus humi afflictus iacebat. Repræsentabat hæc visio statum illum Leonis Imperatoris, cum anno superiori dolo Asparis florentissimus in Africam missus exercitus perierit; deinde cum se rursus leo paululum recreasset magno, & vehementi impetu in Draconem insilijt, illumque pronum in ventrem prostrauit. Hæc cum D. Marcellus vidisset, prædixit non multò post Asparim, & Ardaburium a Leone Imperatore cum toto genere interimendos esse. Somnia verò duplicis generis inuenimus, alia erant, quę dormientis mentem incredibili lætitia perfundebant, alia talem dormienti mœrorem afferebant, qualem expergefacti vultus tristitiam testabantur. Gaudio non mediocri affecta fuit Agarista, quę dormienti sibi visa est leonem partu edere, & post paucorum dierum spatium Periclem peperit, sicuti Plutarchus in eius vita narrat. Vix possumus verbis consequi quantum lętitiæ perceperit Philippus rex Macedonum ex somnio ab Aristandro expositio, in quo visus erat sibi sigillum leonis coniugis vtero imprimere, ex quo Vates, vt notat Egnatius, Olympiadem Philippi coniugem concepisse coniecturauit, deindè natus est Alexander, qui tanta pugnandi ferocia cæteros mortales superauit, quanta leo Libycus cæteris Ferис antecellit. Pausanias etiam in suis scriptis expressit quantam lętitię causam Nicostrato somnium subministrauerit, quem adhuc infantem è Prymnesso Phrygiæ vrbe prædones abduxerunt, eumquè ad Aegeas cuidam vendiderunt; aliquantò post per somnium vidit leonis catulum, sub lectulo, in quo cubabat, stratum; ideo cum iam adolevisset, multas de Pancratio, & Lucta palmas reportauit. Incredibile dictu est, Trogo testante, quanta lętitia occupauerit mentem Sandocroti Indi genere obscuro, quando furorem Alexandri pernicitate pedum declinans, & fessus in sylua dormiens sensit sudorem sibi a leone abstergi, deinde experrectus oppressis Alexandri Præfectis regnum Indię inuasit. Victoriam quoquè in bellando prænunciauit illud somnium cuiusdam Præfecti, vt legitur in historia Batauię, qui dormiens somniauit spectrum tribus capitibus Aquilę, Busonis, & Leonis tectum, per quod somnium mus fatidica assecutam Præfecturam; quæ videbat capitum falsigia esse affecuturum, designans Romanos per Aquilam, Gallos per Busonem, & Belgas per leonem. Econtrariò, vix sermone exprimi poterit quantus mœror inanimũ somniantis aliquandò obrepat, si leonis imaginem viderit, aut aliquem leones nominantem audiuerit. Id accidit Themistocli, vt in eius vita Plutarchus notat, qui sibi visus est per somnum audire Deum matrem dicentem. *Q: Themistocles tanc tibi à capite Leonũ, ne in Leonem incidas:* nam Epixyes Satrapa Phrygię superioris illi insidiabatur suboratis iampridem Pisidis, qui eum interficerent, si pernoctaret in vrbe Leontocephalis, hæc enim vrbs à capite leonum erat denominata, de qua superius in Denominatis verba fecimus. Nullus mœror est comparandus illi, qui inuasit animum cuiusdam somniantis, se morderi à leone marmoreo vno ex illis, qui in pronao templorum cerni solent, vt legitur in Vitis virorum illustrium, die postero, cum templi fores casu pręteriret, leone conspecto, somnium hesternę noctis cómitibus enarrans, manu dextra in apertum os leonis protinus iecta, dicebat. En nocturnus meus hostis, qui morsu timorem mihi incutiebat, tunc scorpius intimis leonis faucibus delitescens lethali ictu manum vulnerauit. Pręfictus facete non possumus, quin annectamus grumosum illud cuiusdam senis somnium, quod Laurentius Abstemius paucis verbis delineauit. Senex hic filium animi generosi, & venationis

Annal. eccl. an Christi. 469.

Visio D. Marcelli.

Somnia duplicis generis

Somnii Agaristæ.

Somnii Philippi Macedonum Regis. Lib. 1. var. hist.

Lib. 5. Nicostrati somnium.

Sandocrati somnium.

Themistoclis somnium.

Quidam somniauit se morderi à leone marmoreo

In lib. Mythologi.

tius

Somnium cuiuſdã ſenis.

amsntiſſimum hsbebat,hunc per quietem viderat à leone trucidari,& timens ne ſomnium hoc aliquando veritatem ſortiretur,extruxit pulcherrimam,& amœniſſimam domum,illicquè filium aſſiduis cuſtodibus alebat; domicilij parietes,oblectationis gratia,omnt animantium genere ersnt elegsnter depicti, inter quæ leonis imago in alias feras ſæuire obſervsbatur. Adoleſcens,quadam die,animum ſuum psrietum picturis relaxans,tandem ad leonem conuerſus in hæc verbsprorupit. *O Truculentiſſima fera propter te, & obinane ſomnium patrij mei hoc in loco tanquam in carcere aſſervat*, & hoc dicens pugnum parieti incuſſit,quaſi leonem ſimulscri oculum eruere vellet; & manus à clauo in muro latente vulnere lęthali affecta eſt. Deniquè ſomnium meſtitię,& lætitiæ particeps fuit illud Gurguſtionis,quod in ſuis ſcriptis protulit Pauſanias, quando Sagittarij quidam inſidiatores Ariſtomeni tsndem illum sppręhenderunt, & pharetrarum loris conſtrictum, cum nocte ingruente ſpartam peruenire non poſſent, in tugurium quoddam sgri Meſſenici duxerunt; in eo Gurguſtio virgo orbs patre vna cum ſua matre habitabat, illis ſuperiori proxima nocte per quietem vidit illuc leonem vinctum exemptis vnguibus a lupis prorsbi,& ſe eximiſſe illum à vinculis,& cum eo tanquam cum viro congreſſam,vngues illi dediſſe, nec multò poſt lupos à leone dilaniatos. Deducto itsquè ad eam calam à Cretenſibus Ariſtomene,puella ſomnij tęcordsta eſt,& eò misgis,quia Cretenſes,vino lsrgius poto,in profundum ſomnum inciderant,tunc Virgo,pugiunculo sb voo illorum erepto sbſcindẽs vincula Ariſtomenem leberauit,qui eodem pugione,ſuos inſidistores iugulauit, & virginem illam pro nauata ſuæ ſaluti opera filio ſuo Gorgo vxorem dedit. Vnum circa ſomnia ſupereſt exsminandum,an re vers ex illis aliquid diuinare poſſimus; eoniectores ſomniosum,vt Artemidorus,Cardanus,& alij nullis nixi fundamentis ex leone per ſomnium vilo multas promunt mepties, quas etism rudes, & plebei vera deliramenta eſſe iudicarent. Dum ſoporati ſomnisnt lucrsri,aut inuenire pellem leonis,hi docti viri victorism slicuius potentis hariol sntur,quoniam leo eſt snimal generoſum, & victoriam ſemper ſpersns, ſi leo in ſomnijs sliquem appręhenderit,iuxta eorum mentem,potens eum diuitijs ſpolisbit, & vicissim, ſi quis ſomno co.ereptus, leonem occiderit, eiuſquè carnem deguſtauerit, potentis pecunia ditabitur, ſed magna cum difficultate, quia non facili negocio leo interimitur, nequè caro eius guſtui arridet, quemadmodum, & ęgrotanti per quietem videnti leonem vorantem ſimiam, optimum futuræ vsletudinis ſignum eſſe augurantur,hac ſolum friuols ratione ducti,quia leo ęgrotans ſimiæ carne ſibi medeatur,& alia huius generis blaterant, quæ etism illi, in quibus nihil eſt eruditionis tanquam nugas deteſtarentur,quonism optimè quoquè norunt illiterati, pauperem diuitijs ſpoliari non poſſe, & per ſomnium pellem leonis inueniri non poſſe sbijs,qui nunquam leones viderunt,neq; ægroto dormienti ſe ſe offeret imago leonis ſionam voraneris,nili æger priùs,aut legerit,aut audiuerit horum animalium hiſtoriam,& tunc ſi id accideret, præcedentia phantaſmata nihil prorſus prædicentia operarentur.

Lib. 4.

Gurguſtionis ſomnium.

Præſagia ex ſomnijs num vera ſint.

MYSTICA, ET ALLEGORICA.

LEo in ſacris literis mults ſemper indicare viſus eſt, vt omnibus veræ ſapientiæ dotibus cumulatiſſimi viri expoſuerunt; nam per leonem aliquando Deum,quandoquè Angelos,necnon Sanctos,& Viros iuſtos deſignari hoc meridiano iubare lucidius eſſe opinamur, quemadmodum, & per leonem plerumquè Diabolum, mortem, carnem cæteraquè mundana denotari hoc tam notius eſt, vt pluts in id verba non ſint inſumenda. Inchoantes a primo dicimus, licet leo snimal immundum ſit, tamen ad diuinorum ſimilitudinem propter sliquas insignes prærogatiuas admitti ſolet; hac de causa leo, & catulus leonis Chriſtus Dominus noſter vocatus eſt. Leo, quia Deus, ideo quando Salomon in prouerbijs ſcribit. *Leo ferociſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum.* Ioannes Arboreus in commentsrijs per leonem inquit exponi poſſe Dei Imperatoriam, & regiam Maieſtatem,quæ omnibus terrorem affert,& de hoc diuino Leone ſcriptum eſt in Apocalipſi. *Vicit leo de tribu Iuda*, quemadmodum, & D. Hieronymus in Naum per leonem deſtruentem leonem, Chriſtum Dominum vincentem Diabolum intelligebat,& Laurentius Deum protegentem Eccleſiam

Chriſtus leo dicitur. Cap. 13.

Cap. 5.

In Syl. Allegor.

qua etius

E aduersus principes gentium leonem rugientem appellabat nixus assertis Hieremiæ dictis, *& rugit Dominus de excelso, cum grauiter minatur*, hac etiam causa motus Lauretus, loco citato, per leonis, faciem Deum puniorem designari attestatur, & cò magis, quia legitur apud Hieremiam, *& gladius Dei quasi Leo vastator*. Catulus leonis Christus dictus est, quia filius Dei factus est patulus per assumptionem humanæ naturæ, & sicuti catulus leonis natus triduo dormire, deinde fremitu leænæ excitari fertur; ita per hunc, Christus filius æterni Patris, & eiusdem naturæ cum eo, cuius immensa est fortitudo, ostendit, qui tertia die mirabili virtute excitatus est, & pro dictorum confirmatione veluti leo dormiens, quid quam non extimescit, & vigilantem cæteta animalia reformidant, ita Christus dormiuit, vt leo nam mortuus Dæmones superauit, & cum voluit resurrexit. Huius sensum mysticum passim in Scriptis Isaiæ legere possumus. Mystica leonis significatio post Deum ad Angelos trahi potest, nam quando legitur in Ezechiele *similitudo autem eorum facies Leonis*. Lauretus in sylua allegoriarum faciem leonis interpretatur Angelorum, vim illam principalem, & robustam, per quam occulto diuinitatis arcano similes pro viribus cuadere nituntur superi spiritualibus vestigijs, cum ineffabili, celeritate ad fulgoris diuini secreta tendentibus. Cæterum cum leo Angelos denotet, vt hactenus fuit explicatum, nos admiratione nulla corripi debemus, si leonis voce illi, quibus cum Deo perpetua fuit necessitudo, dæmon strenuè, veluti Apostoli signantur per illos duodecim leoniculos in solio Salomonis existentes, qui in Iudicio vnà cum Christo iudicantes sedebunt, sed per faciem leonis, licèt hanc D. Augustinus Mattheo attribuat, Marcum ad mentem D. Hieronymi debemus intelligere, de quo Baptista Mantuanus cecinit.

Marce Comes Petri quondam leuitica proles,
Cui faciem vates os effigiemque leonis.

Et paulò in feriùs huius reddit nis rationem talia dedit verba.

Marcus enim regale aliquid dignumque Leone
Principio fatur.

Cap. 25.

Cap. 2. Christus dicitur catulus leonis quare.

Cap. 5. 14. 15. 21.

Cap. 1. Angelus dicitur leo.

F

3. Reg. ca. 10

Facies leonis cur S. Marco attribuatur, lib. 4. de sacr. diebus.

Prophetæ quoquè inter hos locum tenent, quorum rugientium aduersus peccatores sonus nominatus est vox leonis. Denique simpliciter, & aperte loquentes cuicunque viro iusto nomen leonis competere potest. Primo, quia iusti bonitate Dei omnipotentis filij tanquà leones nihil pauêt, deinde Iob vir iustus sub nomine Leonis, leæna pro eius vxore, & catuli

G leonum pro eorum filijs sumuntur, & leo habitans cum oue apud Italam virum potentem, vnà cum pauperibus viuentem, ijsque diuitias impartientem significare potest, quemadmodum, & leo occisus à Sampsone Principem Etimicum Deo contradicentem, qui occisus accepta fide, & factus iustus, semper in ore fuuum confessionis, & laudem Dei conseruat. Mox accedemus ad mysticos leonis intellectus, qui aduersis frontibus cum prædictis pugnant, nam Diabolus Mors, Caro, & reliqua mundana toto diametro Deo, Angelis, Sanctis, & viris iustis opponuntur, de quibus paulò antè pingui, vt aiunt, Minerua pertractauimus. Modò contemplantes superbiam, & tyrannidem Diaboli, quam nonnulli leænam appellat inuenietmus in sacris literis iam sub nomine leonis circumferi, quoniam quando in Amos legitur. *Leonis catulus aliquid apprehendens* à D. Hieronymo supra hunc locum exponitur Diabolus auferens aliquem à cœtu Christicolarum. Propterea Sancta Mater Ecclesia rationi consonum esse decreuit in diuino, & quotidiano altaris sacrificio Deum Optimum, Maximum rogare, vt dignetur animas Fidelium defunctorum ab ore leonis liberare, cum hoc in loco, iuxta doctrinam theologicam os leonis Purgatorium exponatur, cum huius

Vox Prophetarum dicitur vox leonis. Iob cap. 4. Cap. 11.

Cap. 3.

H pœnas ab infernalibus specie non discrepare credendum sit. Præterea cum leo superbiæ symbolum indicant, non est mirandum, si Rossellius in quinta Inferni parte collocat Dæmones effigiem leonum habentes, & vngubus lacerantes eos, quorum animum in hoc mundano carcere effrenis quedam insolentia subierat; quod declarat hoc elegans disticho.

In lib. artificiosi.

Aula superborum ad dextram Plutonis, eorumque
Hos trahit, hos trudit, ora leonis habens.

Hoc vnum nobis auditu perquam iucundum esse debet, fastuosum Diaboli dominium à manu omnipotentis Dei fuisse cohibitum. Idcirco Cæsarius Heisterbac Diabolum leoni ad stipitem ligato similem esse affirmauit, qui, licèt in catena sua rugiat circumiens, neminè tamèn lædit, ni si quem infra suum circulum rapuerit; sic Diaboli potestas catena diuinæ cohibitionis arctata est, vt neminem ad peccandum cogere possit, nisi ad eum ingrediatur, per consensum peccati, iuxta illud Apostoli, tamquam leo rugiens, in sua catena quærens quem

Lib. 5. de Dæmo. cap. 52.

Diabolus neminè ad peccandum cogere potest.

quem deuoret, quia Diabolus viros iuſtos ingenti formidine aliquandò conſternit, ſed illos laqueis implicare non poteſt. Tandem in ſacris Bibliis leo mortuus Diabolus exponitur, de cuius ſalute nihil vlterius ſperandum eſt, cum ad pœnitentiam redire non poſſit, iuxta illud in Eccleſiaſte; melior eſt canis viuus leone mortuo; quamuis alij per leonem mortuum Apoſtatam intelligant, quo melior eſt canis viuus, nempè Ethnicus, qui ad fidem Chriſti conuertitur. Mors & ipſa leo fuit nuncupata, quia quandò Pſalmographus leonem rapientem nominat, multi in ſenſu myſtico mortem homines è vita rapientem interpretantur. Licèt Antonius Ricciardus leonem rapientem, populum Hebræum comprehendentem Chriſtum in horto expoſuerit, qui, & per leonem, mundum intellexit, iuxta illud D. Auguſtini *ſalua me ex ore leonis*. Quandoquè Caro per leonem denotatur, quia habemus apud Pſalmographum. *Leonem, & Draconem conculcabis*, & Lauretus in ſylua allegoriarum intelligit carnem, Dæmone incitante, eſſe ſuperãdam, caro enim ſpiritui ſemper aduerſatur. Item leo apud Bohetium in ſenſu allegorico deſignat hominem ingentes irarum motus concipientem, hac ratione, leonis facies in homine apud Ezechielem vim iraſcibilem indicare poterit, & Roſellius aliquem facilè colligentem iram, & in alios ſuccenſentem exprimere volens, leænam huc, illuc què diſcurrentem imaginabatur. Quocirca, annotante Laureto, bile dæmonicâ correptus Caiphas leo rugiens aduerſus Chriſtum vocatus eſt, & Populus Iudæorum quaſi leo in ſylua, & catuli leonum minores populi fuerunt, nam iuxta mentem ſcriptoris rerum naturalium leo ad venationem alienius Feræ ſe accingens mirabilè emittit rugitum. Illi paritèr vna voce clamarunt. *Crucifige, crucifige eum*. Tandem in ſenſu allegorico leo typum elementi ignis repreſentat; non erit ergò mirandum, ſi in aliquibus auctoribus legatur leo pro igne, quoniam leonem ignea temperatura eſſe præditum ſuperius conſtituimus.

Leo mortuus dicitur Diabolus. *Apoſtata leo mortuus eſt.* *Pſal 21.* *Leo eſt mors.* *In com ſymb.* *Leo eſt mundus.* *Pſal. 90.* *Cap. 1. In lib. artif. memor.* *Caiphas leo rugiens dicitur.* *Leo ſymbolũ eſt elementi ignis.*

A B

MORALIA.

LEgantium morum, & Chriſticolis conuenientium honeſtamento vndecunquè teſtiſſimam leonis hiſtoriam conſpicimus. Nam ſi in Myſticis, & Allegoricis per leonem Deum, Sanctos, Viros iuſtos, Dæmonem, Carnem, & cætera mundana intelligebamus, paritèr in Moralibus leonem Deo, Beatæ ſemper Virgini, viris iuſtis, Dæmonio, Peccato, & cæteris mundanis rebus licebit aſſimilare. In primis ſi leo, vt inquit Berchorius ab alta rupe proſpiciens prædam, vehementem edit rugitum, quo audito cætera animalia formidine corripiuntur; pari ratione Chriſtus ab alta Paradiſi rupe fidelem animam, totumquè genus humanum contemplans, ingentem emittit rugitum comminando, & promittendo per leges, & per Prophetas. Idcò omnes huiuſmodi vocem reformidantes Dei mandatis obtemperare debent; habemus enim in Amos, *Leo rugiet, quis non timebit?* Amplius ſi adipe, vel ſanguine leonis perlinitis à morſu reptilium, reſte Plinio, ſecuri incedunt, ità cum verus leo ſit Chriſtus, illius paſſionis ſanguine perfuſi aduerſus omnia mundi, & Dæmonis tentamenta tuti præliabuntur. Quid de Beata ſemper Virgine Dei Genitrice dicemus? quæ leænæ nomine poteſt pronunciari. Leæna catulos ſuos diligens, pro illis aduerſus venatorum inſidias acerrimè pugnat. Aſſimiliter ſemper Virgo filios ſuos, ſcilicet deuotione ſingulari ſibi adſtrictos fouet, & a quotidianis Dæmonum inſidijs tutatur. Si ponderemus inſigniores leonis proprietates, has omnes in vitis iuſtis, & perfectis elucęſcere obſeruabimus. Leo dormit oculis apertis, cum graditur pedem dextrum ſemper præfert ſiniſtro, cauda delet veſtigia, & ſtrepitum rotarum, ignemquè pauet. Viri iuſti in prædictis omnibus imitantur leonem, nam per diſcretionem, & ſagacitatem, ſemper oculos apertos ſeruant, iuxta illud *ego dormio, & cor meum vigilat*, pedem dextrum, nempè affectus ſpirituales pedi ſiniſtro, ſcilicet corporalibus, & vt vno verbo id proferamus, æterna caducis præponunt, cauda confeſſionis veſtigia peccatorum obliterant, ſtrepitum comminationis ſacræ ſcripturæ, ignemque infernalem ingi timore contemplantur. Inſuper quandò leo inſtantes videt venatores, eorum arma non reſpicit, ne terreatur, ſed oculos ad terram vergens pugnam aggreditur; paritèr viri omni Chriſtiana perfectione imbuti quandò animarum venatores Dæmonium, Carnem, & Mundum, tentationibus pugnaturos intuentur, tanquam ſtulti leonis arma tentationum rei delectabilis non debent aſpicere, ſed tantùm

C D

In reduct. moral. *Chriſtus dicitur leo.* *Cap. 2.* *Beata ſemper Virgo quando leæna dicatur.* *Viri iuſti ſũt leones.* *Cantic. 5.*

E terream, & humilem vitæ humanæ conditionem speculasi. Quid plura? Leo liberalitatis, & generositatis est antelignanus, quia portionem captę prędę bestijs cum sequentibus relinquit; pari ratione homines diuitijs redundantes Leonem debent imitari, & aliquam diuitiarum portionem pauperibus ipsos sequentibus, & opē implorantibus communicare. *Diuites debent leonem imitari.*

Modo oppositam prędictis faciem debemus ostendere, & Diabolum Leonē assimilare. Leo est huius naturæ, vt quando pręda fruitur, videatque prętereuntem Feram illicò prędam amplectitur, & dentibus frendens in illam tanquam hostem insilit, qua expugnata denuò prędā vescitur; simili ratione Diabolus quando peccatorem varijs criminibus implicatum apprehendit, & videat virum iustum, rùm correctionibus, rùm christianis documentis de eius manibus peccatorem erepturum, statim Diabolus suppeditando peccatori varias mundi dilectiones, prędam amplectitur nè Latum quidèm vnguem ab erroribus committendis recedere possit, ad maiorem huius intellectum spectant illa verba Isaię *frendet, & tenebit prędam, & amplexabitur, & non erit, qui eruat*. Leo alio naturę instinctu ferrum in galli, eiusque esnus timorem; pari gradu, inquit Berchorius, incedit Diabolus, qui mirandū in modum, & virum iustum, seu concionatorem, & multò magis eius cantum, nempè ipsū *Diabolus quando dicatur leo.*

F virtia humana acriter reprehendentem formidat. Leonis quoque vocabulum peccatori possumus applicare, qui à nonnullis Leonis proprietatibus debet abhorrere, alias verò imitari. Lęna, vt notum est adulteratur cùm Pardo, & tunc filios non iubatos, & imperfectos generat, hoc virium mulier debet abominari, quia cum sit adultera filios illegitimos producit, quàmuis malitiosè se defendat, *cum non sit malitia super malitiam mulieris*, & de hoc, & filijs spurijs potest illud Ezechielis pronūtiari: *Mater tua lęna cubabit inter Leones*. *Peccator quādo leoni assimiletur, Eccl. 25. Cap. 19.*

Leo vt luperius expositum fuit capitur fouea in cuius medio collocatur ouis à venatore, peccator tunc porcē nuncupari Leo, quandò à venatore Diabolo per ouem nimirum per aliquam delectationem in foueam peccati trahitur; quarè peccatores debent esse cauti ne in huiusmodi foueam incidant. Viciſſim alię sunt Leonis proprietates, quarum peccator æmulus esse debet, & potissimum, cum Leo, vt scribunt Physiologi, videns suum catulum verberari mirandum in modum patiatur, & castigetur; parirèr quandò catuli, ideſt homines vitijs dediti flagellantur reliqui, se emendare, & à peccatis abstinere debent, quoniam *pestilente flagellato stultus sapientior erit*. Leo, auctore Solino, quarranario affectu sępe cruciatur, nam si huiusmodi ęgritudine eius iracundia non temperaretur, adeò effręnis euaderet, vt in iram præceps ferreretur; non secus ac nauis sine retinaculis à vento du- *Prouer. 29.*

G citur. Leo est, peccator qui, permittente Deo, aliquandò valetudine vexatur, vt eius vitiosa vita emendetur. Duabus insuper proprietatibus leo est dotatus quas Christicola imitari debet, prima est quādo leo tertius est cibo spatio triduj ieiunat, secunda est, quandò mortē appropinquat terram capite percutit, & lacrymatur peccator leonem imitans mundi delicijs iam laturus abstinentia, & carnis macerarione ieiunium, amplexari debet, & præcipuè quando morti est proximus pectus, percutere, lacrymari, & omnes pęnitentiæ actus exercere. Hactenus de peccatore in genere nunc in moralibus à leone desumptis considerandus est peccator quatenus iracundus, superbus, auarus, & libidinosus. *lib. 1. de Clē.*

Deiracundo scribebat Seneca. Muliebre esse furere in ira, & licèt nullum sit animal tàm pernicioſum natura, vt si accendatur ira in illo non appareat nouę feritatis acceſſio, quia leones fremunt pulsa pedibus arena tamēn vtcunqi sit, obseruabimus proiectos ab ipsis non præmorderi. Hac ratione homo ductus, eodem Seneca auctore, iram vitare debet; quia illum in talem furorem potest inducere, vt ipso leone sit peior, & suam stabilit *lib. 3. de ira. Ira vitāda.*

H sententiam exemplo Alexandri nepotis Antigoni, qui lanceam in suos conuiuas torquebat, hic ex duobus amicis alterum Ferę obiecit, alterum sibi, tamēn qui obiectus fuit leoni vixit. Hinc homines discant prostratis, ideſt humilibus, & innocentibus parcere, nequè ob quācunque leuem causam aduersùs aliquem furere. Ad rem nostram facit assertum Gabrielis Symeonis, qui docet iniurias esse tolerandas, & præcipue illatas ab aliquo demēte, ebrio, puero, & famulo exemplo leonis, qui latratibus eanum non assurgit; & quandò vlciscitur iniurias vindictæ limites non excedit, vt in examine naturæ leonis fuit naratum. Propterea Principes in corrigendo, & puniendo leonis æmuli pęnam iuxtà qualitatem delicti præfigere debent; nam legitur in Deutereonomio: *Erit, & plagarum modus*. Amplius cum leo, teste Plinio, in bestias vltus sęuiat, & multitudinibus, puerisquè parcat, hinc cognoscemus tyrannos leonibus esse crudeliores, qui non tolùm belluas vltas, nempè diuites, sed etiam mortuas, ideſt viduas, & pupillos torquent. Si contemplemur superbiam *In Dialogo. Principes debent leonē imitari in punitione. Cap. 25. Tyrannus leone saeuior.*

huius

Superbia Symbolum eſſe leo. Iob. 15.

huius imaginem expreſſam getit leo, qui collum habens tigidum illud difficulter flectit, A
paritèr peccator ſupetbia refettus parui pendendo humilitatem collum, inclinare nequit;
quare de hoc poteſt prænulgari hæc ſententia. *Cucurrit aduerſus eum extento collo, & pin-*
gui cernice armatus eſt. Quid de Auaritie dicemus? leo diutumam ducit vitam, & quo ſe-
ruot eò deterior, nam deficientibus viribus, quibus feras prædabatur, tunc ætate grauis in

Auarus leoni ſeni ſimilis.

locis cutbibus vicinis morarur, & homines ad oritur. Auarus poteſt vocari leo, nam quan-
tò ſeniot tantò deterior, & auidior euadit, cum non beſtijs, ſed hominibus inſidietur, &
inxta mentem Betchotij, cum auarus ſit leo ab alio leone, nempè à Diabolo decipitur, &
deuoratur. Denique qui libidine intemperatæ cupidinis exat deſectt leoni duplici de cau-

Libidinoſus leoni ſimiles.

ſa ſimilis eſt; primò quoniam leo ab ore ſpiritum fœtentem ſemper emittit, ſic ille, qui à
carnis inquinamento, & perulantia nunquam eſt alienus blandis verbis, & inhoneſtis col-
loquijs homines vitiat, ſecundò quia leæna in prodigum luxum propenſa meretricem ſo-

In Meſt.

let ſignificare, & in hoc ſenſu Plautus ſcribebat abſtinendum eſſe à leonino cauo, nùnirùm
à ſpecu, in quo habitat leæna, ideſt meretrix, quæ deuorat amatores veluti leçæna cæteras
Feras, ſed animaduertendum eſt leçnam quidèm adultretari, vt paulò ante fuit explicatum,
ſed poſtea abluere ſe in aqua fluminis, neà leone adulterium poſſit deprehendi; in hoc ſen- B
ſu anima noſtra leæna eſt per fidem Chriſto deſponſata, quæ, vt ait Berchorius, ſi peccat,
non debet niſi lota in fluuio pœnitentiæ, & confeſſionis ante Chriſti conſpectũ apparere.

HIEROGLYPHICA.

VAmuis propriè loquendo Hieroglyphica apud Aegyptios eſſent quæ-
dam ſacta monumenta, non literis, ſed rerum, & animalium figuris ad vo-
cabula ſignificanda ſculptis tamèn etiàm ad res profanas denotandas hu-
iuſmodi animalium imagines quandoquè adhibuerunt; nam vt ſpectantia

Lib. 2. Hierogl.

ad hiſtoriam leonis aſſignemus, inquit Orus Apollo, Aegyptij indicantes
Nili mundationem, effigiem leonis delineabant nulla alia adducti ratione, niſi quia Sole,

Nili mũdatio cur per leonem denotetur.

ingrediente in ſignum Leonis, Nilus ab alueo erumpere incipiat. A figura anterioris
partis leonis robur denotabatur, quoniam in hoc animali partes anteriores poſtetioribus
multò ſunt valentiores, hinç Pierius coniectarut meritò in ſacris literis ab integto leone, C

Quæ pars leonis robur notaret.

Chriſtum indicari, quoniàm anteriora diuinitatem, & poſteriora humanitatem oſtende-
te poſſunt. Propterea figura leonis vario modo picta multipliees hominis affectiones, &
functiones demonſtrabat. Si hominem virtute prædium volebant tepreſentare, illum
leonis ſpolio tectum figurabant, quia hoc ſemper fuit apud Priſcos vittutis Hieroglyphi-

Virtutis Hieroglyph. quale.

cum, ideoquè Herculi dicarum, Herculem enim pro virtute Antiquitas colebat, & quem-
admodum hodiè Patre eloquentiæ nominato ſtatim noſtro intellectui Cicero ſe ſe offert,
ita Priſci per virtutum parentem Herculem intelligebant, huc ſenſu igitur motus Dioge-

Philoſophi optime hieroglyph.

nes Cynicus exuuias leonis indumentum virtutis declarauit, & quandò videbat indoctũ
ſpolio leonis tectum, ſtatim hæc verba proferebat; *Ille indumentum virtutis vtuperat.*
Verùm non propter diſcrepantem rationem, auctore Suida, optimus Philoſophus oſten-
debatur per figutam Herculis geſtantis manu dextra clauam, & ſiniſtra tria mala, quæ, Dra-
cone occiſo, claua philoſophię ab ipſo ablata fuiſſe fabulantur, tria enim malarres ſont ani-
mi virtutes non iraſci non eſſe auarum, non appetere voluptates; ſed quoniam in ſpolio D
leonis Herculis indumentum incidimus, non erit ab re notare cum Pierio propter odium

Nouercæ hierogl.

nouercale Iunonis in Herculem Antiquos pinxiſſe mulierem palmite coronatam pedi-
bus prementem exuuias leonis, hacque ratione priuignos à Nouercis malè haberi ſigni-
ficabant. Præterea quandò volebant virtum vnicum fortitudinis ſpecimen, magnanimita-
tis normam, & prudentiæ exemplar tepreſentare leonem, & vulpem, teſte Oro Apolline,

Lib. 2.

effigiabant, nam per illum robur, & magnanimitatem, per hanc verò prudentiam expone-
bant, nam leone picto habente ſupra inclinatum caput caduceum, vis eloquentiæ eodem

Lib. 1.

credebatur. Quocirca Pierius per leonis iconem Regem, & Principem intelligebat, quo-
niam hi ſupra humanum modum tobore animi, magnitudine, & prudentia more leonum

Quomodo per leonem Princeps intelligatur.

clati eſſe debent; imò & clementia, & vigilantia redundare, quæ duæ prerogatiuæ in leo-
ne inſignioles teſulgent. Ideo Antiquitas, ſcribente Pierio, per leonis incolumis, & ho-
minis ſubſtrati picturam, deſignabat clementiam, deinde quia à leone noctes inquietas

duci

...ueri credebat, veram vigilantiæ, & custodiæ Hieroglyphicum leonem esse putabant; & hac fuit potissima ratio, propter quam fecùs templorum valuas leones, & pingerentur, & sculperentur, quæ consuetudo ad nostram vsque ætatem penetrauit, & lucmos Indis quoque est notus, tam fœmineus quoddam Indorum templum describens dicebat, Deus leones custodiebant; immò vt, inquit Pierius, hic rictus ad-ò in- Quare pe- tes templo- rum valuas leones pinga- tur, & scul- pantur.

Leonis, vt rictus leonis in signum custodiæ ostijs pr uatæ domus affigatur. Quid plura? Ægyptij in variis hominum affectionibus exprimendis, figura leonis vario modo de- Lib. 4. epist. ex Ind.

lineata vtebantur. Si hominem febrientem, & auxilium sibi comparantem notificare cupiebant leonis formam reuocabant, formam inducebant, si fœtido ore sha'itu imbutum, os Hominis fœ- tentem, leonem reple- tentem, leonis reloconfossi effigiem fornabant, quoniam hic rictus hic. leonis hians p ægebant, si vlt rorem, leonis ore conflixerit nouit, si iracundum, ad mentem Ori Apollinis, ca- roglyph. Lib. 1.

pur leonis effingebant, quia hoc animal capire magno, & pupillis oculorum igneis præ- ditum fit. Ingentes verò irarum motus febrem excitantes significaturi, eodem Oro re- Lib. 2.

leonis vltra obseruationem percussirem nouit, si iracundum, ad mentem Ori Apollinis, ca- roglyph. Lib. 1.

ditum fit, leonem caudam sua flagellantem figurabant, leonem ob iram, & caudas flagel- Lib. 1.

latos, quoniam leonum ossa inter se collisa ignem emittant. Denique furor indomitus ad mentem Pierij, per leænam cætulos suos discerpentem, imò vt græcè legitur ἐξοστ- Lib. 2.

ταται enim, idest exossantem designabatur. Postremò, vt scribit Orus, per mulierem semel leænam secundariò parere non credebant.

EMBLEMATA, SYMBOLA, EPITAPHIA.

QVI omnem operam studio emblematum impartiri solent, si toto nixu his nostris lucubrationibus insistent, non solum profana, sed etiam diuina, rã emblemata, quàm symbola contemplabuntur. Exordium igitur sumendo Lib. 1. embl. à diuinis Nicolaus Reusnerus Christum puerum ferentem crucem coro- natam, & equitantem leonem depingit, & picturam hac inscriptione de- multa componit carmina, sed inter alia hoc hexastichon in medium afferre libuit.

FORTITVDO, ET LAVS, ET SALVS MEA DOMINVS. Deinde

Optima res laudare Deum, laus celsius illa,
Et cum laude fides vera, salusque datur.
Sis leo virtutis frons Iudæ, Dux Leo Christus erat,
Sic nota, quis Iudæ Dux Leo Christus erat.
O par sit laudi tantæ vis atque facultas,
Hæc foto perpetua posse salute frui.

Præ dictum emblema retuocat in memoriam symbolum Dauid maximi Abyssinorum In lib. symb. Aethiopum regis à Sadelero depictum, in quo licet obseruare leonem rectum pedibus anteriorib: crucem tenentem cum hac inscriptione. VERITAS PERSVADET, pag 60. Inter sacra emblemata secũdum locum habet leo alarus, quem figurauit Nicolaus Reu- In lib. embl. snerus dum recenset illa quatuor animalia ex Daniele tanquam symbola quatuor Mo- narchiarum, & subnectit multa carmina; nos autem hic illa quæ ad hunc leonem attinent exarabimus.

Quatuor in somnis sub imagine regna Ferarum,
Assyrio Daniel vidit in orbe pius.
Prima leo gemmis alas, & corde refulgens
Humano, pedibus, Vrsa Fera vnxa suis
Assyrios signans reges, primosque Monarchas
Quos Babylon. & quos Media clara tulit.

Sed quoniam scimus nihil esse optatius illis, qui non vulgari ingenij claritate sunt conspicui, quàm multa huius generis emblemata intelligere ad profana examinãda acce- dere non grauabimur, & multiplicia proponemus à varijs actionibus, & proprietatibus leonis desumpta. In primis gestus, quos pugnaturi leones agunt, multa subministrant emble-

Embl. 63. emblèmata. Vnde Alciatus figurauit leonem erecta cauda à venatoribus, & canibus circumdatum, & inſcriptio eſt hæc. IRA. deindè ſubſcribit hoc tetraſtichon. A

Leo in actu audaciæ.

Alcęam veteres caudam dixere leonis,
Qua ſtimulante iras concipit ille graues,
Lutea conſurgit bilis crudeſcit, & atro
Felle dolor furias excitat indomitas.

Caudam leonis Priſci ab ἀλκὴ quod eſt robur, Alcęam dixerunt, quia leones in principio iracundiæ cauda terram verberant, in augmento terga, quaſi velint ſibimetipſis robur addere, ideo hoc emblemate admonemur iræ impetum eſſe coercendum, niſi velimus in belluam ferociſſimam transformari. Alij pugnaturum leonem depingebant cauda erecta, & ore aperto, illique huiuſmodi inſcriptionem aſſignabant. VIS CONSILII EXPERS MOLE RVIT SVA, hoc taxabant illos, qui ſi ſortitudine rationem, & conſilium aſpernabantur. In hoc genere Aegidius Sadelerus inter Symbola Regum Poloniæ effigiem leonis, quaſi ad pugnam concitati formet, & illi addit hanc

Lib. ſymb. pag. 53.

Pag. 59. inſcriptionem. ME ME VINDICE. Idem auctor paulò inferius proponit figuram

Leo in actu timoris exhibet emblemata. leonis pedibus anterioribus, & ore venabulum tenentis cum inſcriptione. VEH, B ILLI. Et hoc inter Symbola Gidelberti Auſtriaci connumerat. Præterea leo in actu timoris depictus alia nobis ſuppeditat emblemata, nam Camerarius leonem fugientem à face accenſa effigiauit cum his verbis. MAGNOS VANA TERRENT. Deindè

In lib. ſymb. & emblem. ſubſcribit ſimile diſtichon.

Non eſt ingentis vis expers vlla timoris:
Sic pauet infeſto percitus igne Leo.

Embl. 46. Pariter Iunius leonis fugientis à venatoribus habentibus accenſas faces Ideam protulit cum hoc Dicto. MALAGMA PHILOSOPHIAE. Deindè ſubſcribit hæc carmina.

Cetulus leo non ſic aliud quàm metuis
Tędam flammiuomam quæ abies ſęua cadit.
Sidit trux animus cum facibus luciferis
Cęleſtis Sophia haud ſupplicys terriculis.

Hac ratione Auctor conatur nobis manifeſtare philoſophiam ægritudinibus animi mederi, quemadmodum medicus affectibus corporis pharmaciam præſtat & licèt, naturali inſtinctu, leo facibus ignitis perterrefiat, tamèn Sadelerus leonem facibus accenſis, & venabulis reſiſtentè delineauit, & inſcripſit hæc verba. FORTITER RESISTENDVM; & hoc ad ſymbola Regum Angliæ attinere aſſeuerauit. Verùm non ſolum fax accenſa, ſed etiam Gallus leoni eſt terrori; hac de re Reuſnerus imaginè leonis cum Gallo ante legentium oculos protulit, & hoc ſuſcripſit. CEDITE FATIS. Et in huius maiorem expoſitionem promit dodecaſtichon, quod lector apud ipſum legere poterit.

Lib. ſymb. pag. 44.

Lib. 2. embl.

Accedit feritas, & fortitudo leonis, quæ emblemata componendi occaſionem præbuerunt. Georgius Camerarius hùc reſpexit, quandòcupidinem iubis leoninis ornatum, & unguibus aduncis armatum depinxit, & in parte oppoſita leonem ſagittam ab arcu iaculantem figurauit cum hac inſcriptione. VTER SAEVIOR? Itaquè comparat actiones cupidinis cum actionibus leonis hoc hexaſticho.

Feritas, & fortitudo leonis ad embl.

Lib. embl. Am.

Immanes animi, quæ vos concordia iunxit?
Mutua quę tandem fœdera pacta fides?
Omnia ſint ſimiles ſecutus, vtille pharetram D
Horrendam, horrendas induat ille iubas.
Vnguibus acer Amor, telis leo pugnet, at vnum
Diſſidium ſupereſt, quis feritate prior?

In fortitudinis contemplatione dhuc non immorabimur, quoniam ſola vox leonis mentibus noſtris fortitudinem ſuggerit; hinc Ruſellius notabat, ſi quis habilis memoriæ volucrit recordari fortitudinis, cum leo huius expreſſum ſit ſymbolum, debet imaginari in tali loco imaginem ferociſſimi leonis eſſe collocatam. Ad hæc manſuetudo conſideranda ſe ſe offert, quam reſpiciens Reuſnerus leonis humi ſtrati cauda depoſita iconem præbebat, & addebat hæc verba. QVO QVIS DOCTIOR HVMANIOR, ET QVO INDOCTIOR MOROSIOR, deindè ſubſcribit multa carmina, quæ brevitatis ſtudio muſſe facimus; in illis oſtendit veluti ferociſſimi leones arte manſuefiunt,

In lib. art. mem.

In lib. embl. Manſuetudo leonis ad embl.

eodem

E eodem modo virtutibus, pectora rudiorum molleſcunt. Inſuper Camerarius formam leonis habentis caput pallio coopertum induxit, penès quem homo catenam manibus tenens figuratur cum hoc Dicto. IRAM PRVDENTIA VINCIT. Quia Phyſiologi obſeruarunt leonem oculis coopertis feritatem deponere, & diſtichon ſubſcripſit huius tenoris.

Si licet obiecto ſagulo tractare leonem,
Quid tandem eſt iram velle domare ſuam?

Et paulò inferius idem auctor proponit aliud emblema, in quo puellam cibum leoni miniſtrantem effigiat, cum huiuſmodi inſcriptione. SEMPER IN METV. Alludit enim ad manſuetudinem, & feritatem leonis, quoniam Feræ huius generis, licèt ſint mãſuetæ, tamèn aliquandò repente efferantur, ſicuti à nobis ſuperius expoſitum fuit, huic emblemati additum fuit tale diſtichon.

Nuda à præſidijs, ego virgo miniſtro leoni
Danda operæ eſt magnus, ſed comitante metu.

F Ad rem noſtram facit illud elegans emblema Pauli Maccij politioris diſciplinæ longè ſcientiſſimi, in quo geminos ad frena leones currui iunxit, & honorem regiam maieſtatem repreſentantem ſupra plauſtrum collocauit cum Inſcriptione. IVRIS PERITIAE DECVS. hocquè explanauit Dodecaſticho reuera digno, quod in manus hominum veniret, quia præſefert auctorem muſarum, charitumquè munificentia ornatiſſimum; concluſionis tantùm illius tùm ad euitandam prolixitatem, tum quia reſpicit leonum proprietatem memínerimus. *In lib. embl. 6.*

An non, dum rugiunt, iſti genus omne ferarum
Deterrent, leges, vt genus omne virum?

Non deſunt etiàm duo emblemata in hoc genere ab Alciato excogitata, in quorum altero currum à leonibus vectum figuris exprimit, cum inſcriptione ETIAM FEROCISSIMOS DOMARI, & addit hexaſticon, in quo alludit ad leones trahentes currum Marci Antonij triumphantis. In altero figurauit plauſtrum cum leonibus vehicularibus, & cupidinem aurigæ munus exercentem, & inſcripſit hæc verba. POTENTISSIMVS AFFECTVS AMOR. Huius emblematis argumentum dedit Lucianus, quandò induxit Venerem timentem, ne cupido ob commiſſa ſcelera tandèm leonibus G obijceretur, deinde induxit Cupidinem matri reſpondentem hunc in modum. *Confide mater, nam leonibus factus ſum tam familiaris, vt innoxiè eorum terga aſcendam & iubas ſæpè apprehendam.* Quocirca hoc edoctus Georgius Camerarius pinxit Cupidinem equitantem leonem, & inſcripſit hæc verba. NOBILITAS SVB AMORE IACET. vult enim annuere neminem eſſe tàm ferum, quin amore dometur, & Cupidini cedat, & affert dodecaſtichon, quod, quia in illo omnes leonis proprietates Cupidini conuenire monſtrat, hoc in loco recitare neceſſarium eſſe duximus, & eſt huiuſmodi. *Embl. 29.* *Embl. 105.* *In Dialog.* *In lib. embl. Am.* *Cupido leonis aſſimilatur.*

Phœbus equos, Tigres lœneus flexit, & Vrſos,
Iure premit famuli terga leonis Amor.
Magnanimi admoto manſueſcunt igne leones,
Omnis Acidalia ſub face feruet amans.
Audaces galli cantum timuere leones
Nocturnum vigilem, ſic Amor horret auem,
Vtque leoninis nullus fluit oſſibus humor,
H *Sic nobis demens ebibit oſſa Venus*
Arida ſed flammes ſcintillant oſſa leonum,
Nil præter flammas pectus amantis alit.
Sed leo dum dormit nunquam ſua lumina claudit,
Sic omnis vigilat tempore quiſquis amat.

Præter hæc alia ſunt emblemata, & ſymbola attinentia ad vexilla, & Inſignia gentilitia, in quibus leonum effigies cùm aliorum animantium, & variarum rerum figuris repreſentantur. V. G. habemus in Picta Poeſi vexilli picturam, in cuius altera parte leonis, in altera verò vulpis figura delineatur cum inſcriptione ΠΟΛΕΜΙΚΗ, idquè pulcherrimo hexaſticho declarat imuens licere aliquando in bello, vti ſtrategemate, & huc ſpectat illud adagium in prouerbijs expoſitum. *Quo leonina pellis non peruenit vulpina eſt aſſuenda*, verſus autem ſic ſe habent. *Vexilla effigie leonis in ſignita.*

Ars gemina eſt belli, vel vi, vel fraude gerendi, A
Vt victore hoſtis victus ab hoſte cadas,
Tecta quaſi vulpis fraus, vis quaſi aperta leonis,
Sit dolus, an virtus, ſed quis in hoſte reges?
Ergo Aquila valeant, Lupi, & Vrſi, Minotauri,
Vexillis Vulpes, & Leo ſigna ſient.

In lib. ſymb. & embl. Quidam alij, vt notat Camerarius, curarunt depingi quatuor diuerſi generis animalia tali ordine digeſta; vt in ſuperiori parte aquila, & leo, in inferiori verò Syren cum Dracone collocarentur, & per hoc Amorum quatuor genera repreſentare voluerunt, ſcilicet per Aquilam deſiderium, & amorem veræ gloriæ, per leonem virtutis, & prudentiæ animi, per tertium pulchritudinis, & per quartum diuitiarum, huic diſtichon appoſitum eſt huius tenoris.

Quatuor Amorum ſpecies.

Si rerum quæras fuerit quis finis, & ortus,
Deſine, nam cauſa eſt vnica ſolus amor.

Habemus præterea apud Camerarium loco citato iconem leonis habentis ſerpentem in- B
Qua icone fortitudo & prudentia deſignetur. uolutum circa collum cum inſcriptione græca ΟΤΑΕΝ ΚΑΘΗΚΟΤΕΡΟΝ, ideſt nihil decentius, in hoc ſymbolo auctor per leonem fortitudinem, & per Serpentem prudentiam demonſtrat, quaſi fortitudo ſemper prudentiæ copulanda ſit hoc diſticho.

Fronda magnanima ſi adſit prudentia dextra,
Dic mihi, quæ rerum pulchrior eſſe queat.

Amplius leguntur apud Auctores ſymbola Iconum leonis ad inſignia gentilitia ſpectantia; nam Sadelerus alludens ad inſigne gentilitium Sixti Quinti Pontificis Maximi, in
Lib. ſymb. pag. 15. parte dextra figuram leonis exhibuit inſignitam tali inſcriptione. VIGILAT SACRI THESAVRI CVSTOS, & in parte dextra figurauit globum terrarum orbis
Lib. 5 ſymb. quæſt. ſymb. 135. triplici diademate exornatum cum hac inſcriptione. OMNIBVS GRATVS. Bocchius in hoc genere effigiauit leonem alatum tenentem manu dextra librum apertum
Leo in quibus inſignibus gentilitijs locũ habeat. cum his verbis. DIVO MARCO, ET REIPVBLICAE VENETAE PAX TVTA EST SEMPER AVSPICE IVSTITIA, & ſubnectit verſus viginti duos quorum concluſio eſt hæc.

Auſpice iuſtitia tua pax leo maxime pacem C
Securam nobis, perpetuamque facit.

Inſignè gentilitiũ Bonon. Idem Auctor leonem Felſineum intactum non reliquit, dum profert picturam, in qua Felſina armata vexillum libertatis ferens cum leone ſecus pedes conſpicitur, & reflectẽtem ad Inſigne gentilitium Bononiæ, & ad numerum quadratum Senatorum, licèt hodie numero ſint quinquaginta quos Deus Optimus Maximus ſoſpites diutiſſimè ſeruet ſic dececinit.

Felſina docta tibi denus quater imperat ordo
Denus quadrato perficitur numerus.
Libertas cenſus leges cuſtodia fines
Quatuor hos virtus continet vna patrum.
Purpurea hinc albo, crux interſecta ſalutem
In pace, illa decus lilia fulua notant.
Signifer id ſtatuit ſignum leo vincis, & iram,
Fortis vexillo hoc imperat ipſe ſibi.

Spoliũ leonis in embl. Põp. Vizan. Cæterùm non ſolum leonis, ſed etiam quãdoquè exuuiarum icon in emblematibus po- D
teſt vſurpari. Vnum inſtar omnium ſit emblema collocatum in principio operis Chronicorum Bononiæ Pompei Vizani Patritij Bononienſis viriquè in nullo doctrinarum genere non perfecti; in quo depictum leonis ſpolium oſtenditur hac inſcriptione decoratum. SIBIMET PVLCHERRIMA MERCES. Cui Iulius Signius I.V.D. octaſtichon adiunxit, ad quod lectorem relegamus. Hactenus de emblematibus, & ſymbolis
Fmbl. 13. à leone deſumptis. Modò de leæna nonnihil dicendum eſt, nam Alciatus iconem leænæ
Embl. 74. aſpicientis, ſimulacrum regalis palatij exhibuit cum inſcriptione. NEC QVAESTIONI CEDENDVM, & addit hexaſticon. Quod lector apud ipſum videre poterit. Cuius argumentum eſt leæna meretrix, de qua in Aoquijocis egimus. Inſuper idem Alciatus figurauit tumulum leænæ forma eſlatum, & hoc modo inſcriptum. TVMVLVS MERETRICIS, & id exponit octo verſibus. Quorum quatuor vltimos tanquam ad rem

noſtram

E nostram attinentes recitabimus, qui sic sē habent.

Quid sculptus sibi vult Aries, quem parte leæna
Vnguibus apprensum posteriore tenet?
Non aliter captos quod, & ipsa teneret amantes,
Vir gregis est Aries, clune tenetur amans.

Horum versuum intellectus respicit Laidem græcam meretricem, cuius monumentum, vt scribit Pausanias, erat extra vrbem Corinthi, in quo pro insigni titulo leæna pedibus anterioribus arietem complexa insculpta fuisse perhibetur; per Arietem animal fatuum Prisci amatorem intelligebant, per leænā ipsum vnguibus cohibentem rapinam, & impetū meretricis in amasios significabant. Hic laidis tumulus epitaphiorum memoriam in mēte nostra suscitauit, itaquè nostra intererit de illis verba facere, in quibus leonis facta est mentio. Gabriel Simeon narrat se obseruasse in via, qua itur ab vrbe Volscorum Massiliam versus tabulam marmoream supra ianuam templi cuiusdam Villæ le Penne nuncupatæ in qua tabula ęlatæ conspiciebantur huiusmodi figuræ, Leo, Pinus arbor, Tympanum, & fistula pastoralis ramus appensa, in parte dextra turrium, in sinistra baculi F pastoralis cum galero ęlatura apparebat, in parte inferiori hæc verba erant incisa. MATRIS DEVM MAGNAE IDEAE PALATINAE EIVSQVE M. RELIGIONIS AD PARNOR. NAVIVS. IANVARIVS. Hinc cōiectauit Cybelem illo in loco olim fuisse cultam, quia Antiquitas turres, quibus terra referta est, supra caput huius Deæ pingebat; leones verò vehiculares, huic sacrabat, sic enim indicabat terram posse coli, & curari, vel iuxta aliorum montem, vt annueret terræ mandata semina esse coperienda, velut ileo cauda verrendo pulueren vestigia tegit, non est igitur mirandum, si in hoc monumento erant turres leo, pinus, & alia, quæ magnæ Deorum matri consecrauit Antiquitas.

Tumulus laidis græcæ meretricis.

In lib. dilucid. antiqu. epitaph.

Epitaphium Deorū Matris.

PHRENOSCHEMATA.

PHrenoschemata, seu Insignia, quæ vulgus Impresas vocat cum emblematibus, & symbolis tantam affinitatem habere videntur, vt post eorum enarrationem primum locum occupare mereantur. Illa igitur, quæ Auctores ex leonis proprietatibus desumpserunt, si non adamussim, leuiter tamen examinare conabimur. Prima facie, quæ collecta sunt à leonis fortitudine cuulgabimus. Iouius scribit famosum Ducem Hebrar Stuardum pinxisse leonem rubrum in campo argenteo cum multis fibulis in eadem area sparsis, & Dictum erat hoc. DISTANTIA IVNGIT, volebat enim inferre se esse fibulam, vel copulam fortitudinis regum Galliæ, & Scotiæ, vt ambo viribus Regis Angliæ reluctari possent. Serenissimus Franciscus Muria de Rouere olim Vrbini Dux, eodem Iouio auctore, alludens ad propriam fortitudinem, & magnanimitatem fingebat leonem coloris naturalis cum pugione in manu dextra in campo rubeo, & dimidiato versu decorabat. NON DEEST GENEROSO IN PECTORE VIRTVS. Maximus Troianus meminit Phrenoschematis, in quo leo amplexans laurum figuratur, & tali Dicto coronatur. IN VITA, ET IN MORTE, sic enim fortitudinem doctrinæ omni tempore copulādam esse docebat. Lucas Contilis iconem leonis pedibus anterioribus iugum sustinentis exhibuit, & hoc Dicto insignivit. SVAVE. Nam Academicus huius Phrenoschematis inuentor, cum esset imperio Maximiliani subditus, denotabat non mediocrem voluptatem, quam pro Imperatore in virtute propria exercenda esset percepturus. M. Claudius Paradinus scriptis mandauit in sigillo anulari Pompei Magni leonis ensem vibrantis ęlatā fuisse effigiem his litteris coronatam. CELSA POTESTATIS SPECIES, tanquam signum arduæ, & cordatæ expeditionis. Idem Paradinus proponit Phrenoschema Principis Amelphitensis, quod erat simulacrum leonis in altum cuecti, cum hac sententia. SOLATVR CONSCIENTIA, ET FINIS. Hic Princeps voluit indicare se, quamquam fortunis exutum, soloque pulsum, nihilominus sua fortuna contentum esse, qui hoc vnum sciebat se probe vbiquè propriis vigotis officio functum fuisse, quod reliquum erat in Dei Omnipotentis clementia post obitum omnem spem collocasse. Denique Ioannes Andreas Palatius in hoc genere describit leonem, cuius pes dexter ex an-

In Dialog. insig. milit.

Leo in cāpo argenteo cū fibulis.

Loco citato.

Leo cum pugione in cāpo rubro.

Leo cum tauro.

In lib. insig.

Leo cū iugo.

In Heroic.

Leo cū ense.

Effigies leonis in altum erecti.

In tractat. insig.

Leo cũ pede dextro ex anteriorib⁹ amputato.

terioribus eſt amputatus,& ſimulacro iunxit hanc ſententiam. SI NONVIRES ANIMVS, quaſi vellet ſignificare deficiente corporis robore, animi vires eſſe adhibendas. A

In inſign. Illuſtr.

Hæc de Inſignibus vim leoninam reſpicientibus. Ab Ira vnum deſumptum delineat Camillus de Camillis,nempe illud Octauiani Paſquæ Epiſcopi,qui,cum in Inſigni gẽtilio ſuæ nobiliſſimæ familiæ haberet leonem coronatum,roſæ cuſtodem, huic addidit hoc Dictum. MITEM ANIMVM SVB PECTORE FORTI:& quod erat Inſigne gentilitium pro Phrenoſchemate vſurpauit,quo denotabat leonis iram roſa temperari,cum roſarum ſuccus à medicis inter pharmaca cholagoga reponatur. Si ad manſuetudinem leonis animum conuertamus. Hieronymus Roſcellus effigiat leonem frænatum catenis vinctum, & hoc Dicto inſignitum. DIES, ET INGENIVM, volebat enim admonere hominem tempore,& ingenij acumine omnia aſſecuturum. Non valdè diſſimile Phrenoſchema profert Perciuallus,in quo figurauit leonem cicuratum cum catena fracta, & hac ſententia decoratum. FORTVNA NON MVTAT GENVS. Si clementiam leonis cõtemplemur, inueniemus in libro Phrenoſchematum diuerſorum Principum pictum leonem aſpicientem hominem humi proſtratum, & hoc Dictum annexum. HAVD PVSILLANIMITATI,& Ludouicus Dulcis in huius expoſitione ſcribit in hoc caſu hominem puſillanimitatis non eſſe arguendum, quoniam, magnanimitas,& clementia leonis id poſtulat. Si vigilantiam leonis conſideremus, meminimus nos vidiſſe picturam,in qua arbor ferens poma aurea cuſtodita à leone,& Deacone conſpiciebatur hoc Dicto inſcripta. VTERQVE SIMVL, nam Auctor amborum animantiũ peruigilium notum habebat. Tandem ſi ad leonum medicinam mentem reflectamus Lucas Contilis depingit Phrenoſchema Herculis Malaſpinæ, nempe leonem ſimiam vorãtem cum inſcriptione. MIHI MEDELAM. Hac ratione hic vir nobiliſſimus, vt Cõtilis inquit,animum ærumnis vexatum demonſtrabat, & quemadmodum leo eſu ſimiæ priſtinam ſibi comparat ſanitatem,ſic,& ipſe animi affectionibus volebat mederi prudẽtia,cuius ſimia ſymbolum eſſe perhibetur. Ad ſummum facere non poſſumus,quin commemoremus phrenoſchema eruditi Bibliopolæ, cuius librariæ Inſigne erat icon leonis, is,cum curaſſet imprimi nouum opus, quod Illuſtriſſ. Senatui Vencto dicauit, in prima libri facie formam leonis erepondi actum præ ſe ferentis induxit,& addidit hoc Dictum. SIMILE AD SIBI SIMILE, & hoc modo alluſit ad Inſigne bibliothecæ, & ad Inſigne gentilitium inclytæ Venetiarum Vrbis.

Leo cum catena fracta

Leo aſpiciẽs hominẽ humi ſtratum.

Leo vorans ſimiam.

Leo in actu erependi.

In lib. de Inſig.

B

C

NVMISMATA.

Numiſma argenteum Octauij.

In lib. numiſ. antiq.

IRca Icones leonis in monetis impreſſas tali diſtributione incedemus, vt primò numos, in quibus leo ob fortitudinem, & magnanimitatem figuratus fuit,recenſeamus. In paruo numiſmate argenteo Octauij leguntur ſimules literæ. CAESAR AVGVSTVS, in parte inuerſa leo ſupra tergus eerui conſpicitur,inſcriptio eſt. M. DVRMIVS III. VIR. Hæc moneta,vt notat Sebaſtianus Erizus, cuſa fuit in honorem Auguſti poſt victoriam Actiacam contra Marcum Antonium, quia leo eſt ſymbolum fortitudinis, & Cerous timoris quamuis Alij dixerint huiuſmodi animalia repreſentare pugnam leonis,& cerui in ludis ſecularibus,quos ætate ſua Auguſtus celebrauit. In numiſmate magno æreo M. Commodi legitur ANTONIVS COMMODVS AVG. in latere inuerſo icon hominis æquitantis,& iaculantis telum in leonem oculis ſe ſe offert. Romani,iuxta ſententiam Erizi,vt hunc imperatorem honoribus cumularent, hoc numiſma cuderunt, & præcipuè cum huiuſmodi Imperator,vt ſcribit Lampridius in eius vita, ferociſſimos,ſpectãte populo,leones occiderit. In numiſmate Traiani legitur. DIVO NERVAE TRAIANO AVG. in oppoſita parte Plauſtrum cum figura victoriæ tractum à leone, & à ſue apparet. Hunc numum quædam ciuitas,vt narrat Erizus,imprimi curauit,vt non vulgaris honoris titulo hunc Imperatorem proſequeretur, nam per leonem fortitudinem animi huius Principis,& per ſuem corporis deſignabat. Pierius inquit vidiſſe in numo Antiochi leonem humi procumbentem,& ſuperuolantem noctuam,nam per leonem robur, & per noctuam Mineruam Priſci intelligebant, & hac ratione fortitudinem eloquentiæ cedere indicabant. Hubertus Goltz,& ipſe ob fortitudinem huius animalis, & Herculis obſer-

Numiſma argeũ M. Cõmodi.

Numiſma Traiani

Lib. 1. Hierogl.

Numus Antiochi.

In bi. Græca.

D

E obſeruauit in Sueſſanorum numo figuram Herculis, depoſita claua, leonem ſuffocantis. Poſt fortitudinem manſuetudo leonis in numiſmatibus eſt conſiderata. Ideo Erizus legit in Seueri numiſmate. SEVERVS PIVS AVG. in oppoſita parte numi obſeruat, inter varia animalia leonē in ſigno munificentiæ huius Imperatoris, qui ob ludos publicos multos leones cicurare curauit. Imò eadem cauſa non Romani in honorem Philippi ludos ſeculares celebrantis, monetam argenteam cuderunt, in cuius altera parte legitur. IMP. PHILIPPVS AVG. in altera verò leo cicuratus figuratur. Pierius narrat nuper in Caſtrano agri Bellunenſis vico ſuburbano repertos fuiſſe numos in quorum altera facie erat mulier, & literæ circumſcriptæ. IVSTITIA, in altera verò eadem mulier cum manu ſiniſtra extenſa ſupra caput leonis, literæ circumſcriptæ. LEONIS HVMILITAS. Præterea in multis monetis manſuetos leones, & potiſſimum illos Cybeles iugatos contemplabimur. Id demonſtrat numiſma æreũ Neronis, vt teſtatur Erizus, in quo legitur. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. T. R. P. IMP. PP. Altera numi facies Cybelem in curru à leonibus veſto refert. Paritèr in Propontide regione Aſiæ erat Ciuitas Zizicha nuncupata, vt ſcribit Pollux, in qua cudebatur moneta huius generis, vt alterum latus exhiberet imaginem Deæ cybeles, quæ vocabatur ὁ τυπος μητρος θεῶν nempè forma matris Deum in altero numi latere leo erat figuratus fortè ad ſignificãdos leones iugatos huius Deæ plauſtrum trahentes. Deinde Erizus monſtrat aliud numiſma in quo legitur III VIR. R. P. C. nimirum Triumuir Reipublicæ conſtituendæ, latus oppoſitum habet iconem leonis cum huiuſmodi literis circumſcriptis. ANTON. IMP. AXII. Scilicet Antonius Imperator anno duodecimo; leo autem in hac moneta effigiatus fuit, vt omnes pro compereto haberent Marcum Antonium fuiſſe primum, qui leones ſubire iugum coegerit. Accedit numiſma magnum aureum Philippi iunioris, in cuius latere inuerſo conſpicitur ſupra leonem figura mulieris manu dextra ſceptrum geſtãtis cum græca circumſcriptione. ΘΕΑC. CYPIAC. IEPOΠOΛITΩN. ideſt Deæ Syriæ Hieropolitarum. Hoc numiſma cuſum fuit in vrbe Hieropolitana Syriæ, & Erizo auctore, mulier ſupra leonem Deam Syriam, vel Syriæ Regionem repreſentat. Quemadmodum in magno aereo numiſmate Gordiani figuratur mulier ſtans, & clauatis manibus oſtendens duo animalia, nempè Taurum, & leonem cum literis. P. M. S. COL. VIM. & ſub pedibus mulieris ANTI. Hinc poſſumus conijcere, inquit Erizus, huiuſmodi nu-
G miſma conflatum fuiſſe in Antio Romanorum colonia, vt Gordiano Imperatori æternus honor decerneretur, & illa muliebris figura Antium coloniam præſefert, quæ manibus oſtendẽs duo animalia territorij vbertatem indicabat, cum abantiquis leo cicuratus pro terra, & Taurus pro ſtudio arationis acciperetur. In numis Maſſilienſium leo nitger ſculpebatur cum hiſtitetis ΜΑΣΣΑΛΗΙΩΝ. & huius leonis figuræ cauſam affert Hubertus Goltz, quæ eſt talis, quia multa fecerunt Maſſilienſium Apollini proximum fuiſſe leonem aeneum à Phocenſibus obſidione oppreſſis libertatis cauſa miſſum. Idem Auctor addit leonem in actu gradiendi effigiatum videri in numis Romanorum cum his literis. ROMANO. In eodem actu gradiendi ſculptus fuit leo addita claua ſupra caput in monetis Meſſanenſium cum hoc verbo græco ΜΕΣΣΗΝΙΩΝ. Denique leo in omnibus Hyelitarum numiſmatibus videbatur cum inſcriptione. ΥΕΛΗΤΩΝ. Ad finem non ſolum leo ſed etiam leonis ſpolium in numis habuit monumẽtum. Propterea Hubertus Goltz ſcribebat leonem in monetis Heraclienſium varijs modis fuiſſe cælatum, ſed vt plurimũ in illis figurabatur Hercules habens ſupra humeros exuuias leonis cum inſcriptione.
H ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ ΘΙΑΔ, quamuis in alijs delineatus ſit Hercules ſtrangulans leonem cum hoc verbo græco ΗΡΑΔΙ. Idem auctor in monetis leontinorum monumenta leonis obſeruat, dum in harum nonnullis ſpolium, & in alijs rictus leonis cuſpidatur, & huius aſſignãs rationem dicebat hanc eſſe legitimam, quia Hercules deuicto Erize à leontinis comitẽ exceptus fuit ideò illinc diſcedens illis leonis Inſignia tanquã monumenta reliquit. Eiuſdem ſpolij leonis icon in aliquibus Alexandri numiſmatibus obſeruatur, in quibus, teſte Pierio, ipſe Alexander cum pelle leonis cælatus conſpicitur cum literis circumſcriptis. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, fortè ad demonſtrandum genus, quod ab Hercule per Caranum primum Macedoniæ Regem ducebat.

Numi ſuef ſanorum.
Lib. numiſ.
Numus Seueri.
Moneta Philippi.
Lib. 1. Hieroglyph.
Numi nuperè reperti.
Numiſmata ærea. Neronis.
Numi, in quibus erat Cybeles, & leo.
Loc. cit.
Quis fuerit primus, qui leones adiugũ traxerit.
Numus Philippi iunioris.
Numiſma Gordiani.
Numi Maſſilienſium.
In hiſt. Græcia.
Numi Meſſanenſium.
Numi Hyelitarum.
Loco cit.
Numi Heraclienſium.
Leontinorũ numi.
Alexandri numiſmata

IN-

INSIGNIA GENTILITIA, & MILITARIA

In cō ſymb. INter Inſignia gentilitia, quæ vulgò Arma, dicuntur, illa tanquàm nobiliſſima, & perfectiſſima commendantur, quæ figura leonis decorantur; nam, vt inquit Ricciardus, quæ animalibus terreſtribus effigiantur habentibus volatilia, & aquatilia præcedunt, & eò magis, quia hic ritus fuit antiquiſſimus, & ante Romā conditam animalia terreſtria in Inſignibus pingebantur. Deindè inter terreſtria quadrupedia heroicis animis leonis icon sūmoperè placuit; cum leo quadrupedum Rex, & aliarum Ferarum terror eſſe putaretur. Hinc Hercules leonem pro Inſigni ſibi vindicauit, Hector duos leones aureos in area rubra depinxit, & Achilles totidem leones rubros in campo argenteo figurauit. Phryges, quoquè populi minoris Aſiæ olim in Inſignibus leones habuiſſe colligimus ex Virgilio, vbi inquit.

Inſignia gē tilitia quæ nā fuerint nobiliſſima.

Lib. x. Aen.

aenea puppis
Prima tenet roſtro Phrygios ſubiecta leones.

Si ab his ad Romanos deſcendamus, inuenietur horum vexilla varijs animalium figuris, ſed potiſſimum icone leonis fuiſſe exornata, huc reſpexit Sanazarius dum cecinit.

Vſus figuræ leonis in Vexillis.

Romanas Aquila poſtquàm liquere phalanges,
Magnanimus turmas ducis in arma leo.

Deinde hic mos mira facilitate omnibus totius terrarum orbis nationibus communicatus eſt; nam Polydorus Virgilius narrat ex annalibus ſcoticis Reudam Freguſium in Britanniam veniſſe, & dediſſe agmini ſigna, rubrum leonem, quibus nùnc Reges vtuntur, & paulò inferius addit Reges, qui ſecuti ſunt poſt Gulielmum magnum Angliæ Regem, ſimiliter vſos eſſe, ſicuti nunc vtuntur, Inſignibus regijs, quæ ſunt tres leones iubati cum totidem lilijs quemadmodùm ipſe in codice peruetuſto hoc effigiatum vidiſſe teſtatur; & in annalibus Belgicarum rerum legitur. *Concordi aſſenſu à Principibus Belgarum parantibus in Syriam expeditionem variorum colorum leones aſſumptos fuiſſe relictis veteribus Inſignibus*, forte ad maiorem hoſtibus timorem incutiendum, vt nonnulli aſſeuerarunt. Quid plura? Vſqnè ad Iaponenſes hic Inſignium gentilitiorum ritus penetrauit, nam habemus ex epiſtolis Iaponenſium hæc verba. *Totam quaſi pro Rege præeſt, cuius Prouincia poteſtas eſt formidabilis pileo ſibi à Rege donato conſpicuus, & veſtimentis leone (Inſigne Regis) inuarato diſtinctis, hoc ille amictus ornatu, grauitate, noſtris Europæ Regibus antecellit*, & in alia epiſtola Iaponica, *omnes Gubernatores certo pileo, & peculiari veſtium genere vtuntur cum huiuſmodi generis Inſignibus circà humeros, quæ ſunt leonis effigies.* Non deſunt multæ Italiæ ciuitates, quæ in Inſigni gentilitio figura leonis ſunt delectatæ, vt Venetiarum Vrbs, ad cuius Inſigne alludnes Baptiſta Mantuanus, dum loquitur de Vicentinis ab Hiſpanis ad Venetos redeuntibus, ſic canebat.

Lib. 2. Inſignium gentilitiorū ritus apud Iaponenſes.

Lib. de bel. Ven.

Ad Venetos iterum redeunt, pulſiſque ſubindè
Fraſidijs, ſe in magnum Aquila vertere leonem.

Inſigne gētil. Venet.

Florentia quoque olim Inſigni leonino delectabatur, quare Bellonius, dum verſaretur Damaſci ad Orientem obſeruauit turrim quadrangulam, cuius faſtigium habet inſcriptionem Arabicis characteribus expreſſam, & paulò inferius conſpiciuntur bina lilia marmori inſculpta, ad quorum latus eſt figura leonis. Propterea id multis præbuit occaſionem exiſtimandi, hæc Inſignia eſſe Galliæ, vel Florentiæ. Amplius Dertona, ſeu Terdona, quæ hodie Tortona dicitur Lyguriæ ciuitas pro Inſigni gentilitio habet leonem cum hac inſcriptione. PRO TRIBVS DONIS SIMILIS TERDONA LEONIS. Nam Topographi hanc vrbem à tribus donis nominatam fuiſſe ſcripſerunt; primum erat, quia olim in quadam villa agri Terdonenſis è lapide oleū ſcaturiebat. Secundum in alio eiuſdē territorij loco aqua maiori hebdomada vbertim fluebat. Tertiū quando vnus cuiuldā familiæ erat moriturus guttæ ſanguinis apparebant. Alias prætermittimus ciuitates, quę ſub Inſigni leonis militarūt, de quibus in ſymbolis, & emblematibus actum fuit. Præterea ſignū leonis multis imò infinitis familijs, & ſplendori, & nobilitati fuit; quamuis Io. Franciſcus Apoſtolus in Principe omniū virtutum ornamento eminente non leonis ſigna, ſed veræ fidei ſtemmata commendauerit hoc diſticho.

lib. 2. Obſ. cap. 91.

Inſigne gētil. Florētię.

Inſigne gēt. Tortonæ.

lib. 3. epigr.

Stemmata ſint alys Pardi, ſint ora leonum,
At tibi ſint, Princeps, ſtemmata vera fides.

Tamèn

E Tamen quia hic Insignium ritus adeò succreuit, vt omnibus domibus innotuerit, facere non possumus, quin peculiaria Insignia commemoremus. Nicolaus Reusnerus elegan- *Lib. 1. Hem.*
ti dodecasticho Insigne domus Brandeburgicæ, non solum sceptris, rosis, aquilis gry- *Insignia gē-*
phibus, sed etiam bicoloribus leonibus exornari pro comperto affirmat; & paulò infe- *tilitia va-*
rius ludit in Insigne domus Palatinæ dialogo ex decem versibus contexto, deinde hexa- *riarū familiarum.*
sticho, quid significet huiusmodi leo demonstrat hunc in modum.

Arma Palatina quid signas splendida gentis
Aureus in nigro, qui fremit orbe, Leo?
Parcere subiectis, & debellare superbos,
Nempè decet morum nobilitate duces.
Terror hic est hominum, prosternit corpora tantum,
Prostratis parcit mitior inde leo.

Antonius Ricciardus meminit pulcherrimi Insignis familiæ Castilionensium, in qua leo *In eō sym-*
candidus in area rubra sinistrorsum repens, & pedibus anterioribus castrum tenens delineatur, & hac inscriptione coronatur. DILIGAM TE CHRISTE FORTITVDO
F MEA, per leonem candidum denotabant Christum, qui & leo, & candidus ob diuinitatis splendorem nuncupatur, color campi ruber charitatem, & dilectionem, castrum familiæ robur, & generositatem designabat, sed color castri aureus ex Christi fortitudine consolationem dimanare significabat; quarè huius nobilissimi Insignis figuræ, & colores, cum verbis, & verba cum figuris, & coloribus conueniebant. Reusnerus meminit Insi- *Lib. 2. Hem.*
gnium, in quibus leones integri, & in quibus ora leonum pinguntur, in quæ ludit elegans carminum textura, vnum pro omnibus sit hoc exemplum.

An quia Nicoleos positum tibi nomen, & omen
Idcirco effigiem scuta leonis habent.

Alia deinde huius generis infinita apud ipsum lector legere poterit. Meminit octasti- *Lib. 3. epig.*
cho Io. Franciscus Apostolus familiæ Annibalorum, quæ patriam varijs fortunæ fluctibus oppressam liberans, & fluctus, & geminorum leonum stemmata sibi comparauit, *Lib. 4. epig.*
inferius idem auctor per bellè ludit in stemma Bernardini Guacij, in quo leo figurabatur, dum sic canit.

G *Cur iaceat, rectusque micet pro stemmate Guaci* *Insigne gēti-*
Gramineo in campo quæris (amice) leo? *litiū Bern.*
Est Guacij virtus, quæ parta pace quieuit *Guacij.*
Dum cubat, erigitur, si fera bella gerat.
Perdere posse sat est, titulo quid poscit in alto?
Vincere velle refert, velle nocere negat.

Sed ad quid per exotica stemmata vagamur? non ne in multis Summorum Pontificum, & Eminentissimorum Cardinalium stemmatibus leonina effigies conspicitur, quæ consultò omittimus, ne prolixa horum ambage legentibus tædio simus. Leo Peretinus solus instar omnium vobis sit notus; ad quem alludens Ferrarius dum loquitur de Pere- *Lib. 1. de*
tinorum delitijs in Viminali monte florulentis relegando veteres illas Gothorum re- *cult. flor.*
liquias prisco Romanæ linguæ splendore hæc verba illustrata protulit. *Vbi familiaris leo à Dominis, & domicilio iuste tugendum trahit, dum non in spelæis exulat, sed pro foribus excubat.* Tandem leo cum multis Bononiæ Senatorum familijs commercia adeò familiaria miscuit, vt eorum stemmata exornare, & fores custodire non dedignetur.

H

SIMVLACRA STATVÆ.

ETHnici olim tali mentis vitio capti fuerunt, vt quandoquè leonina simulacra colerent, & aliquandò leonum effigies pro Idolorum ornamento adhiberent; Quoad primum. Mithras Sol vocatus fuit Persarum primus Deus in antro ab ipsis cultus, & eius simulacrum vultu leonis figuratum fuit fortè, vt inquit Gyraldus, quia Sol pro domicilio principali leonis signum sibi *Leonis faciē habuit primus Persarum Deus.*
comparauerit, vel quia sicuti leo inter animalia, ita sol inter cœtera sydera excellat. Ca- *In hist. Deo. syntag. 7.*
pite quoquè leonino Lacedemonij finxerunt Timorem, eumquè tanquàm Deum colentes in sacello propè triclinium collocarunt, in quo ipsi tribunal habebant, vt auctore Gy- *Leonino capite Timor sculpsit.*
raldo,

Simulacrũ leonis ex auro vbi. Lib 16. hist. an.

raldo, cęteris essent maiori formidini: Ampraciotę, teste Aeliano, adorabãt leęnã tamquã libertatis suę vindicẽ, quia tyrãnum sũlaceraſſet. Leonis simulacrũ ex auro ex coctodecẽ talentorum pondo locatum erat in templo Dolphico, & post illius deflagrationem, teste Herodoto, in thesauro Corynthiorũ fuit repositũ. Sculpebãt deindè Ethnici auro, vel argento leonis imaginem, & ferentes huiusmodi simulacra generosiores, & audaciores euadere dicebantur; Idcircò non est mirum si Aristoteles scripserit annulum ex auro, vel argento, in quo cęlata sit icon puellæ equitãtis leonem die, & hora solis vagantis in domicilio leonis gestantes ab omnibus honorari, quæ omnia inter fabulas aniles, & pueriles nugas reponẽda esse censemus. Quoad secundum aliquandò leonum simulacra vnà cũ Dijs, quasi cum alijs bestijs Antiquitas in templis collocabat. In primis Aegyptij Hori throno leones subijciebant; Sol enim ab ipsis vocabatur Horus, vnde horæ dictæ sunt, vt voluit Macrobius, quia leo solis symbolum esse perhibetur, nam τὰς ὥρας ἴχνει πυρὸς. διεγὸ δι' πρισθήτερ τροχγύλου. Gyraldus tamen scripsit duo tantùm Deorum simulacra ab Aegyptijs culta fuisse, quorum vnum Dei nomine Adad, alterum Deæ, & Adargatim appellabant, quibus cunctarum rerum potestatem attribuebant, & per Deum Solem, & per Deam terram intelligentes. Adargatis simulacrò leonum simulacra supponebant ad modum, quo Phryges Deum matrem cum leonibus pingebant; quamuis alij Cybelem sedentem in plaustro à leonibus tracto finxerint, de qno Baptista Mantuanus cecinit.

In lib. de secr. secret.

Horus quid. Hora vnde dicta.

Syntag. 1. Adad quid. Adargatis.

Magna Deum mater grandi turrita corona,
Quæ ligat Idæo libycos temone leones.

Figura Deæ Syriæ quæ. Syntag. 4.

Deam quoquè Syriam, quam Hieropolitani tantoperè venerabantur, Lucianus in templo supra duos leones sedentem sculptam fuisse pronunciauit. Hinc dubitandum est, an hæc eadem sit, cum illa, cuius simulacrum, teste Gyraldo, erectum fuit in dextra parte Fluuij Phasis manu cymbalum tenens, & leones sub throno, sedetquè non secus, ac mater Deum in templo Athenięnsi. Pausanias affirmat in area, in qua conditus fuit Cypselus Corinthiorum tyrannus obseruatam fuisse Dianam alatam altera manu leonem, altera Pantheram prementem. Thebis quoquè culta fuit Diana, & ante eius aedem leonis simulacrum marmoreum positum erat, vt cum multis Gyraldus conspiranter profitetur, qui alibi narrat apud Sycionios effigiatum fuisse simulacrum somni sopientis leonem. Serapidis etiam imago ad nentem Pierij triplici capite decorabatur, quorum medium faciem leonis, dextrum canis, & sinistrum lupi præseferebat; per caput leonis tempus præsens indicabatur, quoniam eius conditio actu prętenti valida, & feruens est, ex capite lupi præteritum tempus conijciebatur, quoniam hoc animal valdè obliuiosum est, & præteriti homines obliuiscuntur, futurũ blandientis canis facie denotabatur, cum canis spei sit indicium, quæ nobis semper adulatur, & blanditur. Cum simulacro Herculis Prisci nõ figurabant leonem, sed tantùm leonis exuuias Herculis iconi addebant; quamobrem Gyraldus Herculem cognominatum fuisse Gylium asseuerauit, quia plerique Græcorũ Gylion leonem interpretantur. Hunc ritum ponendi cum Idolis leonum icones, obseruauit etiam Petrus Martyr in Insula sacrificij, vbi incolæ mitras plumis varijs contexunt, in quarum medio inserunt laminam auream cum cęlatura Idoli, quod Cemen vocant, hancque sepiunt multis alijs laminis aureis habentibus icones Ferarum, sed præcipuè leonum; hinc fortè elici potest ratio propter quam in prouincia Cangigu, teste Paulo Veneto, tam viri, quàm mulieres acu facies suas, colla, manus, ventrem, & crura pungant leonum figuras inducendo, nimirum quia sic putant proprijs Idolis gratificari. Quid? non ne scripsit Pausanias, in Olympiæ templo per longum temporis interuallum Agamemnonis clypeum pependisse, in quo faciei leoninæ simulacrum erat insculptum cum huiusmodi inscriptione ἔστι μὲν φόβος ἰσίβροτον ὃ δ' ἔχων ἀγαμέμνων. ideſt terror hic est hominum, quique hunc gerit est Agamemnon. Verùm non solum in templis, & cũ Idolorum figuris, leonum icones pingebantur; sed aliquandò in sepulcris in memoriam defunctorum sculpebantur quę, teste Pierio, iuxta figuras leonino simulacro adiunctas varia defunctorum gesta designabant V.G. si obseruabatur leonina effigies inter pedes anteriores, amicè tenens agnum, vel ouem, significabat illum, in cuius monumento hæc cõspiciebantur, depositа ferocitate mansuetudinem amplexatum fuisse, si leonina figura cũ angue cęlata erat, depositа feritate illum à prudentia rectum fuisse, & sic per reliqua huius generis eruditus lector discurrere poterit. Omittimus illud leænæ elinguis simulacrum, quod ab Iphicrate fieri Athenięnses curarunt in monumentum leænæ meretricis,

Syntag. 12. Lib. 1. Hieregl. Imago feræ pidis cur tri ceps.

Syntag. 10. Gylion quid. In lib. de insul. inuentent. Cemes Idolũ vbi. Lib. 2. cap. 46.

Agamemnonis clypeum qui à insculptũ haberet. Leones sepulcris insculpti.

Leænæ elinguis simulacrum vbi.

de

E de qua superius verba fecimus, & accedimus ad illa leonis simulacra, quæ in fontibus, & vasis, vel cælabantur, vel pingebantur. Rictus leonum marmorei, vel lapidei fontibus hodiè quoquè affiguntur, per quos aqua fluens in vasa subiecta cadit, sed hic mos manauit ab Aegyptijs, qui primi ora leonum scaturigini aquarum apposuerunt, ad hoc solũ significandum, scilicet Nilum agris aegyptijs nouam aquam inuehere, sole per signum leonis gradiente. Ad summum in quodam genere vasis aenei, seu potius in orificio eiusdem consueuerunt Attici leonum, & hominum facies cælare, hac de causa Pollux hoc vas προ-ομφάκιον appellauit; hactenus de simulacris; nunc de statuis, quæ in varijs orbis partibus sitæ sunt nonnihil dicemus. In libro de rebus à Societate Iesu in Oriente gestis describitur aedificium pontis supra flumen a Cambilu decimo milliari distans, quod longo tramite in Oceanum se exonerat. Pons viginti quinque fornicibus constat longus passuũ trecentum, & latus octo, vtrinque insignes assurgunt columnæ in quarum summitate leonis statua sita est, in extremo autem pontis assurgunt duæ maximæ columnæ, ad quarum bases marmorei sunt leones, & insignis molis. Petrus Gyllius inter pulcherrimas statuas, quæ erant in Hippodromo, meminit leonis aerei, dum inquit. *Palatium illic situm incendit, & leonem aereum, & alia eleũ a marmora, dum reuerteretur, exportauit.* Leo lapideus F inauratus sedet supra concionem ante totum Florentiæ huiusmodi statua fuit priscum ciuitatis Insigne sicuti Senarum lupa, & luceæ Panthera, nam, sicuti scribit Gabriel Simeon, consuetucrant Florentini non solum die S. Ioannis, sed etiam alijs insignioribus solennitatibus aureo diademate hanc statuam coronare, quasi vellent indicare, veluti leo cæterorum animantium rex constituitur, pariter Florentia inter alias Hetruriæ ciuitates eminet. Præterea leonum duæ insignes statuæ pro foribus Ecclesiæ Cathedralis Taruisij visuntur vnguibus Draconem alatum comprimentes. Amplius Io. Andreas Palatius narrat nuper effossam fuisse tabulam non procul à ciuitate Augubij, in qua leonis figura tesserulis constructa apparet, quam multis versibus describit, qui sic incipiunt.

Augubij effossus nuper fundamentibus altis,
Compositus cruditis, tesserulisque leo.

Sed ad quid feriam in his paucis operam conamur ponere, cum propemodum innumeræ huius generis statuæ Romæ conspiciantur, & primò ad valuas D. Ioannis Laterani sitæ sunt pulcherrimæ leonum statuæ marmoreæ; In foro ante templum, quod à rotunditate nomen sortitur, vt narrat Aloysius Contarenus locatæ sunt leonum statuæ ex marmaride lapide coloris inter leucophœum, & rubrũ medij. In foro Capitolino ex lapide Lydio obseruatur leonis statua capite defecta, vbi quoquè est fragmẽtum representans leonem supra equum. Deinde in multis Romanorum palatijs, & domibus etiam priuatis marmoreæ leonum statuę conseruantur; Vidimus in palatio Sabellorum tabulam marmoream, in qua leo cum tribus armatis hominibus pugnans cælatus erat, nec non statuam leonis ex Lydio lapide supra basim eiusdem marmoris diligentèr elaboratam. In Viridario Cęsiorum visitur statua leonis marmorei, cuius basis hanc inscriptionem habet. INNOXIA FORTITVDO, vbi quoquè aliæ duæ leonum statuæ ex lapide subrubro positæ sunt supra bases Cęsiorum Insignia gentilitia custodientes. In Vinea olim Eminentiss. Card. de Carpo ex marmore vario leonis statua sita est; Domi Bernardini Alberitij in via Iulia obseruauimus statuam magni leonis, qui apertoore hiat in G equum, quasi illum deuoraturus; & Domi Laurentij Maccini penès S. Marci templum videtur caput leonis insigni cælatura fabrefactum, quod deglutire animal conatur. Postremò statuæ leonis spolio insignitæ H numerosæ sunt, quæ omnes Herculis statuæ esse dicuntur. Harum vna in Viridario Belvedere nuncupato conspicitur, cuius humerus dexter pelle leonis decoratus est, quo in loco alij statuam Commodi Imperatoris cum exuuijs leonis obseruarunt, & tandem in palatio Dandinorum Hercules marmoreus cum leonis spolio videtur, & multæ aliæ huius generis sunt Romæ, in quibus enumerandis nobis tempus deficeret.

Cur capita leonũ fontibus affigantur.

In epist. Asiat.

Statua leonis vbi.

Lib. 4. Contãti cap. 6.

Leo æreus vbi.

In Dialog. Leo lapideus Florentia quãdo coronetur.

In lib. Insig.

In lib. antiq. Rom.

Statua leonum Romæ vbi sint.

MIRACVLA.

A

Lib.3. Reg. cap.13. Leo necauit prophetam.

HAbemus in ſacris paginis Dominum iuſſiſſe cuidam prophetæ, ne in Bethel aquam, panem, vel quidpiam aliud tam eſculentum, quam potulentum cõtangeret, ſed rogatus ab alio propheta panem comedit, & aquam potauit, & quia Omnipotentis præcepto non paruit, leo ipſum redeuntem in via occidit; nam Dominus cum tradidit leoni, qui poſtmodùm eius cadauer non deguſtauit; imò id auget miraculum, quoniàm, neque aſinum vecturarem, nec prophetam ſeductorem interfecit. Inferius legimus, cum Iſrael idolatriæ ſe dediſſet ſub Rege Ieroboam, Dominum immiſiſſe leones, qui illos interficiebant. Deinde in Sanctorum Vitis, multa huius generis miracula ſpeculari poterimus. Surius narrat Sanctum Sabam per vaſtam ſolitudinem incedentem ingreſſum fuiſſe ſpeluncam leonis, qui in ea verſans, & leone abſente peracta oratione ſoporatus eſt, nocte intempeſta leo ſpelæi poſſeſſor accedens, & veſtem Sabæ dormientis dentibus apprehendens, quodãmodò à ſpelunca Sanctum expellere nitebatur, qui leonis fremitu a ſomno excitatus ad leonem conuerſus hæc verba protulit. *O Fera, hæc crypta quamuis anguſta, ſi tibi ſoles ambobus ad habitandum ſufficeret,* his dictis Fera non ſecus, ac ſermonem intellexiſſet, Sancto cedens ſpeluncam abijt. Ad hæc recitat D. Hieronymus miraculum ſcitu dignum, quod accidit in vaſtiſſima ſolitudine Thebaidis, vbi in antro S. Paulus primus Eremi habitator defunctus à D. Antonio compertus eſt, quo orante, cum bipalio careret, quo ſepulcralem foueam pararet, duo leones ex interiori parte Eremi accurrentes recto tramite ad cadauer Beati Senis aduenerunt, & adulantibus caudis circa eius pedes accubuere fremitu ingenti rugientes; deindè non procul eęperunt pedibus humum ſcalpere, arenãquè certatim egerentes vnius hominis capacem locum foderunt, & ſtatim deiecta ceruice, quaſi veniam petentes D. Antonij manus, ac pedes lingebant, ſed tunc, Sancto annuente, abierunt. Simili modo ferunt mandato Zoſimæ Abbatis ad condendum cadauer S. Mariæ Aegyptiacæ leonem pedibus mirificè terram effodiſſe. Sed hæc curſim, breuiterquè perſtringimus, quoniam inferius quandò agetur de vſu leonum in ſupplicijs, multò plura ſpectantia ad miratula promulgabimus.

Lib.4. Reg. cap.17.

In vit. S. Sa. Ab. & Conſ.

B

Leo S. Sabæ cryptã cedit.

In vit. Sãct. Pauli prim. Erem.

Leones ſepulcrum parant.

C

FABVLOSA.

MYthologica leonis, vel ad eiuſdem metamorphoſim ſpectant, vel aliorum in leones transfigurationem reſpiciunt. Ratione primi multi leonem, beneficio Iunonis, inter ſydera collocatum fuiſſe atteſtantur; ſed Periandrus Rhodius refert ob primos Herculis labores, memoriæ cauſſa, leonem aſtris illatum fuiſſe. Nigidius recitat hunc leonem iuſſu Iunonis nutritæ apud Lunam, & ad Herculis exitium demiſſum fuiſſe, quem poſteà ab Hercule interfectum Iuno cęleſti monumento dignum eſſe decreuit. Hic igitur leo cęleſtis iuxta mẽtem Aſtrologorum inter conſtellationes mirabilis, & maximus habet ſtellas in capite tres, in collo duas, in pectore vnam claram, in ſpina dorſi tres, in medio cauda vnam, & in fine vnam claram, in medio ventre vnam, ſub pectore duas, in primo pede claram vnam, ſub ventre vnam claram, in medio ventris vnam, in poſteriori pede vnam claram, in genu poſteriori claram vnam, ita vt decem, & nouem ſtellæ cęleſtem leonis figuram conſtituant. Ratione ſecundi. Acron in commentarijs ad Horatium ſcribit, Bacchum leonis ſpecie indutum interfeciſſe gigantem, tuncquè Iuppiter hoc beneficium Baccho acceptum referens dixit *io vie*, ideſt, O bone fili, hinc Bacchus vocatus fuit Euhyius. Apollo quoquè modò in accipitrem, modò in paſtorem, & aliquandò in leonem transformatus eſſe dicitur, vt Iſſen Macharei filiam poſſideret. Verùm ſi ad hominum conuerſiones in leonem animum noſtrum conuertamus. Narrat Homerus, repetit Virgilius, & confirmat Ouidius Proteum fuiſſe hominem, qui mille animalium, & aliarum rerum effigies inducbat, nam aliquando arbor, aliquando aper, vel iubatus leo apparebat iuxta illud.

Leonis ſignũ ex quos ſtellis cõſtet

D

Bacchus in leonem. Euhyius qs.

Lib.4. odyſ. Lib.4. georg. Lib.8. meta.

Nam modò fit ſerpens, modò ſus, modò torua leæna.

Sed

E Sed hæc fabula duxit originem, à Proteo antiquissimo Aegyptiorum Rege, qui procul dubio edoctus literas hieroglyphicas cæpit ferre supra caput, aliquandò partes anteriores leonis, aliquandò ramum arboris, & sic deinceps, vt internas, variasque animi cogitationes præferret. Atalanta virgo adeò in cursu præpotês fuit, vt sponsos ad currendum prouocatos, & victos occideret, Hippomenes fauori Veneris nixus acceptis tribus malis de horto Hesperidum puellam ad cursum inuitauit, & singula poma iacere cepit, puella ob cupiditatem legendi poma superata est, tunc Hippomenes victoria potitus in luco matris Deum cũ sponsa cõcubuit; hinc Dea irata iuuenem in leonem, & puellam in leænam commutauit. His mythologicis Indorum etiam ineptiæ accedunt. In montibus Peru numerosi degunt leones, & incolæ, teste Augustino Zarate, huiusmodi rationẽ assignant; opinantur in mundi exordio hominem Solis, & Lunæ filium, Cone vocatum, ex Plaga Septentrionali in regiones Indicas migrasse, Indosquè creasse, hosquè herbis, & fructibus syluestribus aluisse, donèc ex parte opposita, nempè meridionali, alter ipso potentior veniret Panchimaca nominatus, quæ vox apud ipsos creatorem designat, pariter, qui, & ipse Solis, & Lunæ filius fuit, in cuius aduentu, Cone euanuit. Quamobrem Gentes olim Conem concomitantes, & sine duce errantes Panchimaca in leones transfiguauit. Præter hæc leonis partes, & proprietates fabulositati occasionem dederunt, propterea fabulantur Prometheum, dum ex limo fingeret hominem aliquam particulam ex omnibus animalibus euulsisse hommiquè apposuisse, ideò ex leone desumens iram pectoribus humanis inseruit, quod innuere videtur Horatius, dum canit.

Cur Proteus varias formas induere dicebatur.

Hippomanes, et Atalãta cur in leones cõuersi. Lib. 2. hist. Peru cap. 8. & 10.

Cone quis. Panchimaca quis.

Lib. 1. car. ed. 16.

——— & infami leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.

Deindè ferunt Aiacem Herculis fuisse alumnum, & adhuc infantem leonina pelle Heroïs fuisse inuolutum; ob id partes pelle leonis contactas redditas fuisse inexpugnabiles; vt Hauius Philostratus, & alij nugantur. His addit Tritonius in mythologia Phyllum quemdam nonnullis arcanis à leone petitis, præter omnium opinionem indomitos horrendos, & ferocissimos leones summo cum labore, & periculo domuisse.

In lib. de vit. illustr. Imbel. Troi.

G

QVIBVS DIIS LEONES SACRATI FVERINT.

A Fabulosis non recedendo statuimus hoc publica consuetudine à Priscis receptum fuisse, Dijs diuersis varia animantia consecrare. Petrus Crinitus fuit eiusdem sententiæ cum illis, qui leones Apollini sacratos faciebant; quamuis Pausanias scriptis mandauerit, Pergami adhuc extare leonis caput ferreum à Tisagora artificiosissimè elaboratum, & Libero patri dedicatum; ex quibus verbis vnusquisquè conijcere posset non Phebo, sed Baccho leonem dicatum fuisse. Vt plurimùm tamèn leones Deæ Opi sacratos fecit Antiquitas; quoniã illos suo currui hæc Dea subiuganerit, vel vt alij arbitrantur, quia hæc à leonibus nutrita fuerit. Huic sententiæ illi suffragantur, qui per hos Deæ leones designabant nullam terram esse adeò sterilem, quæ cultu non mansuescat; nàm per hanc Deam magnam matrem, nimirum terram intelligebant. Legimus etiam intra septa templi Syriæ Deæ pasci solitos fuisse Boues, Equos, & Leones, quos Antiqui sacros vocabant, fortè eadem ratione moti, cum multi Deam Syriam à magna Deum matre non discrepare existimarent. Aegyptij tandèm, vt notat Aelianus, leones Vulcano dicarunt hac causa impulsi, quia leones temperatura valdè ignea prædti sint; idcoquè exteriorem ignem ob copiam interioris egerrimè intuentur. Hinc statuunt hanc esse causam legitimam, propter quam feruidis diebus Sol ad leonem cælestem accedat. Quamobrem incolentes magnam Heliopolim leones tanquàm diuinæ cuiusdam sortis participes (vt inquiunt Aegyptij) in templi vestibulis alunt; immò vanis Aegyptiorum superstitionibus freti, & ridiculam Pythagoræ de transmigratione animarum opinionem secuti dicebant cum

Lib. 4. de honest. discip. cap. 6. Lib. 10.

Leo sacer Apollini vel Baccho.

Leones cur sacrati Deæ terræ.

Lib. 2. hist. an. cap. 11.

Leo Vulcano cum sacraretur à quibusdam.

Empedocle, ſi poſt exceſſum è vita homo in beſtiarum naturam demigrat præſtantiſſimam eſſe commutationem, quæ fit ex homine in leonem, veluti ſi fiat commutatio hominis in plantas optimam eſſe conuerſionem ex humano genere in laurum. Quæ ludicra ad recreandum lectoris animum proponere voluimus, at circa dedicationem leonum politioris literaturæ viris liberum examen relinquimus. A

APOLOGI.

CVm ex Apologorum narratione homines multiiuga virtute præcellentes moralem doctrinam elicere ſoleant, rationi conſonum eſſe duximus, ad hiſtoriam leonis ſpectantes hoc in loco recenſere, quos ad tria capita redigimus, nempè ad Potentiorum, & Superiorum timorem, ad vanam propriarum virtutum iactantiam, & denique ad inſidioſos. Si primum reſpiciamus, ex Mythologis habemus leonem cum tribus beſtijs diuerſi generis venatum proficiſcentem capto ceruo prædam in quatuor æquas partes diuiſiſſe, deindè hunc in modum locutum fuiſſe; quoniam ego alijs animantibus dominor iure regali prima pars mihi competit, ſecunda etiam ad me ſpectat, quoniam ob meam fortitudiuem hac præda potiti ſumus; tertia mihi meritò conuenire debet, quia vobiſcum laboraui, quartam deniquè partem, ſi quis veſtrum capere voluerit meam amicitiam aſpernabitur; quare aliæ beſtiæ ſociæ, his auditis, ob leonis formidinem, relicta præda, abierunt. Huic valde ſimilem apologũ narrat Pierius, ſcilicet quãdo Ptolemæus Rex Aegypti collegit aliquot talentorum millia, & Xenij nomine ad Alexandrum deferri curauit; tunc ſponte obtulerunt operam, Mulus, Equus, Aſinus, & Camelus. Hi vix biduum à Memphi progreſſi facti ſunt obuiam leoni, qui, & ipſe iter in Macedoniam tendebat; data hinc inde, & accepta ſalute, leo prædictis iumentis ſe exhibet comitem, atquè cuſtodem aduerſus latrocinantes, dixitquè ſe quoquè habere certam drachmarum ſummam, quas pro commeatu ferebat, ſed illas ſibi plurimùm incommodas, quia oneribus geſtandis non erat aſſuetus; rogat itaquè comites, vt dipartitum onus ſuſcipiant, illi officioſiſſimè obſequuntur, & paucas illas leonis drachmas inter ſe diuiſas in ſacculos quiſquè ſuos admiſcent, iterquè continuant. Venerant in pingues Aſiæ campos, & leo conſpecta armentorum multitudine intra ſe ibi commorari deſignauit, & ſimulata laſſitudine dixit ſibi opus eſſe illic morari, & quas depoſuerat pecunias repoſcit. Animantes ſociæ apertis ſacculis inquiunt ipſi licere deſumere, quæ ſua eſſent; leo cum pleraſquè alias drachmas eadem nota ſignatas in vno quoquè ſacculo conſpexiſſet, edito magno rugitu, dixit, drachmæ meæ multas alias peperierunt, & mox quot quot erant ſuis ſimiles abſtulit. Hi duo apologi ſtabiliunt veritatem huius Ouidianæ ſententiæ. B C

Leo cũ alijs animalibus venatus, totã petit prædam.

Lib. 1. Hieroglyph.

Potentiores ſunt vitãdi.

Tu quoquè formida nimium ſublimia ſemper.

Quia fit manifeſtum inter Dynaſtas, & Priuatos, ob inæqualitatem, familiare commercium nunquam commendari. Hinc fortè ortum eſt illud adagium. *Societas leonina*, de quo ſuo loco agetur. Ex Tetraſtichis Gabriæ græci habemus quondam animalis leonem præ rabie furentem obſeruantia, exclamaſſe. O fatum miſerrimum, ſi Leo dum erat mentis compos nos perſequebatur, nunc ſceleratiſſimè nos tractabit; Apologus ſignificat non oportere potentiores excandeſcere. Si propriam vim oſtentantes contemplemur varij apologi menti noſtræ ſe ſe offerent. Contendebant olim leæna, & vulpes, & hæc obijciebat leænæ, quia vnum tantùm catulum pareret, cum tamen vulpes ob multiplicem partum ſine fine ſe iactaret. Reſpondit leæna, ſe parere quidèm vnum, ſed leonem. Hinc diſcendum eſt quemlibet ob aliquam vulgarem prærogatiuam non debere gloriari, quoniam virtus ab animi excellentia dependet. Inſuper olim leonis dormientis ceruicem mus percurrebat, is ſurrexit illicò, & ridente vulpe leo his verbis propriam vim tutatus eſt, non timeo, inquit, ſed iter muris interrũpo. Apologus denotat etiam ob propriã virtutem iactabundos, aliquandò timore corripi. Addit Gabrias græcus in Tetraſtichis leonem lapideum ab homine cõculcatum hęc verba dediſſe, quęnam vis, & quodnam robur? ſi leones ſciuiſſent, ſcalpere, multos homines lapideos videres D

Prærogatiua peculiari non debet quiſpiã gloriari.

E rtes. Ideò vir hunc apologum audiens ob inanem virtutem non debent superbire. His nunc dicere possumus illam mythologiam Aesopicam, in qua introducitur bestię venientes, visitatum leonem annis grauem, & morbum cum, nam aliæ accessêrunt condolentes, aliæ verò ad vltionem, nam quæ olim iniurijs ab hoc leone fuerant oneratæ, & dentibus, & cornibus eum feriebant. Dixit itaque leo gemens, animalia, quæ quondam profligabam, nunc me superant. Ex hoc colligimus inanem esse iactantiam virtutis, quæ temporis progressu peritura est? Alij verò hunc apologum claudunt hoc disticho.

Superbire non debent homines.

Iactantia virtutis quã dò inanis.

Hanc tibi narrat casum, qui se non fidelis amicis,
Nec dare vult felix, quam miser optat opem.

Non valdè dissimilem à prędictis pronuntiat apologum Achilles Statius græco sermone exaratum. ὁ λέων κατοιμώμενος τὸν προμηθέα πολλάκις, & quæ sequuntur, nos autem breuitatis studio hunc latinò sermone exponemus. Leò Prometheum multoties accusauit, quòd cum se fortem, & magnanimum esse iactasset, tamen gallum gallinaceum timeret, cui respondens Prometheus, quid temerè, inquit, me accusas? ego, quæ præstare potui, omnia tibi contuli, verum animus tuus hac in re infirmus est. Quocirca leo plorans in elephantem incidit, quem post datam salutem alloquens obseruauit ipsum perpetuò aures mouentem, & dixit quid hoc est? tunc elephas, cuius circa caput culex fortè volitabat, respondit bestiolam hanc susurrantem cernis, quæ si modò aures meas ingrederetur, de me actum esset; Leo igitur ad quid gemo, inquit, cum sim tantò elephante beatior, quandoquidem culici galio gallinaceo antecellit. Denique si conuertamus sermonem ad insidiatores, non deerunt apologi, qui vitium hoc vitandum esse docebunt, & primò, quidam leo in loco deserto hircum persequens in foueam à pastore, studio, paratam incidit; tunc leo fossa exceptus, & deceptus hæc verba pronunciauit, nunc percipio potentioribus etiam insidias strui. Huic valde similis est alter, in quo introducitur leo à nemore egressus in pratum, vbi equus depascebatur, qui, leone viso, finxit se pede labotare, & leoni paulatim accedenti pedem spina saucium, vt dicebat, monstrauit; quem leo amicè intuens finxebat se velle eimederi, tunc equus pede caput leonis adeò percussit, vt ferè ipsum exanimauerit, & paulò post leo ab ictu reuitiscens equum nullibi vidit, & dixit merito hoc patior, quia me esse amicum mentiebar, cum tamen illi insidiarer. Quare non nulli hunc apologum claudunt hoc disticho.

Lib. 2. de Am. Cleoph. & Leucip.

Leo cur elephanto beatior.

Potentiores etiam decipiuntur.

Quod non es, non esse velis, quod es esse fateris,
Est malè, quod non est, qui finit esse quod est.

PROVERBIA.

EX natura aliorum animantium adagia desumpta, tamquam forent ordinis equestris; debent prouerbijs respicientibus leonum proprietates, tanquam Senatoribus, & Patricijs cedere. Hæc autem ad quinquè attinent, nimirum ad vim, ad timorem, ad vanam operationem, ad negociationem, & ad aspectum. Ratione virium huius animantis Paulus Manuccius multa protulit adagia, & primò *venatores leoninis catulis insidiantur, cum leone absunt*, hoc adagium prolatum est in sapientes, qui benè norunt vim leoninam, quasi in arduis negocijs, semper cautè fit incedendum. Secundò, *leonis catulus in vrbe non est alendus*, hoc promulgatur de incautis, qui vt solet alio adagio dici, *serpentem in sinu fouent*, quia si bellè non callerent vires leonis, catulum in vrbe non educarent. Tertiò profertur hoc adagium, *leoni esurienti prædam exculpere*, de illis, qui, cum non sint virtutis leoninæ periti, difficilia moliri conantur, & hoc est valdè consonum illi, *Clauam extorquere de manu Herculis*. Quartò, *vbi deest pellis leonina, sibi vulpina est assuenda*, hoc promitur in eos, qui deficientibus viribus ad astucias confugiunt; huius fuit inuentor Lysander Lacedemonius, vt recitat Pasiphilus hoc disticho.

In lib. adag.

Incauti.

Pellis leonina, et vulpina simul.

Induimus pellem vulpi, pellemque leonis.
Lysandri fuit hæc ars Lacedemonij.

Senes quàsi facùdi fiunt.

Deindè solet dici. *Senecta leonis præstantior est binnularum iuuenta*, quasi senectus viri fortis sit excellentior iuuentute adolescentis ignaui. His addamus illud. *Leonem videre, hostium præsia parentis*, prouerbium hoc procul dubio translatum est ex robusta leonum natura, quoniam cum sit animal generosum, & valdè pugnax eius aspectus bella indicare videtur. Huc spectat illud, quod proponit Polydorus Virgilius, scilicet *leo est fortis, & lecna in timoribus*, pronunciatum fuit hoc adagium in desidiosos, & imbelles, ad illos exterandos ab ocio ad negocium, quasi vellet significare, vbique esse angustias ob præpotentes leonis vires. Quamobrem Epicharmus poeta comicus, & philosophus vim leoninam probè callens promulgauit hoc adagium ἴσον θαλερὸς δύναμις λεοντοειδὴς, quasi amor iuuenilis vis leonina. Si ad timorem animum reflectamus, multa inuenietmus adagia, inter quę hoc primam occupat sedem *Leonis vestigia quæris*, & manifestatur de illo, qui verbis est audax, re autem est timidus, hocquè traxisse originem ab Aesopica fabula multi attestantur; in qua narratur quendam venatorem à pastore scisitatum fuisse, num ibi leonem vidisset, & Pastorem respondisse leonum vestigia tibi ostendam, non enim procul absunt; tunc venator satis est, inquit, nequè vltrà quidpiam requiro. Aristophanis interpres de timidis hoc prouerbium exponit *leones in pace*, hocquè tactarum putat in Laconas, qui in Asiam infeliciter gesserant, fuerunt enim domi leones in Epheso autem vulpeculæ. Huic valdè simile est illud, *leonis exuuias induis*, pronunciatum in hominem natura sua timidum, audacia tamen, & arrogantia indutum, hunc possumus vocare, Darete arrogantiorem, qui ante victoriam encomium canat; imò de hoc possumus explicare illud, quod recitat Suidas, *sub leonina pelle crocotam video*, quandò scilicet formidolosus verba bellicosa profert; crocotus enim fuit vestis Bacchi, & leoninum spolium indumentum Herculis, qua de causa in rebus inæqualibus hoc adagium potest vsurpari, quemadmodum, & illud. *Induisti me leonis exuuias*, quod patefit de negocio vltra vires, & facultates alicui imposito. Tertiò si ponderemus actiones eorum, qui nebula in pariete picta sunt vaniores, ab his multa prouerbia dimanant, vt *leonis mortui barbam vellere*, hoc indicatur de illis, qui cum sint robusti cum effœminatis, & enervatis pugnare volunt, simile est adagio *cum larua colludere*. adhunc locum pertinet illud *leonem larua terrisat*, explanatum de impotenti, qui potentem superare existimat, quemadmodum dicimus, *piscatur in aere, & venatur in mari*. His peraccommodum est illud, *leoni mortuo, & lepores insultant*, dictum de illis, qui mordent mortuos, & cum vmbris præliantur. A prædictis non debemus hoc remouere *leonis laudibus murem ornare*, quando laudibus indignum decoramus. Quartò enarrabimus illa, quæ potentiorum, & dynastarum familiaritatem fugiendam esse docent, ortumquè ducunt ab apologo quem in prima fronte doctrinæ apologorum explanauimus, vt *leonina societas*, quando in aliqua negociatione commodum ad vnum solum reddit, hanc societatem leges damnant, & per textum prohibent, vbi legitur *Aristo refert. Cassium respondisse societatem talem coiri non posse, vt alter lucrum tantum, alter damnum sentiret, & hanc societatem leoninam solitam appellari*. A prædictorum doctrina non valdè discrepat illud prouerbium, *leonem radere* promulgatum in illos, qui aggrediuntur negocia, quę peragi nequeunt, veluti *leonem stimulare, vel pungere*, quando potentiores in nostrum exitium prouocamus, sicuti dicimus irritare crabrones, & sopitos ignes fuscitare, idcircò Iulius Cæsar Scaliger ad hoc alludens canebat.

Neu tu strepera strigili defrica leonem.

Volebat enim admonere consuetudinem superiorum ab inferioribus esse vitandã, quoniam qui necessitudine superiores cum inferioribus stringunt, locum faciunt huic prouerbio; *congregare cum leonibus vulpes*, nam hæc animalia sunt inæqualia vulpes enim vtitur astu, & leo fidit viribus. Tandem si aspectum examinemus, multa adagia euulgabimus, & primum erit, *leonem ex vnguibus æstimare*, quando ex simplici aspectu, alicuius motes cognoscere arbitramur; tractum videtur hoc adagium ex Phidia statuario, qui, Luciano teste, inspectis tantummodo leonis vnguibus leonem totum ex iudicio vnguium effinxit. Huic additur aliud *facies hominis facies leonis*; declaratum in simulatores, qui sub humana, & benigna specie leoninas exercent operationes. Huius generis est illud. *Risit leo*, narratum de illis, qui, cum faciem leonis instar rugosam habeant, consequenterquè seueritate sint referti, rarò rideant. Præter ordinem prædictorum tria quoque prouerbia supersunt explicanda primum est.

In adag.

Desidiosi quomodo ex eruandi

Amor iuuenilis, cuius sit natura.

Leones qui dicantur.

Arrogantes.

Potentiorum familiaritas fugienda.

Leonina societas qua.

In l. si non fuerint.

S. Arist. ff. pro soc.

In secund. part. poem.

Phidiæ statuarius.

E *Leo chordula vinctus*, quod enunciatur de illo, qui exiguo commodo captus sursum, & deorsum circumfertur, & apud aulicos passim ostentatur, quòd Princeps tantum alat virum. Secundum est diutulgatum per multas Italiæ ciuitates. *Granum fabæ in ore leonis*. de homine famelico, cui modica edulij portio exhibeatur. Postremum denique ab auctoribus græcis publicatum est. *Non flamat leæna in machera*. adagium, vt nonnulli volunt, spectans ad meretrices, quando fui copiam negant, quasi vellent inferre, nos non sumus sicuti leænæ in capulis ensium effictæ; nam solebant Prisci in ensium, vel gladiorum manubrijs, Ferarum, sed potissimum leonum effigies cęlare. Verum notandum est in græco textu Aristophanis hoc adagium sic legi οὐκ τίκτουσι λεαίνα. ἐπὶ τυροκνήστιδος, sed τυροκνήστις ab omnibus lexicographis exponitur radula, vel cultellus, quo caseus raditur, nec sine ratione, quoniam apud græcos τυρὸς est caseus, & κνάω est rado, non est verisimile leonum figuras effingi in manubrio huiusmodi instrumenti, quamobrem interpretes ryrocnestidem vertunt macheram, satius igitur esset, si hoc in loco legeretur nõ τυροκνήστις, sed τυροκνησις. vel τυρουκνησις, quasi ensis, vel gladius tutelaris à verbo τηρέω tueor, & hæc de prouerbijs dicta sint.

Aulicorum conditio.

In Lysistr.

F

APOPHTHEGMATA.

DIogenes Philosophus interrogatus, quænam essent peiores mundi Feræ, respondebat leones in syluis, Vrsi in montibus, Apri in conuallibus, & auari in ciuitatibus. Verùm Cabrias Athènienſis leonis magnanimitatem tanti fecit, vt sępissimè hanc sententiam minimè vulgarem promere soleret, terribiliorem esse exercitum ceruorum duce leone, quàm exercitum leonum duce ceruo. Plato quoquè vt legitur in vitis virorum illustrium, de Trasymacho Carthaginensi talem protulit sententiam, cum diù obseruasset eum inter sophistas valde mordacem, & calumniatorem, & non occurreret aliud vocabulum, quo huiusmodi vitium taxare posset, ipsum appellauit leonem.

G

PROBLEMATA.

IN leonum historia multarum quæstionum disquirendarum labor solet curiosos agitare, & primò cur catuli multorum animantium, sed præcipuè leonum, dum in lucem exeunt, non videant. Aristoteles fuit huius sententiæ, huiusmodi animalia non videre, quia adhùc sint imperfecta cum vterum maternum relinquũt, nisi enim natura ante perfectam partus maturitatem expelleret catulos, tùm fœtui, tùm matri de ficeret alimentum, quod in leonibus vehementer absumitur. Deinde solet proponi alia quæstio, cur animalia paruo corde prædita, vt leones, effręni audacia insigniantur. Scripsit Aristoteles in paruo corde spiritus vitales vniri, qui in magno corde facile diffunduntur, & quoniam spirituum vnitas animal ad fortiores operationes promptum reddit; hinc fit vt leones, cum sint parui cordis, impudentis audaciæ nota signentur. Postremò Alexander Aphrodisiensis quærit, cur plurima ex animalibus, cum agnoscunt sibi noxos, caudas vibrent, & cur leo iratus costas cauda quatiat, quod præstat etiam taurus. Respondet dorsi medullam ad caudam vsquè porrigi, quę continet vim animalem auctorem motionis; cum igitur animal aliquem sibi notum agnoscit cauda, quasi manu, more humano excipit, mouendo corporis partem ad motum aptiorem leones igitur, quãdo iracundia corripiuntur, & nequeunt vleisci, & internum feruorem extinguere ictu, & strepitu caudæ internum monstrant affectum, quemadmodum homines irati manibus aliquam partem corporis percutiunt.

Cur catuli leonũ nõ videant.

Animalia parui cordis

Lib. 3. probl. 144.

Cauda mota quid significet.

H

ÆNIGMATA.

INter auctores, qui proponunt ſermones ita implicitos, vt facilè diſſolui non queant, ſolus Iulius Cæſar Scaliger in Logographis in voce leonis hoc ænigma proponit vnico verſu hexametro, ita inſcripto.

Leo

Non faciam abſciſſo capite, quod velle videtur.

Hæc autem vox, leo, abſciſſo capite, ideſt dempta prima litera ſonat eo, quaſi vellet inferre non ibo. Succurrit nunc eruditi viri griphus, cuius memoria, non eſt antiquanda; is cum compertum haberet quemdam amicum nomine Leonem more mulierum domi filum torquere, ſcripſit ad ipſum hæc verba *leones ridebunt*, reſcripſit Leo ſi tantum leones ſoluantur in riſum, nihil mea refert, dummodò homines Democritum non agant, ſed hic bonus vir ænigmatis vim non intellexit, quia duo tantummodo ænigmatis verba eſſe opinabatur, cum tamen ſint tria, atque ita griphus explicatur, *Leones, ridebunt*, nimirum ô Leo amice mi munium mulierbre exerces domi nendo, ideo homines riſum cohibere non poterunt.

MONSTRA.

DVo fuerunt leones ab Antiquitate celebrati, qui ob molem corporis, & ferociam animi non vulgarem, monſtri nomine à Poetis fuerunt inſigniti; nimirùm illi quos Hercules mactauit. Is enim primo leonem Theumeſſium in monte Theumeſo degentem vita priuauit, deinde leonem Cleonæum, ſiuè Nemeum in monte Nemeo Arcadiæ ſtabulantem necauit, indeque ſpolium reportauit, vnde Statius ad immanem belluam alludens canebat.

Lib. 1. Theb.

Ante leonai veſtitur prælia monſtri.

Sed de huiuſmodi monſtris in præſentia non habetur ſermo, cum tantùm illa inquiramus, quæ, & viſu, & dictu horrenda, & mirabilia ſint; cuius generis erat animal ex Aquila, & Leone compoſitum, quod vulgò Gryphis dicitur; hoc enim in Ornithologia inter

Lib. 1. veterum fabellas reponendum eſſe demonſtrauimus. Illud certè in ſui admirationem omnes trahebat, quod in Chronico de monſtris, & portentis depingitur, natum ex rubiere in agro Conſtantienſi anno 1290. Monſtrum hoc omnes partes leoni perſimiles gerebat, præter caput, quod faciem humanam repreſentabat. Solinus quoquè in libro de mirabilibus mundi promulgat in quibuſdam Inſulis Caſpij maris reperiri leones hu-

In hiſt. nauig. Batau. in ſept. mana facie, qui in aquis inſtar piſcium viuunt. Io, Hugo narrat in vna Inſularum Auriacarum viſos fuiſſe piſces è numero quadrupedum, quos Vvabraſchos incolæ vocant. Soli expoſitos, qui magnitudine boum ſuperabant tergus habebant inſtar Phocarum, & roſtrum inſtar leonis in mari viuebant, & difficulter occidebantur. Prædictis non multùm diſſimile fuit illud monſtrum, quod, auctore Pareo, captũ fuit in mari Tyrrheno paulò ante obitum Pauli tertij Pont. Max. & ſucceſſori oblatum, figura, & magnitudine planè leonina, corpore ſquammoſo, vocem humanæ ſimilem edebat, & deducium fuit Romam magna cum omnium admiratione; illic autem, & naturali loco, & alimento deſtitutum diù non vixit. Simile monſtrum depingit Franciſcus Bouſſuctus, & iconi ſubijcit hoc Tetraſtichon.

In lib. de nat. aquat.

Hoc monſtrum aquoreis perhibent veniſſe ſub undis,
Portentis careant, ne vada falſa ſuis;
Quod tuèe aſpicies minùs admirabere (opinor)
Si ſpectes quantum terra Hyperia ferat.

A prædicto in paucis diſcrepat figura quadrupedis nobis, monſtri leonini nomine, communicata, quam in præſenti loco imprimi curauimus: habet totum corpus reticulatum, caudam craſſam, & piloſam propemodum, & caput, nec non faciem (vt ſcribunt) leoninam, quamuis, vt veritatem fateamur, huius facies, primo aſpectu, vel ſimię, vel Cynocephali potius quàm leonis eſſe videatur.

E

Icon quadrupedis, reticulato corpore, sub nomine Monstri leonini communicata, cum tamèn cynocephali potius quàm leonis faciem præseferat.

F

G

Inter leonina monstra nonnulli Chimeram collocant, quoniam Auctores hoc mostrum ex leone, capra, & dracone compositum esse prædicant. Ideo pictores delineant, & Poetæ describunt quóddam animal quadrupes habens caput, & pectus leonis, corpus capræ, & caudam serpentis, & à capra, quæ Græcis ἡ χίμαιρα, & sæpe à Theocrito ἡ χίμαιρα vocatur, Chimeram appellare consueuerunt. Nos autem ad leonina monstra hanc libenter reduximus quoniam anteriora leonis habeat, huius figuram descripsit Homerus hunc in modum.

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δράκων, μεσσηγὺ χίμαιρα.

Quam descriptionem Lucretius mutuatus esse videtur, dum planè, & dilucidè loquens sic canit.

Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimera.

Et Ouidius elocutione poetica huius leonini monsti figuram designans, sic inquit.

Quoque Chimæra iugo, mediis in partibus hircum
Pectus, & ora lea, caudam serpentis habebat.

H

Cæterùm veritatis prædicandæ studiosissimis notum esse oportet Chimeram esse Lyciæ montem igniuomum, de quo scribens Virgilius, sic est affatus. *lib. 6. metam. Chimera de scripsit.*

——— flammisq; armata Chimæra.

In cuius cacumine leones habitant, mediam montis partem pascuis abundantem capræ colunt; & denique in montis radicibus serpentes multi degunt; hinc factus est fabulæ locus Chimeram esse monstrum, quod ex partibus leonis, capræ, & serpentis integratum sit flammasque euomat; & quoniam Belerophontes Glauci filius accuratissima diligentia præditus montem hunc habitabilem reddidit, propterea Chimerã fingitur occidisse. Icon autem, quam hic damus est desumpta ex leonis cum Ibice conuncti statua literis Hetruscis inscripta, quæ fortè ad Chimeram repræsentandam fuit hunc in modum effigiata. *lib. 6. Aenei. Fabula chimera.*

Icon

Icon chimæræ desumpta ex Leonis, & Ibicis coniuncti statua.

VSVS IN CIBIS.

In Polyhist.

OLinus retulit esse nonnullos populos occidentales Agriophagos nuncupatos, qui carnibus leonum, nec non aliarum Ferarum vescuntur; ob id huiusmodi populi vocantur agriophagi, quasi agrestiuori, seu feriuori; nam ἄγριος agrestis immitis, & ferox à Lexicographis exponitur. Alij historici testantur quibusdam Orientis populis, & Africæ incolis leonum carnem alimento fuisse. Verùm hanc carnem ab humana temperie omnino alienam esse arbitramur, nō solum, quia leo calidissimæ sit complexionis, sed etiam ob virus huius animalis, semper enim malum odorem cibis communicat, & interiora, teste Aristotele, grauiter spirant: imò leo dum aura vitali fruitur acerrimos flatus, & vrinam fœtentem emittit. Præterea aduertendum est, si quis in defectu alimenti carnibus leoninis, vti vellet, nullo modo teste Ioanne Bruyero, splenem leonum, & leænarum degustare debet, non solum propter rationem, quam in Anatomicis assignauimus, sed etiam quia populi, qui leoninis carnibus aluntur, ab esu lienis prorsus abstinent.

Carnis leonis temperies.

In lib. de cibar. re. cap. 17. & 42.

Splen leonū non edulis.

VSVS

E

VSVS IN MEDICINA.

NOn pauca præsidia medicæ facultati leo suppeditat, quia in eo vix quicquam, siuè loquamur de partibus, siuè de excrementis, potest reperiri, cui medicam vim natura non sit impertita. Si inchoamus à capite. Cerebrum, auctore Alberto, cum modico olei in aures instillatum, non solùm Otalgię, sed etiam Cophosi medetur, sed cauendum est, ne per os hoc medicamentum sumatur, quoniàm dementiam eodem teste parere solet. Dens leonis caninus collo pueri alligatus in ortu secundorum dentium illum à dolore dentitionis præseruat, quoniàm, inquit Porta, solus leo inter animalia habentia dentes serratos, dentes caninos non deponit. Stercor leonis diligentèr exsiccetur, & in puluerem redigatur, huiusquè portiò, præmissis alijs pharmacis exhibeatur epilepticis, & quartana febre laborantibus in aliquo liquore, vel decocto huiusmodi affectiones profligabit. Hepar quoquè, si credimus Alberto, dolores hepatis sanat, dummodò puluis in vino bibatur. Fel leonis oculis maiorem addere claritatem narrabat Bartolomęus Anglicus, quoniã animalia, quæ sunt insigni oculorum acie prædita ad morbos oculorum valere notauit Porta, & idoneum ad Nyctalopas auferendas prædicauit. Alij pessum in felle leonino inspissatum pro fętu, & secundis educendis summoperè commendarunt. Denique huius fellis modicum potatum Albertus in Ictericia tollenda, tanquam remedium non vulgare præscribit, qui postea testes leoninos damnat, quia sterilitatem gignere possent. Ad pinguedinem si nosmet conuertamus, hæc infinitis scatet viribus; sed antequam ad vsum medicum trahatur abluenda, & præparanda est eo modo, quem Dioscorides docuit, nam illa ratione præparata multis affectionibus conuenit; Primò Sextus philosophus illam instillat in aures dolore vexatas felici cum successu; extrinsecus quoquè eã instar vnguenti applicata dolores leniri scripsit; imò adipem leoninum cum medulla ceruina mixtum in neruorum, & genuum doloribus tanquam optimum pharmacum proposuit, nec non in dysenterijs per clysteres iniecit. Edoardus Vuot partibus à frigore adustis

F

G

hoc adipe medebatur; quocirca non esset à ratione alienum brumali tempore pernionem hoc inungere, antequàm vlcus contraherent. Hali Abbas verò, & Ionicerus in duris tumoribus præter naturam, veluti in scirrhis hoc adipe vtebantur, nec sine ratione, quoniam dissoluendi facultate potiatur; propterea scripsit Fernelius adipem, & medullam ex calidis, & ferocibus animalibus attenuandi facultatem participare. Denique Quintus Serenus adipem leonis in depellendo hemitritęo laudabat hoc versu.

Lib. 22. de anim.
Cerebri leonis vis.
Dẽtis leonis vis.
Lib. 3. Phyt. cap. 41.
Cor leonis ad quid valeat.
Hepar leonis, & fel ad quid.
Lib. 18. de an. cap. 63.
Lib. 5. Phyt. cap. 26.
Vide eis. Testis virtus.
Lib. 2. cap 290.
Lib. 12. de med. an.
Adipis vis. lib 5. de dif. an. cap. 80.
Lib. 6. meth, cap. 7.

Nonnulli memorant adipem prodesse leonis.

Prætereà caro leonina non est omittenda, quæ pro victu medicamentoso in paralysi, teste Alberto, præscribi potest, quia caro hæc calidior est, quam canina, ideoquè in huiusmodi morbis adhibenda, qui pro curatione vehementem ficcitatem postulant. Ictericia quoquè conuenit ad reserandas obstructiones ab humoribus frigidis, & tenacibus genitas, & Porta id esse verum coniectatur ob leonis fuluum pilorum, & oculorum glaucum colorem; nam huiusmodi animalia morbo regio mederi affirmauit. Ad summum caro leonina, iuxta mentem sexti ad pauores, & phantasmata arcenda idonea prædicatur, idquè in veritate versari animaduertit Porta, quoniam animalia fuliginoso colore prædita, vt leones, prædictis affectibus competunt, & inferius aliam assignat rationem, nimirùm quia leo animosissimus est; hinc eius carnium esus omnem auferet formidinem. Sanguinem leoninum contra carcinomata valere testatur Albertus, dummodo tumor cancerosus hoc sanguine perfricetur. Insuper ossa leonum suis non carent virtutibus, vt ostendit Cortusius in quadam epistola ad Marthiolum, in qua commendabat horũ puluerem in expugnandis febribus simplicibus exhibitum in decoctione, vel aqua eupatorij Mesuę producentis florem album, quod sponte prouenit in valle (vulgò di Santa Pida) territorij Patauini. Sequuntur pellis leoninæ virtutes, quæ in hæmorrhoidum affectibus insignem habet prærogatiuam, quia sedentis supra ipsam, non solum dolor mitigabitur; verum etiam fluxus earumdem supprimetur. Denique pro doloris podagrici præseruatione, vt voluit Gesnerus, nullum remedium præstantius potest inueniri, quàm calceos ex elaborato corio leonis, vel lupi gestare. Ad finem stercus quoquè leoninum non

H

Carnis vis medica.
Lib 3. Phyt cap. 7.
Lib. 3. Phyt. cap. 11
Sanguinis leonini vis.
Pellis virtus.
Stercoris leonini vires.

debemus

debemus aspernari quoniam facultati cosmeticę famulatur, exsiccatum enim,& cum vnguento rosaceo perfrictum mendas tollit, & asperitatem auferre potest. Verum in vino non est propinandum, vt monuit Albertus, quoniam homines amentes redderet. Prędictis addamus laminam auri, in qua insculpta sit figura leonis, Sole versante in leone, & Luna non aspiciente sextam domum, regionem appositam ad curandum vvecium dolorem lenire, & intemperiem auferre. Nos autem hæc ad ineptias referenda esse arbitramur, quia auri lamina sine vlla figura, vel leonis, vel aliorum animantium regioni tenum imposita partes illas roboret, & dolores sedet, vt quotidiana docet experientia. Rasu quoque explodenda est opinio Mizaldi, qui scripsit imaginem Herculis leonem fulcantis anulo inclusam colicis, vel vt alij legunt, cholericis mederi.

Lib. 5. de fer.

VSVS IN DELICIIS.

ROmani olim ex intimis Africæ penetralibus leones duci curabant, coercebant, illosque asseruabant solummodò ad delicias, in loco muris cluso, quem *viuarium*, vel *leporarium* nominabant; quemadmodum, & nostra ætate magnus Hetruriæ Dux suum habet viuarium, in quo leones, & aliæ Feræ aluntur. Solet huiusmodi ædificium extrui foris muros ciuitatis, non solum ratione aeris, & amplitudinis loci, verùm etiam ne à Ferarum fœtore populus deturbetur, quod habemus apud Procopium, dum inquit. *Hunc verò locum breuem, forinsecus veteres quosdam Romani moduli muro circumdato adiecerunt, non ad usum, sed ad delicias tantùm pro viuario.* Præterea Heliogabalus, vt legimus in eius vita apud Lampridium, leones exarmatos in delicijs dicitur habuisse, quos Mansuefactij ita docuerant, vt ad secundas mensas, nemine conscio eos esse cicures, accumberent; imò hic Imperator huiusmodi voluptatibus adeò allectabatur, vt amicos ebrios plerùmque in domicilio claudaret, deindè leones manuefactos in eumdem locum introduceret, vt illi à vino, & à somno soluti videntes huiusmodi Feras, ingenti formidine corriperentur. Amplius Cæsar Augustus deliciarum causa seruabat in viuario leones, ita edoctos, vt cum leporibus innocue colluderent, ideò Martialis in hoc genere multa conscripsit epigrammata, sed vnum tantummodo in præsentia recitabimus.

Leporarium quid.

Viuaria vbi ædificanda. lib. 1. de bel. Goth.

Aetheriae, Aquila puerum portante, per auras
Ille sum timidis vnguibus hæsit onus.
Nunc sua Cæsareos exorat præda leones
Tutus, & ingentes ludit in ore lepus.
Quæ maiora putas miracula? Summus vtrique
Auctor adest, hæc sunt Cæsaris, illa Ioui.

Benedictus Bordonius examinans potentiam, & delicias cuiusdam Principis Mutinæ ecquma nuncupati, scribebat ipsum possidere amplissimum palatium ad hunc finem fabrefactum, vt in illo multæ ferę, sed potissimum leones voluptatis gratia asseruarentur. Denique Imperatores Turcarum quantumuis barbari singulares, & raras Feras in delicijs semper habuerunt; narrat enim Bellonius cum esset Constantinopoli se vidisse quemdam locum olim vetustum templum, in quo Ferę pro delicijs nutriebantur, ad columnas huius templi leones erant alligati, quos sine admiratione conspicere non potuit, præcipuè cum soluerentur, manibus tractarentur, & aliquandò per Vrbem ducerentur. Creuerunt adeò huiusmodi deliciæ apud Principes, vt munera Ferarum exarmatarum illis essent gratissima; quocirca legimus Malos, & Oxydrachas pro sedem incundo amplissima dona Alexandro detulisse, interquè Curtius enumerat leones rarę magnitudinis ad mansuetudinem domitos, & Iosaphat Barbarus in suo itinere in Persiam recitat, se præsente, cuidam Principi Assambeo vocato, dono datam fuisse leænam catena vinctã purpurei, & nigri coloris, & statim coram ipsa ductum fuisse leonem, quo viso, leæna illico ad colludendum more felium se accinxit. Quid plura? anno etiam 1529. Azzus Marchio Estensis Ferrariæ Dominus, vt refert præclarissimus vir Pompeius Vizanus, tenaci quodam amicitiæ glutine cum Bononiensibus copulatus, misit ad illos leænam tanquam propriæ erga ipsos benevolentiæ symbolum, nec non Insignis gentilitij ciuitatis monumentum, quod munus illis gratissimum fuisse, & gratissimum

Lib. 1 obser. cap. vlt.

Lib. 4. hist. Bon.

Leæna Bononiensibus donata.

E

VSVS IN LVDIS, ET TRIVMPHIS.

POpulus Romanus in ludis, seu spectaculis sepè, & libenter vidit Feras præliantes, leonum autè pugnam primus dedit Scæuola Prætor in curruli ædilitate, & Pompeius magnus, auctore Blondo, in Circo leones iubatos quindecim supra trecentos exhibuit. Sed nemo frequentius, quàm Domitianus huiusmodi spectacula procurauit, qui non contentus Amphitheatro Romano, Feras etiam in Albano præliari iussit. Vnde in gratiam huius Imperatoris leonē examinatum alterius Ferę morsu in arena extinctū dolet Statius Papinius hunc in modū. *Lib. 2. Sylu.*

Lib. 2. Rom. triumph.

Quid tibi constrata manus fecere profusa ira?
Quid fœlix, humanaque animo dedisse cades?

Præter nominatos, Hadrianus cum esset doctissimus non solum fabularum omnis generis narrationem in theatro ad scenam dedit, verùm quoquè in Circo multarum Ferarum, & sepè centum leonum pugnam, spectante populo, fieri curauit. Immò in celebrandis huiusmodi ludis erant homines, qui constituta mercede leonem in amphitheatro expectarent, quem irruentem euasuri ab vno ad aliud ostiolum cratis ad id præparatæ se vertebant, sicquè cancellatis, vt ait Cassiodorus, postibus se occultantes modò faciem modo terga Feris monstrantes, & colludentes inter leonum dentes, & vngues volitabant. Alij ad commouendum spectantibus risum armati solùm flexibili pertica in aream exibant, dumquè populus, plenis sedilibus, vt recitat Blondus, spectans desuper quæ temeritate, leonem fame ad id maceratum pertica à se abigere conderent, emissam repentè in eos Feram pertica, proùt spectantes credebant, cęsim, aut punctim ferire non aggrediebantur, sed flexibili admiculo ligni innixi saltu bestiam transuolabant; quæ tanquàm pudore superata victorem suum vltrò impetere negligebat; & hi trophęū sine hostium, ideſt Ferarum cędę reportabant. Alij verò in huiusmodi ludis pugnam cum leonibus conserentes illos interimebant, quorum meminit Martialis, quandò inter alios commendabat Carpophorum, quòd in theatro ingentem leonem mactauerat.

F

Strauit, & ingenti spectandum mole leonem.

G Sed, quod maiorem parit admirationem, etiàm ipsi Imperato res ad bellandum cum feris in amphitheatrum exire sunt dignati. Commemorat Martialis leonem, quem in arena amphitheatrali clàua, vel brachiorum nexibus coràm populo Nero nudus elidere volebat, hunc postea Domitianus Imperator in eadem arena interfecit. Egnatius quoquè in varia historia. Commodum Faustinæ filium recensęt, qui in iaculando fuerat adeò peritus, vt centum ictibus in arena totidem leones strauerit.

Lib. 10.

Postremò si ad pompas solemnes accedamus, hæ cum leonibus celebrabantur; nam scribit Turnebus multos Imperatores, ex-
pugnatis hostibus, Romam redeuntes, in curru à leonibus
tracto triumphasse, inter quos primus à Plinio con-
numeratus fuit M. Antonius, qui post pugnam
Pharsalicam iugatos leones currui iunxit,
in quo cum Mima citharęda vectus
fuit. Heliogabalus pariter, teste
Lampridio, currū à leoni-
bus ductum ascendit
& tàquam Deę
Opis gręu-
ium,
H Cybelem se appellari iussit. Tandèm Fernandus Lopes exponens pompam, quàm in exeundo à palatio regali seruat Prętoiannes, scribebat duos nobilissimos duces, *Betudeti* vocatos cum sex mille hominibus armatis euntem concomitari quorum alter à quatuor ferocissimis leonibus associatus antecedebat.

Part. 2 hist. Ind. Or. lib. 6 cap. 29.

VSVS IN SVPPLICIIS.

A

VEtus fuit in nobiliſſima Babylonis Vrbe ritus, temporis tractu antiquatus, puniendi reos dentibus vtriuſque leonum, quos in cauea, vel lacu ad id ſeruabant, in quo quandò ibi poſitus fuit Daniel ſeptem leones ſtabulabantur, qui poſtmodum, intacto Daniele, vt teſtatur Egnatius, illos, per quos innocens beſtijs fuit exhibitus, dilaniarunt. Vndè Romani hanc conſuetudinem obſeruantes, in theatro multiplex ſpectaculorum genus conſtituerunt: Primò Atenarij venabulo, & telis armati cum Feris præliabantur, vel feræ inter ſe dimicabant, de quibus ludis ſuperiùs verba fecimus; vel denique homines Feris obijciebantur, vel ad crucem, vel ad ſtipitem deligati leonum, & aliarum Ferarum morſibus exponebantur. Ideò non eſt mirum, ſi Tertullianus hoc ſupplicij genus ſtipitem leoni conceſſum appellauerit. Cęterùm huiuſmodi homines, vel vt rectiùs loquamur, Rei, B

Lib. 10. var. hiſt.

Lib. de Spectac.

non ſemper nudi, ſed quandoquè ſplendidè ornati, Plutarcho auctore, in Ferarum conſpectum ducebantur eius verba ſunt hæc, *τοὺς κακούργους ἐν τοῖς θέατροις ἐν χιτῶσι διαχρύσοις. καὶ χλαμυδίοις ἀλουργοῖς ἐσταλμένους. καὶ πυρρίχιζοντας*, ex quibus colligere poſſumus Reos, vel maleficos tunicis aureis, & ſagulis cęruleis ornatos, nec non coronatos, & Pyrrhichiam ſaltantes, quandoquè in theatrum introductos, & beſtijs expoſitos fuiſſe. Hinc Iuſtus Lipſius infamem, & infandam Neronis turpitudinem illam meritò appellat, qua ipſe leonis pelle contectus, & è cauea emiſſus, tàm fœminas, quàm mares ad ſtipitem deligatos inuadebat. Cum autèm id ſupplicij genus in primis vilioribus perſonis a legibus irrogaretur, & Chriſticolæ talis eſſent æſtimationis, apud Ethnicos, vt legitur apud Tertullianum, idcircò frequens erat illa vulgi conclamatio, *Chriſtiani ad leonem, vel Chriſtiani ad beſtias*. Immò huiuſmodi conclamatio non ſolum aduerſus viliores, ſed etiam aduerſus Epiſcopos, & Chriſti fideles nobilitate inſignes proferebatur. Quare ille Dominici gregis peruigil obſeruator, & cuſtos indefeſſus Cyprianus hæc de ſe ipſo ſcribit. *Toties ad leonem petitus in circo*, & paulò inferius. *Clamore populari ad leonem denùò poſtulatus in circo*, neque hoc mirari debemus, quoniam Adriano C

Lib. 3. de Cruc.

l. 3. ff. ad l. Cor. de ſic.

In Apolog.

In epiſt. 55. ad Cornel. Pap. Tom. 2. offi.

imperante, vt Textor narrat, Liberalis Epiſcopus poſt varia tormenta famelico leoni deuotus, Fera ad eius pedes procumbente illęſus permanſit. Eleutherius paritèr Epiſcopus leonibus inædia frendentibus obiectus fuit, qui Sancto non nocuerunt, ſed eius pedibus aduoluti innocua capita reclinarunt. Iuſſu eiuſdem Imperatoris Satellites immiſerunt ſuos leones in Sanctum Euſtachium, eius vxorem, & filios, quia poſt relatam victoriam Dijs noluerunt ſacrificare, ſed Ferę, vt inquit Surius, poſtquàm fuere propè Sanctos eorum corpora linxerunt, & quaſi tyrannum ſummæ amentiæ accuſantes quietè tedierunt, & eodem Surio teſte, quatuor ferociſſimi leones ſub imperio eiuſdè Adriani immiſſi fuerunt in Sanctiſſ. Martyres Fauſtinum, & Ioultam Saturni, & Dianæ ſacrificia contemnentes, & Ferę magna celeritate ad Sanctos accedentes, illis intactis, tales ederunt fremitus, vt Ethnicorum populus contremiſceret. Præterea Diuus Paulus Apoſtolus, & Tecla virgo nobiliſſ. ad beſtias damnari inter leones exultauerunt; de hac loquens D. Ambroſius ſcribebat. *Cernere erat lingentem pedes Tecłę leonem, & quia ſacra virginis corpus violare non poterat Leo, ſuam prædam adorabat*. Quamobrem cum Nazianzeno meritò poſſumus canere. D

In vita hor. ſanct.

Hæc validos vngues vitat vbicunquè Leonum.

Tom. 2. offi.

Ad ſummum legimus apud Rauiſium Textorem, imperante Antonio, duos leones laxatos fuiſſe [illegible] ſortem Pontiani Martyris, & ab eodem illicò exarmatos fuiſſe, nec non à Dario [illegible] ſub Numeriano, leo famelicus ſtatim manſuefactus eſt. Denique Dariæ Virginis ad beſtias damnatæ cellam læna ingrediens, puellam ab omni iniuria non modò Ferarum, ſed etiam ſatellitum tutata eſt.

VSVS IN VANIS ETHNICORVM Sacrificijs, & Iuramentis.

IVlius Capitolinus in vita Maximi, & Balbini narrabat in quodam imperatorio sacrificio non tantum pecora, sed centum leones, & alia huius generis animalia centena, vt Dijs quocunque modo gratiŝ carentur, mactata fuisse. Ad rem nostram spectat id, quod recitat Ferdinandus Cortes in sua historia, nempè apud Mexicanos omne belluarum genus sacrificari, sed potissimum leones, nam diebus festiuis è ciuitate sacerdotes, Dynastæ, & equites egrediebantur venandi gratia, & offerendi Dijs, quod huiusmodi solemnibus diebus venati erant, & Dynastæ secum ferebant pretiosa munera, quibus donabant illos venatores, qui ferociores belluas, & præcipuè leones pro sacrificijs cepissent. Insuper iurandi ritus, in quo leonis fit mentio, recitatur à Fernando Lope in historia Indiæ Orientalis, vbi inter multos Indorum ceremonias iurandi consuetudinem reponit, quæ est talis. Iuraturus duobus sacerdotibus associatus ad ianuam vsquè templi proficiscitur, vbi cum thure perpetuo carbones ardent, tunc iuratorem ambabus manibus supra fores templi porrectis alter sacerdotum alloquitur hunc in modum. Fac veritatem fatearis, nam si falsum iurabis, quemadmodum leo comedit prædam in syluis, ita Diabolus animam tuam deuorabit. *Lib. 3. cap. 97.*

VSVS IN VENATIONE, & in bello.

MAgnus Cam Tartarorum Imperator magnos, & ferocissimos leones circumrari iubet ad venationem, nam auctore M. Paulo Veneto huiusmodi Feræ edoctę artem venaticam plurimum conferunt ad capiendos apros, cervos, onagros, & boues syluestres; imò quando in istis regionibus itur venatum duo leones in vehiculo duci solent concomitante vtrinquè eorum *canicula*; hic modus venandi cum leonibus mansuefactis non fuit ignotus Bargeo, qui agens de leonibus canebat. *Lib. 2. cap. 15.* *Lib. 3. de ven.*

Ipsi egressum blandi reuerentes iussa magistri,
Immanemquè aprum inuadunt, magnoque bisontem
Robore prosternunt, onagrosquè ad retia trudunt.

Reliquum est modò, vt perpendamus num in bello ad hostes propulsandos, & expugnandos vnquam fuerint leones adhibiti: Cardanus describens palatium, in cuius parietibus erat insculptus progressus belli contra Bactrianos, asserit, primam muri partem representasse simulacra obsidionis vrbis ab ea parte, qua flumen muros abluit, deindè Regis congressi cũ parte hostium, vbi etiam cernenda erat effigies leonis, qui cum Rege pugna inchoata hostes in fugam verterat. Scriptores quidam veram hanc fuisse historiam attestantur; quia Rex ille leonem domi nutriuerat, quo in bellis ad victoriam facilius reportandam vtebatur. Quidam Orus belligeraturus cum Typhone potius equũ, quàm leonem ad prælia instruxit, tamen, & leonẽ ad bellum esse idoneum non negauit, sed equũ ad persequendum hostem, & leonem in ipso conflictu vtiliorẽ esse asseuerauit. *Lib 17. de var. rer. cap. 96.*

VSVS PELLIS.

NOn modicam ex leoninis pellibus vtilitatem percipiunt Turcæ iter facientes, nam referente Nicolao, vestiunt tunicam sine manicis ad genua vsquè longam, pulcherrimo balteo se cingunt, deindè loco pallij integram leonis pellem superinduunt. Verùm de hoc non debemus admiratione teneri, quoniam, priscis temporibus, hoc consuetum erat leonum pelles non modò pro in- *Lib. 3. itin. Or*

mentis, sed quandoquè etiam pro stragulis, & lectisternijs inferunt, id colligimus ex Virgilio quando inquit. A

Lib. 8. Aen.

——— examineoquè vires lecat ipse fatidi,
Præcipuumquè toro, & villosi pelle leonis
Accipit Aeneam,

Mauri quoquè nostra ætate, si credimus Gesnero, pellem leonis induunt, & dormientes sub sternunt; quare apud ipsos hæc stragulis nomine deberet insigniri, sed animaduertendum est olim Heroes solum Herculem imitantes pelles leoninas induisse; propterea huius rei ignarus Virgilius canebat.

Lib. 9. Aen.

Dat Nisò Mneftheum pellem, horrentisquè leonis
Exuuias.

Ad rem facit, quod scribit Calentius de ignauo, & segne Dezito, quem spolio leonis indutum, & superbè incedentem damnauit hoc distycho.

Induis Herculei spolium Dezite leonis,
At Asini melius tergore tecta eras. B

Cæterùm Antiquitas ab exuuijs leonis non solum amictum, sed etiam arma desumpsit, & cum arma duplicis generis esse soleant, nimirum in tutelam, & perniciem fabrefactas pro tutela corio leonis, & pro cædendo, fustibus vtebatur. Quocirca vbiquè licet intueri Herculis simulacrum cum claua, & pelle leonis, & Alexander ab Alexandro scribit veluti pelles canis fuluatilis vicem galeæ apud veteres Græcos subiecrunt, & iidem iubas, & caudas equorum in galeis detulerunt; pariter Romani olim pelles leonum in conis collocarunt. Imò, & Aethiopes, quandoquè equorum quandoquè leonum corio amicti pugnabant. Hanc sententiam habilitare possumus auctoritate Ciaconi, qui in historia belli Dacici à Traiano Cæsare gesti ex simulacris, quæ in columna Traiana Romæ visuntur, narrat omnes signiferos, quamuis pedites, habuisse galeas leoninis pellibus tectas, & ad maiorem hostium terrorem iubas supra collum, & humeros profusè pendentes, & quamquam Vegetius huiusmodi pelles vrsinas fuisse doceat, Virgilius tamen leoninas censet, dum loquens de Auentmosi canit.

Lib. 7. Aen.

Ipse pedes tegmen torquens immane leonis.

Deindè in maiorem huius confirmationem addit Ciaconus hæc verba. *Potuit autem fieri, vt vtriusque indifferenter signiferi in bello verentur, & pellibus vrsinis, & leoninis, sed quæ hic exprimuntur, ideò in hac columna imaginem referunt non Vrsorum, sed Leonum, cum eæ vnguibus pendentibus facilimè deprehendantur.* Tandem huic tractatui tanquàm coronidem addit M. Paulus Venetus vsum leoninæ pellis in nobilissima venatione magni Cam Tartarorum Regis, qui venatum iturus in vasta planitie tentoria parari iubet, quæ singula tribus columnis ex lignis aromaticis elegantissimè ælatis sustentantur, & tandem pellibus leoninis cooperiuntur.

Lib. 2. cap. 20.

C

VSVS IN VARIIS.

Lib. 12. de med. an.

QVi operam suam in abditis naturæ penetralibus inuestigandis indies impendunt, varias leonis partes ad varia idoneas esse experti sunt, & primò D si de sanguine sermonem habeamus. Sextus sanguine leonino circumlinitos à cæteris bestijs securos esse attestatur. Alij verò hunc sanguine hircino in emolliendo adamante, meliorem esse contendunt, quoniã sanguis leoninus candidissimus sit, & adamas frigidissimus; propterea ab hoc citiùs, & facilius quã ab hircino vinci, & domari potest. Præterea pinguedo leonis in praxi multa, & obseruatione digna profert experimenta; nam Cardanus hoc adipe perunctos ab alijs feris tutos esse prædicat, quoniam odorem, & viui, & mortui leonis cætera animantia exhorrescant. Verùm præcipuè id poterit experiri, qui leonina pinguedine obductus Feris obuiã iuerit, nam visis syluestribus belluis, si fugam arripuerit, vix odorem percipere poterunt. Rhasis quoq; fuit huius opinionis, muscas nõ accedere ad animalia, quę sebo leonino recenter perunctà fuerint, neq; vt alij volũt, lupi, & huiusmodi animalia rapacia ouibus appropinquabunt, quãdo in harũ circuitu, leonina pinguedo imposita fuerit. Denique Scholastes Sexti philosophi affirmat vnguine leonino perfricatos facilioré gratiã apud principes

E cipes inuenturos, si (vt inquit ipse) credendum sit magorum vanitatibus, quæ tanquam ineptiæ hoc argumento damnandæ sunt, nam ipsi hanc virtutem illi tantùm adipi inter supercilia leonina inuento attribuunt, cum tamen in hac parte nulla prorsus pinguedo generetur. Amplius corium leoninum etiam multis viribus redundat, nam rerum naturalium scrutatores obseruarunt pelles aliorum animantium collocatas supra spolium leonis breui temporis spatio depilari, & viciſſim veſtes in leonis ſpolio inuolutas, teſte Alberto, à tineis præſeruari. Imò ad propulſandum timorem, nullum remedium apud Portam eſt efficacius pelle leonis, qui in magia naturali ſcripſit, curandum eſſe, vt ij, qui metu facilè conſternuntur, pellem, vel oculum leonis ſecum ferant, atq; hac ratione animoſitatem adipiſcentur; hæc opinio videtur conformis hiſtorię, quam recitat Petrus Martyr, vbi Incolas regionis Cerebari nudos incedere animaduertit, necnō corpus varijs coloribus pingere, & caput coronis vario modo contextis redimire, ſed vt plurimum in huiuſmodi corollis vngues leoninos interexunt, non ad alium finem niſi, vt cęteris hominibus fortiores, & audaciores eſſe videantur.

Lib. 22. de ae.

Lib. 1. cap. 12.

In hiſt. Ind. Occid.

DE PARDO.

Cap. II.

ÆQVIVOCA.

INſtituti ratio expoſtulat, vt examinata, leonis hiſtoria ad Pardorum naturam exponendam accedamus, tùm quia inter cęteras huius generis animātia, hi ad leoninam temperaturam proximè accedant, cum Galenus multis in locis, ſed præcipuè ſcribens ad Glauconem Pardorum adipem in viribus ſequi leoninum aſſeuerauerit, tum etiam quia, ſi credendum eſt rerum naturalium indagatoribus, ob naturæ conuenientiam Pardi cum Leænis & viciſſim Leones cum Pantheris adulterentur. Verùm cum huiuſmodi voces, Pardus, Leopardus, Pāthera, & Pardalis, de quibus in Synonimis fuſim agemus, æquiuocationem patiantur, æquiuoca hæc prima facie explorare rationi conſonum eſſe duximus. Pardus igitur prę-
Lib. 2. de art. cur.
ter animal, de quo in præſentia ſumus acturi, *in primis* deſignat nomen proprium viri,
Pardus viri nomen.
quo nomine appellatus fuit Diaconus ille, qui cum Stephano Tertio Pontifice Max. in Galliam profectus eſt, & Pardus Eugimenus Nuncius fuit Pontificis ad Deſiderium Regem Longobardorum, vt in Annalibus Baronius teſtatus eſt. Deindè Pardi Protoſpatharij viri inſignis Cedrenus in compendio hiſtoriarum meminit. Pardus quoquè apud nonnullos Hiſtoricos Indiæ Orientalis eſt genus monetæ, ſed illi perperam legūt, quoniam pardaus, vel pardau legitur in prima parte nauigationis Holl. in Indiam Orientalē. Præterea vox etiam (Leopardus) eſt viri proprium nomen, nam legimus in Martyrologio
Leopardus nomen proprium viri.
Romano D. Leopardum Romæ ſub Iuliano Imperatore vltima die Septembris effuſione ſanguinis nomen Chriſti teſtatum fuiſſe. Amplius Leopardi vocabulum, vt annotat Geſnerus, tria beſtiarum genera ſignificat; primò in Anglia Catum montanum, vel Catum ſylueſtrem, cuius pellis maculis Leopardi aſſimilatur, ſecundò apud Germanos beſtiam in Scandinauia frequētem, quæ deuorat animalcula muribus valdè ſimilia, hæc ibi Lemner appellatur, & Leopardus nominari poſſe videtur, vel quia ſit ei congener, vel vocabulo detorto, cum Germani Lefrat, nomen proprium huius belluę In Lepart cotrūpant. Per pantheram quoquè multa animantium genera poſſumus intelligere, nam hæc vox, prætet illud animal, cuius hiſtoriam modò tradimus, monſtrat piſcem in colore terreſtri Pantheræ ſimilem, vt Edoardus cognomento Vuot affirmat. Hæc panthera, vel
lib. 8. de dif. an. cap. 186
pardalis apud Oppianum ſecundi verſionem Lippij eſt Muſtellus, qui Ariſtoteli ἀσπάλαξ dicitur, & à Gaza ſtellaris redditur, quare apud Oppianum, vt vertit Lippius hæc duo carmina leguntur, quę pantheram terreſtrem, & aquatilem in morſu non valdè diſſimiles eſſe docent hunc in modum.

Exitiale facit vultus Panthera tremendus.
Dentibus haud ferra, ſeuius aſpera Ponit.

Panthera nomen equiuocum.
Felis Zibetti à nonnullis Panthera nomine inſignitur, qui non alia ratione ſunt ducti, niſi quia hæc beſtia maculoſum tergus ad inſtar pantheræ habeat, cum tamen in cęteris à Panthera toto cęlo diſcreper, vt ſuo loco explicabitur. Imò, ſecūdùm doctrinam Varronis, panthera adhuc æquiuocatione premitur, quia legit panthera in caſu accuſandi vocabuli (Panther) panther enim eſt ſpecies lupi maculoſa, cuius in Denominatis mentionem faciemus; Budęus autem legit panthera in numero plurali à nomine pantherion, quod eſt genus retis quo aucupes vtuntur, vt habemus in Auiario Iuris. Cœ-
Pantherion quid. Cap. 4. Lib. 8. Phyſogn.
terùm hæc vox (Panthera) non ſolum animata, vt hactenus fuit expoſitum, ſed etiam inanimata indicat; nam Panthera, vt voluit Porta, eſt lapis habens varios colores ad
Cap. 7. Lib. 11. de mil. emp.
ſimilitudinem animalis huius nominis nigros, rubros, virides, & purpureos, ſed inſpiciendi ſunt Oriente Sole, quia tunc omnes in eo renitent. Eſt etiam Panthera, Vlpiano auctore, vniuerſum aucupium, quod auceps capit. Tandèm ſi conuerta-

mus

F mus sermonem ad vocabulum pardalis,& pordalis,hæc quoquè nomina suis æquiuocationibus non carent, nam pardalis præter animal quadrupes digitarum, iuxtà Nuperorum mentem auem,nempè Sturnum denotat,quoniam pennæ sturni pardalium maculis decoratæ esse videantur. Verùm ad mentem Aristotelis pardalus est auis colore cinereo,& magnitudine sturni. Ad summum pordalis meretrix potest appellari, cum scribat Pollux ab Aristophane alicubi meretricem vocatam fuisse Πορδαλὶν ex collusione nominum in prima syllaba,quia Græci meretricem vulgò Πόρνην vocitant,accedit, & natura animalis rapax,& impudens,vndè meretrix leontium,læna, & pordalis meritò nuncupari poterit. *Lib. 9. hist. an. cap. 23.*

SYNONIMA EORVMQ. ETYMVM:

F PArdum, Leopardum, Pardalim, Pordalim,& Pantheram vnum, & idem animal esse non modò Gesnerus,& cæteri,qui de animalibus scripserunt,asseuerantius fatentur; verùm quoquè multæ rationes id nobis persuadent. Primò quoniam hæc duo vocabula Pardi, & Leopardi ab auctoribus promiscuè adhibentur,& nomen Pardi ante Lucanum, & Plinium vix in vsu fuisse deprehenditur,sed Pardalis de vtroquè sexu huius animalis sumebatur. Leopardi autem vox adhuc est recentior,cum ante Iulij Capitolini, & Aeliani Spartiani tempora huius nemo meminerit. Significar quidem Ferain natam ex leæna, & pardo, sed inualuit consuetudo,vt simpliciter hæc vox (Leopardus) pro pardo, seu panthera sumeretur. Non est igitur mirandum,si Niphus Pantheram exponat Leopardum,& apud Græcos Pardalim,& apud alios Pardum interpretetur. Deindè Pardum, & Leopardum eadem esse animalia colligere possumus ex Lampridio,qui in vita Heliogabali hęc scribit, *Heliogabalus ebrios amicos plerumquè claudebat,& nocte Leones, & Leopardos exarmatos immittebat, itaut expergefacti in eodem domicilio Leones, & Pardos inuenirent.* Hinc licet obseruare eadem animalia Lampridium posteriore loco Pardos appellare, quos paulò ante Leopardos nominauerat. Hoc assertum possumus stabilire auctoritate Theueti, qui G in historia Americæ narrat, in illis montibus multos vagari Leopardos, cum ibi nequè leones,nequè lupi reperiantur, quarè prædictos pardos legitimos,& non ex adulterino congressu læna, & pardi natos esse fatebimur. Iure meritò Gyllius in Aelianum in hoc genere animalis pardum marem,pantheram verò, seu pardalim fœminam esse pronuntiauit. Idquè confirmatur à Bargeo his versibus,dum fœminam mare ferociorem prædicat tali ratione. *In com. lib. 8. hist. an. Arist.* *Pardus, & Leopardus idem.* *Lib. 2.* *Lib. 2. cap. 20.* *lib. 3. Cyneg.*

At Panthera suos (docti sic ea nomine Graij
Pardalis est) Pardos inuicta viribus auxit.

Pardi etymum si inuestigemus, varias opiniones examinare nostra interest,quoniã alijs dictus fuit Πάρδ ς quasi ἀρδος ab ἄρδω irrigo, quia pardi pellis nigris quibusdam maculis veluti irrigata esse videatur, vel à verbo ἀρδάλοω inquino, quia pardalis tergus nigris maculis, veluti inquinatum conspiciatur. Gesnerus opinatus est fieri posse, vt Pardalis vocabulum originem duxerit à voce hebraica (Pardes) quæ hortum significat,quoniam hoc animal oculis maculatum tanquam hortus pulcherrimis floribus exornetur, Alij ma- H rem Pordalim,fœminam verò, Pardalim indigitarunt,& vtriusq; etymum diuersum esse existimarunt,nam ipsis Πόρδαλις mas vocatur ἀ πὸ τοῦ πρὸ αλλεσθαι, fœmina autem Παρδαλὶς ἀπὸ τοῦ παρὰ λεσθαι, sic notat Hesychius ex Eustathio in Homerum, sed ridiculũ est aliud etymum primitiuo,& aliud deriuatiuo assignare. Sed natum putamus errore ex verbis,quæ leguntur apud Innominatum supra eundem locum Homeri,quæ sic se habẽt παρδαλὶς τόζοον, ἢ δὶ δορὰ παρδαλῆ, ὁ μὲν ἀ πὸ τοῦ προ αλλεσθαι, ἢ δὶ ἀπὸ τοῦ περιβαλλεσθαι, quæ verba inuuere videntur hoc animal cognominatum fuisse à saliendo,& pelletũ à circumamiciendo,quoniã Priscí huiusmodi pellibus pro vestitu vterentur. Propterea Varinus scribit Poetas pronũciare Pordalim πὰρὰ τὸ προ αλλεσθαι abũdãte delta. Quamuis alij lexicographi dicant pordalẽ esse vocem cõmunem, Pardalim verò Atticã. Præterquamquod nõ solũ apud Poetas,sed etiã apud Historicos pordalis,& pardalis vocabulũ in genere fœminino,& masculino indiscriminatim adhibitum fuisse comperimus. Latini scriptores Pardalim Pantheram quoquè cognominant, & licet hoc vocabulum *Pardi etymum.* *Iliad. p.*

(Panthera) originem græcam habeat, tamen Græci hoc animal non Pantheram, ſed Pardalim vocant. Verùm cauendum eſt ne Dictis Iſidori decipiamur, qui multis in locis hoc nomine (Panther) pro Panthera abutitur, Calepinus quoquè ſex linguarum vocem (Panther) cum Panthera confundit, quoniam hæc duo nomina Synonima eſſe arbitratur, ſed manifeſto in errore verſatur, quoniam Panthera cum Pardali conuenit; Panther verò lupi maculoli ſpecies eſt, quemadmodum Theodorus Gaza in verſione Ariſtotelis fatetur. Quicquid dicat Niphus de illa antiqua translatione, quæ lupum Canarium Pantheram exponebat. Multi in Germania, & Gallia, Geſnero affirmante, Pantheram Leumzam, vel ad mentem Alberti Vnciam vocant. Vncia verò, auctore Iſidoro, eſt animal ſæuiſſimum non altius cane, ſed longius corpore. Ideoquè Vnciam à Panthera non diſcrepare conijcimus. Ampliùs Panthera poteſt nominari Parda, vt notat Turnebus, qui citat epiſtolam Auſonij ad Theonem, in qua ſcribit *ſub Pardas*, ideſt ſub belluatis iacentem, ideo Pardas in genere fœminino Pantheras, & Pardos intellexit. Imò iuxta mentem Plinij per Varias veluti, & per Africanas Romani Pantheras intelligebant, tùm quia eſſent variegatæ, tum etiam quiàex Africa Romam in ludorum uſum mitterentur. Itaquè non debemus afficiali qua admiratione, ſi aliquibus Græcis Panthera dicatur θήριον quia Scholiaſtes Theocriti annotat à Theſſalis θήρια vocari animalia variegata veluti ſunt Pantheræ; nàm proprie loquendo apud Lexicographos τὸ θήριον pigmentum, vel florem deſignat, & quia Pantherarum pelles maculis veluti quibuſdam floribus ſunt inſignitæ, propterea non eſt à ratione alienum hoc nomen poſſe conuenire pantheræ. Hinc colligendum eſt non eſſe contemnendam Etymologiam eorum, qui opinati ſunt dictam fuiſſe pantheram, quia omnium Ferarum coloribus decorata ſpectetur. Varro animaduertit hoc vocabulum græcum eſſe, & omnem Feram ſignificare, vel quia panthera in venatione omne genus Ferarum capiat, vel quia omniſaria feritate ſit prædita, cum etiam manſuefacta crudelitatis nunquàm obliuiſcatur, *vt* ſuo loco erit manifeſtum Iſidorus Pantheræ etymum ponderans arbitratus eſt appellatam pantheram, quaſi omnium beſtiarum amicam, vno excepto dracone, quia cæteræ animantes odore allectatæ ipſam ſequantur, vel quia ſui generis ſocietate gaudeat; prædictæ ſententiæ aduerſatur Geſnerus, qui pantheram, quaſi totam feram nuncupatam eſſe perhibet, quoniam vehementes cum cæteris animantibus gerat inimicitias. Hebræi Pardalim vocant Namer, & vbiquè in ſacris literis ſeptuaginta hoc modo legunt. Auicen. quoquè vbi meminit Aconiti, protulit Nemer, quo in loco Græci auctores legunt Pardalim, & vetus quidam Interpres reddit Leopardum, & apud Danielem in viſione quatuor belluarum de mari aſcendentium legitur Namer, licèt in quibuſdam textibus Named perperam habeatur. Græcis, vt ſuperius fuit expoſitum πόρδαλις per omicron mas, & πάρδαλις, per Alpha fœmina profertur. Verùm hæc differentia in auctoribus non obſeruatur. Apud Rhaſim, & Auicen. Leopardus appellatur Alpheth, vel Alpheil, aliquandò Alphed, & alio in loco Alnemer. Bellunenſis Alfed Leopardum, & maiorem interpretatur, Alnemer verò Leopardum minorem eſſe fatetur. Italis dicitur Leonpardo, Gallis Leopardo, vel Lyopardo, Germanis paritèr Leppard, vel Le ſtat, nàm quando aliqui Germani pronuntiant Pantherthiet, id nomen à Nuperis quibuſdam fictum eſſe Geſnerus exiſtimat, quia leopardum idem animal cum panthera eſſe ignorant. Hiſpanis Leonpardal, vel potius Leonpardo, & deniquè Anglis Leparde dicitur, & hæc de Synonimis, & Etymo dicta ſufficiant.

Lib. 6. hiſt. anim.

Vncia animal.

Lib. 22. Adu. cap. 10.

Lib. 8. cap. 17.

Panthera etymum.

Lib. 12. Orig. cap. 2.

Cap. 7.

Nomen pardi arabicè.

A

B

C

D

GENVS, DIFFERENTIÆ, Deſcriptio.

Lib. 12. Orig. cap. 2.

AVctor de natura rerum tres Pardorum differentias conſtituit, in primo genere Pantheram, in ſecundo Pardum, in tertio Leopardum reponit, quem ex congreſſu leænæ, & Pardi natum eſſe voluit. Ab hac ſententia, nelatum quidem vnguem Iſidorus recedit. Alij Pardorum quatuor eſſe genera ſtatuerunt, primum Pantheram, ſecundum Pardum, tertium Leopardum non iubatum ortum ex mixtione Pardi, & Leænæ, & quartum ex coitu Pantheræ, & Leonis

E Leonis natum maculosum Leopardum indigitant. Si de hac varietate consulamus Solinum, hic pardos à pantheris distinguit, sed eius Commentarij secuti doctrinam Plinianam, pantheras solo candore à pardis diserepantes agnoscunt, quamuis Alij solum sexum respicientes pantheram fœminam, & pardum marem declarent. Aelianus duplex genus pardalium, ante legentium oculos representat, quorum alterum maius cum breuiori cauda; alterum verò minus cum cauda longiori vtrumquè tamen varijs maculis insignitum demonstrat, quam doctrinam Bargeus imitatus, hoc duplex pardorum genus optimè describit his versibus. *In Polybii. cap. 27.* *Lib. 2 de an. cap. 21.* *lib. 3 Cyneg.*

Harum etiam non vna ferunt genera esse ferarum,
Corpora habent alia procera, & pinguia, nigris
Interpuncta notis, variataque pellibus albo.
Alia parua nascuntur corpore, verùm,
Sunt virtute pares, & eisdem insignibus armos,
Distincta, non has alio secernere signo,
F *Hoc prater, possere, quibus sunt talia cura.*
Exiguis tergo pendet longissima cauda,
Quæ se se ad calces imos spaciosa protendit.
Alit eadem breuior summas vix tangit artus
Magnarum.

Quocirca habemus in tertia parte historiæ Indiæ Lusitanicæ, vbi agitur de animalibus, Pantherarum duas ibi reperiri species, quarum vna est corpore minor, sed feritate insignis; altera verò magnitudine superans magnum arietem, & huius postremæ speciei mas fœmina altior conspicitur. Ideo non est mirum, si hodie in aulis Principum duæ pardorum species magnitudine tantùm inter se diffidentes obseruentur. Hanc sententiam roborat Gesnerus, dum refert se accepisse à quodam oculato teste maula Regis Galliarum leopardos duorum generum magnitudine tantùm differentes alij, & maiores ad vituli corpulentiam, minores verò ad canis molem accedere. Cæterùm Aelianus loco citato, sed paulò inferius aliud genus pardalium duplex esse decreuit, quorum vnum magnum, quod Ceruos, & Oryges insequitur, aliud verò sub se paulò minores animantes comprehendit, quos ipse Lynces appellat, hi ineptè ad pardalium genera referuntur. *Duæ species Pardorũ in aulis Principum.*

G Præter descriptas differentias Aelianus addit nonnullas pardorum species ad aliorum mentem, quæ si sint in rerum natura, neq; nc, nostra ætate ignoratur. Primò memorat quoddam genus, absquè cauda, quod Ampelon, nempe Vitem nominat, & hac prærogatiua potiri scribit, vt solo conspectu mulieribus morbi inopinati causam afferat. Volaterranus, & Rauisius Textor in sua Officina pardorum generi Bitum adscribunt, & quoniam huic attribuunt illas conditiones, & dotes, quæ ab Aeliano Ampelo assignabantur, hac de causa Ampelon, seu Vitem, & Bitim vnius, & eiusdem bestiæ synonima esse iudicamus. Deniquè prædictis annectit in Caria, & Libya prælongos admodum esse pardos animo imbelles, saltu agiles, & cute adeo dura, vt ferro nullo modo cedat. Si in genere horum descriptionem animantium contemplemur. Odonus in Aristotelem de animalibus, & Eduardus Vuot fuerunt huius opinionis, pantheras habere quatuor mammas in medio ventre, & earum oculos in vmbra refulgere longius, quàm in cæteris animantibus huius generis, & in sole facilè hebetari. Assertis addit Gyllius in Aelianum in Pantheris, seu Pardalibus quinquè digitos in pedibus anterioribus, & quatuor in posterioribus conspici, quod Bargeus clarè exponit his metris. *Lib. 10. de an. cap. 39.* *Lib. 25.* *lib. 5. de dif. an. cap. 82.* *Lib. 2. cap. 20.* *lib. 3 Cyneg.*

H *Pes habet anterior digitos ex ordine quinos,*
Vnguibus armatos, hostem quibus ausa lacessit,
Posterior planta vestigia ponit vtraque
Quadrifida, & totidem præduros exerit vngues.

Præterea pellem pantherarum maculis esse exornatam omnibus est in confesso, ideo Scaliger ad huius animantis maculas alludens canebat. *In Teratiũ.*

Et de peninsa fies Panthera Lœna,
Ostendens maculis Bellati crimina vultus.

Verum Oppianus contemplans pellem Pardalium, in illa varios colores, nimirùm aureum in fusco, & nigras maculas in nitido candore describebat his carminibus.

Versicolor pellis nitido micat aurea fusco,

Inter-

Pardalion Ariſtotelis.

Interfusa nigris maculis, candore nitente.

Itaquè non immeritò Solinus hùc respiciens narrabat in Hircania numerosas esse pantheras minutis orbiculis superpictas, itaut oculatis ex fuluo circulis, vel è candido, vel albo tergi suppellex distinguatur. An verò habeant in armo maculam Iunæ similem in orbes crescentem, & pari modo curuantem cornua, vt Albertus, & alij fatentur, non audemus id affirmare, cum veritatis perquā. Studiosi de lunatis pantheræ humeris aliquid certi non præferant. Ad magis peculiaria si descendamus, ni periemus pellem leopardi in historia Gesneri descriptam hunc in modum. *Erat longitudo pellis semula, & caudæ, quanta hominis mediocris, cum sex quidodrante, caudæ per se duodrantes tres cum dimidio. pellis latitudo circa medium duodrantes tres, color fere flauus, dilutus maculis rotundis, nigris distinctus, pili breues, & lanuginosi.* Porta verò in Physiognomonicis huius animalis peculiarem describit rationem tali ratione assignat. Pardalis habet faciem paruam, os magnum, oculos paruos, albicantes, ipsosque circumagantes, frontem longam, aures rotundas, nec quam planas, collum valdè longum, & tenue, pectus paruis costis prædirum, dorsum longum, clunes carnosas, & femora, partes verò circa ilia, & ventrem magis planas, ideò non proruberantes, nec canas, colorem varium, corpus totum inarticulatum, & asymetrum; effigies verò animalis, quam hic exhibemus desumpta est ex Zographia huius publici Musei.

Panthere humeri lunati.

Descriptio pellis.

Lib. 1. cap. 13.

Descriptio animalis.

ANATOMICA.

EXternis Pardorum partibus diligenter examinatis, ad internarum conditiones inuestigandas sermonem conuertemus; & primò linguam imbricatam eis attribuimus, qualem etiam in leonibus obseruauimus, deindè Galenus animaduertit in fortibus, & rapacibus animalibus dentes esse acutiores, vt in pardis, & leonibus, & totum oppositum de timidis, & imbellibus scribit. Insuper addit in his animantibus vngues acutos, veluti quosdam gladios innatos insp iciendos esse, quos in formidolosis animalibus non licet intueri. Præterea magnum cor pardi habent in comparatione ad animalia eiusdem magnitudinis, vt Odonus in Aristotelem de animalibus annotauit. Horum pinguedinem si perscrutemur, paucam admodum inueniemus, & copiosam in animalibus sua natura frigidioribus. Propterea Galenus huius assignans rationem scriptum reliquit animalia calidiora, & sicciora graciliora esse, & in his detracto corio paucum adipem inueniri, quoniam is à nimio, quo scatent calore, veluti oleum à flamma absumitur, quod in leonibus, & pardis contingere solet. Postremò naturam ossium pardorum colligere possumus ex Galeno, qui ponderans differentias ossium animalium pronunciauit, animalia fortiora habere densiorem ossium substantiam, veluti sunt pardi, lupi, & canes, imò hi præditi sunt neruis, & musculis validioribus, sed oppositum Anatomicus in ossibus, neruis, & musculis animantium imbellium obseruabit.

Lingua.

Lib. 11. de usu par. c. 8

Vnguis.

Pinguedo pardi pauca

Lib. 2. de simp. med. fac. cap. 20.

Lib. 11. de usu part. cap. 18.

PHYSIOGNOMONICA.

INter animalia testatum reliquit Porta pardalim reuerè maximè formam, & ingenium muliebre, nam hoc animal præditum est ingenio molli, effeminato, iracundo, insidioso, & fraudolento, timido simul, & audaci. Ideo sapientes Aegyptij hominem designaturi, qui scelestum sinum, & malignum animum occultaret, ne cæteris hominibus innotescerent, pardalim effigiabant, quoniam clanculum alia animalia perfe quatur; quocirca si femina ingenium pardalis æmulatur, non est admiratione dignum, si poeta canat hunc in modum.

Non tot habet cœlum stellas, nec flumen arenas,
Quot scelerata gerit femina mente dolos:

Lib. 1. Physiog. cap. 13.

LOCVS, TEMPERAMENTVM, Grèssus.

A

Lib. 8. de hist. anim. cap. 26.

DE loco natali Pardorum scribit Aristoteles pantheras in Asia potissimum degere, in Europa verò nullas prorsus reperiri; quare in hoc credendum est Philostrato, qui in vita Appollonij narrat Pamphiliam regionē Asiæ, his animantibus abundare. Africa quoquè, teste Aristotele, loco citato hæc animantia alit, vbi propter inopiam aquarum multa diuersi generis animalia ad annes concurrunt, & ibi horum diuersę species comiscentur, & potissimum pardi cum lœnis, hac de causa monstra, & nouæ animantes illo in loco producuntur. Idcirco Aristoteles hinc ortum fuisse illud adagium decreuit; *quid noui affert Africa*. His addamus Hircaniam Scythiæ partem, quæ copiam pardorum nutrit, si veridicus fuit Rauisius Textor in sua officina, qui & in Cornucopia subiungit pardos in Africa, Syria, Mauritania, Caria, & Libya commorari. M. Paulus Venetus agens de prouincia Comeri, scribit hanc regionem valdè syluestrem esse, nutrire què multa animalia, & dissimilia animantibus aliarum regionum, & inter hæc leopardos recensèt. Idem in magna Insula Madagascar leopardos frequentes obseruauit; Imò Aloysius Cadamustus in regno Senegæ Nigritarum pardos frequentissimos admiratus est. Demùm Fernandus Lopes in magno, & fertili regno Bengalæ multa nemora, & iussu regis incęduæ esse scriptis mandauit, quibus ciuitates munitiores, & securiores redduntur, & in his leopardorū copiam stabulari. Num verò planitiæ, vel conuallibus, vel potiùs montanis locis tales bellux delectentur, considerare oportet; nam Porta harum bestiarum carnem siccam esse ex eo colligit, quia in montibus potissimùm vitam degant, & Gesner. hoc animal calidissimum esse ex duobus coniectabatur, primò ex maculis nigris, quibus pellem prædictam habet, deindè ex velocissimo motu, quo feruntur; ideo Glossa super Oseam habet, *nihil leone fortius, & nihil panthera velocius*. Alij asseuerant pardos ex odoriferis herbis, & aromatibus summam delectationem percipere, hac de causa in Caucaso monte, multi pardi vagantur, cum hic mons odoratis stirpibus redunder. Horum opinionem confirmat Theuetus in Historia Americæ, quæ Gallia antarctica vocatur, dum inquit; *In his montibus sunt Feræ rapacissimæ, vt leopardi; & lupi ceruarij, ibi tamen nequè leones, nequè lupi reperiuntur*. Denique in monte Hermon, qui ab Amorræis Sanir appellatur, pardi sibimetipsis antra ædificarunt, nam habemus in canticis Salomonis. *Veni de Libano, veni coronaberis de vertice Sanir, & Hermon de cubilibus leonum, de montibus pardorum*. Ad finem pantheræ ingrediuntur more leonum, si Eduardo Vuot fides est adhibenda, qui pardos condito mucrone vnguium in vaginis incedere promulgauit.

Pardi vbi copiosi.

Lib. 2. cap. 32.

Lib. 3. cap. 39.

In nauig. ad nou. Orbem. Lib. 4. capit. 27. sec. par. hist. Ind.

Lib. 2. Phys. cap. 23.

B

C

Lib. 2.

lib. 5. de dif. an. cap. 82.

NATVRA, INGENIVM, MORES.

Ingeniū pardi in quibus consistat.

IN Africa pardi tali instinctu naturali ducuntur, Auctore Alberto, vt in arboribus insidant, earumquè ramis occultari in præterèuntia insiliant, nec non hac ratione auibus quoquè insidientur. Verùm non in hoc tantùm eorum ingenium natura, & mores consistunt, sed in quatuor aliis consideratione dignis, nimirùm in odoris proprietate, in amore prolis, in mansuetudine, & denique in modo, quo sibimetipsis veneno vexatis medentur. Ratione odoramenti, pardi in primis inter alias animantes odoratiores feruntur. Imò eos camphoræ potissimum suauitate lętari publicauit Albertus, quam obcausam diu, noctuquè circa arbores camphoræ versantur, & peruigili custodia illas tuentur, ne mercatores accedant. Deindè Iacobus Vitriacus agens de animalibus. In dicis obseruat pantheras illarum regionum præda satiatas, tridui spatio, in spelæis dormire, & peracta cibi coctione excuntes tàm suauem halitum emittere, vt ceteræ animantes ipsas sequantur, exceptis serpentibus, qui grato odore necantur; hac ratione ductus Aelianus affirmat, pardales, cum hanc odoris suauitatem sibimetipsis competere cognoscant, inter herbas, & frutices

D

Lib. 22. de anim.

In hist. Or.

Lib. 2. de an. cap. 22.

E frutices se occultare, ne ab animantibus videantur, tunc hinnuli Dorcades, & aliæ huius generis belluæ iucundi odoris illecebra attractæ proximè accedunt, & mox pardales de latebra egredientes prædam optatam comprehendunt. Gesnerus tamen hoc ingeniò pantheras in senectute tantùm vti existimat, cum vltra vires, fortemque inualidæ currendo venari non possint. Cæterùm de panthe rææ odoramento, Auctores varij controuersiam faciunt, quoniam Aristoteles, & Plutarchus scripserunt animalia sectari pantheram eius odore delectata; hanc sententiam tantùm distare à veritate, quantum Cygnus à Corno Albertus arbitratus est, qui in doctrina de sensu, & sensato ostendit animalia, præter hominem, nec delectari, nec tristari odoribus, sed inualuit hæc opinio, vt ipse inquit, in vulgus hominum, cætera sectari pantheram, quia sit animal, quod frequentèr vociferatur propter congressus desiderium, ideò tunc multa animalia sui generis ad ipsam concurrunt; Qui conantur tueri partes Aristotelis, & Plutarchi proferunt pantheram bestijs benè olere, hominibus verò nequaquam, & nituntur illi distinctioni, qua

F vtitur etiam Clarissi. Mercurialis in libro de Decoratione, scilicet odorem ex semittere contingere posse bifariam, vel insignitèr, vt ab omnibus percipiatur, vel modicè, & latèter, vt à paucissimis sentiatur; primò modo, excepta panthera, nullum animal odorem ex se mittit, secundò modo, alia etiam animalia odorem aliquem de se spirant; sic enim mures alliciunt catos, & lepores canes. Verùm hi doctissimi viri, pace sua, non tollunt difficultatem, quia oportet respondere sententiæ Alberti, qui scripsit bruta odoribus nec gaudere, nec tristari; dicamus ergo huius propositionis Alberti falsitatem quotidiana experientia manifestari, nam Calamenthum tertium apud Thalium, & secundum alios apud Dioscoridem, seu calamenthum primum Fuchsij, quod Botanici nuperi menthan felis, vel herbam cati appellant, felibus perjucundum esse comperimus, ideo si ramus huius plantæ in aliquod cubiculum deferatur, illuc domus illius feles, odoris voluptate capti, confluunt, & illi sæpius se se affricant, & supra herbam volutantur, & magna auiditatè folia etiam depascuntur. Idem in Valeriana, quæ nardi odorem spirat, licet contemplari, quæ omnia Alberto ignota fuisse existimamus. Præterea ab amore prolis pardalium naturam possumus inuestigare, nam quando venatores clanculum furati fuerint catulos,

G & vacuum cubile inuenerint, Aeliano teste, in maximos eiulatus incidunt. In syluis vagantes ante catulos suos semper procedunt, neque homines hastatos, neque multitudinem jaculorum formidant, & eligunt potius mortem, quam prolem sine tutela relinquere, quare Reusnerus hanc pardi proprietatem exponens canebat hoc modo.

Ille refert patrem maculis, & tergore matrem,
Vulneribus què suis obuius ire solet.

Post partum quoquè pantheræ superbæ euadunt, vt animaduertit Philostratus, & maribus dominari, & domui, seu cryptæ præsidere volunt, mares autem ob amorem catulorũ omnia patienter sustinent, & hæc erit forte ratio præcipua, propter quam pardorum fœmina crebrius, quàm mas inueniatur, quamuis dicat Volaterranus id nasci, quoniam hæc non pro se tantùm, sed etiam pro catulis victum quærens latius vagetur, vel dicamus cũ Aristotele, in omni genere animalium mares fœminis esse audaciores, excepta Panthera, & Vrsa, nam in his generibus fœminæ sunt animosiores, hac de causa ingens admiratio quèpiam inuadere non debet, si pardalium fœminæ maribus frequentiores venatoribus

H obuiam veniant. Amplius ex mansuetudine, & feritate pardalium naturam cognoscere possumus, quod pareus faciens Ioannes Leo in opere de Africa, scriptum reliquit leopardos, etsi sint robusti, & crudeles, homini non nocere, nisi (quod rarò contingit) si in angusto calle obuij cedere non possint, nam tunc in hominem irruunt, tantumq; carnis vultus auferunt, quantum comprehendunt, & aliquando hominis caput perfringunt: immò affirmat Auctor historiæ Indiæ Lusitanicæ, ibi Pantheras esse in crudelitatè insignes, vt multa exempla ab illo auctore eleganter relata testantur; quamuis pardales insigni feritatis nota excellant, vt dictum fuit; verumtamen facilè ad mansuetudinem reducuntur, & multi ab Indis domantur, quoniam, vt testificatur Aelianus, rem gratissimam Indorum Regi faciunt, qui pardos mansuefactos illi largiuntur. Huius mansuetudinis pardorum meminit etiam Horatius, dum in celebrandis Fauni festis pardos cum bobus innoquè errantes infrascriptis carminibus sapbicis commendauit; legit autem Acron hunc in modum.

Cum tibi nona redeunt decembres

Lætus

Cap. 29.

An odor ab animalibus petatur.

In Pardis Poet.

Lib. 25.

Lib. 9. de hist. anim. cap. 1.

Lib. 9.

In 3. parte.

Lib. 14. de an. cap. 14.

Lib. 3. Car ode. 18.

Latus in prædo vlcisci celeres
cum bene Pardos:

A

Facilimè cicurari pardos scribit auctor de natura rerum, sed præcipuè ad venationem; verum si quartò, vel quinto saltu, prædam capere nequeat, in venatorem ferocit, qui huius naturæ non ignarus agnum, vel hœdum, quem hoc studio secum trahit, Feræ obijcit, & hac ratione belluæ ferociam lenit. Hinc fit, quòd Albertus, & alij promulgauerint, sicuti pardi præsertim ad vsum venationis facilè cicurantur, sic etiam nunquam feritatem prorsus deponunt, & facilè efferantur. Quocirca Gesnerus narrat, statim post mortem Francisci Galliarum Regis leopardos marem, & fœminam, per custodis incuriam, aut malignitatem dimissos, siuè pervim, è cauea egressos in syluas aufugisse, & circa Aureliam plurimos homines laniasse, & ibi inuenta mulierum cadauera fuisse, quarum mamillas tantum denotarunt. Postremò pardales vorax is carnibus venenatis talis sunt naturæ, ne peroãr, vt quærant humanum stercus, quo, teste Porta, sibi medeantur: licèt Alij dicant pantheram tunc inquirere oletum, cum incautè herbam pardalianthem comederit. Huc respexit fortè Cicero, quando hæc verba protulit: *Panthera in Barbaria venenatæ carne capiuntur, sed remedium quoddam habent, quo vsi non moriuntur.*

Lib. 1. mag. cap. 10.

B

VOX.

M Vlti Auctores secuti Ael. Spartiani opinionem, pardos rictare pronunciarunt, cum tamen hoc verbum nullum sonum significet, est enim rictare frequenter ringere, ringo autem est, more canis irascentis, & latraturi, os distorqueo, quasi ed loci Ael. Spartianus innuere vellet pardos ad instar canum os in rugas frequenter diducere? Auctor historiæ Indiæ Lusitanicæ post enarratam pantherarum crudelitatem, addit ipsas fremere, quando ædu præliantur, sed fremitus non est vox pantherarum propria, cum leonibus etiam irascentibus competat, vt in capite antecedenti fuit explicatum. Iacobus Vitriacus agens de animalibus Indicis habet hæc verba *Dum Panthera rugiunt de gutture suauem emittunt odorem, qui cuncta aromata superat.* Hinc rugitum pantheris conuenire præclarissimi viri autumant, cum tamen omnes ferè auctores vno ore rugitum leonibus conuenire confiteantur. Auctor Philomelæ vocem magis particularem pardo videtur assignare, dum describens voces animalium, sic canit.

Part. 3.

In hist. Or.

C

——— *Pardus hiando felit.*

Quare his verbis videtur significare pardum os aperiendo talem edere vocem, qualem feles emittunt. Apud Græcos reperitur βρυχᾶσθαι vox leonis à verbo βρύχαομαι & per contractionem βρυχῶμαι rugio, sed Varinus hanc vocem, non solum leoni, sed etiam alijs animalibus, vt vrsis, & pardalibus proprium suæ vocis vocabulum non habentibus conuenire liberè assueuerat.

COITVS, PARTVS.

D

NOnnulli auctores non infimi subsellij consentiunt nullum reperiri animal in rerum natura præter pardum, quod libentius cum alijs diuersi generis commiscetur. Etsi dictum fuerit in capite superiori lex nam ex pardo concipere, nunc ad mentem Portæ pantheram cum leone congredi affirmamus. Hinc bigenera fiunt animalia quemadmodum mulorum duo assignantur species, altera ex Asino, & Equa prodit, altera ex Equo, & Asina oritur, quæ *Hinnus* appellatur. Cæterum pardi prædicta commixtione non sunt contenti, nam Albertus scribit, pardos aliquando cum canibus congredi, & leoparios magnos, quos Veltres quidam cognominant, ex pardo, & cane procreari non inficiatur, quid plura? pardi à lupis etiàm non abhorrent; ideo lexicographi animal ex pardo, & lupa natum λυκοπάνθηρον indigitant. Ad partum si conuertamus sermonem, non est in dubium reuocandum panthetas vnica vice plures edere catulos, quoniam in capite antecedenti notatum fuit animalia polydactyla esse etiam polytoca. His addamus horum animantium plures

Animalia bigenera quæ.

Numerus fœtuum.

mammas

E mammas catulorum multitudinem arguere. Num verò semel tantùm, vel pluries enitatur; in hoc consistit difficultas, quia Isidorus asseruit pantheram semel tantùm parere, cuius assignans rationem promebat catulos ante statutum paritionis tempus impatientes morarum temporis vnguibus vterum lacerare, & matrē dolore cogente fœtum effundere; deinceps autem pantherā læso vtero concipere nequire. Isidorus, vt opinamur, hāc sententiam hausit ab Auctore de natura rerum, qui arbitratus est pantheram secundariò non parere, quoniam vterus, ob cicatrices ad secundū semen recipiendum inhabilis redditur. Verùm admiramur inter nuperos Iacobum Vitriacum, qui agens de animalibus in hunc venit sententiam, catulos pardalium debitam exitus horam non expectare, sed vnguibus matricem adeò lanlare, vt hæc conceptum secundum admittere nequeat. Debemus tamèn hunc virum sapientem excusare, præsertim quoniam multa in suis historijs ex relatione recitet. Nos verò circa hanc opinionem explodendam diù non immorabimur, cum in capite de leone hæc satis superquè fuerit refutata. *Lib. 12. Orig. cap 2.* *In hist. Or.*

VICTVS.

F ANimantes à nullo edoctæ, sed sola natura impulsæ, vt attestatur Galenus, ad familiaria nutrimenta accedunt, vt iumēta ad herbas, & paleas, leones verò, & pardales ad carnes, quando igitur pardalis ad carnes accedit, ijs nimium se replet, inquit Albertus, deinde tandiu occultatur, donec celebrata assumpti cibi coctione denuò è specu exeat. Verùm quorum præcipuè animalium carnibus delectentur, ponderandum est. Si consulamus Ioannem Leonē in operè de Africa, is animaduertit pardos canibus esse infestissimos, quos occidunt, & libentissimè deuorant, & greges vt plurimùm non inuadere. At si fame premātur, gregibus quidē insidiantur, & agnos potissimū auferunt. Vnde Baptista Mātuanus canebat. *Lib. de consuet. cap. 2.* *Lib. 9.*

Abstulit, & de lanigero grege Pardus adultum
Agnum.

Plutarchus carnem simiarum pardis gratissimam esse docet, propterea simiæ pardorum odore illectę sponte accedunt, & hoc modo captantur, Aelianus verò narrat pardales in G Mauritania simias persequi, hę autem pardorum impetum declinantes altissimas arbores ascendunt, tunc pardus se mortuum esse simulans sub arbore iacet, ad cuius affectum explorandum simiarum audacior descendit, & credens pardalim mortuam, illi insultat. Cęteræ id obseruantes ad illudendum descendunt; quare pardalis simias saltibus defatigatas inopinatè vnguibus, & dentibus comprehendit, & hac ratione earum carnibus magna auiditate vescitur. Carnem quoquè humanā à pantheris summoperè appeti scribit Auctor hist. Indię Lusitanicæ, vbi narrat casum duorū Indorum, quos in itinere, apud Piratiningam, panthera aggressa est, quorū alter fugit, alter verò arcu, & sagittis strenuè cum bestia prælians est, donec arborem ascendit, à qua, vel ob pugnam lassus, vel à Fera pulsus in volutabrū cecidit, in quo quasi submersus non potuit à prædicta Fera tota nocte incassum laborante extrahi, quę tandem, aduentante die, ab alijs venatoribus sagittis interempta est, & in illius ventre inuentus est digitus pollex hominis Indi, quem digitum Fera pugnando cum illo deglutiuerat, sed animaduertendum est hunc Historicum pantheras cum tygribus confundere. *Lib. 2. Par. 3.* *Simiarum venatio.* *Indi cuiusdā historia.*

H GRATVS ANIMVS ERGA BENEFICOS.

INter animalia, quæ vitio ingrati animi taxari nequeunt, pardum collocandū esse censemus. Primò, quia narrat ex Plinio Andreas Eburensis in capite de Gratitudine. Cum pantheræ catuli in fossam cecidissent, matrem in viam publicā profectam, cum hominem conspicata esset transeuntē, qui Philetis philosophi parens fuit, leniter, vt poterat, apprehēsa hominis veste, ad locum, in quē catuli ceciderant, deduxisse, & quamquam vir ille, præ timore, animo cōsternaretur, tamèn, quia alitèr Feræ violentiā effugere nō poterat, à belua tractus ad locum peruenit, vbi statim causam agnouit, quę impulerat Ferā, vt eum illuc deduceret. Itaquè catulos è fouea eduxit, illosq; illęsos matri restituit. Cuius meriti, vt gratiā referret per totum illud iter hominē affociauit, eumq; ab alijs Feris, & hostibus tutata est. Secundò, quia recitat Aelianus olim alram fuisse pardalim cū hędo, ita ut mansuefacta cum *In lib. exēp. memorab.* *Lib. 2. de an. cap. 24.*

illo liberè verſaretur,& hędum mortuum obiectum fuiſſe comedendum pardali,quæ tamen cũ hędorum carne ſummoperè delectaretur, illum tamen tangere recuſauit,& quãuis hędus nõ tantum,ſi mel,ſed bis,& tertio illi famelicæ obiectus eſſet,attamen hędum ſuum contubernalem attingere noluit,ſed illo relicto ad carnem alterius hędi obiectam comedendum ſe contulit. A

CAPIENDI RATIO.

Lib.25. VEnatores in pardis comprehendendis varios modos excogitarunt, & quandò viuos irretire volunt,multis artificijs Incedere ſolent. In primis iuxta ſententiam Volaterani, Mauri intra augurium ad id conſtructum carnis putreſcentis fruſtum longiori funiculo appendunt, ab hoc fętorem dimanantem pardi è longinquo ſentientes huc illucquè diuagantur, donec reperto carnis loco in laqueos incidant, & infœlici eſca conſtricti teneantur. Alij, vt refert Gyllius in Aelianum, in trita à pardalibus via rotundam, & altam ſcrobem cauant,in cuius medio oblongum lignum erigunt,& ex eo catellum teſticulis arcto vinculo conſtrictis ſuſpendunt; itaquè ad hunc prædolore vinculorum gementem, & latrantem pardalis magna voluptate geſtiens paucis ſaltibus accurrit, & nullum dolum ſuſpicans in foueam cadit. Idem Gyllius loco citato, & Oppianus narrant modum,quo pardales vino ſopitę facilimè capiantur,& eſt talis; Incolæ Libyæ diligenter obſeruant fontes,in quibus prima luce pardales bibere ſoleant,deindè noctu multa vaſa vino plena illuc afferunt,& indè non procul ſtragulis tecti ſedent.pardales autẽ ardenter ſitientes ad fontẽ accedunt, & ſtatim ac vino, cuius ſtudioſę ſũt, ſitim expleuerunt,frequenti ſaltatione ludunt,& tandem obdormientes humi ſternuntur,atq; ita ſoporatæ nullo negocio cocrcẽtur.Propterea Nicolaus Reuſnerus in hoc ſenſu de his Feris nõ immeritò cecinit. B

Lib.2.de an. cap.25.

Vino capiũtur pãthera.

Sana,feroxquè licet poſito Panthera lyæo,
Ebria captiuas dat ſine lite manus.

Si pardos mortuos comprehendere lubeat, Venatores duplici via nimirùm ferro, & veneno ſolent incedere, quandò hos venabulo ferire volunt, debent,reſte Polluce, ictum ad pectus, & cor dirigere, alioquin hæc Fera curſu ad venatorem vſquè delata in ipſum inſilit. Verùm Monticolæ Conſtantinæ regionis, auctore Ioanne Leone, equeſtrem venationem aduerſus pardos exitus omnes viarum occludentes inſtruunt. Fera autem huc illucquè fugiens, exituſquè viarum clauſos intuens, tunc in crebros gyros ſe vertens,ſe ipſam tandem venatoribus confodiendam præbet. At ſi pardo quandoquè ab aliqua parte effugere contingat, qui incautè illam partem cuſtodiuit conuiuium cęteris venatoribus,recepta conſuetudine,præparare tenetur. Tandem veneno vis pardalium ſuperatur,hoc autem venenum multiplex eſſe poteſt. Hircani herbam pardalianchem in puluerem redigunt,eoquè carnes infectas in locis ab huiuſmodi ferarum genere frequentatis collocant;quibus deguſtatis Feræ ſtrangulantur.Ariſtoteles addit pantheras deuoratis carnibus pardalianche infectis,quærere humanum ſtercus prędicti veneni antidotum a venatoribus in propinqua arbore ſuſpenſum,ad quod belluæ inſilientes,& fruſtra laborantes tandem emoriuntur. Licèt alij ſcribant,pardos non ſolum veneno vexatos,ſed quacunque alia ęgritudine oppreſſos,oletum inquirere,qua de cauſa venatores illud in alta arbore ſuſpendunt,vt Feras ad illud aſcendentes facilius interficere poſſint. Prętèr pardalianchem apud Dioſcoridẽ Apocynum, ſiue Cynoctonon hę frutex ſit repens, cuius folia cum adipe in panes coacta canes,lupos,& pantheras enecant. Prędictis addamus ex Geſneri ſententia piſces quoſdam nigros,& venenatos in Armenia reperiri,quos Incolæ contritos in ouium,aut caprarum diſciſſum latus abdunt,quod cum pardales guſtauerint continuò moriuntur. C

Veneno capiuntur.

Lib. 9. de hiſt.an.cap. 6.

Pardorum venenum.

Lib.4. cap. 66.

ANTIPATHIA, ET SYMPATHIA.

In dieb,can. colloq.7. MVlta ſunt animalia, quæ pardus odio plus ſquam Vatiniano proſequitur, & homini prędipuè taliter infenſus eſt, vt humanum ſimulacrũ in charta effigiatum videat verum hominem eſſe credẽs,illud ſubitò dilaceret, hęc ſcripſit Maccenas,qui poſtea de hoc varias auctorum opiniones eſſe protulit Æſculapius voluit ſolum hominis cranium leopardo ita eſſe inuiſum, vt ipſo viſo, illicò fugiat. D

Effugiat. Cæterũ iuxta aliorũ sententiã hæc Fera non totũ hominem, sed tantũ oculos, vel faciem acri odio insectatur, quod confirmat Gesnerus exẽplo Bestiarij Galliarũ Regis, qui demissũ ad venationẽ leopardum tali ratione recepit, & denuò ligauit. Bestiarius auersus accessit, & frustrũ carnis, retrò intra crura, feræ porrexit (uã si facie obuertisset bellua cũ inuasisset) & loro alligatum manu demulsit, atq; denuò ad suam sedẽ reduxit. Deinde Panthera, & Hyæna adeò hostili odio inter se dissident, vt si horum animalium pelles è regione aduersantes suspendantur, pellis pantheræ depiletur. His addit Porta corio Hyænæ loricatos ab aggressionne, & impetu pantherarum esse securos. Quamobrem Valerianus fuit huius opinionis pantheræ animum, visa Hyæna, tali metu occupari, vt nec etiam illi conetur resistere. Insuper pantherę murem araneum auersantur, ideò scribebat Gesnerus ipsas à visione huius bestiolæ perterrefieri. Pariter à gallo hæc bellua vehementer dissentit, cum testificetur Plinius peruncto s iure galli à leonibus, atque à pantheris non attingi. Serpentes quoq; à pantherarum antipathia non sũt segregandi, qui statim, ac eminus hãc Feram conspicantur, retrocedunt, & multi scribũt ob hanc dissensionem, angues ad indutum pantherina pelle nullo modo accedere, sed cum nullam afferant auctoritatem, ijs pauca fides adhibenda est. Præter animalia cum plantis quoq; & potissimum cum alio pardus gerit inimicitias; ideircò madefactos aqua, in qua alium prius fuerit incoctum, pantheræ non attingunt, & scribit Cælius, si pariet es litu alij infeceris, leopardi protinùs exeunt, nec resistunt. Hinc doctissimi viri colligunt, quando Rhasis. & Auctor horti sanitatis scriptis mandarunt hanc Feram terreri à planta, quæ vocatur herba leopardi, voluisse innuere terreri ab alio, cum alia planta non repetiatur, quæ formidinem pardis possit incutere, vt in Denominatis declarabimus. Si inuestigemus sympathiam discemus à Physiologis pantheram cæteris animantibus, præter supra nominata, indissolubili amore, cõ iũgi, quod natura nominis id nobis insinuat. Postremò loco pantheras herbis suauem odorem spirantibus delectari multi attestãtur, hac de re Philostratus asseuerat tales Feras aromatibus gaudere, & in Armenia per montes vagantes ad storacis lacrymas ferri, quoties venti ab ea parte flamies ab arboribus id gummi stillantibus odorem perferunt.

Modus ligãdi pardes.

Lib. 1. mag. cap. 14.

Lib. 11. Hierogl.

Lib. 29. c. 4.

Allium pantheris inuisum.

Lib. 2. vit. Appol. ca. 2.

VENENVM PARDI, ET CVRATIO.

IN tribus venenum pardi consistere Auctores consentiunt, nempè in felle, in morsu, & in vnguibus. Humorẽ felleum pardi venenatum esse cõfirmat Gesnerus ad mentem Ferdinandi à Ponzetto, qui retulit Scythas aduersus hostes præliaturos, felle pardi, tanquam præstantissimo veneno, sagittas inficere, vt vulnerando, & venenando patientibus mortem citius inferrent. Conciliator affirmat illum, cui exhibita fuerit portio fellis leopardi, in potione pati eadem symptomata, quæ patitur demorsus à vipera, & hanc sententiã roborat doctissimus Perdulcis, dum scribit. Fel pardi flaueſcente corpore, & ore amaresce te, trium horarum spatio interimere, nisi vomitu exputgetur, vel antidoto ab Auicenna præscripto corrigatur. Auicennas igitur ex professo agens de venenis desumptis ab animalibus, meminit fellis leopardi, & duo præstitit, prima facie referat signa diagnostica huius veneni, secundò proponit præsidia, quibus hoc virus expugnari possit. Quo ad signa Aeger hoc virulento humore refertus euomit choleram viridem, odorem Aloes in naribus persentit, & eius saporem in ore, nec non icteritia corripitur. Quamobrem non erit admiratione dignum, si medici inter causas externas icteri potionem fellis leopardi reponãt. Tandèm Auicennas subiungit hoc venenum esse letale, at si patiens trium horarum spatium superet ab hac venenatã affectione solet euadere. Quoad curationẽ: Hęc duo solet respicere, primùm vomitus prouocationem, vt si adhuc aliqua veneni portio continetur in cauitate ventriculi, educatur; deindè exhibitionem proprij antidoti, quæ recipit terræ sigillatæ, & bacarum lauri amborum partem vnam, coaguli Gazeli, vel vt alij legũt, capreoli partes quatuor, seminum rutæ, & mirrhæ amborum partem semissẽ, misceantur cum melle, & fiat theriaca, cuius dosis erit quãtitas iuglandis. Matthiolus in commentarijs ad Dioscoridem, præter antidotum præscriptam ab Auicenna, pharmaca, quæ in expugnando napelli, & vipere veneno conueniunt, summopere commendabat. Præterea huius Ferræ venenum consistit in morsu, & eò magis, quia recitat Martinus Polonus in nonnullis regionibus, si leopardus aliquem momordetit, confe-

Lib. de ven. cap. 78.

Lib. 11. prax.

Lib. 4. fen. 6 tract. 2. ca. 13.

Lib. 6. c. 25

stim murium copiam aduenire, vt saucium commingant, qui paulò post moritur. Verùm etiam iuxta aliorum sententiam, non semper pardi morsus homines venenat, sed tantùm cum hæc Fera libidine cupidinis intemperatæ exardescit, quia tũc mures ad saucium conueniunt, & perinungunt, vnde moritur. Vnde quidam, auctore Gesnero, ab hac bellua in luxuriam soluta vulneratus, nauigio in mare vectus est, ne à muribus infestaretur, qui hominem quærentes, cum peruenissent ad litus maris, constiterunt. Tertiò vngues huius bestiæ veneno prorsus non vacant, si credendum est Aetio, qui huius venenati vulneris præsentanea remedia, in medium affert, & præsertim cũ id confirmet Auicenas, dum huius Feræ denies, & vngues à natura venenata non porsus aliena esse asserat, & ibi medicamina pro tali affectione opportuna præscribat; quantũ etiã in capite de leone, nominimus. Restat solum, vt prædictis addamus centauream, & succũ eiusdẽ pardotũ morsibus occurrere, quẽadmodũ notatũ fuit in lib. de Cẽtaurea Galeno adscript.

In lib. de suppos. Pũtis. & Imp. Lib. 3. c. 13. lib. 4. sep. 6 tract. 5. c. 4. 10. l. 11.

A

ÆGRITVDINES PARDORVM, & Medellæ.

B

DVæ sunt affectiones nobis notæ, quibus hæc Fera aliquando premitur; altera est venenum Aconiti pardalianches, & Apocyni, cuius Dioscorides mentionem fecit; altera est rabies, qua pardus quandoque agitatur, cum Eustachius Kuidus has bestias rabie facile cotripi fateatur, & huius affignat rationem, quoniam hæc sunt animalia omnivora, & alimenta idẽtidem putrefacta, & alia abominabilia comedunt, quæ cũ sint excrementitia, neq; vlla siccitate coercita: consequenterq; superflua humiditate redundent, in humoribus prædictorum animantium ingentem corruptelam pariunt, ex qua deinceps multiplicata varia sympromata dimanant, quæ has Feras in rabiem præcipitare solent. Quando igitur aliquo affectu vexantur, duo norũt præsidia (inquit Albertus) quibus proprias ægritudines profligare conantur; primum est sanguis capræ syluestris, quem in prædictis casibus ardenter expetunt; secundum est humanum stercus, quo tanquam alexipharmaco in quibuscumque affectibus, sed peculiariter in venenis, fœlicitèr vtuntur.

Lib. 4. c. 76. Lib. 4. de morb. ven.

C

EPITHETA.

VItæ pardorum proprietas varijs epitheris occasionem dederunt, & primò versiculores pellis maculçi propterea Latini hoc animal vatium appellarunt. Ritè igitur Plautus introducens quendam variè ìo valetudine se habentẽ dicebat. *Mihi genus hoc Panthernum non placet*. Ludebat enì in illo verbo (varie) nam qui varie valet panthetino more valere videtur; optimo iure multi color vocatur pardus a Bapt. Mãt. & pictus à Martiali hunc in modũ.

In Epid.

lib. 1. epigr. 115.

Pulla quod iuga delicata collo
Pardus fastidiet

Non ab re à Græcis ποικιλόστικτος nempè multum pictus nuncupatur; item πόικιλόπτερος à verbo κεντέω pungo, quoniam varijs punctis pellis pardi decorata sit. Imò apud Nazianz. legitur παρδαλῆς ἔσπερα panthera varijs notis compuncta, à verbo στίζω cõpungo. Apud Euripidẽ habetur ποικιλόνωτος, qui vario dorso insignitur, ideo hoc quoq; epitheto pardus insigniri potest. Denique suũs rationibus Oppianus πόρδαλιναι ἐλάτεται, ideſt pardũ tergore varie gatum appellat, cum νῶτος dorsum, & αἰόλος variũ in græcis literis significet. Si feritatem belluæ contemplemur, alia inueniemus epitheta à poetis illi assignata. Hæc enim quandoq; nominatur ferox, quia etiam manſuefacta ferociæ nunquã obliuiscatur. Idcirco optima de causa ab Oppiano loco citato παρδάλεως ὀλοοῖ, & ab alijs Græcis λυγραὶ, scilicet ob crudelitatem pantheræ exitiosę, & funestę appellantur. Insuper à velocitate hęc Fera multa sortitur epitheta, dicitur enì celer, volucer, petnix, leuis, & fulminea, & in hoc sensu ab Homero θοαὶ παρδαλίες, hoc est, pãtheræ veloces vocitantur; ab alijs Græcis παρδαλὶς λασιόστερος ἠδανιόστερος circumfertur, quoniam hirtum, & lanuginosũ pectus habeat. Ab Oppiano tandẽ, cui nota erat impudica huius animalis natura, ἀναιδὴς, quasi impudens exponitur. Addamus in fine pantherã à loco natali cognominati Africanam, cum in hac regione potissimũ, & nusquam in Europa reperiatur.

Lib. 3. Cyneget.

In hymn. in Ven.

D

DE.

E

DENOMINATA, & COGNOMINATA.

OMissis proprijs virorum nominibus, quę à pardo denominari videntur, veluti sunt pardalus, qui fuit Laudini Episcopus, & Pardalus Diaconus Rhenensis Ecclesię, vt testatur Baronius, nec non relictis cognominibus, quorum vnum instar omnium sit illud Ioannis Antonij cognomento pātherę, qui elegātissimum opus de Monarchia Christi in publicum aspectum produxit, ad animalia, herbas, gēmas, loca, & alia inanimata, quæ à pardis denominātur, examinanda accedemus. Inter animalia, in prima fronte recensetur leopardus, cum à leone, & pardo, sit genitus, quamuis hodie auctores vocabulū leopardi cum pardo confundant. Catuspardus apud Florentinos animal est cuius pellis ad instar pardi maculosa esse fertur: facies verò cato simillima Lynx Africana alijs dicitur. Camelopardalis bellua est qua drupes è bisulcorum genere habens caput simile camelo, & pellem in colore similem pātherę, Gyrapham nonnulli appellant, huius meminit Horatius dum cecinit.

Lib. 2 epist. 2.

F *Diuersum confusa genus Panthera camelo.*

Præter dicta animalia, in rerum natura sunt leones pantherini, quos Bartholomęus cognomento Anglicus scribit nasci in Syria, qui pelle sunt nigri, in candidis verò maculis pantherę simillimi. Imò, & canes pantherini pulchris maculis hodiè insigniti visuntur, hos vulgus muscatos appellat, cum huiusmodi nigræ maculæ tot muscę eminus esse videantur. His adiungenda est illa bestia, quę apud Græcos panther dicitur estq; masculini tantùm generis, & lupis adnumeratur, ideo alijs lupus ceruarius, alijs lynx, alijs lupus canarius, vt Gaza, & Niphus ex Aristotele vertunt, Arabibus lupus Armenius, Turcis Cicalus, & denique lycopanther nominatur, cum dorso pantheram æmuletur, & facie lupū repręsentet. A quo verum discrepet chaus animal, quod Galli raphium vocant lupi effigie, & pardorum maculis, vt recitat Plinius, alio in loco inquirendum erit. Capreolorum etiā quædam species est, quæ, vt legitur in historia Batauię, vagatur in monte Hagano latiusculis cornibus, corpore ceruum mentiente, & tergore maculis conspersо ad instar pantheræ. Verùm quid dicemus de nonnullis equis, qui Orynges vocitātur, vel à montibus quos incolunt, vel ab impetu, quo ad libidinem feruntur, qui pātherini possunt indigitari, cum pellem rotundis pantheræ maculis similem à natura induantur. At παρδίον apud Aristotelem, quod Gaza legit παρδιον Fera est cornuta, iubata, & ab equo apud Aristophanem denominata, & Gesnerus miratur cum hęc bellua nihil habeat cum pardo cōmune, quomodo hippardium possit appellari, cui nonnulli respondent, ita vocari, cum ab equo aspectum, & à pardo velocitatem desumat. Paritèr in extrema regione Arabiæ, vt refert Strabo, quædam simiarū species degit, quæ facie leonem, & reliquo corpore pantheram imitatur, neq; hoc nos debet in aliquam admirationem trahere, cum scribat Onesicritus, teste Gesnero, se vidisse pelles formicarum Indiæ Pantherinis valdè similes, & Pausanias in Arcadicis narrat corpori gryphū maculis inesse pantherarum. Aues postea nonnullę à pardis denominationem sortiri videntur, vt pardalus auis species multis maculis exornata quemadmodum in Ornithologia explicatum fuit. At Scholiastes Aristophanis in auibus Porphyriones pantherinos nuncupauit, nempè per iocum pantherarum pellibus indutos, cum eorum pennæ cęruleo colore prædītæ sint. Pisces tandem à pardorum denominatione non abhorrent, cum Ael. promulget mare circa Insulam Taprobanam procreare infinitos pisces, quorum multi à pantheris cognominantur, quia capita pantherarum habeant. Alij verò pisces sunt de genere mugilum, qui dicuntur παρδίαι λεπρᾶς, cum pardorum more in tergore maculas ferant. Prædictis plantarum denominationem annectemus inchoādo ab herba pardalianche, quæ Græcis παρδαλιαγχὶς à verbo ἄγχω strangulo, denominatur, quoniā pardi ea deuorata suffocentur. Gerit hęc plāta, teste Dioscoride, folia lata instar cucumeris, & radicē incuruam instar caudę scorpionis, & iuxta sent. Gesn. hodie In paucissimis locis cognita est, in mōtibus Sabaudię, & Gallię Italiam versus Thora quasi phtora vocatur. Bauhinus in Matth. duas Aconiti species exhibet, quarum vnam folio lato describit, & pardalianchem indigitat, alterā folio platani, & lycoctonū nominat. Pardalianches postea multas species recensет, quas vnusquisq; apud ipsū videre potest. Alia deindè herba apocynū dicta describitur apud Dioscoridem, quæ etiā sub nomine pardalianches circūfertur, cū huius quoq; puluere cū carnibus mixto pardi intereant.

Lib. 18 cap. 80.

Cap. 14.

G

Lib 2 de hist. anim.

Lib. 20. cap. 65.

Pisces pantherini.

H

Lib. 4. cap. 72.

Aconiti species.

Præter herbas enumeratas habetur apud Rhasim, referente Gesnero, herba leopardi, sed quæ planta sit intelligenda, Gesnerus ignorat; verùm quæ notum est apud physiologos inter pardum, & allium maximam antipathiam intercedere, propterea nonnulli herbam leopardi allium interpretantur. Ad summum inter herbas a pardis denominatas leontopetalon connumerandum est, quia in nomenclaturis Dioscoridis pardalion dictum inuenitur. Cæterùm gemmæ se se offerunt ponderandæ, cum multi Auctores tradant smaragdi quoddam genus persicum dici posse panthermum, quia pantheræ um oculis simile colorē præseferat. Item pardalios apud Plinium, & Græcis παρδαλιος λιθος gemma est maculis quibusdam pantheræ similibus variegata. Num verò sit lapis pantherus apud Albertum multos habens colores, consequenterquè tot facultates suo loco exponetur. Præter gemmas, multa loca ab huiusmodi animalibus nomen desumunt, vt mons leopardorum, qui distat à Tripoli duarum leucarū spatio; vt legitur in descriptione Terræ sanctæ. Accedit terra Eremborum, siue Troglodytarum, aut Saracenorum in Libya, quæ pantheræ pelli similis esse dicitur, & id accidere huic solo, propter adustionem Solis Eustathius refert. Italia quoquè habet thermas quas pantherinas appellant à Cælio Aurelano in curatione paralysis summopere commendatas. Vt finem huic tractatui imponamus, alia inanimata breuiter enumerabimus, quæ ab hac Fera cognominantur, vt pardalion, quod fuit vnguentum apud Priscos, vt voluit Plinius, atquè hoc nomine decorabatur, quoniam huius bestiæ odorem redderet, & apud eumdem auctorem habemus quasdam mensas apiatas, & crispas, quæ ob varietatem pantherinę dicebantur. Pardalea denique vocatur pellis pardi, teste Cælio Rhodigino, quemadmodum leontea pellis leonis, & anthropea pellis humana. Varrino dicitur παρδαλὶν καὶ παρδαλὴν, & per synæresim παρδαλῆ, nam παρδαλιον, ὑπαρδαλωτὸν panthernum, & quicquid habet colorum varietatem significat.

Lib. 37. cap. 11. *Loca à pardis denominata.* *Lib. 2. cap. 1.* *Lib. 13. cap. 1.* *Pellis pardi.*

A B

MYSTICA, ET ALLEGORICA.

Ricciardus in commentarijs symbolicis nixus auctoritati Dyonisij in cœlesti Hierarchia, pantheram in Diuinis denotare summam Trinitatem attestatur, quam sententiam pantheræ proprietatibus possumus stabilire. Primò panthera colorum varietate cæteras animantes ad sui aspectum inuitat, & ne toruitate faciei terrætæ aufugiant, illam occultat. Rectè Deus pater talis est, qui varietate omnium colorum, ideſt omnium virtutum, & perfectionum redūdat, quamobrem omnes sancti, & viri perfecti ipsum sectantur; eiusquè pulchritudinem admirantur, toruitatem tamen faciei, hoc est rigorem iustitiæ, quo punit peccatores, reformidant. Idcircò optimo iure in hoc sensu Osea dicebat. *Ego ero ficut Pardus in via Assyriorum.* Hac quoque ratione ducius Hieremias hæc scriptis mandauit. *Quis non timebit te ô Rex gentium,* propterea hæc faciei toruitas, nempè iustitiæ rigor occultatur, cum erga Iustos non exerceatur; hac de causa legitur in Exodo, *faciem autem eam non videbis.* Deinde Deus filius mysticè potest pantheræ assimilari; hæc enim saturata ad cryptam descendit, & tridui spatio sopore detinetur, postea surgens in emittenda voce suauissimum odorem spirat, quo cætera animalia, præter draconem, delectantur. Christus panthera nuncupari potest, quia omnia animantia, nimirùm omnes homines tàm iustos, quàm peccatores summo amore prosequitur, cum habeatur in libro sapientiæ. *Diligit omnia quæ sunt, quoniam sua sunt.* Imò hæc panthera maledictis, compellationibusquè probrosis inctata, & iniurijs huius generis saturata, quemadmodum legitur in Threnis: *opprobrijs saturabitur* se in crypta sepulchrali occultauit, & transacto tridui spatio à somno mortis resurgens tàm suauem vocem per Apostolorum prædicationē emisit, vt omnes, excepto dracone, nempè Diabolo, eum secuti sint, qui talem vocem adeò abhorret, vt illam euitando ad intima, vsquè Inferni penetralia se receperit. Denique Deus Spiritus sanctus, qui omnigenis virtutibus, & diuinis perfectionibus Apostolos Christi exornauit, illisque suauissimam loquelam cum linguarum varietate pro euangelica prædicatione communicauit, mystica panthera pronuntiari poterit. Amplius in Reductorio Moralij Berchorius mysticam pantheram Beatam Mariam semper Virginem appellabat, quoniam panthera omnium animantium, excepto serpente, amica perhibetur, portionē prædę

Lib. 2. *Cap. 13.* *Cap. 10.* *Cap. 33.* *Cap. 11.* *Cap. 3.* *Lib. 10. cap. 76.*

C D

animan-

E animantibus sui generis distribuit, pellem variegatam induitur, vnica paritura contenta est, & ab eius ore iucundissimus odor exit. Has omnes prærogatiuas in Beatissima semper Virgine Berchorius contemplatur; hæc omnium virtutum luce clarescens varregata conspicitur, omnium tam iustorum quàm peccatorum amica est, prædæ portionem nimirum deprecationem, & auxilium pio famulorum cœtui impertitur. Hæc non peperit, nisi semel, è cuius ore vox odorifera, ideſt oratio dimanat, qua serpens Diabolus perterrefactus à tentamentis, quibus homines ad peccata instigat, recedens ad spelunca infernalem confugit. Vnde optima de causa Isaias hoc assertum diuulgauit. *Percussisti superbum, & vulnerasti Draconem.* Vice versa iuxta mentem Eucherij, & Laureti in sylua allegoriarum, Diabolus non solum ob crudelitatem nomine pantheræ insignitur, sed etiam quia in humano genere peruertendo, more pantherarum, varius, & subdolus sit. Imò, auctore eodem Laureto, huic bestiæ similis erit Antichristus, quoniàm multi populi in moribus varij ipsum, tanquam cœtera animalia pardum, sectabuntur; non immerito D. Ioannes in Apocalypsi hucrespiciens dicebat. *Vidi de mari bestiam ascendentem, & bestia, quam vidi similis erat Pardo.* Quamuis per pardum ex Daniele nonnulli allegoricè Græcorum Monarchiam exponant, qua de causa Nicolaus Reusnerus in sacris emblematibus proponens symbola quatuor Monarchiarum canebat hunc in modum.

Diabolus quare panthera dicatur.

Antichristus Cap. 13.

F *Cap. 7. Emblem. 23.*

Pardalis Argolicos signat Fera tertia Reges,
Quatuor alarum, qua capitumque fuit.
Quatuor in Reges Regnum discerpitur vnum,
Cum citò perdomito victor in orbe iacet.

Præterea pardi in diuinis literis significant inordinatos affectus, qui sunt crudeles aduersus animam, non solum ob colorum varietatem, sed etiam ob pernicitatem huius animalis. Quocirca Hieremias notabat hanc sententiam. *Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* Postremo Iudæi, Hæretici, & Hypocritæ allegoricè possunt appellari pardi, vt animaduertit Laureus loco citato, quoniam tanquàm fraudolenti audaci illecebra, vanissimoque commento christicolarum animas in fraudem trahere conantur.

cap. 13. Qui pardi dicantur.

G

MORALIA.

EX Pardorum natura, & proprietatibus multa ad christianam morum honestatem vtilia elicere possumus. In primis notum est cœtera animalia ob odoris fragrantiam, pelliscq; venustatem Pardum insectari, exceptis draconibus. Christum igitur, vt expositum fuit in mysticis, propter varium colorem honestæ consuetudinis, suauem odorem famæ, & operationis cœteræ bestiæ, nimirum peccantes imitando sequi, & contẽplando admirari debent. Itaq; illud assertum Canticorum ab hac veritate non erit alienum. *In odorem vnguentorum tuorum currimus.* Dracones verò, qui Pactoli arenis delectantur, & qui ingentes irarum motus colligunt, ob crudelitatem effrenati pardum diuinum auersantes in opacum bonorum temporalium spelæum se conferunt; quarè de his non iniuria, potest pronunciari illud Isaiæ Dictum. *Introibunt in spelunca petrarum, & in voragines terra.* Si percuramus pantheræ proprietates, breuiter intelligemus virum iustum, & perfectum, auctore Berchorio, à prædictis non recedere. Nam si panthera cœteras animantes sui generis diligit, illisque aliquas prædæ particulas distribuit, pari ratione vir iustus omnes amplectitur, illisque, qui de suo genere sunt, in egestatibus subuenit. Propterea Apostolus scribens ad Timotheum in simili sensu hanc protulit sententiam. *Qui suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* Insuper cœtera animalia odore attracta consuetudine pantheræ præter serpentes, summopere lætantur. Homines Christi præcepta amplexantes virum iustum odore sanctæ eruditionis, & moralis conuersationis allecti sequuntur. Serpentes verò, ideſt Inuidi, Detractores, & Maligni suauem eruditionis vocem contemnentes iucundam viri iusti consuetudinem vitant, vir quoque perfectus, exemplo pantheræ, hostili odio crimina insectatur, huic enim Ferę animantes gratæ, & serpentes admodum inuisi esse feruntur, sic virum iustum cum hominibus

cap. 1.

cap. 2.

H

Lib. 1. cap 5

Serpentes qui dicãtur.

Diabolus pãthera imitator.

bus pacem,& cum vitijs bellum gerere obſeruamus. Panthera minutis orbiculis pellem adeò ſuperpictam geſtat, vt tota oculata eſſe videatur,ita vir perfectus huiuſmodi pellẽ induit,& tot oculi ſunt prudentiſſimæ cautellæ,quæ in rebus humanis adhibendæ ſunt. Tandèm hæc Fera ab Hyreanis venenata ad ſtercus humanum, tanquàm ad egregium alexipharmacum ſe conuertit. Homo quoquè chriſtiana eruditione impulſus, quandò delicijs carnis, tanquam potentiſſimo veneno ab Hircanis, ideſt à Dæmonibus afficitur, ſtatim ad contemplationem fœtidę carnis confugere debet,hac enim ardentes voluptatum illecebras compeſcet; nam,teſte D. Hieronymo, nihil adeò valet ad domanda carnis vitia,quàm cogitare, qualis futura ſit caro moritura. Ex altera parte ſi pardi conditionem rectè excutiamus,ipſum præferre Diaboli naturam inueniemus, quia hoc animal non curſu ſed ſaltu prædam inuadit,& ſi tertio ſaltu illam non apprehendat præ indignatione,quaſi victus reuertitur. Diabolus ijſdem ſaltibus ad animam hominis irretiendam fertur,& primò vtitur ſaltu cogitationis,deinde ſaltu delectationis, & ſi deficit in tertio,nempè in ſaltu conſenſus,& operationis,tunc quaſi victus à præda reſilit. Quoniàm debemus imaginari ipſum talis eſſe naturæ aduerſus Deum, qualis eſt pardus aduerſus hominem,ſed pardus adeò hominem odit,vt,ipſo conſpecto,in eius oculos illicò inſiliat. Diabolus ergo cum Deum attingere nequeat,homini ſemper inſidiatur. Idquè menti imprimendum eſſe videtur,quia Pardus de leone non viribus,ſed aſtu triumphat, parat foueam duo lata orificia habentem,medium verò foueæ anguſtum,& ab vnguibus leoninis fugiens in hanc foſſam ſe præcipitat, & cum gracilis ſit per medium foueæ anguſtum tranſiens per aliud orificium egreditur, deindè leonem ob corpulentiam exire nequeuntem aggreditur,& interimit; Diabolus,Pardum,& Leo hominem repreſentat, qui adeò eſt fortis, vt inuitus à nemine poſſit ad peccandum impelli. Quare Diabolus cum viribus hominem ſuperare non valeat,aſtutia illum circumuenire conatur. Demùm nullum reperitur animal, cui lęthali conſcientiæ vulnere affecti magis aſſimilari poſſint, quàm pardo, & præcipuè ſi noſmet conuertamus ad homines auaritiæ operam dantes; hi procul dubio naturam pardi imitantur,qui ablatis à venatore catulis inſigni rabie detinetur,& ſanguinem humanum auidè apperit. Auari non ſolum humanum ſanguinem pecuniarum in dies deſiderant,& plurima poſſidentes plura petunt, verum quoquè diuitijs ablatis maximopere cruciantur. Ideo non ſine ratione D. Gregorius de his hanc proferebat ſententiam. *Non ſine labore perditur, quod tanto amore poſſidetur.* Satiùs tamèn probitatis, & ſanctimoniæ ſimulatores ob gratam, & iucundam conuerſationem pardos æmulantur,pedes verò leoninos, ideſt effectus valdè diuerſos habent, hac de re Cicero hæc ſcripſit. *Nulla eſt totius iniuſtitiæ capitalior,quàm eorum,qui tùm maximè fallunt,hoc tamen agunt,vt boni viri eſſe videantur.* Tales etiam ſunt hæretici,qui pulchritudine pellis,nempè exterioris conuerſationis, & fallaci vocis dulcedine viros probos ſeducunt, ſed toruitatem faciei, more pantherino, ideſt prauam intentionem abſcondunt, ſicquè bonos viros deprauant,& occidunt;vel,vt annotat Berchorius, hi ſunt tot pãtherarum catuli vnguibus matris vterum lacerantes, ideſt prauis doctrinis vnitatem Sanctę Matris Eccleſiæ diuidentes. Non alterius conditionis ſunt illi,inquit D.Baſilius,qui vitam ſpiritualem amplectuntur, & tamèn vincula mundanæ vitæ pęnitus non reuellunt. Sunt igitur ſimiles pelli pardalis, cuius pili, nequè omnimodam albedinem, nequè nigredinem,ſunt adepti. Quare huiuſmodi homines pardalea conueſtiti,& iuxta Græcorum mentem πολυειδεῖς vocabuntur. Non valdè recedunt à pardorum natura Tyranni,Præſides improbi,& hominès in crudelitate inſignes. Panthera occultato capite, & ſuaui halitu attracta ad ſe animalia vorat; ſic Tyrannus prætextu publicæ vtilitatis,mala intentione tecta, leges, atquè Edicta non alia cauſa promulgat, niſi vt Fiſcus augeatur,atquè ita populi ſanguis in vſum Tyranni cedat,quod elegantiſſimo emblemate Alciatus expreſſit. Pardus,vt notum eſt,cum leæna adulteratur,& leopardos gignit. Præſes improbus,teſte Berchorio loco citato, quandò alicui vrbi imperat, cum illa dicitur adulterare,& leopardos,nempè malos ſubditos, & verſipelles generare. Tandèm cæteri homines in feritate inſignes veluti milites, & ſatellites meritò leopardi poſſunt nominari; hanc ob cauſam Ignatius ſcribebat. *A Syria Romam uſquè cum beſtijs depugno per terram, & mare nocte dieqnè vinctus cum decem leopardis*, ideſt cum militari cuſtodia. *qui ex beneficijs peiores fiunt.* Poſtremò non eſt omittendum meretricem pantheræ naturam imitari, quod innuebat Gabriel Simeon in pio Dialogo, quoniam hæc fera ſua

Peccantes pardo aſſimilantur.

Lib. 1. de of.

Lib. 10. de red. mor. cap. 19.

Tyrãni panthera ſimiles.

Præſes improbus.

In epiſt. ad Rom.

Meretrix pãthera cur dicatur.

E sua pulchritudine ceteras animantia allectat, & deuorat, simili modo meretrix hominum sanguinem, & pecunias vorat, hinc auctor colligit huiusmodi pantheras fugiendas esse

PROVERBIA.

PRouerbium est adagiū desumptum à pelle pardi, quæ nulla abstersione nigros orbiculos amittere potest, sicuti neque Aethiops fuscum colorem. *Pardus maculas non deponit.* Prolatū fuit hoc prouerbiū à Nazianz. in illum, qui aliquo in vitio occalnerit; nā quemadmodum panthera versicolor atras pellis noras non amittit, nec Aethiops nigredinem, similiter in dies peccans vitia nescit deponere. Huic addit aliud prouerbiū Gesnerus, quod est. *Pardalean gestat,* & proferri potest in illū, qui sit animo inconstans, vatius, & fraudulentus. Deniq; a Græcis hoc pronunciatur ἀβέβαιον παρδαλεοῦ τοκρίνθου. *Pardi mortē simulat.* Tractū est hoc adagium à pardis simias capientibus, qui vt illas irretiant, mortuos se esse simu-
F lant, vt narratum fuit in exponenda natura huius animalis. Solet autem hoc promulgari in illos, qui cæteros homines decipere conantur.

HIEROGLYPHICA.

NVllum est animal, cuius simulacrum apud Aegyptios plura hominū vitia possit significare, quàm pardalis. Idcirco prima facie ebrietatem manifestantes, pantheram effigiabant, vt scribit Pierius, & ratio erat, quoniā hæc Fera vini cupidissima sit. Paritèr per figuram pantheræ hominē insatiabilē, & omnia appetentem denotabant; nulla alia ratione moti, nisi quia huiusmodi Fera omne genus animantium venetur. Imò ob hanc eandem rationē impudentiæ quoquè poterit esse Hieroglyphicū, cum Aristophanes hanc improbitatis notam pardali inurat. Amplius Aegyptij hominem dolosum, & fraudulentum designa-
G turi formā pardi delineabant, nō alia ratione impulsi, nisi quia hoc animal cæteras animantes clanculum insectetur, vel quia, vt ferunt, occulato capite, & odoris solummodo facta copia bestias inuitas comprehendat. Nulla igitur iniuria Græci, teste Vatino, hominem moribus vatium, quasi pardalea vestitum παρδαλοῦν indigitant. Ab his nō valdè recedit opinio Gabrielis Symeonis, qui pantheram, secùs leporem pictam indicare fraudem, vel charitudine velatam fatebatur, quia panthera cognoscens se ab alijs bestijs amari, & solum ipsius aspectum timeri, tunc illa facie occultans appropiāquantibus bestijs in pabulum vescitur. Præter hæc, simulacrum pantheræ nobis viraginem significare potest, & hæc opinio desumpta est ab Aristotele, qui pantheram maiore fortitudine, & ferociorem esse constituebat. Demum Prisci celeritatem inuentes pardalim figurabant, cum constet apud Physiologos pardo velocitatem principaliter conuenire. Propterea admirari desinemus, si Glyca Alexandrum magnum pardali compatauerit, quoniam ille citò victorijs suis orbem terrarum peruolauerit. Prædictis tanquàm coronidem addemus hoc Hieroglyphicum, nempè Aegyptios volentes demonstrare aliquem
H ab inferiori, & deteriori superatum, pantheræ, & Hyænæ tergora committere, quoniā illis compertum erat, vt narratum fuit in antipathia, hæc duo animalia ita inter se dissentire, vt si pelles vtriusquè simul iungerentur, necessariò panthericæ tergus depileretur.

Lib. II.

Impudētia hyeroglyphicum.

In dialog. pio.

lib. 2. Ann.

EMBLEMATA, ET SYMBOLA.

MIrabiles, & multæ pardorum proprietates viros, neque à musis neque à Charitibus abhorentes ad speculandū adeò incitarunt, vt ex illis varia emblemata, & symbola desumpserint; hinc Camerarius depinxit pantheram cum multis animalibus ipsam sequentibus, & hoc emblema sic inscripsit, ALLICIT, VT PERIMAT. cum scribant Physiologi pantheram odoro, & insuè pellis pulchritudine cunctas quadrupedes mirè solicitari, sed capitis

In lib. emb. ex Anim.

totius-

torpitate terreri quare occultato capite animantes decipiuntur, ſubſcribit autem diſti- A
chon hunc in modum.

Luxuriem Iuuenes malefidos ſperuite amores.
Nam necat illecebras Pardus odore Feras.

Lib. 2. emb. 20. Huc procul dubio reſpexit Reuſnerus, dum figurauit panteram ſecus fontem vino me-
taciori medicatum cum inſcriptione. ABSTINE VENERE, ET BACCHO. Illi
enim notum erat pantheras ebrias facilè coerceri, & addit pulcherrimū dodecaſtichon
in quo annotat homines etiā robuſtos, quos Mars domare nunquam potuit, Baccho ta-
men, & Venere ſuperatos fuiſſe, quod quia dignum eſt, vt memoriæ mandetur nos non
piguit id, hoc in loco, recenſere.

Sana feroxquè licet poſito pantbera lyæo
Ebria captiuas dat ſine lite manus.
Quem Mars haud vincit feras ſine robore vincit
Compedibus Bacchus ſæpè, Venuſque ſuis.
Crine potens Sampſon inuictus robore quondam. B
Pellicis infamis victus amore perit.
Magnus Alexander dux inſuperabilis armis,
Occidit herculeis hauſtibus ante diem.
Annibal à Latio ſuperatur milite Pœno
Aſſidue luxu languidus, atquè mero.
Plus Venus, & vinum, quàm vis ferrumquè nocere.
Sæpè ſolet medium qui tenet ille ſapit.

Lib. 1. emb. 15. Præterea Reuſnerus contemplans artem aliquando moliri illa, quorum periculū natu-
ra nunquam feciſſet, picturam pardorum currū trahentiū repræſentault, hancquè ſic in-
ſcripſit. ARS VICTRIX NATVRAE. Deindè in gratiam huius emblematis mul-
ta carmina compoſuit, quorum locū, breuitatis ſtudio, citaſſe ſufficiat. Inſuper Camera-
in lib. emb. ex An. 39. rius ponderans illud adagiū ſuperiùs explicatū ſcilicet. *Pardum maculas non deponere*:
elegantem pantheræ iconem, ante cōſpectum omnium protulit, cum hac inſcripcione.
HAVD MVTABITVR VNQVAM. In hoc emblemate notantur potiſſimum ho-
mines ſupra modum improbi, quorum mores ſubdoli, & fallaces planè in naturam (vt
Homines improbi qui dici ſolet) abierunt, nec ſalutaribus admonitionibus vllum locum concedunt. Qua de C
cauſa optimo iure propoſitæ figuræ ſubſcribitur hoc diſtichon.

Calida ſi varias ſibi Pardalis exuit orbes,
Exuet & mores mens ſcelerata malos.

Idem auctor paulò inferius pardum animalia inſequentem figurat cū hac inſcriptione.
AVT CAPIO, AVT QVIESCO. Cuius emblematis argumentum eduxit ex natu-
ra pardi, qui auctore Phyſiologo, niſi tertio ſaltu Feram deprehendat, pudore quodam-
modo affectus retrocedit. Quare conſilium auctoris eſt ſignificare nobis occaſionem,
quæ ſe ſe offert, capiendā eſſe. Opportunitas enim aliquid agendi momento euaneſcit,
quod eleganter deſcribit hoc diſticho.

Adnigila præſta, momente occaſio conſtat,
Elapſo hoc, fruſtra quod facis omne facis.

Lib. 1. gen. dia. Tandem ſi lectores indagādi ſymboli labor agiteт, ſciant inter auctores ſolū Alexandrū
ab Alexādro vnius meminiſſe, quod in Phrygū conſuetudine poſitū erat. Hi pardali ſo- D
ribus affigebant, eratq; ſymbolū īmunitatis, ne illa domus hoſtiū incurſionibus pateret.

PHRENOSCHEMATA.

VIri Scriptores Italici, vt Bargalius, Percinallus, & Palatius meminerunt
Phrenoſchematum, in quibus pardus vario modo pictus exhiberur. Bar-
galius pardum belluas perſequentem reptæ ſentat cum hoc Dicto. AVT
CITO, AVT NVNQVAM. vel vt alij docti viri legunt, AVT CI-
TO; AVT SPERNO. Inuentor huius phrenoſchematis, vt auctor re-
ſert, fuit Iacobus Superantius Senator Venetus, cuius inſignegentilitium figura pardi
exornabat, volebat enim ſignificare in rebus arduis peragendis induſtriam, & celeritā-
rem,

rem, qualem pardo competere diximus, admodùm necessariam esse, quæ si tunc locũ non habeat, quiescendum, & opportunam occasionem expectandam esse. Conuenit summoperè hoc phrenoschema, cum explicato emblemate, quod tali inscriptione erat decoratum. AVT CAPIO, AVT QVIESCO. Io. Audreas Palatius narrat quemdam virum acrimonia ingenij præstantem pinxisse pantheram cum hoc Dicto. ALLICIT OMNES. Panthera enim, vt tuit expositum, capite cooperto, Feras allectas necat. Sic ipse hoc phrenoschemate fortè alludebat ad aliquam mulierem, quæ raræ pulchritudinis velamine ferum animum tegebat. Bernardinus Perciuallus innumeris laudibus cumulat quendam equitem perurbano, & admodum festiuo ingenio natum, qui delineabat pãtheram cum hoc Dicto Italico. ARDER LONTANO, ET AGGIACCIAR D'APPRESSO, cum bene nouerit, quid natura huic Feræ congenuerit; namquè hæc herbis tecta capitis toruitate odorifero halitu, & tergoris pulchritudine bestias allicit, & deuorat. *In lib. Ital. de Insign.*

ÆNIGMATA.

Lariſſimi viri, & multiformi eruditionis ſupellectile inſtructi varios griphos ad hanc hiſtoriam ſpectantes compoſuerunt, quibus acris, vegetiquè ingenij ſpecimen præbuerunt. hoc in loco duorum ſolummodo mentionem faciemus, quorum primus conſiſtit in hoc diſticho.

Pardum mitto tibi, ſed Pardum credere noli,
Paruorum leporum, qui tibi ſæpè placent.

Vt diſſeremus huic nodum phœbeo acinace opus esse non putamus, ſufficit enim primũ verbum diſtichi in duo verba diuidere, & tunc legemus. Dum par leporum paruorum mitto, qui tibi ſæpè ſolent placere, noli credere esse pardum animal. Alius ſcriptor italicus eruditorum optimus, & optimorum eruditiſſimus diuulgauit ænigma, quod verſibus ſaphicis ſic redditur.

Orbibus quis ſum maculoſus atris
Dormiens multum ſaturatus eſca,
Mequè ſurgentem ſequitur Ferarum
Magna caterua?

In diſcutienda huius dubitationis caligine multa luce non indigemus, quoniam ex recitatis pardi proprietatibus coniectamus hunc Auctorem introducere pardum proprias prærogatiuas, & dotes enarrantem: Propterea hinc nobis erit tranſitus ad Apologos.

APOLOGI.

Aurentius Abſtemius vir præſtanti mythologiæ ſcientia conſpicuus celebres narrat apologos, ad elegantium morum honeſtatem ſpectantes, & inter alios aliquandò introducit pardum ob pellem candidam atris orbiũ notis variegatam corãm cæteris animantibus inſolenter gloriantem, qui dotibus formæ alijs animalibus ſe antecellere aſſeuerabat, & ex altera parte vulpis ſermonem aduerſus arrogantiam, & ſuperbiam pardi in medium affert, qui ſic ſe habuit. Oportet reuocare in memoriam, inquit vulpes, hoc decorum pellis ornamentum non poſſe vllum animal à morte vendicare; præterquamquod mea mens tot coloribus, quot in tua pelle refulgent, ò parde, inſignitur. Ex Apologo hanc moralẽ doctrinam haurire debemus, nimirùm habitum animi, & non corporis ſpectandum esse, vel vt alij volunt, pulchritudinem animi forma corporis esse venuſtiorem. *In lib. Mytholog.*

PARDI,

PARDI QVIBVS DIIS SACRI.

A

Lib. 3. præp. Euang.

NOnnulli pardalim illi Deo ſacratam eſſe iudicarunt, qui ab Ethnicis Pan vocabatur, hac peculiari ratione ducti, quoniam huius Dei ſimul acrſrexuijs pardi ornatum obſeruarunt. Sed Euſebius Pana vniuerſi ſymbolum apud Priſcos fuiſſe affirmariſſimè ſcriplit; ideoquè cornua illi fuerunt aſſignata ob Solem, & Lunam, nec non variam pardalis pellem propter cęleſtium corporum varietatem; quod etiam Phornutus atteſtatus eſt, non quòd pardalis huic Deo dicata eſſet. Non defuerunt alij politioris literaturæ ſtudioſiſſimi, qui pantheram Proteo Deo Marino, à regno Phari Inſulæ pharię nuncuparo, conſecratam eſſe arbitrati ſunt, & ratio illorum erat, quoniàm illa animalia grata, & ſacra huic Deo eſſe pu-

Lib. 4. Odyſſ. tabant, in quæ talis Deus ſępè numero transformaretur. In pantheram autem fuiſſe aliquando transfiguratum teſtatur Homerus hoc verſu.

Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας λὶς

B

ideſt.

Porrò deinde Draco, & Panthera, atquè ingens ſus.

Verum horum opinioni non debemus adſtipulari, cum de hac re teſtimonia grauia, & rationes valentiores non exhibeant. Communis tamen opinio virorum ſingulari ſapien-

Lib. 1. ſat. dier. tia prædirorum eſt, Pantheras Baccho conſeeratas fuiſſe. Primò, quia ſcribit Macrobius, quandoquè apud Priſcos Bacchum fuiſſe figuratum pampinis, hedera, & frondibus ſiculneis coronatum in curru triumphantem, & à pantheris tractum; quamuis ſit admodum difficile ex picturis, & ſculpturis Antiquorum diſcernere à ſe inuicem hæc animalia lynces, tigrides, & pantheras, cum horum omnium pelles maculis nigris inſigniantur.

Lib. 2. vit. Apol. cap. 2. Pariter Philoſtratus opinatur ab Antiquitate pantheram Baccho dedicatam fuiſſe, quoniam in Pamphylia capta fuit panthera habens torquem aureum circa collum cum literis armenijs huius tenoris. REX ASARCES DEO NYSAEO. Regnabat fortè illis temporibus in Armenia Rex Aſarces, qui huiuſmodi pantheram eximia magnitudine

Lib. 11. Hyeroglph. præſtantem Baccho ſacrauit. Bacchus enim Nyſæus à Nyſa, quæ in India eſt, denominatur. Prædictis addamus auctoritatem Pierij, qui recitat ſe obſeruaſſe numiſmata, in quorum altera parte Bacchi, in altera verò pantheræ icon conſpiciebatur. Non deſunt quoquè multæ rationes, quæ nobis perſuadent Libero patri pantheras conſecratas fuiſſe. Prima eſt hæc, quia inter animantes, hæc Fera vini ſummoperè ſit auida, & auctore

Baccho cur pantheræ ſacratæ. Aeliano, bacchei is liquoribus madefacta, ebria, & ſopita facilè coerceatur. Deindè quoniam Bacchus Autumno præeſt, ſed tempus autumnale inconſtans eſt, & varium, hac de cauſa varietatem pellis pardalium repręſentat, hinc conuenientiam Bacchi cum pantheris cognoſcimus. Inſuper non eſt omittendum Bacchi nutrices in pantheras fuiſſe trãſfiguratas, propterea non debemus admirari, ſi Oppianus hac ratione impulſus pantheras Libero patri conſeratas eſſe canat hunc in modum Bodino interprete.

C

Pantheras etiam ſe ſitno carmine vates;
Ludunt pampineæ nutrices eſſe Lyæi:
Inde fit vt Baccho ſe oblectentur amico,
Et placidi ſitiant Euantis dulcia vina.
Illuſtres ideò Bacchas effecit Iacchus.
Senex Panthera, vt fuſus iſtæ desinceps.

D

Alij literarum non tenuitèr periti Pantheras Baccheo numini ſacratas fecerunt, quoniã pantheræ calidiſſimæ ſint temperaturæ, & in ſaltando agiles, quemadmodum Bacchæ, Thyrſigeræ, quæ Bacchum comitabantur; vel tandem quoniam, capta à pyratis Liberi patris nauj, is fraudem animaduertens, aſſumpto thyrſo, multis animalibus, ſed præcipuè pantheris ſe ſtipatum ante pyratarum conſpectum repręſentauit, qui inopinato ſpectaculo territi, Ouidio teſte, in mare ſe præcipitarunt, deindè in Delphinos transfigurati per vndas immenſi pelagi nare cœperunt.

SOM-

E

SOMNIA.

MYthologicis somnia, eorumque prælagia optimo jure annectenda esse censemus: cum per illa Oniroceriti fabulosa docerent, & præcipuè cũ scribant pardalim per somnium visum ob varietatem animalis, ab insidis, & maleficis periculum portendere. Quis hanc opinionem non explodere, & torum Antycira dignam iudicaret? cum somniantes, nec etiam pardalim describere nouerint? Deindè in aliorum Auctorum collectaneis aliud notatum comperimus, scilicet videntibus per quietem pardalim morbos prænunciari, cum hoc animal Autumni sit symbolum, & Autumnus ægritudinum sit ferax, quod assertum profectò iocosum, & risu dignum caronano existimamus, quia huiusmodi rationes frivolæ, & nullius valoris esse videntur.

F

SIMVLACRA, STATVÆ, ET Insignia Gentilitia.

NAnis Liberi patris, in qua vehebatur, dum à pyratis captus fuit proram in modum pantheræ effictam fuisse testis est vniuersa Antiquitas: hinc multi pantheras Baccho sacratas esse coniectarunt. Deinde literaria veterum monimenta personant, panthere figuram penes Dianæ simulacrum visam fuisse, & præcipuè in Cypseli arca, vt refert Pausanias, vbi cælatura imaginem Dianæ, altera manu leonem, altera verò pantheram coercentis præseferebat. Solobant etiam Prisci ex ebore varia effingere animalia, & potissimum pardos, qui loco pedum mensas, & trapezas sustentabant, quemadmodum nostra etiam ætate ex buxo, & alia materia densiori pedes mensarum nobilium effigiantur. Huius operis facta est mentio in satyris à Iuuenali, dum ait.

Grande ebur, & magno sublimis Pardus hiatu. *Satyr. 11.*

G

Præterea, cum superius patefactum sit, à plerisque creditum, & memoriæ mandatum, pantheras Vini Deo fuisse dicatas, hinc fit vt hodie Romæ tot Bacchi statuæ pantheræ exuuijs exornatæ videantur. Nam in Palatio nouo Farnesiorum statua Bacchi formæ coloſſeæ habens supra collum, & pectus spolium pantheræ conspicitur. Imò narrat Contarenus se obseruasse in palatio Dandinorum, Baccheam statuam vuis coronatam, & manu racemum vuæ stringentem cum pelle pantheræ, quæ collum, & pectus statuæ circumdabat. Demùm panthera nunquam fuit animal tam abiectæ conditionis, quin in gentilitijs Insignibus figurari mereretur. Hinc Luca Tusciæ ciuitas nobilitatis non despiciendæ, effigie pantheræ pro Insigni delectatur; quamobrem Rosselius agens de memoria artificiosa nobis insinuabat recordationem huius nobilissimæ ciuitatis à panthera pendere. Non desunt quoquè hic Bononiæ Senatorũ familiæ genere haud ignobili gloriosæ, vt Marescotorum, & Lignanorum, quorum stemmata gentilitia panthera exornat. Hac de re admirari non debemus, si Fera hæc, vt superius declarauimus, pauonino ambitu se ſo identidem circumspectet, & admiretur, cum sola virtutis opinione eam ad tot honores fortuna euexerit.

Lib. antiqu. Rom.

Insigne gentilitium Lybis Lucæ.

H

NVMISMATA.

MOnetarum cum pantheræ figura testimonia non multa in antiquitatibus scripta inuenimus, quoniam ob similitudinem colorum Prisci Tigridem cum pantheris confundebant. Verumtamen docet Pierius, numũ ex ære antiquissimũ se obseruasse, qui apud Maffæos habetur. In hoc Liberi caput iuuenile hedera redimitũ cusum erat, & in altera facie panthere icon conspiciebatur; cur autẽ hanc Feram cum Baccho pingendi, & cælandi consuetudo inoleuerit, de hoc paulò antè in fabulosis periucũdam sanè, & lepidam historiam assignauimus. Amplius in Gallieni numismatibus pantheræ icon obseruatur, cum hac inscriptione,

lib. 11. Hieroglı.

LIBERO P. CONS. AVG. sunt tamen aliqui este Pierio, qui huius animātis figurā non pantherę, sed Tygridis esse contendant, licet Alij pro panthera huic sententiæ reclamēr. A

PROBLEMATA.

13. sect. Problem. 4.

ARistoteles quærit, cur animantium nullum bene olens sit, præter pardalim, mortua verò male oleant ante finem. In hoc problemate iuxta sententiam Septalij, Philosophus quinquè proponit, primum, cur nullum animal, dum viuit, suauem odorem emittat, secundum, cur panthera benè oleat, tertium, cur eadem animantia mortua fœteant, quartum, cur ex sturpibus male suauiter oleant, quintum, cur eędem demortuæ, & exticcatæ suauem odorem spirent. Nullum itaquè animal, dum viuit, grarum ex se odorem emittere, præter pardalim non solū hoc in loco testatus est Aristoteles, sed etiam Theophrastus, quando scripsit nullum animal pęnitus odoratum esse, nisi quis dixerit pardalim sensu belluarum benè olere, & alibi asseueranit ad aliorum mentē pardalim cęteris animantibus suauiter olere, & tali fragrantia bestias alliciendo in senectute sibi prædam comparare, sed hominibus nullum iucundum odorem afferre. Cęterum aduersus hanc Aristotelis sententiam, in qua habet, ex animantibus nullum, excepta pardali, benè olere, aliqua sunt, quæ non leue negociū

Lib. 6. de caus. plant. cap. 26. B

Quæ animalia redoleāt.

faceſſere possunt; siquidem scimus Felem ziberti, capreolum moschi, nec non quosdam mures aliquid in se habere, quo suauissimè fragrent, quin, & corpus Alexandri magni tanta fragrantia redundasse scripsit in eius vita Plutarchus, vt quoridie suaui odore indumenta replerer. Deindè dubitari potest, verùm ne sit, quod scripsit Aristoteles, scilicet pardalim bene olere, & si verum sit, cur, in hoc problemate, illius causa non assignetur. Quantum attinet ad primum, duo poterimus in medium afferre, quorum primum est, antiquis physiologis odoratas animantium species incognitas fuisse, qua de causa neq; zibetti, neque moschi mentionem fecerunt. Prætereà dicere poterimus illum suauem odorem non ex prædictorum animantium corporibus, & carnibus prouenire, sed ex quodam succo, & excremento ab illis animalibus dimanante. Verùm quoad fragrantiam prouenientem à corpore Alexandri Magni; hæc ratio nihil valet ad infrangendum assertum Aristotelis, quoniam Aristoteles totam speciem illius animalis scilicet panthęræ suauiter olere fert, cum tamen pauci homines benè oleant, & tunc id cōtingebat ob optimam corporis temperaturam, & perfectas coctiones; nam vbi optimæ, & perfectæ coctiones celebrantur, ibi grati, & iucundi generantur odores. Circa veritatem huius rei, num panthera alijs brutis animantibus benè oleat, nec ne, semper anceps, & dubius fuit Septalius, & præcipuè cum Aristoteles, & Theophrastus id non asseuerantes dicant, sed tantum ex aliorū mente, & dubitando proponant. Quare, illa, quę hactenus dicta sunt, adpensum reuocemus, non poterimus affirmare pardalim benè olere bestijs, neq; nobis quia clarū est cętera animantia, vno excepto homine, nec benè, nec malè odoribus afflici, & quamus constet multa animalia sequi alia determinata, Theophrastus docebat id fieri ratione cibi, quia naturæ instinctu ad ea pelliciuntur, quæ in cibū illis venire solent, non vt hauriant meram odoris gratiam Plinius, Aelianus, & Philostratus tanquam historici, scribunt bruta animantia insequi vestigia panthęræ, eo ob odorem, ex aliorum opinione id fieri testantur. Hac igitur fortasse causa motus Aristoteles hoc in loco rationem non assignauit, cur ex animalibus panthęræ solæ Feris benè oleant.

Vbi fit optima coctio ibi bonus odor.

Cur animātia sequantur alia. C D

HISTORICA.

APud Chaones quidam adolescens nobilis Anthippen amauit, si veritatem fatsus est Parthenius in Heroticis, & cum aliquandò in syluis quadam simul essent, tùm fortè fortuna Cichyrus filius Regis pardalim fugientem in eam vsque syluam persequens iaculum in eam vibrauit, & aberrans puellam vulnerauit. Opinatus autem se Feram esse iaculatum, equum propius impulit, & cùm videret adolescentem in vulnere puellæ manus habentem, amens factus, ac vertigine affectus in petrosum, & præruptum

locum

E ocum delapsus est, vbi cum magno concomitantium luctu interijt. Chaones autem in honorem Regis eiusdem locum muro cinxerunt, & ciuitatem Cichyrum appellarunt. *Cichyrus ciuitas vnde dicta.*

VSVS IN CIBIS.

EOsse Populos in plaga occidentali Agriophagos, seu agrestiuoros nuncupatos, vt voluit Solinus, vel in Aethiopia Occidentem versus, vt scripsit Plinius, qui pantherarum carnibus vescantur, id in capite superiori satis aperuimus. Sed inter hos debemus recensere habitantes inter Caucasum montem, & flumen Cophena, qui, teste Philostrato, non solum carnibus pantherinis pro victu vtuntur, verum quoquè earum pelles aduersus iniuriam aeris induunt. Itaquè optima de causa Galenus agens de attenuanti victus ratione, carnes equorum, & asinorum hominibus asininis. Pardorum verò, & Vrsorum hominibus feris, quales sunt agriophagi, concedebat. Cum igitur sint nonnulli, qui solùm carnibus F pardorum, & alij, qui carnibus vrsorum victitent, Galenus has carnes inter se comparans, carnes pardorum vrsinis deteriores esse statuit, & subiunxit fuisse aliquos, qui eas bis elixabant, vt à stomacho faciliùs concoquerentur. Immò elixæ citius, quàm assæ huiusmodi carnes à ventriculo ad intestina descendunt. Verùm animaduertit Ioannes Bruyerus carnes pantherarum esse quidem edules, sed lienem damnat, & aliam non assignat rationem, nisi quia Agriophagi, qui huiusmodi carnibus aluntur, ab esu lienis abstinent. Galenus autem legitima ratione ductus hoc scriptum reliquit; licèt sint nonnulli, qui pantherarum carnibus, & similium animalium vescuntur, tamèn lienem non esitant, cum in his animantibus sit valdè niger, quoniam propter insignem calorem sanguis aduritur, consequenterquè ex sanguinis attractu à liene erit valde vsta, & nigerrima. Vnde horum animantium lienes non sunt ediles. Denique legimus in historia Indiæ Lusitanicæ pantheras maioris speciei ibi esse edules quartum carnes passim non solum Incolæ, sed etiam aduenæ comedunt.

Cap. 8.

Lib. 3. de al. fac. cap. 1. & 2.

Lib. 12. de re cib. cap. cap. 17.

Lib. de atr. bil. cap. 7.

Par. 3.

VSVS IN MEDICINA.

G

CVm Pardi mulctæ partes aduersus varias ægritudines sint efficaces, rationi consentaneum esse putamus, ad communem vtilitatem has recensere. Itaquè inchoando à capite inuenimus cerebrum pardi cum succo erucæ genitalibus viri illitum, iuxtamentem Alberti, sopitam venerem excitare, & medullam veri dolores mirandum in modum sedare. Intò tantam cum vtero sympathiam habet, vt testiculus dexter huius belluæ in prouocandis mensibus sit remedium singulare; quod præsidium in simili casu Cardanus, vsquè ad lyderæ extollit. Deinde vniuersa caro huius Feræ, excepto liene, calidissima, & siccissima est ex Galeno. Ideò paralyticis, & patientibus dolorem cordis illam debemus concedere. Sanguis quoquè ab officina remediorum non est eliminandus, si credendum est Rhasi, qui pardi sanguinem in tumoribus venarum crurium cõmendat, debemus nos per huiusmodi tu- H mores venarum intelligere varices, quæ sunt venæ dilatatæ in coxis, testiculis, & cruribus, & crasso, ac melancholico sanguine repletæ, hæ calido sanguine huius animantis perfricatæ dissoluuntur, & sanantur. Ad summum pinguedo infinitis propè morbis remedio est; prius tamèn probè lota, vt taurina, & leonina ex præcepto Dioscoridis. Galenus igitur inter alios adipes, quos in curanda alopecia adhibet, adipem pardalis repo nit. Affectibus etiam lunaribus vt vertigini, & epilepsiæ opitulari ex eo colligit Porta, quoniam panthera in armo maculam Lunæ similem, ex Plinio, habeat, dummodò huius adipis odor inter affandum à patientibus excipiatur, quemadmodum, auctore Rhasi, & cordis pulsatione vexatis est perutilis. Id desumit Porta ex huius animalis signatura; cor enim maximũ habet, vt in Anatomicis demonstrauimus; ideoq; animalia magno corde prædita morborũ cordis medelã esse natura monstrauit. A capitis morbis ad maculas faciei si fiat transitus, nullũ cosmeticũ medicamẽtum in vultu emaculando, adeò cõmenda tur, quã hęc pinguedo (propterea Porta in affectibus huius generis inter plãtas eligebat

Lib. 22. de an.

Lib. 18. de subtil.

Caro Pardi ad quid. Sanguis.

Adeps. Lib. 1. de comp. med. sec. loc. cap. 2.

Lib. 8. Phytog. cap. 9.

Lib. 3. Phytog. cap. 46.

Macula faciei quibus tollantur.

melopepones,& betulam arborem,cuius radix terebro perforata effundit aquam ad maculas delendas perutilem,& inter animalia pantheram,quæ huiuſmodi facultatem participat. Hinc nos ingens admiratio non debet inuadere,ſi Rhaſis ſebum pardi in ſcabie, & impetigine tollenda præſcribat, & Albertus cum oleo laurino in huiuſmodi caſu illud miſceat,cum plantæ, & animantes maculoſæ in ægritudinibus cutaneis, ſęlici cum ſucceſſu adhibeantur. Accedit neruorum vulnus dolorificum, quod adipe pardi iuuatur, quia Galenus proponens confectiones medicaminum ad neruorum vulnera recenſet illa tenuium partium,& habentia vim mitigandi dolorem, & laudat præcipuè adipem pardi, & leonis. Verùm in tumoribus præter naturam pinguedines animalium, tùm emolliendo, tùm pus mouendo aliquem locum habere videntur, ſed Galenus excipit pinguedines agreſtium animalium,veluti leonis,& pardalis,cum hæ ſiccioris,& acrioris ſint virtutis. In ſcirrho tamen diſcutiendo malactica conueniunt,quæ adipes,& præcipuè leoninum recipiunt, ſed in huius defectu Galenus ſcribens ad Glauconem pinguedinem pardi ſubſtituebat. In tumoribus quoquè calcaneorum nempè in pernionibus commendatur quidem adeps leoninus,ſed hoc deficiente pardi ſebum illis medetur, vt Vveckerius in antidotario ſpeciali atteſtatus eſt. Ad finem huiuſmodi adeps ab acopis medicamentis, quæ ex pinguedine componuntur non eſt arcendus, laudantur enim acopa pinguedinem leonis,& pardi recipientia, quoniam hæ pinguedines, teſte Galeno,vehementèr calefaciant, & inſigniter diſcutiant.

Lib. 3. de cõp. med. per gen. cap. 3.

Lib. 5. de ſimp. med. fac. cap. 9.

Lib. 2. de ar. cur. cap. 4.

Lib. 1.

Lib. 7. de cõp. med. per gen. cap. 11.

A

B

VSVS IN LVDIS, & Spectaculis.

IN gratiam ludorum ſecularium,& ſpectaculorum Cn. Aufidius Tribunus plebis permiſit aduehi pantheras in Italiam,quoniam Senatus conſultum fuit vetus,ne liceret pantheras Africanas in Italiam duci. Primus Scaurus ædilitate ſua Varias centum,& quinquaginta miſit,deindè Pompeius Magnus quadringentas decem, D. Auguſtus quadringentas viginti, vt Plinius teſtatum reliquit. Blondus verò addit Philippum Arabem primum Romanorum Principem in Indis ſecularibus edidiſſe triginta leopardos manſuefactos,quos Gordianus in triumphum Perſicum parauerat. Aliquandò enim in ſpectaculis,lec pardi in comparatione ad leones pugnaciores eſſe viſi ſunt, quoniam narrat Geſnerus ſe audiuiſſe ab oculato teſte taurum in ſpectaculo coràm Rege parato cum leone emiſſum fuiſſe, & leonem placidiorem nihil in taurum fuiſſe molitum, & ſponte ad caueam regreſſum; poſtmodùm duos pardos aduectos ſtatim,viſo tauro,in eum inſiliſſe, quem procul dubio ingulaſſent,niſi beſtiarij longis funibus catenis alligatis eos retraxiſſent. Quamobrem non eſt mirum ſi Baptiſta Mantuanus manifeſtat quomodo, emiſſis Inpis in montem non nullorum martyrum, & nihil nocentibus; Præſes iuſſerit pardos tanquam ferociores emitti his verſibus.

C

Præſes ad admiranus Pardos èmittere clamat;

D

Et paulò inferius.

Ecce ruunt noſtræ ſitibunda animalia cædi
Ecce ruunt,& aperta ferunt cana guttura Pardi
Dentibus exertis.

Quare ex dictis conijcimus in omni ſpectaculorum, & ludorum genere pardos olim adhibitos fuiſſe. Hodiè quoquè apud nonnullos Indiarum Reges Feræ huius generis ad ludos,& ad delicias aluntur; recitat enim Ludouicus Patritius Romanus. Regem Iogæ feles zibetti, Cercopitheeos, Accipitres, & pardos in aula nutrire, quos etiam iter faciens, & ambiens totam fere Indiam ſecum ducit.

Lib. 2. Rom. triumph.

Pardi pugnaciores.

Lib. 4. de reb. Ind. cap. 2.

E

VSVS IN VENATIONE.

Criptorum sententiæ de pardorum mansitudine ad venationem sibi inuicem non aduersantur. Nam ex M. Paulo Veneto habemus magnũ Cham domi alere multas, & varias bestias, illasque mansuefactas, ad venationem ducere, & perjucunda affici voluptate, quotiescumque videt domesticam Feram cũ syluestri pugnare, & peculiariter habere leopardos exarmatos, qui mirandum in modum venationi famulantur. Hoc autem non valdè recedit ab historia rerum gestarum in Oriente à Societate Iesu, vbi agitur de Prouincia Magnæ Tangatiæ, in qua dicitur Cobilus extruxisse sumptuosissimum Palatium, huicque adiecisse murum, qui ambitu suo sexdecim milliaria complectitur, in quo sunt amœnissimi cãpi, limpidissimi fontes, & omnia animalium genera, sed potissimum ibi nutriuntur leopardi ad alias Feras capiendas expeditissimi. Imò Rex Cambaiæ, referente Scaligero, Pardos circiter alit, quos ob velocitatem in venationibus magna cũ voluptate adhibet. *Lib. 2. cap. 17.* *In epist. Asiat.* *Exerc. 189.*

F

VSVS PELLIS.

Ntiquitas loco pallij, vt superius admonuimus de pelle leonis, pellem pantheræ inducbat. Ideo legisse meminimus in Vitis virorum illustrium Paridem Priami filium Pauoni assimilatum fuisse, quoniam semetipsum pantheræ spolium supra humeros ferẽtem circumspiciebat, & diligebat. Virgilius quoque describens Euandrum se induentem meminit vestitus pantheri in hunc modum. *Lib. 8. Aen.*

Tum lateri, atque humeris Tegeæum subligat ensem
Demissa ab læua Panthera terga retorquens.

G Nam scribit Alexander ab Alexandro, ad mentem Homeri, antiquissimos Græcorũ pellibus multorum animalum, sed peculiariter pardorum pro indumentis vsos fuisse. Verùm Mauri, & præcipuè pedites leonum, & pardalium pellibus se amiciunt, illasque dormituri substernunt. At Aethiopes, vt voluit Alexander ab Alexandro, eoòperti pardorum tergoribus præliantur, vt maiorem metum hostibus afferant. Quocirca cuipiam non videbitur absurdum, si bellantes pardorum exuuijs tegantur, vt habetur in opere Austriados his verbis. *Lib. 5. gen. dier.* *Lib. 1. gen. dier.* *Lib. 9.*

Quarta autem legis pardorum pellibus armos
Vestit.

Nostra ætate pelliones pro vestibus hyemalibus pelles pantheræ magni faciunt, quando tamen haberi possunt, has verò cum pellibus lyncis, & aliorum animalium huius generis confundunt. Quare Cromerus hæc scripsit. *Cultui verò pelles subministrat Panthera, siuè is sit lupus cernarius (Ita appellatur à nostratibus) maculosis ventre, & pedibus.* Itaque artifices pellicearum vestium, vt in huiusmodi operibus solertiam ingenij præseferant, pelles albas agni quibusdam maculis, ita affabrè concinnant, vt intuentibus pellem pardi mentiri videantur. Recipiunt igitur, vt inquit Alexius, lithargirij argentei vnciam vnam, calcis vncias duas, aquæ mensuras tres miscent, & ponunt ad ignem lentum, donèc aqua repetiat, deindè ab igne auferunt, & tùnc parata est tinctura, qua infuscato penicillo ex setis suillis prædictas pelles maculant, & ad solem exsiccant, denuò eas tingunt, & id tertiò repetunt, si oportuerit. *Lib. 1. Polon.*

H

DE LYNCE.

CAP. III.

ÆQVIVOCA.

A

B Historia Pardi ad naturam Lyncis ponderandam accedere, hoc à ratione minimè alienum esse opinamur, tùm quia in præcedenti capite huius Feræ facta est mentio; tùm etiam, quia huiusmodi animalia maculis insignita tantam inter se conuenientiam habent, vt rectæ rationes moneant, nisi iuxta se conferantur, differentias non ritè elucescere. Sed quoniam nomen Lyncis aliquam patitur æquiuocationem, prius illam dilucidabimus, antequam B

Lynx est mons. synonima in medium afferamus. Lynx igitur, seu λύγξ apud Græcos Vrbs est Libyæ, iuxta Gades post montem Atlantem, auctore Stephano. Illo postea vrbs Epiri non Lynx, sed Lyncus à Strabone nominatur. λύγξ quoquè est illa affectio oris ventriculi, quæ in schola medicorum singultus appellatur sed Grammatici hoc nomen in genere fœmi-

Singultus. nino constituunt, & in casu obliquo λυγγὸς inflectunt, cum tamen λύγξ animal sit generis promiscui, & eius genitiuus in λυγκος desinat. Hesychius autem, & Varinus hoc vocabulo arcum etiam denotari affirmant, dùm scribunt λύγξ τὸ πάθος, ὁ λυγμὸς, καὶ τόξον, καὶ ζῶον, sed vt veritatem fateamur hoc vocabulum pro arcu nullibi legimus.

SYNONIMA EORVMQVE ETYMVM.

Lynx, & Græcis λύγξ tàm fœminini, quàm masculini generis est Fera quadrupes digitata maculosa, & vario tegmine induta, cuius historiã in præ- C
senti capite damus. Huius etymum Isidorus deriuat ἀπὸ τοῦ λυκαί, quoniam hanc feram in luporum genere collocat; sed quis auctor vnquam prodidit lynces in luporum genere numerari? & quæ conuenientia lyn-

lib. 12. Orig. cap. 2. ces, & lupi esse potest? Isidorus autem similitudine horum duorum nominum λύγξ, & λυκος deceptus est. Satius erat huius vocis etymologiam ἀπὸ τοῦ λύκης, nimirùm à luce deducere, quoniam hæc Fera omnium quadrupedum animantium acutissimè videat. Poetæ verò, qui perpetuas agitant fabulas, huius etymi originem lynco Regi acceptam referunt. Dum Triptolemus Athenicnsis à Cerere per orbem nullus ad docendum

Lib. 6. met. mortales frugum sationem, in Thraciam ad Regem lyncum peruenerit. Ouidius.

Rex ibi Lyncus erat, Regis subit ille penates.

qui inuidia motus, quòd Triptolemus tanti muneris auctor existeret, hominem perdere conatus est. Ceres autèm eum seruauit, & Regem in hanc Feram transmutans eam lyncem de nomine Regis appellauit. Lynceus etiam hoc animal à Cardano nominatur, Ve-

Exerc. 210. rùm Scaliger id illi vitio vertit, cum nullibi huiusmodi animal hoc nomine insignitum D
fuisse reperiatur. Cæterùm verum est sub nomine lupi cerui; hanc feram circumferri, quia, vt nonnulli perperam arbitrantur, sit animal ex cerua, & lupo, aut ceruo, & lupa progenitum; cum tamèn animalia diuersæ & hostilis naturæ, inter se commiscri sit incredibile. Scaliger loco citato huius nominis genuinam videtur assignare rationem,

Varia etymologia. dùm lyncem lupum cerui non à lupina forma, qua prorsus caret, sed ab auiditate, quam habet cum lupo communem, indigitat. Vicina enim omnia populatur; ideo (vt ipse inquit) in Scandauia, vbi lyncum frequentia est, aliarum Ferarum insignis est raritas. Præterea dicitur Cerui arius, quoniàm ceruorum sit hostis acerrimus, vel vt alij malunt, quoniam suis maculis hinnulum imitetur. Apud aliquos lexicographos. Στιρόγονον ζῶον pro lynce legitur, quoniam lynx θὼς esse perhibetur, & sub hoc nomine ab Odono in Aristotelem lynx exprimitur. Putant enim ex Hyena, & lupo θῶας originem traxisse. Verùm huic errori ansam præbuerunt Alberti scripta, qui agens de lynce ei attribuit

illas

illas omnes conditiones, quas Veteres de Thoe promulgarunt, cum tamen lynx toto cœlo à Thoe discrepet, vt in capite de lupo fusiùs explicabitur, nostræ sententiæ fauet Hermolaus in Plinium, dum animaduertit eos, qui in Aristotele Thoas pro lupis ceruarijs sumpserunt, hallucinatos fuisse, & ab Oppiano poeta in grauem errorem inductos, cum Thoas bigenas panthera matre, & lupo patre genitos esse cecinerit. Debuissent potius lynces, non Thoas, sed Chaos vocitare, & præcipuè cum Plinius scripserit, Pompei magni ludos ostendisse Chaum, quem Galli Raphium nominabant facie lupi, & maculis Pardorum. Alibi quoquè in luporum genere ceruarium reponebat, qualem ex Gallia in arena Pompei magni spectatum diximus. Hinc apparet Chaum Raphium, & lupum ceruarium vnius Feræ esse diuersa nomina. Lynx Italis lupo ceruiero. Illyricis Rys dicitur, vt quidam Bohemus Gesnero narrauit. Gallis Loup ceruin. Hispanis Lynce. Germanis Luchs, vel Luus nuncupatur. Tridentinæ arcis Episcopi vidit Gesnerus hanc Feram ab incolis appellitari Loup chatt, id est lupum catum, quoniam catum, seu felem, & facie, & vnguibus quodammodo referat, nisi quis velit hoc nomen a Chao deriuare, vt Plinius scripsit mandauit.

Lib. 8. cap. 19.

GENVS, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

GEnera huius Feræ teste Odono in Aristotelem ab alijs duo, ab alijs tria constituuntur, plura tamen ijs esse non possunt. Niphus igitur in Aristotelem pronunciauit ad mentem Theodori, lupi ceruarij duo esse genera, alterum chaum nominabat, alterum lyncem pelle varia, & visu acutissimo. Oppianus agens de venatione, ratione magnitudinis, & paruitatis lynceum, duas differentias assignat, & has tùm aspectu, tùm oculorum fulgore, valdè similes prædicat hunc in modum.

Lib. 6. hist. an. cap. 3.

Lib. 3.

Nunc duplex aliud videas genus aere Ferarum,
Egregios Lyncas.

Et paulò inferius addit,

Sunt forma similes pupilla relucet vtrisquè
Splendida, fulgoresquè oculo iaculatur ab imo,
Eximios, facies vtrisquè serena renidet,
Exiguo capitis quoquè placida promittet auris.

Prædictum auctorem æmulatus Bargæus lynceum maiorem, & minorem speciem constituit, quamuis posteà perperam ad genus pardorum has species reducendas esse existimauerit, dum inquit,

Lib. 3 Cynget.

Ha quoquè sunt duplices minor hac, procerior illa,
Vtraquè præcipuè præstat tamèn incita cursu.

Si in hac difficultate petamus Plinium, is scripsit lynces in Aethiopia, & lupos ceruarios in regione Septentrionali degere, multi miræ eruditionis viri hæc animalia esse congenera, & vtrisquè visum acerrimum, & pellis varietatem conuenire tradunt. Camerarius ex nonnullorum sententia promit nõ absimilem Feram esse in Suetia citea Helsingiam, quam sua lingua vocant Rattluchss, nostra ætate in officinis pellionum duplex variegatarum pellium genus ad lynces pertinens monstratur; pellem alteram ampliorem ad albedinem magis tendentem, & apud ipsos magnæ æstimationis, & pretij, esse lupi ceruarij contendunt, alteram verò magis rufam, paulò minorem, & in defectu prioris eiusdem æstimationis, esse Cati pardi autumant. Nos lyncis Africanæ, cuius hoc in loco iconem damus pellem esse statuimus. Ad descriptionem si descendamus, lynces ambæ (teste Oppiano) magnę scilicet, & paruæ corporis figura similes sunt, & pariter vtriusquè oculi suauitèr fulgent, facies alacris perlucet, & paruum vtrisque caput inest. Mammas habent in pectore, vt narrat Textor. Imò sola lynx inter animalia digitata quidpiam simile talo gerit, vt inquit Albertus, qui poltmodum in describenda lingua hallucinatus est; dùm huic Feræ linguam serpentium tribuit; cum talis lingua Iyngi auiculæ, non Lynci quadrupedi conuenire videatur. Tandèm lynx mas in comparatione ad fœminam referente

In lib. embl. ex an. Lupo ceruarius.

Catus pardus.

Sca i-

Lxerc. 210. Scaligero, maculas magis distinctas, & orbiculares habet, propriéque lupus cervarius dicitur. Reliquum est, vt exactam pellis descriptionem assignemus. Pellis extensa lyncis, vt notat Gesnerus, à summo naso ad caudam vsquè, est longitudinis trium pedum, & vnciarum quatuor; cauda longitudinem vnciarum septem non excedit, latitudo circa collum (non ambitus dicimus, sed dorsi tantum) est dimidiati pedis, & in imo dorso vnciarum quindecim: crura anteriora longitudinem vnciarum quatuordecim, & posteriora duodecim æquant. Pilus vndiquè mollissimus, & densa lanugine confertus, extremæ pilorum dorsi partes albicant, intimæ rufescunt, partes autem à medio dorso recedentes, magis albicant, & venter medius est candidus, in quo puncta quædam passim nigricant, crebra verò sunt iuxta imum ventrem ad latera; auriculæ paruæ sunt, quasi triangulum referentes ambitu nigro, & supra eas villus niger cum paucis pilis albis emanet; barba ad instar felium ex setis albis constat; Pedes admodùm villosi sunt, & anteriores quinquè digitis, posteriores verò quatuor tantum integrantur; & tandem cauda in extremitate nigricans per totum æqualis crassitudinis conspicitur. A

Pellis lyncis descriptio.

Lynx Africana cum Aconito Pardalianche, seu Doronico, quod interficit Lynees, & Pantheras. B

ANA-

E

ANATOMICA.

GAlenus recenſens animalia, quę pro diſſectione, & anatomica inſpectione idonea eſſe putabat, meminit ſimiarum & lyncum; quam ſententiam clariſſimus Faloppius in ſuis commentarijs ad Galenum de oſſibus confirmauit. Inchoando igitur à capite. Galenus de muſculorum temporalium diuerſitate agens hos in homine, ſimijs, & lyncibus debiles eſſe docebat. Cranium lyncis cranio leonis valdè aſſimilatur, & tribus futuris ſagittali nimirum, & duabus lateralibus præditum eſt, deindè in hoc, cuius iconem exhibemus ſex, & viginti dentes conſpiciuntur. Inciſores ſunt duodecim, ſed primus, & ſextus tàm inferioris, *Lib. 6. de Anat. adm. cap. 1.* *Lib. 11. de vſ. par. cap. 2.*

F

Lyncis cranium.

quàm ſuperioris mandibulę, quatuor medijs paulò minores ſunt, quales in muſtellis obſeruantur. Canini quatuor cęteris longiores ſequuntur. Molares ſunt decem, quorum quatuor *Dentiũ numerus.*

quatuor ſupetiotem maxillam vtrinquè muniunt; primi propè caninos trigonæ ſunt figuræ duplici quadam appendice inſigniti; vltimus in vtraquè ſuperiori parte biſidus eſt vtrinquè, & altero valdè latiòr. Inferior maxilla ſex molaribus decoratur; primus propè caninos trigonam refert figuram, ſecundus floris lilij rudimentum repræſentat, tertius vtroquè latior, & maior eſt fiſſus in medio ſummitatibus acutis. Verùm admiratione premimur, cur natura maxillæ inferiori huius animantis plures dentes quàm ſuperiori tribuerit; niſi fortaſſe dicamus, dentes ſuperioris mandibulæ eſſe quidem minores numero, tamen cum ſint mole maiores, & craſſiores robore minores, & numeroſiores inferioris maxillæ adæquant. Præterea ſcriptum reliquit Galenus maxillam inferiorem porcis, aſinis, bobus, & equis, maximam eſſe, paruam verò hominibus, ſimijs, & lyncibus, huiuſquè rationem aſſignauit, quoniam his animalibus non eſt opus, vt prona cibum ſumant. Quoad inteſtina, Odonus in Ariſtotelem fuit huius opinionis interanea lyncum, & luporum eſſe valdè ſimilia, & præcipuè cum Plinius aſſeruerit lupos ceruarios eſſe animalia inſatiabilia, quia à ventre per rectum inteſtinum cibaria protinus tranſeant, quod de lupis etiam ſolet ſtirmari. Demùm pes lyncis maximis, & acutiſſimis vnguibus armatur colore, quaſi chriſtallino præditis, tunica atquè membrana incluſis, qui figuram vnguium aquilæ, & vulturis æmulantur. Pars inferior pedis coloris nigricantis, & calloſa eſt, vt in pede lyncis, qui adhuc in Muſæo publico Bononienſi conſeruatur licet intueri.

Lib. 11. de vſu par. cap. 2.

A

B

NATVRA, MORES, INGENIVM.

LYnces, Patdales, Leones, & Tigrides Feras, eſſe talis naturæ aſſeuerat Oppianus, vt hæ vehementius quàm credi poſſit, ad prolis amorem propenſæ ſint, & catulos vſquè ad mortem tutentur. Imò ſunt adeò pugnaces, vt aliquandò cum canibus & leonibus acerrimè prælientur; hinc fit, inquit Odonus, vt ijſdem in locis ceruarij, & leones non ſtabulentur. Nec mirandum eſt, quoniàm lynx celeritate canibus præſtat, & quamuis crura habeat breuiora, tamen ob agilitatem longius proſilire poteſt, & præcipuè cum auctore, Olao magno, nunquàm retro reſpiciat, ſed continuò progreſſu, & ſaltu curſum præcipitet. Præterea hoc animal tanquàm fluminis lethæi aquam biberit fruens præda, & aliò reſpiciens tanta obliuione occupatur, vt digrediens, & prædæ oblitum alium cibum quærat. Ampliùs hæc Fera alia proprietate conſpicua eſt, teſte Odono, quoniam Æſtate, vt plurimum depilatur, Hyeme verò valdè hirſuta redditur, ſed hoc multis alijs animalibus villoſis commune eſſe exiſtimamus. Verùm, quod huius animantis viſcera ſint virulenta apud Lucanum legimus, qui lyncis interanea ad ſpumam canum rabidorum comparauit, dum dixit.

In Ariſt. de an.

lib. 18. cap. 9.

lib. 6. Pharſ.

C

Miſcetur non ſpuma canum, quibus vnda timori;
Viſcera non lyncum.

Prædictis addere debemus duas dotes raras, quibus hanc Feram natura decorauit; prima eſt viſus perſpicacitas, qua tanta pollet, vt ſolida corpora penetrare poſſit; huius meminit Reuſnerus dum cecinit.

In Paradiſ. poet.

D

Lynx facit inſidias homini, pecoriquè Feriſquè
Et penetrat viſu corpora denſa ſuo.

Nos autem id inter fabulas collocandum eſſe arbitramur; nam ſi quid nouit lynx trans corpora ſolida, & parietes, hoc non viſioni, ſed olfactui attribuendum eſt. Nemo ſanæ mentis inficiabitur lyncem omnium quadrupedum non clariſſimè cernere, vt omnes rerum naturalium ſcrutatores conſpirantes aſtruunt. Imò Reuſnerus loco citato hominem quoquè (loquendo tamen de ſentiendi longinquitate) à lynce videndi facultate ſuperari liberè aſſeuerat hoc diſticho.

Nos Aper auditu, lynx viſu, ſimia guſtu,
Vultur odoratu, præcellit aranea tactu.

Lynces viſus, & urina.

Alij non ſolum lynci prædictam videndi aciem aſſignarũt, ſed illam poſtea à corpotibus peſpicuis, vſquè ad excæcationem lædi voluerunt. Hoc aſſertum debemus exemplo hominum ſtabilire, qui viſionis acutie præditi à diaphonis lædantur, & conſpicillis, vti nequeunt,

E queunt, quia radij visus refracti facilè offendũtur, cum tamen in breuissimo obtuitu nulla lęsio contingat. Secunda spectat ad vrinam, nam quidam auctor innominatus, qui de animalibus scripsit lyncem emittere vrinam septem dierum spatio in lapidem carbunculo similem concrescentem, vocariquè lyncurium attestatus est, quibus verbis fretus fortasse Baptista Mantuanus cecinit hunc in modum.

——————— *& meiere Lynces*
Purpureas solui dicunt Lyncuria gemmas.

Isidorus, & Aelianus scribunt lyncem quadam naturæ inuidia pulsum lotium egestum arena tegere, ne repertum humano vsui famuletur, & potissimum cum huiusmodi lapis ad sphragidas sit idoneus, & ad muliebrem mundum expetitus. Alij in hanc sententiam venerunt, vt dicerent lyncem tali ingenio esse præditum, vt vrinam terra cooperiat, quia ipsum pudet videre hominem omnium creaturarum nobilissimum excrementa brutorum adsui ornatum conquirere, hanc difficultatem de vrina, lapideque lyncis dissoluit Dioscorides, dum id vanum esse fatetur, & lapidem lyncurium esse succinum pterigophoron, quia pennas ad se alliciat; quam sententiam Matthiolus in commentarijs roborat, cum F huiusmodi succini speciem ad se pennas attrahere statuat, sicuti ad alia succini genera pallęæ, & festucæ consurgunt. Sed animaduertendum est lapidem lyncurij nomine monstratum, in medicorum officinis, toto cęlo à succino pterigophoro discrepare. Imò Matthiolus admiratur doctrinam Christophori Encelij, qui incassum conatur probare lyncurium ex vrina lyncis coalescere, atque ex vrina maris fuluum, & ex vrina fœminæ album prodire, cum tamen doctissimus Brasauolus vrinæ lyncis terra obrutæ periculum, inane fecerit, de quo alibi vberius agemus.

Lib. 2. cap. 74.

Lib. 3. cap. 27. de re metal.

VOX, COITVS, PARTVS.

QVanuis fremitus originem ducat à fremo, quod verbum per onomatopęiam fictum, & immaniter sonare significat, tamen aliquibus bellus huiusmodi sonum ore edentibus fremitũ conuenire non est absurdum. Hinc G Auctor philomelæ de lyncibus hæc verba protulit.

Dum Lynces vrsando fremunt.

Attribuit igitur huic ferę fremitum cum hac differentia (orcando) quod vocabulum fictitium est à voce, quam hoc animal cum fremitu effundit. A voce ad modum congressus si nostrę conuertamus; primæ facie incidemus in illorum opinionem, qui sicuti ex lupo, & cane thos, ex hirco, & oue Tityrus gignitur, ita ex cerua, & lupo lyncem in siticulosis Africæ locis prodire pro comperto affirmant. Nos autem hanc sententiam explodentes adstipulamur doctrinæ Aristotelis, qui lynces more canum auersos congredi scripsit, & non solum hoc de lyncibus, sed etiam de cęteris animantibus, quæ auersa habent genitalia, pronunciauit. Insuper, auctore Oppiano, lynces auersè quidem congrediuntur, vti canes implentur, imò, & ritu leporum superfętant, quicquid dicat Isidorus lyncem extra fętum vnum non admittere marem, cui vtrum sit credendum, nec ne; hoc non est adhuc exploratum. Siquidem omnibus est in confesso, inquit Odonus, lyncem catulos cęcos numero duos, aut tres, aut quatuor parere. H

Lib. 5. de hist. an. cap. 1.

Lib. 12. Orig. cap. 2.

In Arist. de an.

LOCVS, CIBVS.

ARdui prorsus negocij est lyncis locum natalem explorare, quoniam de hoc Auctores sibi inuicem refragantur, si petamus Historicos. Vitriacus in plaga orientali lynces vagari autumat, & eò magis id credendum est, quoniam Ouidius ab India in Europam lynces delatos fuisse canit rali ratione.

In hist. Or. Lib. 15. met.

Vallea tam fero Lynca dedit India Baccho.

Theuetus narrat montes Americæ à pardis, & lyncibus incoli, cum tamen ibi, neque lupi, neque leones degant. Ex altera parte Olaus magnus agens de gente septentrionali lyncum meminit, quæ ibi generantur quidem, sed non ita frequentes, vt lupi, in auiditate

Lib. 18. cap. 9.

tate tamèn ſingulares. Quamobrem optimo iure Geſnerus ſcripſit has Feras capi in ſyl- A
ua martia, in Lituania, & Polonia, quæ elegantioribus maculis nigris per dorſum inſi-
gniuntur, imò, & in Suetia circa Helſingiam, vbi lynx Rattluchſs nominatur, & addit,
ſe audiuiſſe à viro fide digno lynces in regione Germaniæ, quæ paret Duci Vvirtebergen-
ſi, non rarò à venatoribus coerceri, & ibi contigiſſe aliquandò, vt lynx in quercu la-
tens ruſticum præteeuntem inſiluerit, quam ille preuſam in ipſo ſaltu ſecuri, quam fortè
geſtabat excepit, & in terram proſtratam illicò mactauit. Harum beſtiarum copiam, &
Exerc. 210. aliarum inopiam Scaliger in Scandauia reperiri promulgat, cum cæteræ in lyncum ali-
mentum cedant. Quorum auctorum dicta à veritate non abhorrere credendum eſt; cum
Paulus Iouius de legatione Moſchouitarum verba faciens pelles lyncum ex aquilonari
regione aduchi aſſeuerantius fateatur, dum inquit. *In celebre emporium Vſtinaga nuncu-
patum ſexcentis milliaribus à Moſcha vrbe diſtans à Permys, Pecenis, Vgulicu, & aliis vlte-
rioribus populis pretioſæ pelles luporum ceruariorum deferuntur.* Plinius ad tollendam om-
nem diſputationis anxietatem protulit, lyncem eſſe quidem peregrinum animal, ſed in
Aethiopia frequens, lupum verò ceruarium in Arctois regionibus frequentiſſimum.
Lib. 11. Hie regl. Cæterùm parui refert, inquit Pierius, eamdem Feræ ſpeciem in pluribus mundi locis in- B
ueniri, cum omnes conditiones, & prærogatiuæ lyncis in lupo ceruario obſeruentur. Vi-
Cibus lyncis. ctum lyncis eſſe carnes variorum animantium, Auctores nihil diffitentur, ſed Olaus ma-
gnus loco citato narrat à lyncibus pro cibo peculiari catos ſyluestres maximè concupi-
ſci, quoniam horum caro illis ſuauior eſt, ideo quotidie latibulis eorum inſidiantur. Sunt
qui affirmant, lynces animalium, quæ ceperint, corpore intacto ſanguinem tantùm ſuge-
re. Alij atteſtantur lynces quadrupedum cerebro libentiſſimè veſci. Propterea recitat
Geſnerus ſe à quodam intellexiſſe, lynces in arboribus aliquando latitare, & in maiores
quadrupedes præteeuntes inſilire, & vnguibus ceruici infixis non dimittere; donec
animalis proſtrati laniato capite cerebrum deuorauerint.

CAPIENDI RATIO.

C

EVit ſolennis conſuetudo apud eximios Ferarum venatores, lynces partim aconito in montibus vagantes venenare, partim equis, & armis incluſos coercere, & interficere. Denique lynces eadem ratione, qua leones, & pantheræ, nimirum laqueis, & ſcrobibus decipiuntur, & digantur, quod Illuſtrium penè omnium hiſtoricorum literæ loquuntur; imò, & relatum
Lib. 6. Cynoget. eſt in carminibus Bargæi hunc in modum.

At varias Bacchi Lynces (namquè has quoquè vidit,
Roma Aſiæ imperio quondam Libyaquè potita)
Occultis captare dolis, atquè arte magiſtra;
Et laqueis, ſcrobibuſque canis multò antè paratis,
Non alijs quàm quæ fallunt genus acre leonum,
Poſſumus, & captas duro vincire capiſtro.

EPITHETA.

D

CVm lynces inter illas Feras locum habeant, quas tegmen varijs maculis, & notis conſperſum ſemper nobilitauit; non immeritò Hiſtorici, & Poetæ has belluas varias, maculoſas, & verſicolores appellarunt. Quocirca βαλίαι λύγκες apud Euripidem dicuntur; nempè variæ, & maculoſæ, quamuis, & veloces exponi poſſint, quoniam βαλίος velox à verbo βάλλω apud Lexicographos legitur. Amplius ποικιλόδερμες, id eſt variegatam pellem habens huic animanti poteſt conuenire, quia τὸ δέρμα pellis, & ποικίλος varius in græcis literis explicatur, hac de cauſa ἀρίζηλοι λύγκες ab Oppiano nominantur, cum ob pelles pretioſas multo ſtudio à venatoribus conquirantur, & expetantur, à voce ἀρι vocabulis præfixa ſignificatum augente, & à nomine ζῆλος æmulationem denotante. Inſuper ob inſignem videndi prærogatiuam lynx hoc epitheto δεινόπος poteſt decorari, quod pulchras, vel bo-

nas

A nas pupillas in oculis habentem, & aliquando acutè cernentem designat; quoniam γλήνη
E est pupilla, & ἴυγξ bonus. Oppianus igitur huc respiciens canebat. *Lib. 3. Cyneget.*

ἰυγλήνου λίγκας, πυρίγληνος τε λέοντος.

Latini tandèm poetæ lyncem timidam, & fugacem, quia leui quopiam motu agitetur, effrenam, quia difficultèr cicuretur, turgidam quasi superbam, quia Baccho consecrata sit, & Scythicam à regione vocitarunt.

DENOMINATA.

QVm multa sint, quæ à lynce denominationem sortiri possint, primò hominum lynceorũ monimenta parefaciemus, consultò missum facientes lyncum Scythiæ regẽ, qui non à lynce animali, sed vicissim lynx ab ipso, iuxta Poetarum mentem, denominata est. Nam Cetes ipsum conantem, ob inuidiam, Triptolemum iugulare in lyncem feram varij coloris, vt ipse
F variæ mentis extiterat, transfiguarunt. Ideo Reusnerus cecinit. *In Paradis poet.*

Triptolemum Lyncus sapientem nocte quietem,
Dum iugulare parat, Lynx citò facta abiit.

Lynceus vocabulum dissylabum nomen est proprium viri, qui fuit vnus ex argonautis acutissimam lyncis visionem æmulans, qui dicebatur vltra corpora solida, & opaca videre, &, auctore Plinio, nouissimam, primamque Lunam eadem die in signo Arietis conspexisse, quod vidisse paucis mortalium contigit. Propterea Valer. cecinit. *Primo Arg.*

——— *solus transilit umbilicum Lynceus;*

Et Horatius ad hunc alludens scribens ad Mecenatem sit locutus est. *In 1. epist.*

Non posses oculo quantùm contendere lynceus.

Varro narrat hunc in Libycana specula sedentem naues à portu Carthaginis exeuntes numerasse, nam oculorum acies in centum, & triginta millia passuum excurrebat. Alij volunt tanta videndi excellentia fuisse præditum, ex Pindaro, ὡς καὶ δι' ὀκτὼ σταδίους θεάσθαι δρυόν, idest vt etiam per quercum stipites videret; imò oculorum acie ex Apollonio terram penetraret, & quæ apud inferos fierent, intueretur. Hinc multi auctores fabulati *In Argona.*
G unt, ipsum metallorum fodinas inuenisse; sed viri cultores veritatis affirmant hunc quidem fuisse primum metallorum inquisitorem, qui lucernis intra penetralia terræ delatis, *Metallorum inuentor.* inde aes, & argentum reportauit; quò factum est, vt homines id obseruantes dicerent lynceum etiam subterranea conspexisse. Alius fuit lynceus Samius, Plutarcho teste in Demetrio, qui librum sumptuosæ cœnæ à Lamia Regi paratæ conscripsit. Lynceus etiã fuit maritus Hypermnestræ inter filias Danai, quæ, ex patris præscripto, maritos noctu iugularunt, præter hunc, cui Hypermnestra pepercit, qui postmodum, Pausania teste in Coryn thiacis, Danao vita defuncto, regni successionem suscepit. Præterea lynceus nomen trisyllabum adiectiuum est, non à lyncæo viri nomine, sed à lynce animali deductum, vndè pellis lyncea, seu oculi lyncei cognominantur, qui acutissima cernendi facultate potiuntur. Ad rem facit illud Ciceronis, quando scribens ad M. Varronẽ dixit. *Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nunquam offendat, nusquam incurrat?* In hoc
H sensu lynceus nuncupari potuisset ille, à quo, vt recitat Io. Baptista Egnatius, Ilias Homeri in membrana tàm minutim scripta fuit, vt testa nucis includeretur. Lynceus quoque ex Solino posset vocari Callicrates, qui formicas in ebore sic cælauit, vt à cæteris secerni nequiuerint, & alter qui quadrigam alis muscæ cooperuit. Lynceus tandem est quoddam collyrij genus ad oculorum claritatem commendatum à Paulo Aegineta, cuius descriptionem apud ipsum omnibus legere licebit. Ab hoc recedentibus, & plantas lynceis oculis contemplantibus se se offerunt Orchidum quædam genera, Palmæ christi à Botanicis cognominata, quæ frondibus lyncis pellem æmulantia, optimo iure, ex sententia Portæ lyncea possent indigitari. Demùm vt nihil ad hanc historiã spectans intactum relinquamus, sciendum est vrbes, & fluuios à lynce denominari, vt lyncia vrbs cuius meminit Reusnerus his versibus. *Lib. 10. hist. memorab. In Polyhist. cap. 6. Lib. 7. Lib. 4. Phyteg. cap. 6. In hexastico.*

Vrbe fod egressus clarum, quæ nomen acuta,
Lyncis habens, laus est, & nobilis auctrides era.

Lyncia quoquè, seu lyncea fluuius Aetoliæ, vt in thesauro geographico scriptum reli-

quit Ortellius; nam lynceus, ſeu vt alij malunt legere, lyngeus apud eumdem auctorem A
fluuius eſt Italiæ Iſacio, & Lycophroni aquas cæli ac ducēs oculorum claritati ſalubres.
Verumtamen apud Reuſnerum loco citato lyncia eſt flumen Trunæ, cuius meminit hunc
in modum.

Hinc iterum Lyncis ſuperato gurgite Trunæ,
Ad vetus hoſpitium curſu volitamus equeſtri.

Ad finem. Hæc denominata lyncurij coronide adornabimus, quod lapidē ex vrina lyn-
cis concretum eſſe prædicant, & ad nephritica chartica præſidia, ex Vuecherio, idoneum
In Antidot. eſſe pronunciant, & à verbo λύγξ, & οὖρον, nempè à lynce, & vrina deriuant. Verum alij
hunc lapidem Ligurium cognominare malunt, cum ſcribat Theophraſtus ſuccinum in li-
guria effodi, & addat Geſnerus veriſimile eſſe electrū ex aliquo liguriæ emporio in Gre
ciam olim aduectum, & inde vulgo à regione Ligurium dictum, & poſtea per imperi-
tiam, & vocabuli affinitatem lyngurium, ſeu lyncurium, quaſi lyncis vrinam nominatum
fuiſſe, nam vrinam lyncis in lapidem concreſcere, ex ſententia Dioſcoridis, & Braſauoli
ſuperius reprobatum eſt.

QVIBVS DIIS LYNCES DICATÆ. B

Onſueuerunt Ethnici ſuis Numinibus belluas, iuxta diuerſas animalis pro-
prietates, conſecrare, vt illis veluti quædam faces prælucerent. Propte-
rea lynces Bacchi currum trahentes delinearunt, vt teſte Probo, per va-
rium lyncis colorem varias, ob vina, hominum mentes intelligerent. Ce-
terùm animaduertendum eſt Priſcos coloris varietate, & ſimilitudine de-
ceptos lynces cum pantheris, & tigribus confudiſſe, quod in capite ſuperiori narrauimus
Lib. 4. metam. opulētius. Ouidius tamèn lynces Baccho dicatas facit, dū de ipſo verba faciēs ſic inquit.

Colla premis Lyncum, Baccha, Satyriquè ſequuntur.

Et Propertius raptum Ariadnæ poſteritati manifeſtum faciens, Bacchum ſic alloquitur.

Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis.

Lib. 4. Georg. Virgilius quoquè ab hac opinione nihil recedit, dum ait.

Quid Lynces Bacchi varias?

Poſſumus igitur ex allegatis Illuſtrium Poetarum auctoritatibus, conijcere lynces, & C
lib. 1. Satur. non alias feras Baccho in tutelam ab Antiquitate fuiſſe traditas. Ex altera parte Macro-
bius ſcriptis mandauit Antiquos Liberi patris ſimulacrum pampinis, hedera, & ficulneis
foliis coronarum, pampinis quidem, & ficu in memoriam Nympharum Staphilæ, & Sy-
cæ, hedera verò Ciſſi pueri, deinde in curru modò à pantheris, modò à tigribus, modò à
lyncibus, tractum figuraſſe, quam ſententiam ſecutus Baptiſta Mantuanus Opis currui
modò lynces, modò trigrides iunxit his carminibus.

Planſtra Deum matris ſubeunt Bacchiquè miniſtræ,
Lynces, & rapida truculenta animalia tigres.

Hanc euidentem clariſſimorum virorum repugnantiam, inde ortam eſſe remur, vel quia
huiuſmodi Feras ob macularum ſimilitudinem à ſe inuicem diſtinguere neſciuerint, vel
quia has omnes animantes in dorſo orbiculis nigris pictas ob varietatem Baccho conſe- D
cratas eſſe voluerint.

HIEROGLYPHICA.

Egyptijs hieroglyphicorum inuentoribus placuit imagine lyncis homi-
nem acutā viſione præditum ſignificare, quoniam diligenter obſeruatur
hanc Ferain omnium quadrupedum clariſſimè cernere. Alij præterea do-
loſum inuidiæ vitium abominantes lyncis picturam in publicum prome-
bant; nam hæc fera egeſtam vrinam, ad multos humani generis affectus
efficacem, terra cooperit, ne ab hominibus inuenta ad vſum trahi poſſit, non ſecùs ac
Sycophantæ, & Zoili nuſquam ceſſantes, vt nullum non moueant lapidem, quo modò
vni, modò alteri noceant.

MO-

MORALIA.

TRes eximiæ lyncis proprietates morali doctrinæ documenta præbuerunt; prima est obliuio, qua hoc animal præcipuè notatur, ideo qui inhonesta, & pernicioſa libidine tenentur lynceam naturam imitantur, quia corporeis voluptatibus irretiti non ſolum fructuoſæ doctrinæ ad animã ſpectantis, ſed, quod peius eſt, Dei omnipotentis obliuiſcuntur. Deberent igitur in extinguendo amoris libidinoſi ardore non tantùm lyncis obliuionem imitari, ſed animum etiam ad negocia difficilia, & ardua conuertere; quod Ouidius exemplo Orionis perſequendo lynces ſtudentis amorem ſedare manifeſtauit, *Lib. 1. de art.*

Palludis in Lynces ſyluã errabat Orion.

Ad ſummum omnes, quos rei ſenioræ ab oculis capit obliuio, aut fluminis lethei vndam guſtaſſe, aut naturam lynceam induiſſe dicuntur. Ad rem Hieronymus in epiſtola ad Chriſogonum Monachum dixit. *Verùm tu quod naturâ lynces inſitum habent, nè poſſ tergũ reſpicientes meminerint priorum, & mens perdat, quod oculi videre deſierint, ſta noſtra eſt neceſſitudinis penitus obliuio, vt illam epiſtolam, quam in corde chriſtianorum ſcriptam Apoſtolus refert non parua litura, ſed imo, vt aiunt, ceris eraſeris.* Secunda proprietas eſt viſionis perſpicacitas, qua lynces muros etiam penetrant, hac poſſunt homines callidi, & verſipelles, aliud fronte, aliud pectore prementes, qui per famulum, & per amicũ, quid intra priuatos parietes agas intuentur, cum tantummodò homini ſufficiat lynceis oculis res rectas contemplari, quare in hoc ſenſu Spinula protulit hoc diſtichon, *Lib. 1. epigr.*

Ille ego ſat video, magis eſta lynceus ipſe
Qui rectum omne videt, non ſatis ille videt?

Tertia tandem proprietas eſt vrinæ latitatio, quam lynces naturali inſtinctu ad nocendum hominibus procurant, ſed credentes obeſſe ſæpè numero vtilitatem afferunt, nam huiuſmodi lotium arenis tectum in lapidem citius concreſcit; pari ratione illi, qui ab Inuidis deprimuntur, & veluti ſub terra celantur, in huiuſmodi ærumnarum, & calamitatũ ſtatu iacentes, operante Deo, pretioſi lapides euadunt. Nobiliſſimum huius rei ſpecimen nobis Ioſeph præbuit, quem fratres in fouea collocarunt, deinde Ægyptijs vendiderũt, & ſic eum perdere credentes ad ſupremam Ægyptiorum dignitatem promouerunt. In hoc ſignificatu auari, & rapaces naturæ lyncis ſunt æmuli, qui lotium, nempè bona temporalia abſcondunt, ne hæc in humanum vſum conuertantur. Prædictis aſſociare poſſumus illos ſapientes viros, qui ſcripta ſua humano generi profutura cognoſcentes, cum blattis, & tineis illa rixati patiuntur. *Auari, & rapaces.*

PROVERBIA.

NAtura duas inſignes lyncibus ingenerauit proprietates, nimirum videndi claritatẽ, & obliuionem, à quibus duo prouerbia dimanarunt. Primum eſt *Lynce perſpicacior*, aut *Lyncis perſpicacitas*. Hocq; de homine viſionis acumine prædito ſolet proferri; licèt apud Græcos legatur Αυγιος ὀξυωτέρου βλέπειν. Lynceo acutius videt: Hoc etiam adagium de homine perſpicacis ingenij promulgari poteſt. Secundum eſt *Obliuio Lyncis*, quod de illo pronunciant, qui præſens commodum aſpernans melius quærit, & conuenit ferè cum alio adagio, *Præſentem mulge, quid fugientem inſequeris*. Imò ad rem apud Plautum inducitur Pſeudolus ſeruus ſic loquens. *Certa amittimus, dum incerta petimus.*

EMBLEMATA.

BOnarum literarum cultores perquã ſtudioſi ex obliuione, & claritate oculorũ lyncis, occaſionẽ componendi emblamata captarunt, vt Alciatus, qui emblema ſextum ſupra ſexageſimum proponit deſumptum à natura lyncis, qui cum paſſus ſit longa ieiunia, & repererit prædã, illam auidè vorans, ſi fortuitò in aliam partem reſpiciat, prædæ obliuiſcitur, & aliam quærit. Sic igitur hoc emblema inſcribitur. OBLIVIO PAVPERTATIS PARENS. Deindè ſubſcribit hoc hexaſtichon.

Cum Lupus eſuriens mandit ceruarius eſcam,
Præquè fame captum deuorat hinnuleum;
Reſpiciat ſi forte aliò, vel lumina vertat,
Præſentem obliuſus, quem tenet ore cibum,
Querit at incertam (tanta eſt obliuio) prædam,
Qui ſua neglexit, illulit aliena petit.

Prolatum eſt hoc emblema in ambitioſos, & auaros, qui ſpe maioris honoris, vel amplioris commodi, neglecta præſenti ſorte, aliam ſibi comparare conantur, illiſquè accidit, quod Pyrrho Epirotę olim cõtigit, qui, ex luſtino, in ampliſſimo Imperij faſtigio collocatus, nec eo contentus Græciæ, & Aſiæ regna meditabatur, & maiorem ex bello quàm ex imperio voluptatem hauriebat, ſed poſtea victis, & acquiſitis celeriter carebat, ideo fuit comparatus luſori imperito, qui cum multa, & fœlicitèr iaciat, ijs tamen vtendi modũ negligat. Quarè huc refertur aſſertum Belliſarij, vt recitat Procopius, qui ſcribens ad Theudebertum Francorum Regem (qui cum eo manus conſeruit) dixit ſatius eſſe, vt ſecurè ſua quiſquè poſſideat, quàm dum aliena nimium appetit, de ſuis rebus periclitetur. Non diſſimile à prædicto Camerarius concinnauit emblema, in quo effigiat lynceum prędam ſtringentem, & aliò reſpicientem, cũ hac inſcriptione. STVLTVS ALIENA REQVIRIT. Profert hoc emblema in auaros, & ambitioſos, qui vana ſpe vberioris fortunæ excæcati commoda præſentia negligunt & ſubſcribit hoc diſtichon.

lib. 2. de bel. Goth.

In lib. embl. ex An. 33.

Incertũ inhiat, certiſſima ſpernit auarus.
Ceu præſente alium Lynx capit ipſa cibum.

Emblem. 34

Idem auctor contemplans acumen oculorum lyncis depinxit hanc Feram citra quemdã parietem, & multa animalia vltra eumdem, & picturam, hac inſcriptione decorat. INSPICIT, ET ASPICIT, & quoniam hoc emblema ad ſingularem mentis aciem, & ingenij acumen referri poteſt, propterea ſubſcribitur hoc diſtichon.

Et muros penetrant fulgentia lumina Lyncis;
Et ſecreta acies perſpicit ingenij.

VSVS IN MEDICINA.

In theſ. remed.

In antid.

MAximam profectò partes Lyncis in Nephritide ſortiuntur prærogatiuã, quonia priſci, & nuperi auctores in huiuſmodi affectione illarum meminerunt. Euonymus deſcribit aquam ad calculos comminuendos, quam petralem appellat, & omnia ſimplicia medicamina cum ſanguine lyncis miſcet. Verùm quid dicemus de pinguedine ęcum ex hac Vuecherius componat vnguentum ad calculos expellendos idoneum; præterquà quòd hæc pinguedo ſugillationibus etiam medeatur ex Porta, quia maculoſa animalia ad ſphragiſmata valere teſtatum reliquit. Præterea vrina lyncis, ex Auctore do natura rerum, pruritum ſanat, & vnguiũ dolori medetur. Imò hanc Stranguriç, & Iſchuriç, nec non alijs renũ, & veſicę affectibus vtilem eſſe prædicant, & præcipuè quia in lapidem facilè coeat, vnde Ouidius dixit.

Lib. 5. phytog. cap. 16.

Lynces dedit India Baccho,
E quibus (vt memorant) quicquid veſica remiſit,
Vertitur in lapides, & concelat aere tacto.

Sal lyncurij In baſil. chym.

Itaq; Lyneurium, ſiuè ſit ſuccini ſpecies, vel (quod magis credendũ eſt) ſit lapis in veſica lyncis genitus in prædictis ægritudinibus à medicis commendatur. Quamobrem ex hoc lapide, & oculis cancrorum ſal à Crolio aduerſus calculos conficitur. Solinus quoq; hũc lapidem non ſolum in ſedandis renum doloribus, ſed etiã in auferendo morbo regio mirandum in modum extollit. Ad finem vngues lyncum ſuis non carent virtutibus. nam hi cum corio exuruntur, cinciſq; potus, & inſperſus propudio virorum, & mulierũ ardentem libidinis feruorem compeſcit, quocirca ad hunc vſum, in Carpatho inſula ex Plinio efficaciſſimè vri ſolet. Singulos lyncum vngues (inquit Geſnerus) apud nos argento includunt, & ad ſpaſmum commendant, ſi geſtentur, fortaſſis quoniam incurui ſint, quo argumento Nonnulli radices etiam repandas, & nodoſas aduerſus conuulſiones appendunt; nam ratione obliquitatis contra hanc affectionem præſeferre ſignaturam opinantur. Verùm non omnis vnguis lyncis, iuxta mentem Geſneri, idoneus eſt, ſed is tantùm, qui eſt in pede dextro pro pollice, argento includitur, & tanquam pharmacum morbi comitalis, amuletum publicè venditur.

Spaſmi amuletum.

VSVS

E

VSVS PELLIS.

CVm lyncum vsus in venatione sit omittendus, nam in capite præcedenti narratum fuit ad mentem Pauli Veneti Regem Tartarorum habere leopardos cicures mirum in modum ad Feras capiendas idoneos, nec non lynces non minus industrias ad venandum, Modò pellis vsum solummodò recensebimus; cũ omnibus in regionibus huiusmodi pelles tanquã pretiosæ magni fiant. Narrat enim Nicolaus de Nicolais Cõstantinopoli esse locum Bezestar nuncupatum, in quo multæ sunt Apothecæ, in quibus pretiosæ merces, sed potissimum pelles lyncum venales seruantur. Cæterum aduertendum est (inquit Olaus Magnus) vt non solum pelles mollioribus plumis, & pulchrioribus maculis sint præditæ, sed etiam, vt sint lyncum brumali tempore captarum, tunc enim pelles in plumis, & colore meliores, & pulchriores sunt; quoniam pellis huius Feræ captæ tempore æstiuo, & vilior, & deterior habetur. Itaque pelles prædictis conditionibus præditæ nobilibus tantùm in vestimentis ostentantur, & etiam caro pretio venditur; Gesnerus ait vendi tribus denarijs aureis cum triente, & aliquando sunt maioris, & minoris pretij pro differentia pellium, & regionum, à quibus deferuntur, Hic Bononiæ pellis huius animantis ampla nigris punctis eleganter insignita, & ad albedinem vergens centum, & viginti libris venundatur, quam lupi ceruarij nostri pelliones appellant; pellis autem lyncis Africanæ est prædicta aliquantò angustior, & in colore rufescens, hanc cati pardi esse contendunt, Verùm deficiente priori hæc & pretiosa habetur, & eodem pretio venditur.

Lib. 2. Itiner. cap. 23.

F

DE TIGRE.

CAP. IV.

ÆQVIVOCA.

G

INTER Maculosas Feras Tigrim dinumerandam esse legitima ratio nobis persuadet, quoniam Historici, & Poetę non vulgariter eruditi Tigres maculosas, & virgatas appellarunt. Non erit ergo infrugiferum, vt nostri moris est, prima facie æquiuoca recensere, vt huius animantis historiam rectius exponamus. Tigris præter Feram, de qua in præsenti agitur, est nomen proprium viri in epigrammate, quod Suidas citat in dictione Βολλ:. Fuit item tigris nomen mulieris Leucadiæ amicæ Pyrrhi Epirotarum Regis, qui tertius extitit, ab eo Pyrrho, qui in Italiam militauit; quã postea mater Olympias veneno sustulit, vt Athenæus breuiter enarrauit. Tigris insuper nomen fuit alijs bestijs impositum: nam tigris fuit canis apud Ouidium. Propterea Varro scribebat non longissimis nominibus canes esse appellandos, quò celerius quisquè vocatus exaudiret, nec tamen breuioribus, quàm quę duabus syllabis enunciantur, vt Scyllax, si mas sit, & si sit fœmina, cerua, lupa, tigris. Amplius tigris fuit nomen Equi, qui circo committebatur, vnde Martialis cecinit,

Tigris nomen proprium hominum.

Lib. 13. Dyposeph.

Tigris nomen canis, & equi.

Vtrumne curras Passerinus, an Tigris.

Et alio in loco huiusmodi equum tigrim cognominatum pauculis verbis complexus est.

Tigrim vince, leuemque Passerinum,
Nulla est gloria præterire asellos.

In circensibus nomina equis imponebant, vel à colore, & tunc equus dicebatur Corax, vel à velocitate, & cognominabatur tigris, & sic deinceps, vt Salmasius in Solinum summatim expressit. Tigris fuit nomen nauis Massici apud Virgilium vbi legitur,

Nauis.

Massicus æratæ princeps secat æquora Tigri.

lib. 10. Aen.

Sicuti alia fuit nauis dicta Triton, alia Centaurus iuxta ſigna in prora, vel puppi cęlata, aut picta; idcirco nauis qua Iuppiter Europam rapuit inſigne habuit Taurum, hinc orta eſt fabula Taurum rapuiſſe Europam. A

lib. 14 Orig. capit. 21. *Tigris* fluuius eſt Meſopotamiæ, vt ſcribit Iſidorus, de paradiſo exurgens, contra Aſſyrios pergens, & poſt multos circuitus, in mare

Flumen. mortuum, vel rubrum ſe exonerans, hic in ſua origine tardus eſt in motu, & tunc non vocatur tigris; quando autem ad regionem Medorum peruenit, adeò velociter currit, vt & multorum torrentium aquas, & ingentia ſaxa deuoluat; hac de cauſa à Medis ob curſus

Inſula, In Epiſt. Aſ. velocitatem tigris indigitatur. Denique tigris Inſula eſt duodecim millia paſſuũ à Mozal diſtans, de qua paucula habentur in libro de geſtis rebus in Oriente à Societate Ieſu; muris enim vndique eſt cincta, & tota ferè à Chriſticolis habitata.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

TIgris apud Auctores variè ſcribitur, diuerſimodè inflectitur, & modò ſub genere maſculino, modò ſub fœminino effertur. A Suida pronunciatur B τίγρις ſignificans animal, τίγρης verò, cum denotat fluuium. Sed hæc diſtinctio ab auctoribus non obſeruatur, reperitur aliquandò πίγρης de fluuio inquit Euſtathius, & Tigrix pro Tigris in veteri inſcriptione, vt refert Salmaſius in Solinum. Verùm hæc nomina ſic poſſunt accipi, vt tàm de animali, quàm de fluuio intelligantur præter hanc vocem πίγρης, quæ ad fluuium propriè attinere videtur. Ratione inflexionis Euſtathius ſcribit τίγρις per iota, & inflectit τίγριος, vt inde genitiuus Atticus fiat τίγριος; ab alijs auctoribus τίγρις, & in primo caſu obliquo τίγριδος inclinatur. Sunt qui ſcribant τίγρης τίγρητος. Græci auctores, quos vidimus ſine delta, Latini verò, & præſertim nuperi cum delta hoc nomen inflectunt, nam apud Solinum Lucanum, & alios legimus tigrides, ab alijs ſine delta profertur. Tigris, tigri, tigrin, tigrim, & tigrem, Bartolomeus cognomento Anglicus inquit, quòd tigris, trigridis pro beſtia, & tigris huius tigris pro fluuio vſurpatur. Ratione generis Varro hoc vocabulum genere maſculino Plinius autem, & alij omnes latini fœminino genere efferunt. Græ- C

lib. 12 Orig. cap. 2. corum plerique in genere fœminino, nonnulli vt Plutarchus in genere maſculino tigrim pronunciant. Tigris etymologiam Iſidorus his paucis verbis notauit, cum Perſæ, & Medi belluam hanc in velocitate mirabilem obſeruarent tigrim, nomine ſcilicet, quod conuenit ſagittæ, nuncuparunt. Italis dicitur Tigre, Gallis Vne Tigre, Hiſpanis la Tigre, Germanis Tigerthier, ideſt Tigris animal. Munſterus in Dictionario trilingui, teſte Geſnero Gir, & Girera apud Hebræos ſagittam interpretatur, tamen Feram hanc eiuſ-

Iob. 4. dem ſoni cum latinis eſſe ſcribit, & quamuis Laiſch in ſacris literis Septuaginta vertant Myrmicoleon, & Hieronymus Tigrim, tamen leonem magnum, & ætate prouectum debemus intelligere, vt in capite primo huius libri fuit expoſitum. Apud Arabes Alſebha eſt nomen commune omnibus quadrupedibus, quæ dentibus, & vnguibus mordendo, & lacerando homines inuadunt, vt leo, lupus, tigris, ſic exponit Bellunenſis. In lingua

In deſcrip. Guineæ. Congitana, vt refert Io. Hugo, Tigres Engoi nominantur. Tandem animaduertendum eſt, quia hoc animal Europę eſt peregrinum ab omnibus populis, tùm barbaris, tùm græcis, tùm latinis eodem nomine peregrino vocitari. D

GENVS, DIFFERENTIÆ, Deſcriptio.

APud Pauſaniam in Bœoticis legimus à Cteſia memoratum, in libro de Indis, animal, quod eorum lingua dicitur Manticora, ideſt homines deuorans, non aliud eſſe quàm tigrim, eique triplicem dentium ordinem in vtraque maxilla attribuit, & aculeos in cauda muſſiles, quibus ſe tuetur;

Tom. 2. ideo Textor, in Officina, prędictis verbis fortè nixus ſcribebat, tigres eſſe apud Praſios Indiæ populos triplicem dentium ordinem habentes, & aculeos in cauda, quos tanquam ſagittas eiaculantur. De hac fera forſan agens Iuuenalis canebat.

Indica

Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem.

E Adrem Strabo teſtatur, Megaſthenem ſcribere, Tigres in India apud Praſios eſſe dupla ferè magnitudine ad leonem. Cæterùm tigris hiſtoria hac premitur difficultate nùm hęc Fera degens apud Praſios ad tigrim referenda ſit. Quiedus agens de Feris habitantibus in Continenti deſcribit quoddam animal tigrim appellatum, cum facie leænæ, pelle picta colore nigro, & rubeo, quæ intuentibus maximam affert admirationem, robuſtum eſt animal dentibus, & vnguibus armatum prædicto valdè ſimile, & tamèn ipſe non audet huiuſmodi Feram tigrim cognominare cum careat illa agilitate, quam auctores de tigride prædicant, niſi dicatur eamdem animalis ſpeciem in diuerſis mundi regionibus varijs etiam qualitatibus, & conditionibus gaudere. Tigris igitur beſtia eſt nigris maculis oblongis potius, quàm orbiculatis in albo obſcuro inſignita; quare Solinus huius animalis colorem fuluum nigris ſegmentis interundatum vocabat. At Albertus verba Solini non rectè inuertens ſcripſit tigres eſſe coloris nigri fuluis virgis quaſi vndatim intercepti. Oppianus contemplans tigrim in pulchritudine illam comparabat Pauoni, & in magnitudine leænæ hunc in modum.

Lib. 15.

In ſumar. Ind. Occid.

lib. 3. de Ven

F

Tigris ſecundùm nonnullos.

Tigris Geſneri.

E *Tigridos eximiam celebremus carmine formam,*
Qua natura fagax nil viſu pulchrius vnquam,
Prabuit in tanto numero turbaque Ferarum.
Quippe feris tantò præſtat forma inclyta Tigris,
Quantò præcellit Pauo genus omne volantum,
Montanagam planè cenſeres eſſe Leænam.
Ni pellis varia deſcreta colore micaret.

Habet hæc Fera collũ breue, quale Leoni, & Vrſo aſſignatur, quia paſcendi gratia ceruicem, & ora in terram non deijciunt. Oculi ſunt ei ſplendore igneo micantes, vngues adunci, dentes acuti, pedes multifidi, & teſte Alberto huiuſmodi animalia ſeuitia imbuta felibus valdè ſimilia ſunt Alij auctores in magnitudine aſpectu, craſſitudine præter pellem variam hanc Feram leænæ conformem conſtituunt, ſed exiſtimamus ipſos verba facere de primo tigridis genere, quod ad mentẽ Ouiedi paulò antè deſcripſimus. Hanc Feram creſcere ad magnitudinem equi ſcribit Nearchus, qui pellem vidit, animal autem
F non vidit ipſum autem à veritate non recedere opinamur, quia duobus ab hinc annis hic Bononiæ in apotheca pellionis tigris pellem non rotundis, ſed oblongis atris maculis inſignitam vidimus, cuius longitudo menſuram quinquè pedum excedebat Albertus voluit tigrim ad magnitudinem canis leporarij, & amplius excreſcere. Talem igitur huius Feræ iconem qualem inuenimus in publico muſæo exhibuimus. Imò ad maiorem Lectoris intelligentiam effigiem Tigris Geſneri addere libuit.

NATVRA, MORES.

TRes eximias proprietates natura Tigribus congenuit, ſcilicèt velocitatem, crudelitatem, & prolis amorem, quas in præſentia perpendere à ratione alienum non eſſe arbitramur; vt huius Feræ hiſtoria magis eluceſcat. Solinus inquit, *Nihil eſt tam longum, quod Tigres breui non penetrent, nihil adeò antecedit, vt non illicò aſſequantur.* Lucanus autem dexteritatem *In Polyhiſt. cap. 27.*
G tigris ad motum reſpiciens ſic canebat. *lib. 5. Pharſ.*

Ocyor & Cœli flammis, & Tigride fœta
Transiurrit.

Nequè officit ſi quis dixerit Lucanum de tigride catulos habente verba facere, quæ ob filiorum tutelam modò huc, modò illuc celeritèr mouetur; quoniam Indi ex Geſnero nullum habent animal in velocitate, & motu præſtans, cui tigrim poſſint comparare, nam ſi quandoquè cum Elephanto prælietur, adeo agilis eſt, vt ſtatim inſiliat in eius caput ipſum què celeritèr ſuffocet. Quocirca cum Oppiano poſſumus canere, *Lib. 3. de Ven.*

Quin etiam mira lenitate animantia quæquè
Transuolat ac zephirum potis eſt æquare parentem.

Non defuerunt homines, vt recitat Egnatius, qui naturam tigris in velocitate ſunt æmulati, vt Caniſtius Lacedemonius, & Philonides curſor Alexandri, qui die vno ſpatiũ centum paſſuum ſupra ſexaginta millia tranſegerunt, & Romæ, Fonteio, & Vipſano conſulibus, puer nouem annorum à meridie ad veſperum perpetuo curſu octuaginta millia
H paſſuum confecit. Deindè tigris naturali inſtinctu in homines, & quæcumquè animalia inclementer ſæuit. Vndè Priſci loquentes de Proteo, tunc ipſum iram, & crudelitatem concepiſſe fatebantur, cum in tigrim transfigurabatur: tanta enim in tigride crudelitas obſeruatur, vt ſpontè homines ſemper aggrediatur, cum reliquæ beſtiæ, niſi fame, ira, aut libidine ſtimulatæ id moliantur, ſed viſo homine aufugiant. Quamobrem Petrus Martyr rem iſtam paucis complectitur, dum ſcribit. Incolas regionum à tigribus *lib. 10. var. hiſt.* *Decad. Occ. an. 3. cap. 5.*
cultarum ſibimet ab illis præcipuè cauere, cum multò ſequiores leonibus eſſe cõperiant. Ampliùs legimus in hiſtoria Americæ tigres fame pulſas citra vllum metum domos adorriri, & iumenta auferre, propterea circà habitationes ex dumis, & ſentibus intortis alta ſepimenta fabricantur, nè ex improuiſo ab hoſtibus, vel a tigribus obruantur. Poſtremò lector ſibi debet perſuadere, nullum eſſe animal vna tigre ſobolis amantius, vtaquè viſo homine catulos protinus transfert, vt teſtificatur Plinius: in quibus deferendis adeò agiliter operatur, & poſtmodum tantam induit inclementiam, vt optima de cauſa ſcripſerit Martialis. *par. 3. cap. 3.*

Non

Lib. 3 epigr. 44.

Non Tigris eunuchi rapta raptis,
Non Dipsas medio perusta Sole,
Nec sic Scorpius improbus timetur.

Imo tigris iam immoderatis affectibus prolem suam prosequitur, vt non sit admiratione dignum, si abreptis catulis ira accendatur, & in quodcunque obuium crudeliter sæuiat, & demùm rabie correpta pereat, ad hoc alludit Iuuenalis dum inquit,

Satyr. 6.

Tum grauis illa viro, tunc verba Tigride peior.

VOX.

vit. Apol.

NVtare, & frendere tigrim scripsit Oppianus, sed nunc id accidere cogitamus, cum ob filiorum raptum venatoribus vehementer infensa est; cum frendere sit præiracundia concussis dentibus vocem omittere, quod genus vocis aliis animantibus ira afflictaris competere potest: Fortè ab hoc sensu non recedit Philostratus, dum refert raptis catulis, & venatoribus abeuntibus, tigrim in litore mœstam vlulare, vlulatus enim nil aliud est, nisi flebilis, & mœstus sonus, qualem lupi edere solent, quare neque hæc erit vox tigrium propria. Plinius fremitum tigribus videtur assignare, dum inquit. Tigres sobolis raptorem persequentes, magnum fremitum emittere, sed fremitus cum sit vox indignationem significans, aliis etiam Feris attribui poterit. Reliquum est, vt dicamus cum auctore Philomelæ Rancitum esse vocem tigrium proprium.

Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque leones.

Decad. 3. lib. 2. Vnde Petrus Martyr loquens de quadam tigride fouea exceptâ aiebat. *Rancatu suo vniuersam vicinitatem obstrudebat, & montes illa stridore reboabant.* Tandem Oppianus, & ipse in hanc venit sententiam, dum de tigris voce hæc habet.

Et rancans fœtus recludit hiatibus ora.

Rancare igitur erit verbum per onomatopœiam formatum ad tigrium vocem tantummodo exprimendam.

LOCVS.

Lib. 3. vit. Apol.

TIgres, ex Cælio, in regionibus ad Orientem, & Austrum nascuntur, quia maiorem caloris copiam hæc animalia desiderent. Ideo Ptolemeus Besingos vltra Gangem Perimulcis vicinos plurimis tigribus infestari tradidit. Ab hac opinione non recedens Philostratus paucis explicauit, in India iuxta rubrũ mare, nec non intra Gangem, & Hyphasim fluuios multas tigres habitare; quibus adherens Plinius enarrauit populos Indiæ vltra Gangem ob tigrium copiam non tranquillè agere; quoniam vero Caucasus mons est editissimus à Scythia Indiam dirimens hinc Syllius Italicus cecinit.

Lib. 4.

Sic vbi caucaseis Tigris se protulit antris.

Lib. 3. cap. 26. Præterea à Colaico Indiæ promontorio ad Austrum, vbi sita est Insula Taprobane, tigrides diu nunc lucis vsura fruuntur, si credendum est Solino, & Ioanni Bohemo, qui animaduertit huius Insulæ homines culturæ studere, & venationibus indulgere, sed plebeias non agere prædas, cum tigrides, & Elephantos venentur. Cæterum inualuit opinio apud Poetas Hyrcanam regionem tantùmodo à tigribus coli. Idcirco Bargæus canit:

Lib. 3. Cyneget.

Nascitur hyrcanis in saltibus aspera Tigris.

Horum sententiam confirmauit Ammianus Marcellinus, dum fatus est Tigridum millia multa commorari apud Hyrcanos, quibus populis D. Thomas Apostolus Christi fidem prædicauit, vt scriptum reliquit Sophronius. Regio hæc ab Oriente mari Caspio, à meridie Armeniæ contermina est, hac de causa tigris aliquando Armenia, & quandoque Caspia à poetis nominatur. Nuperi historiæ Indicæ scriptores proponunt peculiaria loca, in quibus tigres vitam ducunt. Fernandus Lopes in nemoribus Bengalæ multas tigres stabulari asseuerat. In chronicis Peru habemus à magnis tigribus illos montes. coli, quæ ab illis descendentes multos Hispanos, & Indos Interimunt. Ex epistola in-

Lib. 4. cap. 37.

Part. 1. cap. 114.

dica

E dica libri de rebus gestis in Oriente à Societate Iesu collegimus ibi plurimos Eremitas in arboribus fabricatis domunculis vitam trahere, non solum vt meditationi quietus vacent, sed etiam vt melius tigrium impetum euitent. Nequè hoc incredibile videtur, quoniam Balbus in suo Hodęporico scripsit Religiosos Pegu custodientes Idola Talapoi nuncupata, ob tigrium timorem, habitare cellas ligneas supra altas trabes in syluis fabricatas, & paulò inferius dixit. A Cosmi ad Meccaum nauigatur spatio vndecim dierum per aquæ dulcis canales, supra quorum ripas passim domus ligneæ in summitate altarum trabium ædificatæ conspiciuntur, nè habitatores à tigribus ibi frequentibus lædi possint, & alibi narrat se cum comitibus in huiusmodi pensilibus casis ob tigrium formidinem pernoctasse. Amplius, eodem teste, non modò in territorio Cosmi, sed etiam Gungiebui tanta tigrium frequentia obseruatur, vt indigenæ assiduò metu premantur, & aduenæ à naui in medio fluminis morantes non recedentes formident, quoniam tigris aquam non abhorrens naues etiam adoriri audet. *Cap. 73.* *Cap. 139.*

F

VICTVS.

IGres omne animalium genus, sed quadrupedes præsertim maiusculas inuadit Elephantum superat, mulum pede apprehensum trahit, oues, boues, & ceruos aggreditur, ęquorum carnibus præcipuè gaudet, quamuis tigridi cicuri, referente Plutarcho, obiectus hędus cum quo illa diù familiariter versata erat, non fuerit deuoratus, sed felis deindè exhibitus; hinc tamèn non fit, quin ouilia, & armenta ab illis summoperè non expetantur; quare Bargeus ad rem canit. *lib. 8. Syriæ.*

——— Vt rabida fuerunt ad ouilia Tigres,
Pergere, si quando rabies agit improba edendi.

Præterea tanta auiditate quandoquè feruntur, vt viso sanguine vnius animantis, illicò omnes interimere cupiant. Id exprimit Statius his verbis. *Lib. 8.*

Inde velut primo Tigris ganisa cruore,
G *Per totum cupit ire pecus.*

De hac edendi prædictas carnes cupiditate delibat pauca Ouidius dum inquit. *Lib. 5 metā.*

Tigris vt auditis diuersa valle duorum
Extimulata fame mugitibus armentorum
Nescit vtrò potius ruat, & ruere ardet vtroquè.

Tigrium victum verborum parsimonia perstringimus, quoniam in tractatu loci natalis multa de victu enucleatè scripta sunt.

COITVS, PARTVS.

MVlti Auctores falsò consentiunt omne genus tigrium fœmininum esse, & viciſſim Tzetzes, cuius opinioni non est subscribendum masculinum asseruit, dum dixit.

H *Ego autem, vt inueni mares esse omnes Tigrides.*
Sic, & femininum Vulturum inuens omne genus. *Chiliad. 12. cap. 114.*

Illi, quibus omnes tigrides fœminas esse placuit, eas non cum vllo mare congredi, sed ex vento concipere statuerunt, non alia ducti ratione, nisi quia mares nunquam à venatoribus capiantur. Oppianus respondet id contingere, quoniam visis venatoribus mares catulos deserentes, & fuga sibi consulentes matres cum filijs relinquunt, quæ à venatoribus sæpè necantur. Cur autèm ex Zephyro tigres concipere Nonnulli crediderint, ex velocitate cursus huius animantis orta est hæc fabula, quemadmodum Antiquitas equos quosdam velocissimos ex vento natos esse commenta est, vt equos Dardani ex Borea. In Lusitania quoquè equas ex vento concipere alibi narratum est. Congrediuntur igitur tigres auersæ, vt Aristoteles, & Plinius restificantur, sicut elephanti, & cameli, & cęteræ animantes, quæ auersa habent genitalia, imò non solum cum fœminis suæ speciei, sed etiàm cũ alienis, & præsertim cũ canibus misceantur vndè Scaliger canebat, *Equi velocissimi.*

Tigris

Tigris item, Vulpeſque canis, Pardusque Leone. A

Propterea Plinius canes hyrcanos ex tigribus naſci affirmauit, ſed non debemus longius vagari, cum id in Ariſtotelis doctrina expreſſum habeamus; is enim canes Indicos
lib 8 de hiſt. an. cap. 28. ex tigride, & cane non ſtatim, ſed tertio congreſſu generari voluit, quoniam in prima commixtione canes bestiales procreantur, ideſt primi ferinatem adhuc participant, horum filij minùs feri ſunt: tertij tandèm manſueſcunt; denique modum procreandi huiuſmodi canes aſſignat; alligantur, inquit, canes locis deſertis, per quæ tigres verſantur, & niſi tigris in luxuriam ſoluatur, lacerantur, ſed cum veneris deſiderio premitur, miteſcit. De partu tigridis non in longum ſermonem dilabemur, quoniam omnes auctores, & præcipuè Albertus vnica partura tigres multos catulos eniti ſtatuerunt.

CAPIENDI RATIO.

NEmo vnquam fuit tali verſutia imburus, vt ex ſententia Varronis viuam tigridem comprehendere poſſet. Verùm ad has feras enecandas multis, & B
doloſis artificijs vtuntur. Poſſunt venatores robuſti, & iuuenes ſuper equos venabulis armati tigres cum maximo vitæ diſcrimine circumuenire, quod Bargeus elegantiſſimè deſcribit.

lib. 7. Syria.

At velut hyrcanis in montibus aſpera Tigris,
Quam iuuenes denſa circumuenere corona,
Inſilit in medios, illumque euiſcerat vncis
Vrgentem, hunc rapidis infringit dentibus artus.

Decad. 3. lib. 6. Petrus Martyr in Dariene multas olim Feras, & regionem totam à tigribus infeſtatam fuiſſe ſcribit, & iam inuentas eſſe artes, quibus multæ capiantur, cum in habitaculis illius regionis multæ tigrium pelles conſpiciantur, ſed artificium non docet. Ioannes Hugo
In deſcrip. Guin. in Congitana regione tigres ſagittis, bombardis, & eſca venenata comprehendi exponit; ſed quodnam ſit hoc venenum non exprimitur; niſi velimus dicere eſſe ſuccũ herbæ buglosſæ ſimilis naſcentis iuxta Gangem Indiæ fluuium, quo ſucco Indi, ex Geſnero, nocte intempeſta latibula tigrium aſpergunt, vnde ſic afficiuntur, vt cum progredi
Lib. 3. de Ven. nequeant moriantur. Oppianus retibus tigrim poſſe coerceri contendit, ſi ablatis catulis retia tendãtur in via, per quam mater tranſitura eſt. Propterea canebat hunc in modũ. C

Raptos hinnuleos ſequitur mœſtiſſima mater,
In caſſeſque ruens, ſpectacula probet amara.

Id non fuit ignotum Bargeo, cum paſtorum Hyrcanorum meminerit, qui ſimili artificio vſi ſunt, dum inquit.

——— horrida Tigris
Hyrcanus quam paſtor agens in retia captam,
Incluſit cauea.

Præter retia, poſſunt ſcrobes in vijs à tigribus frequentatis excauari, quibus noctu Fe-
Decad. 3. lib. 2. ræ decipiantur, & excipiantur. Ad rem Petrus Martyr, narrat à tigride diuexatam fuiſſe Dariennem, factura non minore quàm ab apro quondam rabido Calydoniam, vel à leone fero Nemeam; integro namquè ſemeſtri noctem aiunt nullam indemnem exactã D
fuiſſe, quin vel iuuencam, equum, canem, aut ſuem, inter vaſa interfecerit, imò minime tutum quemquam domo exijſſe referunt, eo tempore, quo huiuſmodi tigris catulos alebat, ſed tandem ars inuenta fuit neceſſitate cogente, qua tanti ſanguinis pœnas lueret, exploratis namquè ſomitarum anguſtijs, per quas è ſpelæi latebra ad prædam noctu prodire ſolebat, iter ſciſſum eſt excauata ſcrobe maceria cooperta; vnde veniens incautus (mas quidem erat tigris) in foueam decidit, & ſudibus acutis in foſſæ fundo fixis inhæ-
In ſũmar. Ind. Occid. ſit. Quiedus inter ſcriptores recentiores diligentiſſimus enumerans animalia Continentis illarum regionum narrat modum, quo Indi in comprehendendis ſuis tigribus vtuntur. Venator ſumens baliſtam vnà cum cane ſagace ad tigrium venationem ſe confert (non enim ducit canem leporarium, quia ſtatim à tigride mactaretur) canis ſagax ſtatimac videt tigrim partim latrando, partim fugiendo, & reuertendo adeò ipſam vexat, vt arborem aſcendere cogatur. Tunc canis ſub arbore latrans moratur, donec perueniens Sagittarius eminùs tigrim lęthaliter vulneret, qui deinde cũ cane illicò fugam

arripit

E arripit tigris saucia descendens, vulneris dolore afflictata arbores, & terram mordet, donec pereat. Transacto duarum, vel trium horarum spatio, venator cum cane reuertens repertam tigrim mortuam ad vrbem defert. Qui viuam tigrim habere desiderant, furtiuum catulum alere conantur; sed non potest id, nisi cum magna difficultate confici. In primis catuli catenis vincti in crypta lactandi incassum relinquuntur, quoniam, teste Petro Martyre, in Darienne, nonnulli venatores id frustrà experti sunt, qui adeuntes antrum duos catulos, absente genitrice, vberibus adhuc indigos abstulerunt, sed mutato consilio, vt grandiusculos in Hispaniam mitterent, ferreis catenis diligenter in colla compositis ad maternum antrum lactandos reportarunt; inde, post spatium aliquot dierum regressi, catenis nil suo loco mutatis vacuum cubile reperierunt; à matre præ rabie dilaniatos fuisse putarunt, cum viuos à catenis solui nullo pacto potuisse asseuerarent. Plinius docet Venatorem, ablatis catulis, qui semper sunt numerosi, sedentem in velocissimo equo fugere, & tigrin reuersam, vacuoquè spelæo inuento, citatissimo cursu totam regionem circumlustrare, donèc venatorem fugientem deprehenderit; venator, tigris fremitu audito, vnum è catulis abijcit, tigris hunc mordicùs suscipit, & retrouersa in antrum defert, mox alacri cursu eadem vestigia repetens venatorem aggreditur, qui rursus catulum alterum abijcit, cursuquè nunquàm intermisso nauim versus peruolat; suscipitur hic quoquè, & rapidissima velocitate reportatur, idquè tertiò, & interdū quartò fit, donec venator conseendens nauim cum duobus, & quandoquè cum vno tantùm catulo fugiat, equo in littore relicto, in quem Fera sequiens omnem vltionis rabiem exerceet. Nuperi adomnes catulos tigrium comprehendendos, & asportandos technam excogitārunt, cuius, nec Solinus, nec alij antiquiores meminerunt. Albertus narrat venatores, ablatis catulis, spheras vitreas matribus insequentibus obijcere, quas intuentes imaginē à speculo reddita decipiuntur, & eò magis cum sphera moueatur, quia viuum in se animal continere videtur. Tigris tandèm spheram pedibus confringit, vt catulo potiatur, quæ delusa illicò venatorem prosequitur, qui rursum aliam sphetam obijcit Feram deludens, donec ad ciuitatem, vel ad nauim perueniat. Iacobus Vitriacus non spheras vitreas, sed tigri insequenti projcit clypeos, in quibus quasi in speculis tigres figuram suam intuentes, & fœtus suos reperisse purantes, sistunt gradum; interea venatores euādunt. *Decad. 3. lib. 2.* *In hist. Or.*

CICVRATI TIGRIS MANSVETVDO, & efferati immanitas.

TIgres licèt ingentes iræ, & crudelitatis motus concipiant; tamen, & ipsæ aliquandò mansuetudinis pallium induunt, ideo Martialis de his cecinit hoc modo.

——— improbaquè Tigres
Indulgent patientiam flagello.

H Quoniam ad mansuetudinem redactæ æquo animo flagellum perferebant. Quibus autèm artibus bestiarij hoc assequerentur non constat. Adulationes, blandimenta, & obsequia adhibenda esse nobis persuademus, cum canat Ouidius.

Obsequium Tigresquè domat, rumidosquè Leones.

Propterea Seneca agens de beneficijs scripsit. *Osculatur Tigrim saucios.* Orpheus cantus dulcedine ferociam tigrium sedasse dicitur, vnde Virgilius de illo canebat. *lib. 1. cap. 4* *4. Georg.*

Mulcentem Tigres, & agentem carmine quercus.

Horatius quoquè alloquens Orpheum, sic cecinit. *Lib. 3. car. od. 11.*

Tu potes Tigres, comitesquè syluas
Ducere.

Hinc quidam vir in bonis disciplinis cēlebratus, ad deleniendam tigrium crudelitatem blandiloquentiam multum operari liberè asseruit. Ad tem potest in medium afferri distichon, quod recto, & inuerso ordine legitur, estquè huius tenoris.

Eloquium potis est crudeles flectere Tigres
Carmina non flectunt te mea Calliroe.

Huiuſmodi carminis genus, vir quidam eruditiſſimus radium, vel nauiculam textoriã appellabat, quia, illius inſtar, meat, & remeat, cum hac tamen conditione, vt, in lectione inuerſa, verſus pẽtameter in hexametrum, & viciſſim hexameter in pentametrum degeneret. His obiter animaduerſis tigres, quas cicures Roma vidit, curſum tranſgrediamur, D. Auguſtus, iuxta ſententiam Plinij, Q. Taberone, & Fabio Maximo Coſſ. quarto nonas Maij, Thearti Marcelli dedicatione, tigrim primus omnium Romæ in cauea manſuefactam oſtendit. D. verò Claudius ſimul quatuor exhibuit. Iulius Capitolinus, Romæ ſub Gordiano, tigres decem demonſtrat; cum in triumpho Aureliani quatuor tantum, ex Vopiſco, viſæ ſint. Heliogabalus portentoſi ingenij Imperator, non ſolum leones, ſed etiã tigrides curruí iunxit; vt aliàs à nobis fuit ſcriptratum. Cæterùm conſiderandum eſt inter alias Feras tigrim facilè efferari; ideò Seneca teſtatum reliquit tigres nunquam feritatem exuere, aliquando ſubmittere, ſed cum minimè expectauerimus, toruitas mutigata exaſperatur. Quare Martialis ad tigridis manſuefactæ feritatem alludens conſcripſit, illud epigramma, cuius concluſio eſt hæc.

Lib. 12 epiſ.

In lib. ſpect. epig. 18.

Auſa eſt tale nihil ſyluis, dum vixit in altis,
Poſtquam inter nos eſt, plus feritatis habet.

Hoc autem cuipiam mirum videri non debet, quoniam harum belluarum lenitas exaſperata, te ipſa, plurimùm detrimenti, maiorem què perniciem ſemper allatura eſt. Itaquè non poſſumus ſilentio inuoluere caſum, quem narrat Abdyas primus Babyloniæ Epiſcopus de duabus tigribus, quæ in ſua cauea manſuefactæ Babyloniæ degentes & fortè fortuna fugientes quoſcumq; in occurſu inuenerunt, dilaniarũt. Idcò populus metu conſternatus ad Dei Apoſtolos auxilium implorans, confugit, qui, Domini Ieſu Chriſti nomine inuocato, ad priſtinum domicilium tigres reduxerunt. Summis igitur rationibus Ferarum Magiſtri Imperatoris Turcarum (auctore Theueto) dum per vrbem ad ſpectaculum cicures ducunt tigres campanulis cinguntur, quarum ſtrepitu audito, plebs ab improuiſo tigrium impetu ſibi cauet. Imò Victorius addit Turcarum Regem alere tigrum, quæ catenis etiàm vincta cutò tractari non poſſit. Quamobrem curatores, cum illam aliquò conuehere volunt, ipſi ſuccum Mandragoræ, vel opium præbere ſolent, tunc enim, vi medicaminis, ferocia obtunditur, & Fera velut ſtupefacta, per Vrbem innocuè ducitur, hinc colligendum eſt huiuſmodi animantium genus feritatis nunquam obliuiſci.

Lib. 6. hiſt. Apoſt.

Tom. 2. Coſmogra. lib. 19. cap. 7.

Lib. 4. var. lect. cap. 3.

SYMPATHIA, ET ANTIPATHIA.

Vmmus conſenſus eſt tigrim cum aduenis, indigenas verò lethaliter proſequuntur, legimus namquè in hiſtoria naturali Indiæ Occidentalis, tigres Indorum veſtigia acuratiſſimè internoſcere, cum nulli Hiſpanorũ vim faciant, imò quandoquè ex medijs hiſpanis Indus à tigre corripi, & abduci viſus eſt. Præterea Io. Hugo, in Prouincia Bambe, obſeruat tigres adeò cum hominibus candidis conſentire, vt eos nunquam, nigros autem crebrò adoriantur, & maiori animaduerſione dignum eſt, quòd homine nigro, & albo condormientibus tigris hominem nigrum, albo intacto, aggreditur. Inſuper cum aliquibus beſtijs ingentes gerit inimicitias; hac de re, viſo elephanto vt aliqui affirmant, tigris ita excandeſcit, vt inſiliens in eius caput, ipſum facilè ſtrangulet. Huic nixus Euſtathius tigrim Elephanto robuſtiorem eſſe promulgauit. His accedit, tigres odio capitali à bubalis diffidere, propter odorem à bubalorum corpore dimanantem, qui naribus tigrium ingratus eſſe perhibetur. Quocirca habitantes inter Coſmi, & Mecaum, teſte Balbo, non ignari huius antipathiæ in proprijs domicilijs bubalos nutriunt, propter frequentiã tigrium, quæ non appropinquant habitaculo, in quo bubali ſtabulantur. Tandem ſunt, qui tigres muſis auerſum ingenium habere ſcribant, quę & ſonum tympani adeò abominantur, vt, eo audito, mirabiliter inſaniant, eoquè furoris prouehuntur, referente Pierio, vt ſemetipſas dentibus faucient, viſceraquè ſua fędè diſcerpant.

Lib. 4.

In deſcript. Guin.

In Hodepor. cap. 34.

Lib. 11. Hieroglı.

EPI-

B

EPITHETA.

QVatuor præcipua assignantur, quæ tigribus epithetorum varietatem præbuerunt, nempe locus natalis, violentia, qua in prædam feruntur, maculæ, quibus tergus insignitur, & cursus celeritas. Si primum contemplemur, tigrim Armeniam, Gangeticam, Caucaseam, Caspiam, Hyrcanam, Parthicam, Indam, & Asiam, cum poetis appellare poterimus. Si ad secundum nosmet conuertamus, cum hoc animal ad lacerandum, deuorandum, & ad omne crudelitatis, iracundiæ, & violentiæ genus exercendum natura peperisse videatur, iure meritò tigrim rapidam, rabidam, rabiosam, violentam, efferam, furibundam, trucem, immanem, ferum, asperam, acerbam, sęuam, rigidam, dentatam, spumantem, auidam, & martiam indigitabimus. In hoc quoquè sensu Virgilius tigrim atram vocitauit, non quòd pellis colorem atrum præseferat, sed ab effectu, quia, vt notat Seruius, cum homini, & cæteris animantibus infesta, & inimica sit, atrum mortis colorem afferat, si pellem huius Feræ virgis distinctam meditemur, non iniuria tigris virgata cum Seneca, maculosa cum Ouidio, & denique cum Græcis ποικιλόνωτος cognominabitur. Apud Oppianum tigris ἑιολόνωτος, quasi varie gatum dorsum habens legitur, dum canit hunc in modum, *lib. 4. Georg.* *lib. 3. Cyneg.*

F

ποικιλόνωτος τε βοὴν, καὶ τίγριδες ἑιολόνωτοι.

Postremò tigres ob cursus velocitatem pede strenuę, apud Baptistam Mantuanum prędicantur. In quo sensu, tigris à Græcis ἴτιμος exponitur, & licet hoc vocabulum ventosum designet cum ἴτιμος, apud Poetas, & ἄτιμος, in soluta oratione, ventus dicatur, tamen ἴτιμος celeritate ventos assequens exprimitur; optimè igitur de causa apud Nazianzenum tigris hoc epitheto decoratur, dum inquit,

Τίγρις ἐ ἴτιμος παρδαλίων τε μίνως.

Accedit quòd, cum Aelianus, & Plinius non vulgarem tigris erga filios beneuolentiam esse prædicent, meritò hæc Fera poterit vocari φιλότεκνος, sic enim in græcis literis appellatur, qui singulari amore sobolem suam complectitur. Ad summum Ouidius contemplans tigrim currui Cybeles iunctam, capistratam nominauit, *In Epist.*

G

Inquè capistratis Tigribus alta sedet.

DENOMINATA.

APpianus in mentione equorum, quos Orynges vocat, horum nonnullos, quasi tigrinos denominat, quoniam floridis maculis, siue oblongis tęnijs instar tigrium decorantur. Zebra quoquè Indica inter solipedes fimbriatis, lineatisquè pilis, miro aspectu, obseruatur; quæ num sit Hippotigris animal celebratum in Antonio Caracalla ex Dionis Nicęi historia, cũ vocabulum ex equo, & tigre compositionem designet, non est præsentis loci declarare. *lib. 1. de ven.* *Hippotigris.*

H

Accedamus igitur ad plantas, quæ à tigre denominationem sortiuntur. Inter has Dodoneus describit plantã, vel florem tigridis foliis angustis virentibus, & acuminatis, è pullo radicis bulbo, flore luteo quàmplurimis exiguis notulis variato, vnde nomen. In rubri quoque maris insula nascitur frutex idoneæ crassitudinis ad baculos ponderosus varijs tigrium maculis insignitus, sed vitri modo fragilis; hunc Alexandri Magni comites prodiderunt ex Plinio, qui mensas etiam in vena crispas, & varias tigrinas nuncupauit. Pasitigris vox semel à Diodoro adhibita ad tigrim animal non spectat, sed potius ad fluuium, nam habemus ex Salmasio in Solinum, illos qui erant cum Alexandro ignorantes, vel potius non benè exprimentes nomen fluuij tigris Pasitigrim nominasse. Regiones tandèm, & varia loca à tigre denominata esse videntur, vt Lyda, vel Lidda, quæ tempore Hieronymi, iuxta sententiam auctoris Theatri terræ sanctæ, Diospolis, idest Iouis ciuitas dicebatur, deinde tigrida fuit appellata, cum à christicolis habitaretur. Verùm tigrana oppidum secundùm Ptolemeum, & tigranocerta apud Stephanum, in lexico geographico, tigranopolis dicta, quam Tigranes Rex Armeniæ inhabitauit, nec nõ *Flos tigridis.*

Mesopotamia ab incolis tigres appellata consultò omittuntur, quoniam à tigri flumine potius, quàm ab animali nomen desumpsisse opinamur. A

MORALIA.

CVm simulatores audaci illecebra, vanissimoquè commento animos hominum semper decipere conentur, duplici de causa in tigris historia memorantur. Primò, quoniam eorum color mentis, regminis nigrini varietatem aemulatur; dum color albus de simulatione eductus errorum nigredine deturpatur. Secundò, quoniam deceptores blanda verborum impostura proximum suum irretientes, tigrium venatorem imitantur, qui raptis catulis speculum Ferae obijcit, vt falsa imagine delusa detineatur, donec ipse ad vrbem, vel ad nauim sospes perueniat. Propterea adrem Claudianus dixit. B

——— *Vitrea tardatur imagine forma.*

Quam venatoris fallaciam Bargeus perelegantèr descripsit his versibus.

——— *Et speculo persapè eluditur, vt se,*
Inspexisse natos quòd illic decepta putauit;
Esse suos caueis, & inquo carcere clausos.

Cum igitur luce clarius sit falsa opinione veritatis velamine tecta hominum mentem deludi posse non absre Theognis hanc sententiam graphicè expressit his verbis.

Πολλάκι τὸν γνώμων ἐξαπατᾷ ἴδνια.
Et mentem species fallere sapè solet.

Quocircà hoc vitium à vera pietate, & religione christianà arcendum est; quod Basilius Magnus, optimis rationibus, nobis insinuare videtur, quas prolixitatem vitantes, hoc in loco, non esse recitandas, iudicauimus. Praeterea pœnitentiam agentes, tigridi raptorè, catulorum persequenti, proculdubiò possunt assimilari, quae speculo obiecto detinetur, donec venator euadat. Diabolus, in hoc loquendi genere, venator potest nuncupari, qui specula nempè impedimenta obijcit ei, qui ranquàm tigris currens bona per peccatum amissa conatur recuperare. Quamuis Diabolus, teste Laurero, non venatoris, sed tigridis nomine debeat insigniri, cum multiformis astus varietate redundet. Tandem cum ex proprietatibus colligamus hoc animal crudelitatis, & impietatis esse antesignanum, huic illos homines comparare poterimus, qui in proximos omni calamitatum genere oppressos nulla pietate mouentur, aduersus quos illud Iudicium poterit pronunciari. *Sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam*, & rursus. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Vnde D. Hieronymus astruebat, sicut misericordia sursum eleuat ad Deum, ita deorsum crudelitas in Infernum deijcit. C

In sylloge.

Super 12. Proph.

PROVERBIA.

NOn recedentes à crudelitate, quae proprietas est peculiaris huius animalis, promtè gabimus adagium, quod, per hora hominum, solet circumferri. *Tigris est.* In hominem crudelem, & ab humana natura degenerantem, nam crudelitas, vt inquit D. Thomas, est vitium excedens humanum modum puniendi culpas. Vnde Cicero, quod crudele est, nunquam esse vtile asserebat. Imò hominem huiusmodi vitio laborantem tigris lacte nutritum esse dicimus, hac de causa Dido inducitur à Virgilio aduersus Aeneam sic loquens. D

Ser. secund. quaest. 159. art. 1.

Lib. 3. de of.

Lib. 4. Aen.

——— *Duris genuit te cautibus horrens,*
Caucasus, Hyrcanaeque admorunt vbera tigres.

lib. 1. Trist. eglog. 7.

In hoc sensu Ouidius loquens de amico, qui fidem violauerat sic ait.

Quaque tibi tenero quondam ducenda palato
Plena dedit nutrix vbera, Tigris erat.

In enchirid. ad verb. cap.

Restat igitur, vt dicamus cũ Crollio, in lib. de rerũ signaturis, homines feritatẽ, & crudelitatẽ à tigribus didicisse. Deinde profertur aliud adagiũ à Theodorico Morello notatũ. *Proclivior in iram quàm Tigris.* Hoc euulgatur in illum, qui praeceps in iracundiam fertur, perindè

E perindè atquè nauis sine vllis retinaculis, quam homo prudens euitare debet, ne paulatim in crudelitatem labatur, quoniam scripsit Seneca, non tantum crudelitatem, sed iram potissimum tanquam crudelitatis ministram fugiendam esse. *Lib. de morib.*

HIEROGLYPHICA.

RIcciardus in commentarijs symbolicis figuram tigris designaturum esse solem non dissitetur, non solum quia haec Fera pernicitate pedum phœbeum motum adæquare videatur, sed etiam quia simul atquè orta est, ad solem adorandum se erigat. Hinc pernicitatem significaturi, argumentum à natura huius animalis desumentes tigrim pingebant, quoniam, ex Pierio, citatissimum equum cursu retrorsum bis, & pluries repetito assequatur. Feritatem quoquè, qui volunt denotare, id effigie tigris delineata exprimere conantur, quoniam inter omnes animantes tigris vexillum crudelitatis ferat. Quamobrem ex prædictis Hieroglyphicum vindictæ elucere possumus. Valerianus enim tigrim lacerantem equum figurauit, & hac ratione vltionem significauit; cum nota sit historia de tigride, quæ cum non possit in venatorem, in equum omnem iracundiam conuertit. Pariter etiam tigrim persequentem venatorem catulos asportantem effigiare poterunt, qui singularem in filios affectum manifestare voluerint. Amplius pictura tigris acerrimè dimicantis cum leone, iuxta mentem Ricciardi designat hominem ferum mutare quidem cœlum, sed non animum, crudeles namquè homines, vbicumquè morentur, suam semper feritatem exercent. Deniquè qui norunt tigrium antipathiam cum musicæ lepiditate, volentes indicare hominem à musica abhorrentem tigrim, & tympanum, iuxta opinionem Pierij depingant. *Lib. 11. Hieroglyph.* *In comp. Symb.*

EMBLEMATA.

G DElineatur à Camerario tigris intuens globum vitreum referentem Feræ imaginem, & sic inscribitur emblema. FALLIMVR IMAGINE cum Phisiologi scribãt venatores raptis catulis spheras vitreas matribus obijcere, quarum imagine detineantur, donec ipsi ad naues perueniant, deinde subscribitur hoc distichon. *Lib. embl. ex an. 36.*

Ambigua splendens nos fallit imagine forma
Fallitur, & vitreo Tigris acerba globo.

Paulò inferius ab eodem auctore pulchris iconibus exprimitur tigris equum dilanians in litore maris cum notum sit à tigribus rapinam catulorum equi laceratione vindicari. Huiusquè titulus est. MINVIT MINDICTA DOLOREM. Et subscribitur huiusmodi distichon.

Persequitur sobolis raptorem concita Tigris,
Et sæpè est magnis vltio grata viris.

H Homines igitur, & potissimum christicolæ in cupiditate vindictæ non debent Feras imitari, & quamuis aliqui sint vltionem appetentes, tamen hi sunt vera pietate minimè imbuti, quæ nos aliter instruit, dum Deo optimo maximo vindictam relinquendam esse docet. His addamus symbolum pictum ab Aegidio Sadelero inter symbola Imperatorum, in quo ad ferociam tigris alludens, feram in actu gradiendi, et et aquè cauda figurat cũ hac inscriptione. NVLLIVS PAVET OCCVRSVM. Postmodùm huiusmodi symbolum Carolo Quarto Impetatori attribuit. Ioannes Baptista Pictorius in Insigni Horatij Thienis depinxit tigrim ad radices Parnassi montis cum hoc Dicto. TE INVITA, alludit enim ad hominem, qui spreto labore, & victo quocumquè vitio ascensum ad honores remorante, tandèm per patientiam, & constantiã virtutes amplectitur. Quamus autem, hoc potius ad phrenoschemata, quam ad symbola reducendum esse videretur. libuit tamèn hoc inter symbola recensere, quoniam Ricciardus in symbolicis commentarijs huius meminerit.

A

NVMISMATA.

OBseruare licet in opere Sebastiani Erizij magnum numisma græcum Marci Antonij, in cuius altera parte sculptum est caput eiusdem Imperatoris, cum huiusmodi literis. M. ATPHAIOC ANTΩNEINOC CEB. idest. M. Aurelius Antonius Augustus. In latere inuerso conspicitur figura Orphei citharam pulsantis stipati corona animalium, quæ ad numerum quartum supra decimum ascendunt, verum inter hæc animalia icon etiam tigris apparet, hęc moneta non fuit cusa Romæ, sed in alia Græciæ Ciuitate Romano Imperio subiecta, vt eidem Principi præstantissimus honor haberetur, vel potius, vt assentationis causa illius gratia colligeretur.

B

ÆNIGMATA.

IN exercitijs rhetoricis Camerarij ad detegendam ingenij solertiam proponitur infrascriptum ænigma, quod tribus versibus hexametris comprehenditur.

A fluuio dicor, fluuius vel dicitur exme,
Iunctaque sum vento, vento velocior ipso,
Et mihi dat venius natos, nec quæro maritos.

Illi, quibus innata est facilitas, præstantiaque ingenij de tigri animali hunc griphum pronunciatum fuisse attestantur; cum superius narratum sit inualuisse opinionem apud Priscorum nonullos, tigrim ob singularem pernicitatem ex vento esse genitam, pariterque ex vento concipere. Deinde, quia, an denominatio tigris animalis à tigri fluuio, vel vicissim desumenda sit, apud auctores adhuc controuersum est. Tigris enim fluuius olim, apud Plutarchum de fluuijs, Sylax nominabatur, sed tigris postea fuit appellatus, quia Bacchus ab iratâ Iunone ad insaniam redactus, cum passim temere vagaretur ad hoc flumen peruenit, & cum de traiectu anxius hæreret, Iupiter miseratione motus tigrim Feram misit, qua Bacchus vectus oppositâ fluminis ripa potitus est, sed citra fabulam cum Fera esset velocissima, & fluuius rapidissimus tigris nomen vtrique attribuerunt. At cui primum hoc nomen competeret non discriminarunt.

C

APOPHTHEGMATA.

HAbemus ex Iulio Capitolino, cum Maximinus omnia in viribus suis ita poneret, quasi non posset occidi. Vir quidam non infimi subsellij in theatro coram ipso dicitur versus Græcos hæc verba pronunciasse; quorum hæc fuit latina sententia. Qui ab vno non potest occidi, à multis occiditur. Tigris Fera est robustissima, & tamen superatur, & necatur.

D

FABVLOSA, ET APOLOGI.

POetæ, & qui in fabulis fugiter operantur, tigres Bacchi curru subiugarũt, quod expressit Virgilius dicens.

Lib. 6. Aen. *Nec qui pampineis victor iuga flexit habenis*
Liber agens celsõ Nysæ de vertice Tigres.

Præterea Antiquitas Proteum in tigrim quandoque transmutatum fuisse fabulata est, vnde postea Virgilius cecinit.

Lib. 4. georg. *Fiet enim subitò sus horridus, atraque Tigris.*

Prædictis addamus pulcherrimum apologum de tigri, quæ cum multis animantibus associata, truculentia oculorum numerosum venantium agmen conspicata esset, statim, perfricata

E fricata fronte, conuersa ad comites venabulorum multitudine perterrefactas, sic affata est; ne recedatis, inquit, neque pili vestri, ob metum rigeant, quoniam huiusmodi agmina tanquam fumos inanes contemno, & mox horum insolentiam retundam; quibus dictis, ad præliandum dentibus, & vnguibus parata sagittis trâsfoditur. Tigrim igitur saucium, insigniquè dolore vexata manu nantes cæteræ condolent, sic consolantur. Quis fuit tam effrenata audacia præditus, qui Feram tam animosam, & fortem ausus est vulnerare? quibus tigris, non possum, inquit, nisi ab effectu, fuisse hominem, coniectare. Apologus docet vitium temeritatis esse fugiendum, hac de causa homines temerarij tigribus comparantur.

SIMVLACRA STATVÆ.

F Bacchi simulacro tigres, licèt alij dicant pantheras pellis similitudine deceptos, iunctas fuisse omnibus liquidò constat, vt multis in locis talis Bacchi effigies cernitur; quam veritatem, sic fatetur. Ouidius.

Iam Deus in curru, qui summum texerat vuis,
Tigribus adiunctis aurea lora dabat. *lib. 1 de art.*

Sic enim indicabant moderato vini vsu ferocientis animi sœuitiam demulceri. Propterea, apud Homerum, Polyphemus in crudelitate insignis vino delenitus Vlyssi mollius blanditur; hominiquè valdè irato, apud Plautum, edicitur, vt vino bilem diluat. Vnde postea Bacchus lenæus quasi lenitatem præstans, appellatus est. Quamuis alij, asserant simulacrum Bacchi figuris tigrium insidere, quoniam omnis vinolentia semper feritati insistat. Petrus Martyr examinans conditionss regionis Sanctæ Martæ obseruat in illis locis vasa fictilia ad aquam dulcem conficiendam fabrefacta simulacris tigrium, & leonum exornata, nec non tegetes canneas tigrium figuras referentes. Idem auctor in libro de Insulis nuper repertis narrat, Incolas, tigrium figuris in lamina aurea sculptis, sua idola exornare. *In sũmar. Ind. Occid.*

Hieronymus Benzo recitat, dum in Peru moraretur, se festiuo quodam die ingressum in templum Indorum, quamuis statim fuerit à Sacerdotibus expulsus, G conspicatum fuisse Idolum formam tigris præseferens viuis pauonibus, alijsquè auibus circumdatum, quas fortè tigrino Idolo sacerdotes erant sacrificaturi. Balbus in Pegu describens portum ciuitatis Dogon pulcherrimis scalis exornarum, in principio scalæ nempè in vna, & altera fundamẽti parte, duas tigres ligneas, viuo colore pictas, ore aperto pedibus anterioribus eleuatis, in actu aggrediendi transeũtes obseruauit, deinde alias duas in medio scalæ vidit, & tandem duas alias, ex lapide in eodem actu cælatas ante tẽplum Idoli Pagodi ab incolis nuncupati aspexit, de huiusmodi autem tigrium simulacris indigenæ has agitant nugas, nimirum prædictas tigrium statuas ibi tum ad scalæ, tum ad Idoli tutelam collocatas fuisse, nam si victores Idolo officere tentarent, illicò ab illis tigrium statuis virtute Idoli viuificatis lacerarentur. *In hist. non. orb.* *In Hodepor. Or. cap. 34.*

Iam per Indicas oras satis vagati ad Italicarum statuarum contemplationem reuertamur, quarum numerus Romæ non solum in locis publicis, sed etiam in priuatis patritiorum, & ciuium habitationibus infinitus ferè conspicitur, vt Contarenus in libro antiquitatis Romanæ scriptum reliquit. Penès palatium Capitolinum duo simulacra marmorea cernuntur, quorum alterum tigrim fluuium repræsentare videtur, cum sub brachio tigrim animal contempletur. In ædibus Franciscj Liscæ vidimus statuam Fauni altera manu tigris caudam, altera verò baculum stringentis. Apud Valerium à Cruce secus forum Iudæorum obseruauimus parnam tigris statuam, cujus eximia cælatura omnibus intuentibus non vulgarem parit admirationem. Statua verò Fauni pelle tigris cooperta, & affabrè sculpta seruatur apud Petrum de radicibus. Tandem caput tigris maxima industria scalptum domi Ascanij Magarozzi, maxima cum voluptate conspicati sumus.

VSVS IN CIBIS.

Lib. 2. de vit. Appol.

CArnes tigrium, aprorum, & leonum mensis Indorum apponi solere tradit Philostratus, sed tigrium tantùm partibus posterioribus vescuntur, ab anterioribus verò tanquam Phœbo sacratis abstinent, quoniam tigris animal apud ipsos simulacrum solis esse perhibetur; nam simulatque ortum est, partes priores, versus orientem solem attollere dicitur. Quem adorandi modum Virgilius videtur expressisse dum cecinit.

lib. 12. Aen.

Illiad surgentem conuersi lumina solem,
Dant fruges manibus salsas:

In descript. Gunn.

Licèt autem prædicti populi clunibus solummodo tigrium vescantur; attamen habitantes Congitanam regionem, vt exponit Ioannes Hugo, totam tigrium carnem præter alas, seu mustacès, ob euidentem veneni suspicionem, comedunt, cum ipsis vescentes morte furiosa corripiantur; qua de causa, Edictis Principum cautum est, ne quis pellem huius Feræ illis carentem venum deferat. Demum hæc caro saporis non est ingrati, cum Ioannes quidam Ledesma hispalensis, ex Petro Martyre referat, se carnem tigris fœtus excepti, & lapidibus perempti vnà cum socijs degustasse, illamquè bubula carne nihilo deteriorem inuenisse.

Decad. 3. lib. 2.

VSVS PELLIS, OSSIVM, & Vnguium.

ANtiquitùs qui vestium luxui indulgebant pelles Ferarum, & præcipuè fortitudine insignium; nempè leonum, & tigrium induebant, imò, & numinum simulacra ijsdem pellibus velabant. Legimus enim apud Claudianum, Bacchum tegmine tigris fuisse indutumdum, hæc habet.

Lib. 1. de rap. Pros.

simul procedit Iacchus.
Crinali florens hedera, quem parthica tigris
Velat, & auratas in nodum colligit vngues.

lib. 8. Siriad

Præterea multi corporis viribus, & animi magnitudine pariter insignes ab indumento pellium tigris non abhorruerunt; id nobis patefecit Bargeus cum cecinit hunc in modũ.

præceps ab equo defluxit Amazon
Armeniamquè humeris Tigrim deiecit ab altis.

lib. 11. Aen.

Cæterùm, quod maiori admiratione dignum est, pelles etiam tigrium vestibus mulierum inseruiebant, vnde Virgilius loquens de vestitu Camillæ sic inquit.

prò longa tegmine palla
Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent.

De vsu ossium tradit Ferdinandus Cortes Regem Mexicanum equestri gradu magnates Regni sæpè condecorare, sed modus huius honoris illis decernendi est talis. Nouitius cæteris equitibus comitatus ad templum se confert, vt Idolum Comaxile nominatum veneretur, verùm ipsi limen templi nondum attingenti sacerdos sit obuiam, & osse tigridis acuto, nares nouitij equitis perforat, & foramini frustulum ambræ nigræ imponit.

In summ. Ind. Occid.

Vngubus autem tigrium, iuxta mentem Petri Martyris, habitatores Cerebari vruntur, dum vngues prædictos in corollis texunt, quibus postmodum redimiti, se audaciores, & animosiores esse existimant.

CAP. V.

ÆQVIVOCA.

FERARVM gregi Vrsum annumerandum esse rationi consonum arbitramur, qui licet aspectu, & dorsi tegumento à Feris supra descriptis differre videatur, tamen tenaci ferociæ glutine, & leonibus, & tigribus coniungi potest. Verùm, vt omnis ambiguitas, circa Vrsi vocabulum, tollatur notandum est hoc vocabulum (Vrsus) præclarissimorum in sanctitate, nobilitate, & animi corporisque fortitudine virorum nomen fuisse. Vrsus fuit Rauennæ Episcopus, & alius Episcopus Antissiodorensis, qui ambo, in Martyrologio Romano, sanctitudine celeberrimi prædicantur. Vrsus quoquè vocabatur, qui cum Victore, tempore Maximiani Imperatoris, sanguinis effusione Christi fidem testatus est. Præterea recitat Baronius Vrsum fuisse Venetiarum Episcopum, qui corpus Sancti Marci Alexandria adductum suscepit. Vrsus Patricianus fuit Venetiarum Dux. Item Vrsus quidam, Constantini tempore, quæsturam in Africa exercuit. Vrsus fuit Mundilæ filius, à quo Illustrissima Vrsinorum familia dimanauit; si veritatem fassus est Sansouinus. Non est omittendus Vrsus strenuus miles Romanus occisor Maximi, qui, ex Gotopio, tyrannico more Imperium inuasit. Vrsus tandem, nempè ἄρκτος nominabatur quidam Atheniensis à Melitè vico propter hirsutiem corporis, vt Hesychius, & Varinus testificantur. Alia etiam animantia, præter Feram, de qua in præsenti agitur, Vrsi nomine insigniuntur, vt Cancer Heracleoticus Aristotelis crustaceum animal, quod Vrsus ab Athenæo appellatur, quoniam talem vim in chelis habeat, qualem Vrsus terrestris in pedibus anterioribus exercet. Amplius multa inanimata, voce Vrsi, indigitantur, vt mons adiacens Cheronæo Vrsus vocatur, cum ibi Iouis nutrices, iuxta sententiam Natalis comitis, in Vrsas transmutatæ perhibeantur. Vrsus pileatus est locus Romæ apud Portam Exquiliam, vbi nunc est templum Sanctæ Bibianæ consecratum. Piscatores germani (inquit Gesnerus) genus habent retis in formam coli contextum ligneo circulo superius ambiente, os habens apertum, & Vrsum appellant, quo pisciculos, & cancrorum genera fluminum ripas excipiunt. Apud Herodotum ἄρκτος non solum Feram, sed etiam partem Septentrionalem significat. Tandem cauendum est, ne à verbo (vrgeo) decipiamur, quoniam in præterito perfecto vrsi, & in supino vrsum formet. Prædictis addamus Vrsæ æquiuocationes, nam Vrsa fuit nomen proprium mulieris, vt habetur in historia Danica. Vrsæ etiam vocabantur apud Athenienses puellæ impuberes, quoniam ex Pierio, antequam nuptiarum tempus appropinquaret Dianæ consecrabantur, & tunc domi tanquam Vrsæ in crypta morabantur. Statius quoquè bacchas Liberum patrem concomitantes vrsas mimallones indignauit. Hoc nomen Vrsæ, excepta Fera, Auctores alijs animantibus imposuerunt, ideo Vrsa in Crustaceorum genere duplex assignatur, nempe maior, & minor, cum apud Bellonium Squilla duplex describatur, nimirum lata, & angusta, & ambo hoc nomine vrsæ decorantur, quoniam in morem terrestris vrsæ crasso, & recuruo corpore sint præditæ. Ab his ad inanimata accedentes in parte cœli Septentrionali maiorem, & minorem vrsam inuenimus. Major est illa constellatio, quæ Latini Helicen vocitant, minor verò est illa, quæ Cynosura, & Phœnice dicitur, quia Phœnices nautæ, nondum reperto magnetis ingenio, se eundum hanc nauium cursum dirigerent. Denique Vrsa (annotante Gesnero) apud Heluetios nomen fluminis designat.

Vrsus viri nomen.

In lib. de reb. Get.

lib. 1. Myth.

Vrsa mulier. nomen.

Lib. 2.

A

SYNONIMA, ET ETYMVM.

Vr, quæ vox.

VRsus masculini generis, cuius fœmininum est Vrsa à latinis ita vocatur, iuxta nonnullorum sententiam ab vrgendo, quoniam hæc Fera tùm homines, tùm cæteras animantes vrgendo, & impellendo prosternat. Alij etymologiam deducunt à voce hebraica, Vr, quæ incitationem ad iram significat, & quoniam hanc feram ad iracundiam valdè propensam obser-

lib. 12. Orig. cap. 2. uarunt; hac de causa illis placuit huic animali nomen vrsi imponere. Isidoro dicitur vrsus, quasi orsus, quia ore suo formet fœtum, iuxta illud.

Sic formas lingua fœtum cum præbuit Vrsa.

Cæterùm satius esse putamus, vrsum, quasi in ventre orsum, & extra ventrem linctu completum vocitare; cum informis caro ab vrsa edita, lingua postmodum ita perpolitur, ut vrsi formam acquirat. Præterea vrsus in numero multitudinis, si inflectatur, versus he-

B

xameter erit, sultabit, hoc modo.

Vrsi, Vrsorum, Vrsis, Vrsos, vos ô Vrsi, & ab Vrso.

Etymũ græci nominis.

Græcis hæc Fera nominatur ἄρκτος, & cum sit promiscui generis, tàm vrsum, quàm vrsam significat, diciturque ἄρκτος quasi ἄρκος ab ἀρκῶ propulso quoniam ad iniurias propulsandas partes Vrsi anteriores magno robore præditæ sint, vel secundùm alios ab ἀρκέομαι contentus sum, cum vrsus in latibulis, sola contentus inedia, hyemem transigat. Verùm si quis ambigat, quòd vox hæbraica Dob. à Septuaginta conuertatur ἄρκος, tamen apud Veteres Græcos semper inseritur T. & legitur ἄρκτος. quam postea vocem Theophrastus, Pausanias, & Pollux tàm de mare, quàm de fœmina loquentes in genere fœminino efferunt. A Sigismundo Galenio, in Lexico symphono, græca, germanica, &

Ber, quæ vox.

polonica vox βιερὸς Ber, nempè vrsus, tamquàm eiusdem significationis coniugitur. Varinus βιερὸν interpretatur δασὺ, idest hirsutum, sed substantiuè positum pro vrso nullibi reperitur. Apud Etymologum μονὸς vrsus solitarius exponitur, huic autem opinioni assentiri non debemus, quoniam Monon alij aprum, alij lupum, alij asinum solitarium in-

C

terpretantur. Hebræis vrsus vocatur Dob. Arabicè legitur Dubbe. Caldaice Duba, apud Bellunensem Aldub, & secundùm Hesychium, & Varinũ Chaldæis. δαβελὰ, apud Syluaticum legitur Adraces, sed hoc vocabulum, vrsi testiculos significat, quemadmodũ Maractis fel vrsi denotat, quamuis hoc nomen ex vocabulis diuersarum linguarum ineptè compositum esse videatur, nam Marab, apud Hebræos sol dicitur, Arctos verò, apud Græcos est Vrsus. Italis vocatur Orso, Gallis Ours, Hispanis pariter Orso, licèt in nonnullis Hispaniæ locis Oso, vel Osso pronuncietur, Germanis, & Anglis Bar, Ber, vel vt alij scribunt Beer. Ioseph Acosta, in lingua Cuzco, vrsos nostratibus, similes Ororonços appellat.

GENVS, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

D

VRsorum differentiæ, iuxta quatuor, nempè molem corpoream, colorem, locum, & ferociam ab auctoribus considerantur. Ratione primi, ab Helvetijs, ex Gesnero, vrsi in magnos, & paruos distribuuntur, paruos vrsos saxatiles, magnos verò vrsos capitales nuncupant. Agricola agens de animalibus subterraneis aliam distinctionem assignat, nam genus vrsorum primo in fuscum, & nigrum diuidit, deindè hoc postremum genus in magnum, & paruum distinguit, & paruos vrsos melius, & agilius arbores scandere autumat. Quoad colorem

Lib. 16. Strabo fuluos vrsos in illa Arabiæ regione vltimo promontorio cõtermina notauit. Bar-

Lib. 3. Cynaget. geus verò alios fului coloris, alios cinerei obseruauit his versibus.

Integit his armos fuluus color, integit illis
Aspera terga cinis, tamen est insignis vtrisque
Calliditas.

Prædi-

VRSVS.

Prædictis addantur vrsi albi in frigidissimis locis degentes, de quibus Baptista Mantuanus hæc habet. A

— *& albentes Vrsi, iam frigidus aer,*
Parturit albentes ursos in saltibus Vrsos.

In lib. de admir. cap. 140. Genus quoddam vrsorum alborum narrauit Aristoteles esse in Mysia, qui in venatores, & canes persequentes talem emittunt halitum, qui canes putrefacit, & talem ab ore pituitam excernunt, qua contacte venatorum partes intumescant. Si cõtemplemur locum. *Lib. 22. de anim.* Albertus Vrsos in duplici differentia constituit, alios vocat aquaticos pisces sub aqua ad instar Lutræ, & Castoris venantes, alios verò nominat agrestes, qui in syluis carnes animalium herbas, & fructus deuorant. Agrestes autem, seu terrestres sunt varij ratione regionum, à quibus aduehuntur; vnde alij Europei, qui vulgares, & frequentiores sunt, alij Numidici, & Libyci cognominantur, qui rariores sunt, & licet auctores non vulgares in Africa vrsos non gigni scribant, tamen Salmasius in Solinum, cui credendum esse putamus, fuit huius sententiæ, in Africa quoquè vrsos, sed raros generari. Quocirca Imperatores Romani pro spectaculis Libycos potius vrsos, tamquam singulares, quàm Europeos procurabant. Tandem vrsorum feritatem respicientes, hos ad nocuum, & ignauum genus reducemus, de nocuis hactenus verba fecimus, ignauissimum autem genus B

Colloq. 7. de quadrup. recenset Maiolus, quod, in nouo orbe, solis formicis victitat, canibus cedit, & bacillis à quouis percussum, fugit, huius generis vrsi nullum prorsus caudæ vestigium habent, &

Dec. ad. 3. lib. 6. Myrmiciphagi nuncupantur. Hoc assertum respondet dictis Petri Martyris, qui in regionibus, quas Cabottus venetus Baccallaos indigitauit, Vrsos hominibus minimè noxios viuere scripsit. Breuem huius animantis tanquam in Europa noti descriptionem afferemus. Os sinè rostrum, auctore Aeliano, oblongum est serè instar suilli vtrinquè serratis dentibus armatum, nares nigras, & mammas quaternas habet, & pedes hominis manibus pedibusquè similes, illi cauda est, tàm exigua, vt vix cognosci possit, nec sine ratione, quoniam Aristoteles literis mandauit, animalia admodum villosa exigua cauda à natura donari. Deindè licet animaduertere vrsis cubitos, & genua opposita inesse, quod etiam in hominibus, & simijs obseruatur; ideoquè in cursu non sunt admodum veloces. Audiamus igitur Oppianum hanc feram describentem, hunc in C modum.

Immanes Vrsi, crudele genus, fera membra,
Villis hirsuto, densoquè tegunter amictu,
Deformis species, facies inhonesta cruenta,
Tetrica, serrati dentes, & magnus hiatus,
Pes lenis, & celeres stili, corpusquè soraxem,
Atquè manus manui, plantæquè simillima planta
Humanæ, horribilis fremitus, versutaquè mens est.

ANATOMICA.

Lib. 6. de anat. admin. cap. 1. *Lib. 16. de vsu part.* *Lib. 8. de hist. an. cap. 37.* EXaminatis partibus vrsi extimis, ad penitiores ponderandas Anatomici se accingant, cum Galenus, deficiente hominis cadauere, commendet simii, & cynocephalum, in quorum defectu, iuxta eius mentem, vrsi, & cæteræ animantes oscarcharon habentes succedunt; quamobrem idem Galenus neruos recurrentes, qui difficulter in alijs animalibus obseruantur, in vrsis euidentissimè conspici posse asseuerauit. Præterea nonnulli tetigerunt, aduertentem Aristotelis, captos vrsos in antris hyemali tempore dormientes, & defectos fuisse, in quibus ventriculus amplus fuit obseruatus, & intestinum vacuum, & adeò adductum conspectum fuit, vt simul cohærere videretur; quare non debemus mirari, & vrsis vernali tempore à crypta egrediens, statim Arum deglutire, vt, acrimonia hæc intestinum laxetur; adrem Matthiolus in valle Anania supra Tridentum à quibusdam venatoribus præ grandem vrsam præ gnantem, comprehensam fuisse testatur, qua exenterata, catuli adhuc in vtero existentes omnibus suis membris distincti, & formati sunt visi, non autem informes, vt aliqui perperam existimarunt; quam sententiam nos possumus stabilire, cum in Musæo Illustrissimi Senatus Bononiensis Vrsulum à cæso matris vtero extractum, & omnibus

In com. ad Dioscor. lib. 2. cap. 37.

E suis partibus formatum in vase vitreo adhuc seruamus. In mare autem mortuo, teste Plinio, hoc notatu dignum licet intueri, quòd statim atque vrsus expirauit, eius genitalia corneſcant. *li. 11. ca. 46.*

NATVRA, MORES, INGENIVM.

MAgnum robur vrsorum brachijs & lumbis Solinus, & cæteri auctores assignarunt; hinc fit, vt vrsi posticis pedibus insistentes, hominis instar, erecti incedant. Vicissim caput vrsi magna imbecillitate afficitur, ideoque non erit res admiratione digna si legatur apud Plinium vrsum in arena solo colapho exanimatum fuisse. Præterea suapte natura vrsi insuauem halitum spirant, quod non fuit ignotum Oppiano, qui de Vrsorum flatu sic cecinit, *in Polyhist. cap. 39.* *li. 3. de Ven.*

Atraq; feruentes exhalant ora vapores.

F Insuper vrsi ingentes irarum motus concipere solent; quapropter in signis iracundia vrsinæ iræ solet comparari, & Chusai alloquens Absolonem dicebat. *Tu nosti patrem tuũ, & fratres, qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo, veluti si Vrsa raptis catulis in saltu furiat.* Possumus hanc sententiam roborare auctoritate Baptistæ Mantuani, qui de irata vrsa sic locutus est. *lib. 2. Reg. cap. 17.*

Fatam Vrsam rabido mandentem spicula morsu.

Optima igitur ratione Rusellius ad cruciandos in Inferno iracundos, Dæmones vrsorum figuram habentes repræsentauit. A bilis forsitan actione vrsum esse animal inquietum colligere oportet, quoniã hic circuratus, & catenis vinctus semper caput huc, & illuc agitat, pedibus gesticulatur, & nunquam quiete fruitur. Amplius vrsi naturali instinctu dicti, quemadmodùm, & Hystrices, auctore Aristotele, brumali tempore conduntur, sed vtrum propter frigus, an propter aliam causam ambigitur. Latent autem quadraginta dierum spatio, sed in primo quatuordecim dierum curriculo, ita soporantur, vt prorsus nihil moueantur, reliquo tempore, dormiunt quidem, inquit Aristoteles, sed mouentur. At Aelianus scribit, primis quatuordecim diebus, ita profundo somno occupari, vt punctiones, & vulnera non sentiant. Vnde Iuuenalis. *Dæmon formam vrsi induit.* *li. 8. de hist. an. cap. 27.*

G

Inde caput morbi rhedarum transiius arcto.
Vicorum inflexu, & stantis conuitia mandræ,
Eripuit somnos Vrso.

Hoc autem latitationis tempore, vtrum vrsi emacientur, an pinguefiant apud auctores est controuersum. Plinius ex Theophr. refert carnem, & pinguedinem vrsorum latibulantiũ exercescere, & adipem in olla repositum idem præstare, quemadmodum caro vrsi in antro delitescentis capti augeri solet, dum coquitur. Inualuit fortè hæc opinio in vulgus hominum, quoniam vrsi determinatum auctionis tempus non habeant, cum aliquãdò, ex Gesnero, vrsi quinque & sex cubitorum inueniantur. Postremò hac peculiari proprietate gaudent, vt fœminæ in comparatione ad mares sint robustiores, & ferociores, quod Aristoteles testatus est, qui easdem vrsas à venatoribus fugientes suos catulos propellere, susceptosq. portare, & arbores scandere dixit. Quamuis Aelianus vrsam, venatoribus vrgentibus ob cursum defatigatam, alterum catulorum dorso, alterum ore gestantem arbores ascendere promulgauerit. Si ad ingenium nosmet conuertamus, multa sunt, quæ ingenij vrsini specimen præbere possunt. In primis vrsi spelæo carentes, ramorum, fruticumq. congeries sibi antrũ imbribus impenetrabile ædificant, molliq. fröde substernũt, in quod auersi ingrediũtur, ne vestigia introeũtis à venatoribus deprehẽdantur. Deinde (quod sæpiùs à vitis fidedignis audiuimus) ursus si premẽtibus venatoribus ad præruptã aliquã rupẽ peruenerit manus, seu anteriores pedes supra caput ponit, & reliquo corpore cõglobato se præcipitat, atq. ita capturã euadit. Vrsi quoq. prædaturi ingeniũ ostendunt, dum intra virgulta, & densos arborum ramos occultati ceruorum, vel taurorum appropinquantes cornua apprehendentes tandiù detinent, donec bestia pondere fessa in terram corruat, tunc enim illa iugulata uescũtur. Ad summum vrsi ingenium valde docile præseferunt, dum auctore Olao Magno, mira facilitate choreas ad modulationem tibiarum perdiscunt, & erecto corpore à spectatoribus, qui choreis interfunt strenam, uel munuscula, oblato uase, uel pileo petunt, & si exiguum sibi aliquid offerri animaduerterint, renuunt, ut augeatur. *Spelæi fabrica.* *Vrsorum chorea.*

VOX. ÆTAS, TEMPERAMENTVM.

ANtonius Mancinellus agens de vocibus animalium Vrſos ſęuire ſcripſit, & quamuis ſæuire à voce animalis, alienum eſſe videatur, tamèn ab ipſa ratione omnino id eſt rectorum, quòniam literis mandauit Aelij Spartianus aghos balare, & Vrſos ſęuire, quo verbo Virgilius, verba faciens de vocibus animalium auditis in domo Circes, ad exprimendam Vrſorum vocem vſus eſt. Quapropter ſęuire, in vrſis nil aliud eſt, niſi crudeliter cum quodam dentiũ fremitu agere. Hinc nonnulli frendere de vrſorum voce dixerunt.

——credas admiſtis faucibus Vrſos,
Frendere.

Epod. Horatius gemitum pro voce vrſi vſurpaſſe videtur dum ait.

Et veſpertinus circumgemit Vrſus ouile.

lib. 3. de mat. med. cap. 8. Renodeus contemplans animalium naturam promulgabat vrſum eſſe animal aſpectu, & mugitu horridum, vox enim illius iracunda, & minax eſt iuxta illud.

Plenaque terroris rauco de gutture fertur.

Gemitum autem, & mugitũ, cum hæ ſint voces alijs animantibus communes, conſultò omittimus, & ad magis peculiarem vocem accedemus, quam nobis affert Aelianus, dum *lib. 5. cap. 11* horribilem, & infeſtum tugitum ab vrſis emitti pronunciat, quod aſſertum confirmat Op *lib. 3. de Ven.* pianus dum canit.

Sic catulos fingit quoque formidabilis Vrſa,
Donec rugitus edant immaniter ausi.

Quare hi præclariſſimi ſcriptores rugitum vrſorum immanem, & infeſtum, ad cõtradiſtinctionem rugitus Leonini, appellare videntur. Auctor phlomelæ ad magis particularem vrſi vocem deſcendit, dum per onomatopęiam vneare format.

Dum Lyncas orcando fremunt Vrſus ferus vncat.

Quæ vox vrſis in ſylua vagantibus competit, alioquin cum quodam murmure in ſuis latibulis quieſcunt. Temperamentum huius Ferę examinans Galenus vrſum frigidi tẽ- *Temperamentum.* peramenti eſſe ſtatuit, & inde hoc arguit, quia pingue animal eſt, & pinguiora omnia *li. 2. de ſimp. med. fac. cap. 20.* animantia natura frigidiora eſſe cenſet. Ætatem ponderantes Phiſiologi vrſum vigin- *lib. 3. cyneg.* ti annos, & quandoq; vigintiquinque, hac lucis vſura frui decreuerunt, quod Bargeus per eleganter expreſſit his verſibus.

——vix annos viginti implere feruntur,
Nam quibus hos aut extremas contingere metas,
Accidit, & quarti ſpatium decurrere luſtri.
Nulla oculis capta quærunt alimenta ſenectæ,
Sed macie confecti omnes obiere.

LOCVS.

lib. 9. NVlla eſt regio in toto terrarum orbe, quæ maiorẽ vrſorum copiam gignat, quam plaga Septentrionalis. Ideò Goropius reſpicientis cęleſtes, & terreſtres vrſas non immeritò ſcripſit, polũ arcticum infimum omnium locũ in cęlorum vniuerſitate occupare, quia belluinam hominum vitam per ſuas vrſas deſignet. Gerardus, in hiſtoria nauigationis ad Arcton, narrat illã Borealẽ plagam copia vrſorum alborũ redundare, qui nantes aggrediuntur naues, magnamq. hominum ſtragem molirentur, niſi ſclopis eorũ audacia deprimeretur. Ijdem, & *lib 8.* in Noruegia & apud Cimmerios populos viſuntur. In Myſia etiam vrſi albi degunt, ſi vera ſcripſit Ariſt. in libro Admirabilium: Imò & in Thracia, vt recenſet Pauſanias; ſed maiorem admirationẽ afferunt vrſi albi, quãuis rari, qui, ex Geſnero, in Regno Aethiopicõ *lib. 2. Polon.* reperiuntur. Præterea vrſi alterius coloris loca potiſſimũ frigidiora incolũt. Ideo Cromerus inter Feras Sarmaticas vrſos recenſet. Quid plura? Paulus Ioulus magnos vrſos *lib. 3. de reb. Moſc.* per vaſtiſſimas Moſcouitarum ſylvas vagari ſcripſit. In Lithuania & Aquilonari parte à Tartaris habitata maximos vrſos Paulus Venetus obſeruauit. Tandẽ ex Britannia, *lib. 3. cap. 47* velut ex altero terrarũ orbe, opẽ longę, & periculoſę nauigationis ad Populi Romani

spectaculi, vrsi aëuecti fuerunt. Cæterùm in quacunque regione Vrsi degerint locis potius montuosis, quam planis delectantur. Vndè Pernes mons Atticus, teste Pausania, aprorum, & Vrsorum venationē præbet. Alpinæ rupes Helueticæ, ex Stumpfio, validis, & animosis Vrsis redundant. Inmontibus etiam Peru, teste Zarate, multi Vrsi nigri stabulantur. Sed non debemus ficco pede montis Apennini varia Ferarum genera nutrientis laudes prætorire, de quo Bargeus sic locutus est. *In his Peru*

Prætereà quòd se pater Apenninus ad auras,
Erigit athereas, Tuscorumque arduus oris, *lib. 6. cyneg.*
Imminet.
Vidi ego de sertis (dictu mirabile) in antris.
Venatorūm armis, & duro roboré fretum,
Sternere humi validis præstantes viribus Vrsos.

Hactenus de locis ab Vrsorum grege frequentatis; nunc illa, à quibus abhorrent, recensebimus. Primò scriptis mandauit Gesnerus in Anglia Vrsos non reperiri. Deinde in Creta Insula, cum ibi nulla animalia rapacia viuant, vt nonnulli arbitrantur, quia Iouis sit locus natalis, consequentèr etiàm lupi illic non apparent. Alij cum ab Vrsis loca frigidiora amari obseruarent, in Africa nullo modo gigni voluerunt; cum tamèn Salmasius in Solinum oppositam sententiam iure tueatur, nempè ibi generati, sed rariores, & suam confirmat opinionem, quia Aeno barbus in æditate numidicos Vrsos tanquam singulares, & raros deduxit. Propterea Virgilius, Iuuenalis, & Martialis non errarunt, quando in suis scriptis Libycos Vrsos nominarunt, neque hos debemus Leones interpretari, vt multi perperam exposuerunt.

VICTVS.

Ἀμφάγα ζῶα vocantur ab Aristotele illa animalia, quæ omnibus rebus vescuntur, inter quæ Vrsum omnia comedentem connumerauit. De hoc vario Vrsorum cibo elegantia carmina conscripsit Bargeus huius tenoris. *Lib. 8. hist. an. cap. 5.*

Pascuntur gelido viridantia prata lycaei,
Pomaque decutiunt summis pendentia ramis, *lib. 3. cyneg.*
Castaneasque nuces, & corna rubentia frangunt,
Et glandem, & corylos, & quos tulit vna racemos
Impransi populantur, & vernine summa rigescunt,
Pascua, & arentes, nusquam dant arbuta syluæ,
Descendunt summis è montibus, & sata culta
Aggressa vastant plenos alueariibus hortos,

Inter herbas igitur, inquit Matthiolus, Vrsos illa specie rubi producente mora rubicunda, & odorata delectari, & Albertus herbā Cuculi, quam Botanici trifoliū acetosum, nec non Aro, quod idem pedem vituli appellant. Deuorant etiam Vrsi, incunte hyeme radices nomine nobis adhuc ignotas quibus per longum temporis spatium cibi cupiditas expletur, & somnus conciliatur. Nam in alpibus Helueticis aiunt, referente Gesnero, vaccarum pastorem eminus vidisse Vrsum, qui radicem quandam manibus proprijs effossam edebat, & post vrsi discessum illuc se transtulisse, radicemq; illam degustasse, qui postmodum tanto somni desiderio affectus est, vt se contingere non potuerit, quin in via stratus somno traheretur. Verùm quoniam aliqui ex Aristotele, addunt vrsos etiam ligna manducare; animaduertant oportet, Aristotelem dicere, *Quasi dentiant*, nimirùm, quasi dentes vrsorum è latibulo egredientium fame atterantur, & concutiantur. Deinde vrsi mel summopere appetunt, ideoq; auctore Solino, aluearibus sæpè insidiantur. Remedia verò quibus ab aluearibus arceantur in historia Insectorum scripta sunt. Ad rem Demetrius Moschouitarū Legatus Romā missus, teste Paulo Iouio, narrauit proximis annis Vicinię suæ agricolam quærendi mellis causa in prægrandē, & cauam arborē supernè defiluisse, eumq; profundo mellis gurgite collo tenùs fuisse immersum, & biduò vitam solo melle sustinuisse, cū nulla illa solitudine vox agricolæ opē implorantis ad viatorū aures nō peruenirent. Tandē hic, desperata salute, vrsæ beneficio, extractus euasit, nā huius Ferę ad mella edenda, more humano, in arboris cauitatē se demittētis pellē tergoris manibus cōprehendit, & inde ab vrsa subitò timore exterrita, & retrocedente extractus fuit,

lib. 9. hist. anim. cap. 6.

Herba Vrsa grata.

lib. 1. cap. 1. de reb. Moschis. cap. 4.

Vrsi igitur non solum fructus, herbas, radices, mella, vt hactenus fuit expositum, vorant, sed etiam carnes, easque putres ex Aristotele comedunt, & inter alias carne taurina auidissimè vescuntur. Vrsi verò albi vt plurimum piscibus victitant: scribit enim Olaus Magnus, lib. 3. hâc, huiusmodi Vrsos glaciem vnguibus rumpere, & perforatam præparatum sè in mare immergere, & sub glacie pisces captos ad littus extrahere, ijsque vitâ sustinere. Gabottus Venetus, vt refert Petrus Martyr, in Aquilonari Oceano, magnos pisces Baccallaos nuncupatos vidit, quos Vrsi albi hac ratione prædantur. Dum huiusmodi pisces è mari egrediuntur, vt in littore folia ab arboribus decidentia pascantur, ab Vrsis ibi latibulantibus illicò comprehenduntur, & fit magnus conflictus, antequam piscis superetur. Qualitate cibi ad Vrsos pertinente explicatâ, ad quantitatem sermonem conuertemus. Vrsi semel multos cibos ingerunt; ideò Horatius ab Vrsi voracitate dentatis, aculeatisq. verbis in quemdam armatur hunc in modum, dum inquit.

Decad. 3. lib. 6.

lib. 1. epi. 15.

——— cenabat Omasi,
Vrsis, & agmini, tribus Vrsis quod satis esset.

A

Vicissim si Vrsus antequàm deliteſcat pauco victu non est contentus, in latebra quadraginta dies quiescens inediæ est patientissimus, & vt Aliqui affirmant, solo anteriorum pedum suctu sustentatur. Hac de re legimus apud Eustathium, Athenienses aliquando fame multatos fuisse, indignata Diana, quia interfecerant Vrsam natam in Munycchio eius sacello, propterea inedia affligebantur, qui Feram inediæ patientissimam mactauerât. Addamus prædictis tanquam coronidem, Vrsos bibere quidem aquam, non lambendo, vt animalia carcharodonta, nec etiam sorbendo, vt cæteræ animantes continuis dentibus munitæ, sed aquam mordendo deglutiunt, vt Aristoteles in historia animalium nos perdocuit.

B

Vrsus inediæ patiens.

lib. 8. cap. 6.

COITVS, PARTVS.

lib. 5. cap. 1. In Polyhist. cap. 39. lib. 6. cap. 30 hist. an.

ARistoteles in historia animalium perpendens differentias congressus eorumdem protulit, Vrsos in hoc à cæteris quadrupedibus differre, quia cæteræ in operatione venerea stant. Vrsi verò humi sternuntur, quibus verbis nixus Solinus Vrsos non superueniendo, sed mutuis amplexibus, more humano, actus venereos exercere non negauit. Id autem præstant teste Aristotele mense Februario. Vnde Reusnerus canebat.

C

Vere nouo rigidos Venus igneа concitat Vrsos.

Quoniam autem, ex Oppiano, Vrsæ sunt in luxuriam ualdè procliues, ne ob prægnationem maritis diutius careant (cum Feræ grauidæ, præter Lyncem & Leporem, non commisceantur) priusquàm certum pariendi tempus aduenerit, vterum elidentes fœtum uiolenter excludunt, & mox à recenti partu, & alendæ proli, & explendæ libidini dant operam. Circa Vrsarum fœturam Physiologorum coryphæus Aristoteles hyemali latitationis tempore, Vrsas unum, duos, & aliquando quinque informes catulos eniti, deinde, aduentante uere, eosdem per sylvas ducere scripsit. Exire autem à spelunca cum prole tertio mense Veris Albertus prodidit. Hoc quidem uerum est, ad mentem eiusdem Aristotelis, Vrsam in comparatione ad molem corpoream edere fœtum parum minoreм fele, & maiorem mure, rudem, & informem. Quamobrem Oppianus dicebat Vrsam parere carnem ἄνευον ἄναρτον. Prædictæ Aristotelis sententiæ nixi Plinius, & Solinus promulgarunt, ab Vrsa post trigesimum diem carnem informem sine oculis, & sine pilis emitti, quæ postmodum frequenti matris lincti formatur; id eleganter describitur ab Ouidio dum ait.

D

li. 6. de hist. an. cap. 30.

Nec catulus partu, quem reddidit Vrsa recenti,
Sed male viua caro est, lambendo mater in artus
Fingit, & in formam quantum capit ipsa reducit.

lib. 15. Met.

Hunc rudiratis catulorum Solinus rationem assignare conatur, dum inquit, *Trigesimus dies veterum liberat Vrsa, vnde euenit, vt præcipitata fœcunditas informes fœtus pariat.* Hanc Solini sententiam superius, in Anatomicis, refutauimus, dum Vrsulli etiam in matris utero perfectè formati demonstrabantur. Huic igitur commento ad mentem Camerarij causam præbuit catulorum ortus secundis crassissimis obuolutus, quæ non nisi diuturno lictu à matre auelli possunt.

Vrsi informes catuli.

in Polyhist. cap. 39.

CA-

E

CAPIENDI RATIO.

FErarum captores, in illis corcendis, captiosi esse solent. Ideo in præsentia illorum technas in viuis, & mortuis comprehendendis vrsis exarabimus. Aelianus viuos vrsos retibus facilè implicari affirmat, neque ab illis illicò posse extricari, cum ob labiorum crassitudinem illa assequi nequeant; interea Venatores complures accurrunt, & ligneis furcis caput, pedesque bestiæ ad terram deprimunt, donèc funibus constringatur, deinde in arca lignea adeò concluditur, vt se commouere nequeat. Aliquandò foueis, & laqueis irretiuntur, vt Bargeus optimè expressit his versibus. *Lib. 5. cap. 17.*

Nec minus informes quoties venaberis Vrsos,
Ducenda fouea, texenda ex ordine sepes,
Quaquè patent aditus, nodisquè hamisquè parandi. *Lib. 6. Cynget.*

F

Alium astum, pro viuorum vrsorum captura ex Plinio, discere possumus, qui litteris mandauit, nuper inuentum esse in arena leonum, & vrsorum ora chalcanthi puluere inspergere, quia tanta adstringèdi facultate pollet, vt Fera mordere nequeat. Aliud artificium ad viuos capiendos vrsos narrat Belisarius, quod venationis genus in tabula geographica Moschouiæ depictum conspicitur. Nemus igitur, in quo vrsos residere compertum est à tribus, vel quatuor Sarmatarũ millibus circumdatur, itaut non maioribus, quàm cubiti distent interuallis, quo peracto, à venatorum magistris, eodem temporis momento, vbi cornua, & tubæ cecinerint arborum ramis securibus eodem impetu incisis, atquè ita dispositis, raptimquè contextis, vt ex illis quasi murus eleuatus esse videatur. Interim ex reliquis venatoribus, furcas ligneas habentibus, alij appropinquantium vrsorum caput, alij pedes anteriores, vel posteriores ad terram comprimunt, donèc Feræ arctissimè ligentur. Robertus Stephanus narrat vrsos capi semiuiuos canibus, quos recentiores mastinos appellant ex Alanorum genere; ideo à quibusdam Veltres, & Veltrij dicuntur magnis leporarijs similes, sed capite, & auribus magnis, labijs verò crassis. Magnus Cham, vt cap. secundò huius libri explicauimus, leopardos cicurari curat, ad aprorum, & vrsorum captionem peridoneos. Præterea non desunt infinitæ versutiæ, quas venatores in vitam vrsorum machinantur; Blondus scribit, circa Romanos agros, in syluis suburbanis insidiatores laculis, & machina ferrea igni crepitante vrsos noctu ad Lunæ radiantis lumen figere, Imò multarum regionum incolis huiusmodi venandi ratio non parùm delectamenti conciliauit; cum hoc ludo venatorio venantium animus relaxetur. Ad rem Baptista Mantuanus canit. *Vrsi quomodo capiãtur à Sarmatis.*

G

Qua arte vrsi capiãtur in Tartaria.

Ludus erat se attollentes hastilibus Vrsos,
Figere.

Verùm, qui huiusmodi ludis delectantur, deberent semper Ferarũ metu consternari, cũ Andreas Eburensis tradat, Fasillam Pelagij Portugalensis Regis filium, in primo ætatis flore, ob similem venationem, ab vrso extinctum fuisse. In Helueticis regionibus circa Alpes, teste Stumpfio, minoribus bombardis vtuntur, & statim ac vrsum animadterint, Incolæ frequentissimi ad eius venationem conueniunt, vt à pecoribus suis, quæper æstatem sub dio, absq; custodia relinquũtur, periculum auertant, & si quis vrsum occiderit, non solum ab omnibus benignè excipitur, sed etiam egregijs muneribus donatur. Alij, qui mortales insidias vrsis moliuntur, post tensa retia cautè latitant, & statim, atquè bellua retibus inuolutam conspicantur, illam acuto venabulo lethaliter ferũnt. Sed ad vrsos interimendos tutior nobis videtur esse modus, quem Conradus Heresbachius proponit; dùm venator armatur, & gladio præacuto accinctus Feram aggreditur, vrsus vbi hominem conspicit, illicò erectus pedibus anterioribus, veluti brachijs eum necaturus comprimendo amplectitur. Interea venator armatura tutus, cultro, vrsi præcordia fauciat. In partibus Aruernorùm, Berchorio auctore, vrsus tali ratione mactatur. Puerum parua claua, & saculo cinere pleno munitum ad locum ab vrso frequentatum mittunt. Vrsi, qui vt plurimùm cùm pueris colludere delectatur, ipso viso ad exercendas colluſiones se accingentis oculi cinere à puero inspergũtur, & caput claua percutitur, tunc ad vrsum ferè exeçcatum, exanimatum, & immaniter rugientem Venato-

In lib. de mort. nouis vulg.

H

Lib. 4. de re rust.

Lib. 10. reduct. moral. cap. 79.

res in nemore deliteſcentes accurrunt,& Feram prorſus interficiunt. In multis alijs locis,ad profligandos vrſos,varias decipulas adhibent. Rheti multis trabibus conſectis decipulam erigunt,& trabem delapſuram,ad obruendam feram, quotieſcunque eſcam *Lib.18.cap. 21. de gent. ſept.* funè dependentem attigerit, valdè onerant. In Aquilonari plaga, teſte Olao Magno, maturis arbutorum baccis, quibus vrſi ſummoperè delectantur,ſagax venator baliſtas ſagittis armatas,ita arbotibus adaptat,vt,leuiter tactis arborum ramis in Feras relaxentur, tunc venator in ſylua lætans alijs iaculis ad vrſum vulneratum prorſus exanimandum accurrit. Quoniam autem huiuſmodi Feræ mella maximoperè concupiſcunt. *Captura vrſi in Norvegia.* Apiarij multas excogitarunt technas,quibus vrſos deludendo necarent. In Norvegia circa arborem,in qua fauus mellitus conſeruatur,palos acutos figunt, deindè ſuperiorē arboris partem ita ſecant,vt parùm hæreat, eumeò peruenit vrſus vnà eùm parte arboris ſecta in præacutos delapſus palos exanimatur. Alij, ex Geſnero, circa orificia loci mellarij acutiſſimos cultros affigunt, ideo vrſi aſcendentes ſemetipſos conſcindunt. Sunt, qui in trabe aliqua, vel arboris trunco, foramen excauant ad ſitulę magnitudinem, in cuius fundo portionem mellis ponunt, deinde vneis ferreis os foraminis coronant, qui vrſi caput facilè admittunt, ſed poſtea retrahi non patiuntur. Denique Olaus Ma- *Lib.18.cap. 34.* gnus in Ruſſia, vicinisquè locis multitudine apum redundantibus aduerſus debile vrſorum caput hanc mortiferam technam parari aſſeuerat. Clauam ligneam ferreis euſpidibus circummunitam in altiori ramo,penes egredientium apum foramen ſuſpendunt. Vrſus mella voraturus magna vi anterioribus pedibus prædictam clauam à foramine remouet,hæc magno impulſu reuerrens,& caput vrſi feriens ipſum ab arbore ſemianimem deijcit. Poſtremò venenis quoquè huiuſmodi beſtias è vita tollere conantur. Vnde Villanouanus fabam lupinam, ſeu marcillium proponit,quo cum adipe mixto lupos,canes, vulpes,& vrſos interneçat; hoc autem marcillium, Geſnerus à Conſiligine non diſcrepare exiſtimauit. Non debemus omittere illam Aconiti ſpeciem, quam *Botanici* *Venena vrſorum.* Thoram Valdenſium appellant; nam quidam Valdenſis Geſnero narrauit ex huius radice aliquandiù in loco humecto ſeruata,& contuſa ſuccum exprimi,in quo ſagittæ infuſcatæ,leui etiam vulnere,vrſos interficiunt. Ad ſummum Aelianus piſces quoſdam nigros in Armenia reperiri ſcribit, quorum puluere ficus inſperguntur, quas,in locis à belluis frequentatis, diſſeminant;atquè hoc aſtu multos apros,& vrſos perimunt.

VRSI CICVRATI MANSVETVDO, & efferati immanitas.

Lib 3.cap. 11. *Lib.18. de gent. ſept. cap. 27. 29.*

Rouineia Boeach, ſi Paulo Veneto hiſtoricæ veritatis perquàm ſtudioſo credendum eſt, vrſos domeſticos, & nemini noxam afferentes producit. Vtcumquè ſit in Lituania, teſte Olao Magno,plures magiſtri eiuſdem coloris veſtibus circumamicti Vrſis in cauea fame macceratis quotidie portionem eſcæ porrigentes,eos paulatim cicurant; qui poſtmodum manſuefacti ad varias obeundas functiones idonei reddiuntur; nam aliquandò rotis aquas è puteis hauricntibus applicantur,aliquandò plauſtris junguntur, & quandoquè, quod ſpectantes maiori admiratione poteſt afficere,ijdem erecti ſaccos, & ligna ad locum deſtinatum ferunt. Demùm in nauibus per funem aſcendentes,& deſcendentes ludicra exer- *Lib.cit.cap. 28.* cent. Vnde Olaus Magnus refert, hac occaſione,quendam nauchrum à pyrata æmulo ſuo liberatum fuiſſe,quia eminùs per funes nauis,quam deprędaturus erat,vrſos aſcendentes, & deſcendentes conſpicatus, homines nauis cuſtodes eſſe opinatus eſt. Quid *Lib.29.* pluraſ Valentianus Imperator,ex Ammiano Marcellino,duas vrſas manſuefactas enutriuit,& Pytagoras,ex Celio,vrſam ferociſſimam exarmauit, & Eunycij præceptis vrſus *Tom.2.Off.* obtemperauit,vt narrat Textor, qui addit Sindrigalum Lituaniæ Principem,poſt Vitoldum,habuiſſe vrſum matutinis horis à nemore diſcedentem, qui palatio appropinquans anterioribus pedibus fores percutiebat, & aperto oſtio cibum oblatum ſumens abibat: *lib.1.obſer.* Inſuper Bellonius Conſtantinopoli Turcarum Imperatorem vrſis eiuſdem delectari obſeruauit. Ad finem quidam ſectæ Turcicæ religioſi, auctore Nicolao, ſtatutis quibuſdam temporibus,ab Eremo exeuntes,ſecum ceruum, vel vrſum tintinnabulum collo *Lib.3. Itin.* feren-

E ferentem dueunt, atquè hoc modo per pagos, & Vrbes ſtipem corrogant. Ex altera parte vrſus, licèt ſit manſuefactus, tamen quia malignum, & fraudulentum eſt animal, ei non eſt fidendum; propterea ſapienter dixit Galenus. *Vrſum verò quamuis olim manſuefeceris, non tamèn perpetuò habitu talem poſſidebit.* Quoniam hæc beſtia facile ad ingenium redit, & efferatur; idcirco ad rem Reuſnerus canebat. *Lib. de dign. & cur. an. morb.*

Sit placidus licèt, & lambat digitoſquè manuſquè
Si dolor, & bilis inſſerit, Vrſus erit. *In Paradiſ. Poet.*

Hoc diſtichum proculdubio deſumptum eſt à Martiali, qui vrſum cicurem facilè naturam vrſinam, denuò induere poſſe ſcripſit, hunc in modum. *Lib. 6. epig. 64.*

Si dolor, & bilis, ſi iuſta coegerit ira,
Vrſus erit.

Vrſi efferati pulcherrimum exemplum legimus apud Cœlium Rhodiginum, quando recitat in Attica vrſam ita cicurem factam fuiſſe, vt homines nihil auerſaretur, ſed compaſceretur, multaquè licentia, huc illuc, nemine impediente, peruagaretur; contigit puellam quamdam laſciuiuſculè cum bellua colludere, quæ repente efferata puellam, facto impetu, proſcidit. Quamobrem huiuſmodi efferatæ belluæ immanitatem debemus vitare, & Horatius eodem modo poetam indoctum recitaturum fugiendum eſſe perhibet, dum ait. *Lib. 26. lect. antiq.* *In art. poet. ad calc.*

F ——— *ac velut Vrſus,*
Obiectos caueæ valuit ſi frangere clathros.

Tandèm animaduertendum eſt, ſi vrſus efferatus, vel vinculis ſolutus latè furèns, & fugiens alicui nocuerit, per legem eius Dominum non poſſe conueniri ſancitum eſſe, cuius verba clarioris doctrinæ gratia hoc in loco recenſere non piguit. *Si Vrſus fugit, & ſic nocuit, non poteſt quondam Dominus conueniri, quia deſinit Dominus eſſe, vbi Fera euaſit; ideo ſi eum Vrſum occidere meum corpus eſt.* *ff. ſi quadr. paup. fec. dic. l. 1 §. in beſtijs.*

G ÆGRITVDINES, ET MEDELÆ.

SI multiplici ægritudinum ſpecie vrſi valetudo quandoquè offenditur, multis etiam prælidijs inſtructu naturali comparatis, huiuſmodi Feræ ſanitatem ſibi reſtituunt. Primò quando alui duritiel aborant ad Arum, auctore Porta, quo laxentur inteſtina, confugiunt. Cum hebetudine oculorum afflictantur ad apiaria ſe conferentes præſentaneam opem inueniunt, dū oculares venæ apum aculeis apertæ, ex eodem Porta, tantū ſanguinis effundunt, quantum oculorum valetudo expoſtulat. Inſuper vrſus interdum tanta pinguedine opprimitur, vt loco dimoueri ferè nequeat; huiuſmodi ægritudo à Græcis φωλεία nuncupatur, quia tunc temporis luſtra quæritat, in quibus, referente Plutarcho, aliquandiū ſe emaciat. Præterea vrſi poma ſummoperè exoptantes mandrogoræ fructus malorum figuram æmulantes incautè vorant, quorum veneno facultas vitalis proculdubio obrueretur, niſi, auctore Solino, ſibimet formicarum eſu præſto eſſent. Tandem omnibus liquido conſtat Vrſum varijs conſauciatum modis, herbarum impoſitione, ſibimederi, & H reſtoe Glyca, foliis verbaſci temperamento ſicci, & lanuginoſi ſanguinem à vulneribus implacabiliter dimanantem ſupprimere. Prædictis morbis, Euſtachius Rudius, rabiem addit, cuius violentia vrſi aliquandò iactantur. Imò fatetur ſe nouiſſe quemdam hominem ab vrſo ſaucium, qui paulò poſt in rabiem, & hydrophobiam lapſus eſt. *Lib. 1. mag. nat.* *Loco cit.* *De ſolert. anim.* *Prim. part. annal.* *Lib. 4. de morb. occult cap. 12.*

ANTIPATHIA, ET SYMPATHIA.

VRſi non ſolùm multis animantibus, ſed etiam varijs rebus inanimatis aduerſantur: In primis autem Phocam ex Oppiano ſummopere abominantur, quæ viciſſim hoſtili animo in vrſos ſeuiens illos eneruat, & ſuperat. Deindè vrſi ab equis capitali odio diſſident, huiuſquè rationem opinatur eſſe Porta, quia hominem, cui paret equus, vrſi lethaliter offendant; proterea, idem Auctor, ſonitu tympani ex equina pelle confecti vrſos in ſolitudine fugatos fuiſſe autumat. Præterea inter vrſum, & aprum talis eſt diſſenſio, vt ſe alter alterum fortuitò *lib. 20. mag. nat.*

fortuitò offendat, illicò ad præliandum ſe accingant, de quorum certamine cecinit Phyles his verſibus iambicis. A

Τῶ τῶν ἐδόντων χρωμένου σὺς ἀγρωπῆ
Στιβαρὸν δὶ ἢ ἔρκτον τῦ βίη βραχίονων.

Ideſt.

Dum dente ſtricto fulminat frendens aper,
Vrſuſque ſeſe bracchiorum robore.

Li. 5. de nat. an. cap. 15. Amplius vrſi multa inanimata graui odio proſequuntur; quocirca Aelianus literis mandauit, phyſiologos in hanc veniſſe ſententiam, quòd vrſus à mortuis abhorreat; nam ſi quis vrſum conſpicatus humi tamquàm mortuus proſternatur, ab vrſo prætereunte non læditur; hinc nonnulli rationem colligunt, propter quam vrſi cadauera ſui generis inſepulta non relinquant. Vrſi quoquè cum Mappa talem antipathiam exercent, vt illa viſa, teſte Seneca, ſtatim irritentur. Ad finem vrſi, ſicuti delphini, & cerui ſymphonijs, & melodijs delectantur, quibus omnis eorum ira, & ferocia demulceatur; viciſſim inſuaues, & horridos ſonos cornibus, & tubis excitatos deteſtantur. Quamobrem affirmat Olaus magnus paſtores huius antipathiæ non eſſe ignaros, dùm cornu caprino, & interdùm vaccino ſonum horridum excitantes vrſos ab armentis arcent.

Li. 3. de ira.

Lib. 18. de gent. ſept. cap. 26.

B

PHYSIOGNOMONICA.

Li. Phyſiog. ca. 2. & 22.

Lib. 4. de hu. Phyſiog.

QVi compreſſos habent capillos fronti eminentes, animum fortem, & vrſinum oſtendunt, vt Gulielmus Gratarola aſtruit, quemadmodum habere nares veluti abſciſſas malignitatis inditium eſſe, idquè ad vrſos, & ſimias referendum eſſe affirmauit. Homo igitur, iuxta ſententiam Portę, *capillis* rigidis refertus, cum capite duro, & acuminato, auribus nimia magnitudine ſubflaccidis, eiquè ſint collum rotundum, frons aſpera, oculi obſcuri, parui, & conca-ui, intentè aciem dirigentes, malæ anguſtæ, & oblongæ, nec non mentum longum, deinde ſit incuruus, ventricoſus, cum lacertis craſſis, cum longa pedum, & manuum extremitate, præditus colore ſubpallido, vt à ſomno, vel crapula excitatus eſſe videatur, & vox ſit balans, & turpis, procul dubio naturam vrſinam participabit, nam huiuſmodi conditionibus referti homines fatui, & improbi eſſe perhibentur, cum vrſi ſint fatui, verſuti, ſæui, perfidi, pernicioſi, & tandèm feritate, ex Philoſtrato, cęteris belluis antecellant.

C

EPITHETA.

AVctores ſumma eruditione præſtantes varijs epithetis vrſinum gregẽ ſunt proſecuti, non vt tam deforme belluarum genus ſpecioſum efficerent, ſed, vt naturales illius proprietates ab aſpectu, hirſutie, feritate, loco, & ſimilibus magis, atquè magis manifeſtarent. Inchoantes ab aſpectu vrſum informem, deformem, & turpem, ab hirſutie rigidum, & villoſum appellarunt. A Græcis δασύθριξ, vel δασύτριχος, nimirum piloſus, ab Oppiano χαιτήεις, ſcilicet iubatus, & tandem ab Homero, & Ariſtophane λασιαύχην, ideſt hirtam ceruicem habens nuncupatur. Deinde huius belluæ feritatem contemplantes Vrſum armatum, vnguibus, grauem, rabidum, rapacem, ſęuum, atrocem, trucem triſtem, ferocem, minacẽ, & terribilem indigitarunt. Non deſunt quoque Græcis epitheta, quibus ſęuitia, & truculentia Vrſi demonſtratur, aliquibus ἄγριος nempè ferus, à Nazianzeno σύγηρὸς à verbo στυγέω odio proſequor, nempè terribilis, & odio dignus dicitur; ab alijs βλοσυρὸς aſpectu horribilis, & truculentus, nec non ab Oppiano φοινὸς, à verbo φένω occido ſanguinarius, ac truculentus nuncupatur. χειμερὸς quoque à voce χρύος frigus, propriè frigidus, aliquandò dirus, & horribilis exponitur, vtcunq; ſit, hoc epithetum ab Oppiano huic fero aſſignatur. Ad locum natalem, vel ab huiuſmodi feris frequentatum, Latini ſe conuertentes Vrſum oſſeum ab Oſſa monte, erymanthium à monte Arcadiæ Erymantho, Libycum, Numidicum, Caledonium, & Lucanum indigitarunt. Ex ſylua enim Caledonia, & ex lucania Vrſi feritate, & magnitudine inſignes, teſte Varrone, in theatrum Ro-

Epitheta à ſeuitia.

lib. 2. phyſio.

D

manum

E manum mittebantur. Græci latitationem Vrsi perpendentes illum ἀνέγερτον, scilicèt inexpergisci bilem nominarunt, cum hæc Fera primis diebus in crypta dormiens, nec etiam vulneribus excitari queat. A Theocrito autem φωλάδες ἄρκτοι dicuntur, à verbo φωλάζω in speculatco, cum primitiuum φολεός, vel φωλία denoter lustrum, in quo Vrsi, vel cæteræ animantes, frigoris, vel æstus euitandi gratia, inhabitant. Prædictis addamus, quòd Vrsus ob vocis asperitatem, raucus, ob varios ciborum desiderium, Latinis omnium rus, Græcis θαυφάγος vocitatur, aliquando ἀναιδὴς pudore carens, & tandem ab Oppiano αλόβαλος, nempè verfutus cognominatur. *Epitheta à Latitatione.*

DENOMINATA, & cognominata.

VM Viri egregij, illustres fœminæ, Feræ, plantæ, regiones, & alia inanima ta ab Vrso denominationem, & cognomentum desumant, hæc omnia in hoc tractatu recensere operæ pretium esse duximus, cum posteritatis memoriam promereri videantur. Inter præclarissimos viros Vrsicini nomine multi Episcopi, & Martyres à Surio nuncrantur; Item Vrsatius strenuus miles, qui sub Licinio persecutore, armis relictis, christianæ fidei se deuouit, non illum memoramus, quem, Baronio teste, Damasus Pontifex Maximus Ecclesiam Christi ab Hereticorum defendens improbitate damnauit. Sed ne quæsò silentij velarijs inuoluamus Vrsanem Turcici Imperij fundatorem, Vrsatum Iustinianum Venetorum Ducem, Vrsonem, teste Cardano, somniorum scriptorem, nec non alium Vrsonem aliquot annis ab Vrsa in solitudine nutritum, à quo quædam nobilis apud Gallos familia, auctore Gesnero, originè traxit, Vrsulum grammaticum ab Ausonio in epistolis commemoratum, patrem Laertis Arcesium nominatum, quia ab Arco, siue Arcto, nimirum ab Vrsa lactatus fuerit, & tãdem, Bernardus, nomen Germanicum, vt legitur in historia Batauiæ, cum à Germanis Vrsus Ber dicatur, animum Vrsinum, vel hominem ore laxiori, & informi, ad instar Vrsi, denotat. Sed accedamus ad memorandas illustres fœminas, quę Vrsulę nomine fuerunt insignitæ. Hoc enim vocabulum non solum ab Vrsa est diminutiuum, verum quoque multarum mulierum nomen proprium existit. Vnde quidam Poeta alludens ad cuiusdam mulieris proprium nomen, & ad Vrsæ animalis feritatem canebat hunc in modum. *Virorum nomina.* *Fœminarum nomina.*

Vrsula formosa, atque eadem crudelior Vrsa.

Vna sit instar omnium Vrsula virgo Britanna, quæ XII. Cal. Nouemb. cum multis virginum millibus ab Hunnis purpurea martyrij stola decorata ad cœlestem patriam tantæ triumphatrici præparatam euolauit. Inter cognominata Illustres. Vrsinorũ familia procul dubio cæteras ab Vrso cognominatas imperio coercet. Hæc secundum aliquos autores à Lycaone Arcadiæ Rege, cuius filia Calisto versa fuit in Vrsam originem ducit. Verum si fides adhibenda est Sansouino, hic nobilissimę huius familiæ ortum Mundillæ puero educato à muliere Belgicæ in quodam pago, iuxta regionis morem, Vrsarum altrice attributo, à qua postea tot inclyti viri in armis literati, & in literis armati tanquam ab equo Troiano prodierunt. Prętermittenda non est Illustrissima de Vrsis Bouoniensis familia, ex qua quotidie viri admiranda bili doctrina clarissimi, necnon Senatorij, & equestris ordinis dimanant. De Vrsonis quoque multis in locis familia viget quocirca Spinula alludens ad cognomen Diomedis Vrsoni, qui à meretrice deceptus fuit, sic decinit. *lib. 1 de dom. Vrsi.* *lib. 3 epigr.*

Quod non æquales delectat iuuene, fefellit,
Vrsum te credens insidiosa Lupa.

Floret adhuc Bononiæ quædam de Vrsonis familia, in qua, vt legimus in historijs, viri in bonis disciplinis insignes celebrati fuerunt. His delibatis, ad belluas ab Vrsis denominatas sermo conuertendus est. Vrsulus igitur, sine secundum alios Vrselus est parvus Vrsus, cuius fœmininum est Vrsula: alioquin Vrsorum catuli apud Varinum ἀρκτύλοι dicuntur. Præterea Vrsuli in Polonia, ob hirsutiem, vt Hercules Saxonia testificatur, vocantur à vulgo vermes erucæ pini similes, sed maiores, & crassiores, quibus pharmaco- *in lib. de plica. cap. 52.*

macopęi perperàm vtuntur ad conficiendum oleum de ſcorpionibus, cum his illa regio careat. Non deſunt etiàm multæ animantes, quarum memoria hoc in loco propter ſimilitudinem, quam habent cum vrſo, non eſt antiquanda. Talpa, teſte Suida, pedes habet vrſinis ſimiles. Harpiæ in Thracia aures habent vrſinas, ſi credimus Varino. Aldabha, ideſt Hyena animal eſt in Syria colore vrſi, vt Bellunenſis reſtatur, & Dalae apud ſyluaticum Fera eſt vrſo ſimilis. Ἀρκτομῦς, quaſi mus vrſinus eſt animal à D. Hieronymo memoratum, de quo ſuo loco verba fient. Denique Albertus Vrſonres ob collum ſetoſum vrſo ſimiles belluas figura bubula fortè Biſontes appellauit. Ampliùs multę plantæ ob ſimilitudinem variarum vrſi partium veriſimilem nomenclaturam acceperunt. Si caput vrſi perpendamus, inueniemus napellum à Geſnero vocari ἄρκτιον, quoniam eius ſemen villoſum vrſini capitis ſimilitudinem habeat. Ab oculis chryſogonum denominatur, & arcophthalmos quaſi oculus vrſi dicitur. Ab auribus ſanicula lutea alpina Matthioli cognominatur. Ideo ob figuram foliorum auri vrſinæ ſimilem Tabernemontanus auriculam vrſi floribus luteis, & Lobelius ſaniculam vrſinam appellauit, & huius plantæ octo ſpecies flore, & foliis inter ſe diſcrepantes Cluſius exhibuit. A pedibus huius Feræ Caranance vocatur Arcopus, quaſi pes vrſi, Acanthus verò Dioſcoridis, quoniã eius folia anteriorum vrſi pedum figuram repręſentet, in officinis, nec non à Trago Branca vrſina nuncupatur, imò in Herbario Lugdunenſi Acanthus ſyluęſtris Dioſcoridis ſub nomine Brancæ vrſinæ aculeatæ deſcribitur. Licet etiàm ſphondilium Dioſcoridis à Brunfelſio Brancæ vrſinæ nomine inſigniatur; Ab hirſutie tandem muſcus terreſtris, & præcipuè muſcus clauatus Lobelij quandoque, in officinis, magno errore pro ſpica celtica vſurpatus à Geſnero muſcus vrſinus cognominatur. Lappa quoque, ſiue Arction Dioſcoridis ἀρκτίῤῥοος etiam dicitur, quia fructum villoſum producat, Bauhinus autèm in Matthiolum hanc plantam Lappam maiorem montanam interpretatur. Demum aliæ ſunt plantæ, quæ, aut quoniam in ſyluis ab vrſis ſæpenumerò creſcant, aut quoniam huiuſmodi Feris eſcam præbeant, ab illis denominationem ſortiuntur. Deſcribitur à Botanicis quædam plãta, ad alliorum ſpecies referẽda, quam Matthiolus allium vrſinum indigitat, imo moly deſcriptum à Dioſcoride, & moly minus apud Bauhinum a Ceſalpino Allium vrſinum vocitatur. Poſtremò alię ſunt plantæ, quæ fortè quoniam fructus vrſorum guſtui gratificantes producant, ab huiuſmodi animalibus denominãtur, vt arbuſtum quoddam ſpinoſum depictum à Matthiolo ſolijs apij, floribus albis, baccis rubentibus, quod circa Tridentum panem vrſi appellant, Geſnerus ſpinam appendicem eſſe opinatur Ἀρκτοκάρυλον, nempè vuam vrſi Galeni, Dodonęus Ribeſium fructu rubro eſſe arbitratur. Verùm pro hac planta aliam præter Ribeſium exhibet Cluſius. Prædictis addunt nõnulli ſambucum Arctodendron, ideſt arborem vrſi nũcupatam, cum inter antiquas Dioſcoridis nomenclaturas, ſambucus tali nomine inſigniatur. Deniq; trifolium floris mellini, quod Odoratum vocant, Dodonęus ſua lingua dici trifolium vrſinum aſſeuerauit. Quid dicemus de logis? cum hæc tot ſint, vt pauciſ verbis vix perſtringi queãt: Ab Ortellio Vrſao, Vrſo, Vrſon, Oſſuna, & Orſona eſt vrbs Hiſpaniæ Beticæ, & Vrſeola, vel Vrſeolis vrbs Galliæ Narbonenſis. Berna apud Geſnerum eſt Heluetiæ ciuitas clariſſima vrſos publicè alens, & ijſdem pro Inſigni gentilitio delectatur; & nomen etiàm ciuitatis, etymo Germanico ab vrſo deriuat, cum vrſus à Germanis Ber dicatur. Vrſaria caſtrum eſt in territorio Spoletano, & vallis Vrſæ ibidem, ſi veritatem ſcribit Sanſouinus. Montem Vrſinum, ſeu Vrſarum Cyzico imminere recitat Syluius, ira nuncupatum à Ioue, vel Bacchi nutricibus, quas illic in vrſas migraſſe tradunt, vel quia huiuſmodi locus vrſorum venationi eſſet idoneus, vel denique propter altum montis cacumen, quod vrſarum ſydera tangere videretur. Vrſinus lucus fuit fazer locus, in quo Romani conſules cum exercitu, teſte Plutarcho, contra Tarquinium, & Hetruſcos acerrimè depugnarunt. Vrſi caput locus eſt littoris Amalphitani, in quo nauali prælio decertatum eſt, vt inquit Sabellicus. Denique habetur in hiſtoria nauigationis in Indiã Occidentalem ſub Vuiellelmi inſula locus, qui vrſi propugnaculum cognominatur. Prędictis annectit Plutarchus fluuium Scythiæ Arcturum dictum, qui poſtmodum Phaſis fuit nominatus. Verùm cauendum eſt, ne per vaſtiſſimos terreſtrium denominatorum campos adeò diuagemur, vt cęleſtium obliuiſcamur, vbi ſunt Arcturus, Arctophylax, polus, & circulus arcticus, quæ omnia ab vrſis cognominari videntur. Sciendum eſt hęc, quoniam à ſyderibus, & non ab animalibus cognomentum adepta ſunt; ſicco pede eſſo præ-

Beſtia aburſis denominata.

li. 22. de an.

Planta.

in comm. ad Dioſc. lib. 4.

lib. 3. plant. rar.

li. 4. ca. 101.

lib. 7. de cõſt. med. ſec. loc. cap. 4.

li. 1. de plãt. rar. cap. 41.

in theſ. geograph.

li. 1. de dom. Vrſin. de Aſia min. cap. 64.

in ſuppl. hiſtor. lib. 11.

prætermittenda. Reliquum erit, vt denominatis annectamus hoc vocabulum, ἀρκτῶν; quod apud Pollucem pellem vrsi significat, quamuis hæc vox σκύλον apud Hesychium, & Varronem pellem vrsinam, vel ouinam, aut alterius animantis designet.

MYSTICA, ET ALLEGORICA.

DEus aliquando mysticum vrsæ nomen promereri videtur; nam veluti vrsa, amissis catulis, feritiam in quemlibet obuium iras minimè remittens exercere solet; Pariter Deus à peccantibus iusta exigit supplicia. Idcirco Osea id prædicebat. *Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora cordis eorum, & consumam eos ibi, quasi Leo.* Præterea Deus vrsi naturam aduersus hominem mysticè induisse dicitur, quandò post peccatum in paradiso illi occurrit, vndè Hieremias scripsit. *Vrsus insidiosus factus est mihi Leo in absconditis.* Imò Christus, auctore Berchorio, vrsus mysticus verè poterit appellari; nam veluti carnes vrsi dormientis, aut mortui ex Plinio sugeri feruntur, ita Fideles, quimysticè Christi carnes perhibentur, post eius passionem, & sepulchralem somnum creuerunt, quoniam plures, post, quàm antè Christi mortem, eius fidei se deuouerunt. Idem Christus in secundo aduentu vrsus vocabitur. Nam scribit Amos. *Quomodo si fugiat vir à facie Leonis, & occurrat ei Vrsus.* Insuper vrsa in visione Danielis Regnum Persarum demonstrabat; Propterea hoc contemplans Reusnerus sic canebat.

Altera tergeminis armata est dentibus Vrsa,
Bestia, quæ Persis assimilata fuit.
Tres dentes totidem Reges cum Xerxe Darium,
Et Cyrum regni robora magna notant.

Vrsi quoque duo è saltu proximo egredientes, vt habetur in sacris Biblijs, & lacerantes duos, & quadraginta pueros, qui illudebant Eliseo Prophetæ in Bethel ascendenti, præmonstrabant, teste Eucherio, duos Imperatores Vespesianum, & Titum, qui post duos, & quadraginta annos ab ascensu Domini captis Hierosolymis per arma, & per vicos Iudæorum stragem, lacrymabili spectaculo, dederunt. Vrsus verò quem suffocauit Dauid, Iudæos à Christo superatos mysticè designabat, vt docet sacra pagina. *Dixitque Dauid ad Saul, pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat Leo, vel Vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, Leonem autem, & Vrsum interfeci ego seruus tuus.* Lauretus per vrsarum catulos, eos, qui è Gentilium multitudine christianam fidem amplexantur, intellexit, nam diuturno documentorum lineatu, mens ferina mansuescit, & per vrsam in lustro abscondi ram, crudelitatem in humano corde latitantem, & aliquando ipsam Hypocrisim esse voluit.

in lib. embl. sacr.

lib. 10. redu. mor.

Thren. 3.

cap. 13.

lib. 1. Reg. cap. 17.

in Syl. alleg.

MORALIA.

IN moralibus, peccantes vrsis non immerito comparari solent, quoniàm hi ob capiti similitudinem ex quacunque leui percussione præcipitantur, illi verò, ex qualibet leui occasione, in varia crimina labuntur. Præterea homo improbus, tanquàm vrsus dormit, nimirùm sopori fera peccati delectatione torreptus, itaut nec etiam solicitudinum, & calamitatum vulneribus excitari queat. Cæterùm satius erit homines inexpiabili hæreseos scelere oppressos ad naturam vrsorum reducere, his enim cum cerebrum sit venenosum, eorum capita, ex Plinio, in theatro comburebantur, ne aliqui ipso vescentes in rabiem vrsinâ agerentur, illi pariter igneo supplicio sunt puniendi, nè ipsorum fallacijs, alij irretiantur. Insuper iracundum hominem poterimus, non iniuria vrsum appellare, nam hic circa mellaria versans, si forte ictu apis vulneretur, tanta pernitas ira incedit, vt omnes apes ad vnam dentibus, & vnguibus vlcisci velle: homo similiter iracundus, si aliquem etiam iocosè conuitijs in se debacchantem obseruet, tales colligit irarum motus, vt non solum verbis aculeatis, sed etiam armis æmulum prosequi conetur. Imò qui insatiabilem, profundumque ventrem semper esitando distendit, vrsi nomine potest insigniri; quoniàm vrsus non solum multa semel, sed etiam varia ciborum genera comedit. Idcirco in epithetis

Iracundus comparatur Vrso.

Gulosus Vrso comparatur.

thotis omnivorus fuit cognominatus: Demùm illè, cui nullus satis est thesaurus, vrsi nomen merere potest, quoniã hæc Fera in polubrum ignitum aciem oculorum dirigens excæcatur. Pariter φιλάργυρος etiam si alterum pedem in cymba Charontis habeat; visio polubro nempè metallo aureo, & argenteo, adeò excæcatur, vt hæc metalla tanquã summa numina veneretur. Auaro improbum Iudicem coniungere licet, cuius oculorũ acies, ad instar vrsi, ob alicuius vasis aurei, vel argenteis splendoreũ tantã hebetudine premitur, vt rectum iudicium intueri non valeat, iuxta illud Deuteronomij. *Munera enim excæcant oculos Iudicum sapientum.* Ad summum nefarij Principes, & Tyranni vrsi nomine sunt decorandi, quoniam mella eripiunt, nempe virorum iustorum, & pauperum etiam pecunias furripiunt, ideoque, optima de causa, de horum dominio loquens Seneca scribebat. *Quæ alia vita esset si Leones, Vrsique regnarent?* Imò hoc respiciens Abacuc dicebat; *Impius enim prævalet adversus Iustum.* Totum oppositũ humana docet pietas, nimirũ pauperes vrsos vocandos esse, nam hi in latibulis degẽtes anteriorum pedum fuctu, per longum temporis spatium, vitam sustentant, sic pauperes tantum nutrimẽti fugere deberent à diuitibus, quantum eorum indigentia expostularet. Ex altera parte hoc vrsi nomen, exceptis peccantibus, alijs quoque conuenire potest. Nam Sancta Mater Ecclesia vrsa potest appellari, dum filios imperfectos, & christianarum disciplinarum imperitos, more vrsæ, lambendo scilicet concionatorum linguis illos erudiendo, paulatim figurat. Hanc eamdem rationem Princeps Recti amás erga subditos, adulterina eruditione illitos vrsam æmulans debet adhibere, cum dicat Isaias: *Dedit mihi Dominus linguam eruditam, vt sciam confortare eum, qui lassus est verbo.* Verùm Patri familias nomen etiam vrsæ competere debet, dum illius ritu filios suos bonæ, & christianæ doctrinæ penitùs expertes sanctis documentis imbuit, vt habetur in sacris literis: *Doce filium tuum, curua cervicem eius, dum infans est.* Propterea D. Ambrosius nos monebat, ne prolem nostram, quantùm pertinet ad rationem animi, instar partus vrsini initio editam, ita informem coalescere pateremur, sed linguis disciplinarum lambendo curare debemus, vt hæc ad humanam effigiem rationis participem reducatur. Sic obiter quilibet auctor debet opus suum tanquam vrsæ fœtum informem perpolire, & perficere quòd docet Reusnerus hũc in modum.

Auarus. *cap. 16.* *lib. 1. de clem.* *cap. 1.* *cap. 50.* *Eccl. 30.* *in Paradis. poet.*

A B C

Qualis Vrsa prius solet cæcos
Informes dare quàm tubar retentis.
Se Phœbi videat, eosque lambens
Paulatim pia mater elaborat.
Lingua, tale poema debet omnis
Bonus fingere sæpè corrigendo.

Prava cogitatio vrsæ assimilatur. Ad finem D. Chrysostomus pravam, & iniquam cogitationem vrsæ videtur assimulare, dum ait. *Si vrsa fugam à cauea cœperit, domos præcludimus, vicos obsidemus, vt interceptus nemini noceat, nunc verò cum non vna bestia, sed multæ, atque obscenæ cogitationes omni bestia ferotiores animam nostram lacerent, nec sentire videmur, & vrbium fauè habitationi adeò prouidemus, vt vel in desertis cloris, vel in vallatis, atque munitis atrocem Feram coerceamus; in anima verò nostra, vbi actio consilij est, vbi regia sedes, vbi iudicium, ibi immanes bestiæ ad mentem ipsam ad regale solium omnia perturbantes magna licentia conscendunt.*

D

MIRACVLA.

PVrpurati Martyres, & Christi Confessores, tum in supplicijs, tum in Eremo de vrsis res admirabiles patrarunt. Si Martyres contemplemur, dum Imperatores Christiani nominis hostes infensissimi, illos varijs cruciamentis afficiebant, legimus apud Surium, Adriano imperante, in Faustinũ, & Iouiam vrsos ferocissimos dimissos fuisse, qui Sanctis intactis omnem ferociam, & fœuitiam in ministros Imperatoris exercuerunt. Vrsus, vt fatetur Textor, solum laxatus ad infrendam mortem Cerbonio Episcopo, omni deposita feritate, eumdem amplecti, & circumlambere cœpit: eodem modo emissus in Domitillam virginem vrsus, illicò supra vim naturæ exarmatus ad pedes virginis decubuit. Vrsi laxati ad interimendum Pontium Episcopum secùs pedes Sancti procubuerunt mansueti. Tandem aduersus ascen-

in vit. SS. Faust. & Iou. *tom. 1. off.*

Teclam emissi statim supra ordinem naturæ mansuefacti ab illa abstinuerunt. Præterea Anachoretæ Christi cõfessores huius generis miracnlorũ fuerunt patratores. Narrat Surius fuisse nonnullos, qui desiderio noscendi sanctum Iohannitu nad locum solitudinis ascenderunt, & dùm ipsum alloquebantur, Vrsa è sylux penetralibus exiens cellæ huius Sancti appropinquauit magno colloquentium timore, tunc Sanctus panem feræ porrigi iussit: & in eorum memoriam reuocauit, eum, qui dedit potestatem conculcandi Leonem, & Draconem, deinde præcepit Feræ, vt ad latibu'a reuerteretur. Attila autem venatori, vt legitur in Theatro humanæ vitæ, Vrsam acriter persequebatur, & illa ad Basoli Remensis Abbatis cellam, tanquam ad asylum confugit. Venator pietatem viri admiratus prædium Abbati dono dedit. Non minorem admirationem affert quod recitat Surius de sancto Columbano Abbate, qui aliquando vastam eremum penetrans, aspexit in quadam caute sinum coneauum, volensque abdita perscrurari, ingressus vidit Vrsũ in sinu interiori iacentem, iussit Feræ, vt abiret, nec deinceps eos repeteret calles, Fera mitis discessit, nec imposterum eò repedare visa est. Idem Sanctus per densa saltus viburna gradiens, Vrsum cerui cadauer deuoraturum obseruauit. Lambebat enim sanguinem, tunc sanctus accedens præcepit Feræ, ne cotium calceis conficiendis necessarium lædcret. Mox bellua feritatis oblita colla submittens aliò se contulit. Gallus Columbani Abbatis discipulus, auctore eodem Surio, & Hiladeboldus Diaconus, pisces de flumine retibus extractos, in solitudine assaturi ignem concinnabant; interea Vrsus miræ magnitudinis propius accedens Diaconum terruit, sed Gallo iubente, vt ligna inferret igni, bellua obtemperauit, quid plura? cum Sanctus Florentius, propè Nursiam, Eremum coleret, quinque oues Vrso commisit custodiendas, vt illas ducens, & reducens ad pascua, & ad tugurium semper hora sexta reuerteretur, quod munus Fera obeundum non solum suscepit, sed etiam tempus reuertendi diligentissimè obseruauit. Amplius, cũ Maximini Treuerensis Episcopi Romam proficiscentis Asinum sarcinas ferentem Vrsus exedisset, Fera eiusdem Maximini iussu facta est dosuaria, huicq; miraculo Sanctus Martinus nondum Episcopus peregrinationis comes interfuit, vt recitat Surius. Persimile huic fuit illud D. Corbiniani Episcopi Frisingensis, cuius sarcinarium equum cum Vrsus deuorasset, Corbinianus, adhibito flagello, Vrsum elitellarium effecit. Dauid verò, vt habetur in sacris paginis, adhuc puer obuium Vrsum diripientem gregem baculo persequebatur, & apprehenso eius mentorum occidebat, quod nulli hominum contigisse legimus. Postremò, extra prædictorum ordinẽ, Cæsarius Heisterbaensis tradit duos mercatores, iuxta templum Sancti Andreæ in Colonia habitantes, in Noruegiam profectos recepisse à Canonico eiusdem templi quinque solidos, vt albam Vrsi pellem emerẽt, quæ coram altare huius Sancti iuxtà ritum regionis substernenda erat quod libenter, & humaniter præstiterunt. Verùm in regressu tanta est in mari orta tempestas, vt omnes de salute desperarent, cum mercatores recordati pellis Vrsi D. Andreæ dedicatæ, illam contra procellas intumescentes, ventosque frementes extulerunt & tunc Dominus, Apostoli sui meritis, magna cum omnium admiratione tranquillitatem mari communicauit. Deinde mercatores Coloniam reuersi, & pellem Vrsi albi, & denarios, collati non immemores beneficij, B. Andreæ gratis obtulerunt.

In vita S. Columb.

tom. 3. in vit. S. Maximini.

Lib. 1. Reg. cap. 17.

Lib. 8. Illustr. mirac. cap. 57.

HISTORICA.

Legimus in historia Danica, filiam cuiusdam patris familias spectabilis formæ in agro Suetico vnà cum ancillis lusum egressam ab ingenti Vrso, deturbatis comitibus, raptam, & ad notum latibulum delatam fuisse. Itaque, mirum dictu, præda laniatui petita in vsum nefariæ libidinis versa fuit, & Vrsus ex raptore amator factus, ardorem gulæ veneris satietate pensauit. Verùm, cum Vrsus crebris incursationibus vicinum infestaret armentum, gregis possessor exhausti pecoris inopia prouocatus, obseruatione adhibita, circumuentam canibus belluam cursu, & clamore vehementius vrgere cœpit, & fugacem securus eò fortè loci, quo puella seruabatur, accessit, vbi à retiarijs Fera venabulo occupata perijt. Puellam verò è lustro ereptam domum reduxerunt, ex qua statuto tempore, vt natura nuptiarum deformitatem feminis aptitudine coloraret, sylucstrem sanguinem humanis lineamentis

Lib. 10.

effigiauit, monstrumq. quoad animi dotes, vsitato partu prodijt. Aeliano de Iasione Atalanta, quam ceu ter naram Pater, cum se non fœminis, sed viris opus habere diceret, seruo perdendam tradidit, qui abiens in montem Parthenium, propè fontem spisso querceto stipatum eam collocauit. Itaq. infans morti quidem destinata, sed a fortuna non destituta ab Vrsa, suis catulis per venationem spoliata, turgentibus præmimia lactis copia vberibus nutrita est. Itaq. vno & eodem tempore Fera mammarum dolorem, & infantis fumem sedauit, & quæ suorum mater non manserat, alienæ prolis nutrix exstitit. Quid persimile narrat Cælius Rhodiginus, dum scribit cum Hecuba per quietem accepisset Parisem perdendum esse, ipsum Archelao seruo in Ida exponendum tradidit, cui cum decem dierum spatio vrsa mitis vbera præbuisset, re animaduersa, idem Archelaus sublatum educauit vt filium. Diuersam à prædictis exarat historiam Appianus Alexandrinus, inquit enim, Thermusayrenses, cuniculos tam amplos effodisse, vt in eis pugnæ subterraneæ committerentur, sed Oppidani hos supernè aperiebant, & in operarios, per foramina, vrsas, & alias feras demittebant. Herodotus quoque enumerans animalia, quæ Ægyptij sacrata esse arbitrabantur, dixit, huiusmodi animalia mortua ab ipsis deferri, & vrsorum cadauera eo sepeliri in loco, vbi inueniebantur. Marcellinus denique scriptis mandauit, Tausalorum gentem turpem esse, & obscenæ vitæ, ideoque flagitia multa perpetrare. Verùm si quis horum adultus, & solus Aprum excepisset, vel immanem vrsum interemisset, incesti colluuione liberari existimabant.

Lib. 13. de var. hist. A

Lib. 19. lect. antiq.

In lib. de bell. mithri.

Lib. 2. B

HIEROGLYPHICA.

NOn dissimulandum, licèt ab Aegyptijs non traditum, auctore Pierio, per vrsum auersum ingredientem in speluncam, prouidentiam posse significari, habemus enim ab Aeliano hanc Feram hoc vti modo ingrediendi in spelæum, vt venatores fallat. Prætereà cum aliqui vellent denotare ciuitatem à Principe imbecillirectam, vrsi caput procul dubiò pingere possent, hæc enim bestia, secundùm Physiologos, capitis imbecillitate laborat. Non defuerunt etiam, qui per simulacrum Vrsi iram immanem intellexerunt, quia hoc animal leui etiam occasione ingentes irarum motus colligere soleat; Ideò Ricciardus per picturam Vrsi retrò aspicientis, hominem iracundum, & malevolum designabat. Somnolentum quoque hominem vrsus indicare potest cum is, premente bruma, sopore adeò grani opprimatur, vt vulneribus etiam inflictis excitari non possit. Pierius addit per effigiem vrsi pedes anteriores fingentis, hominem inedia confectum intelligendum esse; cum notum sit, per Aelianum, solo anteriorum pedum suctu, Vrsos in latibulis hyemem transigere. Vrsa insuper suis non caret Hieroglyphicis, nam Aegyptij sacerdotes Vrsam fœtam figurabant, siquidem ijs competitum erat Vrsam fœtus informes eniti, hosquè diuturno sinctu ad perfectionem reduci, hacque ratione, hominem à primo ortu deformem, mox formosum effectum, vel hominem ineunte ætate dissolutum, & ætatis progressu, sanctiorem intelligebant. Alij commenti sunt, per Vrsas intra frutices, & spelæa delitescentes puellas innuptas posse denotari, quæ domi custodiuntur, & Vrsæ à lustris non nisi ambulationis gratia egrediuntur. Satius esset, per iconem Vrsæ, mulierem virili animo præditam intelligere, cum in hoc animantium genere, vt superius à nobis ad mentem Aristotelis fuit expositum, fœminæ maribus sint ferociores, & animosiores. Ad finem addamus illud, quod euulgauit Goropius de cælestibus Vrsis, quæ implicitè, & à Dracone septentrionali detentæ innuere videntur, Adamum, & Euam, qui à magno Dracone infernali per peccatum veluti in Vrsas mutati, & ad Aquilonem translati sunt, vndè, vt dici solet, omne malum dimanat.

Lib. 11. Hierogl.

In commēt. symbol. C

Lib. 10. in Hierogl. D

PROVERBIA.

AFeritate, & ira huius animalis multa dimanant adagia, ideo Manutius hoc promulgat. *Cum adsit Vrsus, vestigia quæris.* De illis, qui ob aliquam timiditatē præsens negociū declinantes, ad nugas dilabuntur. Sumptū est adagiū à formidolosis venatorib.

In adag.

qui

E qui ferocia animalis perterrefacti vrsũ sensisse dissimulant, sed vt audaciores videantur vestigia prosequi fingunt. Plato huiusmodi homines simules esse canibus pronunciauit, qui lapides mordent, cũ eos, qui iecerint non audeant attingere. Addit Manutius aliud prouerbium. *Fumantem nasum Vrsi, ne tentaueris.* In quo admonet non esse tentandos, qui nocere possunt; huius prouerbij speciem habet illud Martialis. *Lib. 5. de republ.*

——— rabido nec percutias ore
Fumantem nasum viui tentaueris Vrsi.

Rationem autem, propter quã à naso, & non ab alia parte desumptũ sit adagiũ, assignant Physiologi, dũ hac parte vrsi icta summoperè irritari tradunt. Mantua, in hoc prouerbiorũ genere, profert illud. *Fugiens Vrsum, in Leonem incidit.* De illo, qui vnum euitans periculũ in aliud labitur, quale est illud. *Incidit in scyllã cupiens vitare carybdim*, vel vt illud. *Naufragus in littore, incidit in latrones.* Amplius vulgo effertur hoc adagium. *Vendere pellẽ Vrsi non capti*, diciturq. de illis, qui pollicentur, quod non habent, & antè victoriã triumphum canunt, ortumq. ducit ab apologo, de quo suo loco agetur. Aliud vulgatissimũ hic Bononiæ circũfertur prouerbiũ, cuius origo hactenus ignoratur, & est cũ dicitur. *Suscepit onus ducendi Vrsũ Mutinã.* Quod enunciatur de illis, qui durã susciptant prouinciã, seu negocia difficillima peragere volunt. Aliud tandem huius animalis respiciens feritatẽ habetur in sacris paginis, cũ dicitur. *Satius est occurrere Vrsæ, raptis catulis, quã fatuo confidenti in stultitia sua.* Nam, vrsa raptis catulis, maximè sæuit, cũ fœtus suos summoperè diligat, Idcirco primũ obuiũ solet inuadere suspicãs ab eo catulos ablatos fuisse. Verũ, inquit, Sapiẽs, minus periculosũ est occurrere huiusmodi vrsæ, quã superbo, & cuicũq. homini malcuolo, qui non solũ studet corpori; sed etiã animæ pernicié afferre. Alia deinde non sunt omittenda adagia, quæ vrsi aspectũ respiciunt, verbi gratia quando dicitur. *Vrso asperior*, de homine hirsuto, & piloso. Præterea pronũciatur aliud, *Est velut Vrsus inepius & solers*; de homine, qui prima facie insulsus, & ineptus videtur in operatione verò sagacitate vtitur, nã vrsi licet quoad corporis figurã inepti videantur, tẽpore tamen opportuno solertiã adhibẽt. Si latitationẽ animalis consideremus, alia obseruabimus adagia. Primũ est. *Videre Vrsam parientẽ.* Quod profertur de rebus raris, quoniã, secundũ Aelianũ, vrsa nõ tantùm in spelæis, sed etiã in speluncæ interiori sinu, sẽper enititur, secundũ est quod pronunt Germani contemplantes vrsũ solo pedũ anteriorum suctu, in lustris, hyeme viuere scilicet. *Manus fugit*, de aliquo, quẽ paupertate, vel auaritia notare volunt. Inter hęc ad calcem potest recẽseri, illud quod ab vrsa cælesti desumptum est, idest. *Vrsa se mari prolues.* Supple priusquam negocium ad finem perducatur, cum vrsæ constellatio nunquam orientem atquè occidentem attingat; solet autem hoc adagium in illos pronunciari, qui impossibilia aggrediuntur. *In Prouerb. cap. 17.*

F

G

FABVLOSA.

CAlistum Lycaonis Regis filiam olim à Ioue compressam, & mox à Iunone in vrsam transfiguratam fuisse omnes ferè poetę commenti sunt. Vnde Ouidius huic opinioni subscripsisse videtur, dum inquit. *Lib. 2. Fast.*

H *Vrsa per inultos errabat squallida montes,*
Qua fuerat summo nuper amata Ioui.

Hanc posteà Arcas eius filius matrem ignorans, venando per montes, iaculis proculdubio vulnerasset, nisi vterquè in cœlum translati essent, vbi mater Arctos, & filius Arctophylax nuncupantur, de his Ouidius sic cecinit. *Loco cit.*

Hanc puer ignorans iaculo fixisset acuto,
Ni foret in superas raptus vterquè domos.

Hesiodus Calistum Dianæ Nympham fuisse autumat, quam corruptã egrè ferens, in vrsam statim transformauit, hęc bestia Arcadẽ peperit, quæ cũ filio, vt scribit Amphis poeta comicus, ad Lycaonẽ perducta, & in templũ Iouis Lycæi, quò sibi intrare non licebat vnà cũ filio fugiens ingressa, à pastoribus regionis, cùm nato occisa, à Ioue in sydus cęleste conuersa fuit. Harum vrsarum fabulam aliter narrat Theon Arati interpres, & Hesiodi Scholiastes, quos lector per otium consulat. vtræquè igitur vrsæ cęlestes vehuntur circulo arctico cłaudæ; & ita collocatæ, vt caput eius, quæ superior fuerit ad caudam inferioris

feriotis contendar. Vrſa maior quinque habet ſtellas ſecundæ magnitudinis, ſex tertiæ, A
reliquæ ſunt quartæ, & quintæ magnitudinis. Vrſa minor duabus ſtellis ſecundę magnitudinis eſt inſignita, cum ſtella polaris ſit tertiæ magnitudinis. His annectamus Ephigeniæ fabulam, quæ, vt narrat Gyraldus, cum ad aras ſacrificanda eſſet, Vrſa, vel Cerua,
Syntag. 12. vel Tautus, per medias Græcorum copias cucurrit, quare viſa, Vates iuſſit, quodcunque illud fuerit, mactandum eſſe.

APOLOGI.

In mytholog.

VRſus quondàm circa mellarios alueolos verſans ſecundùm Abſtemium ab ape ictus tanta efferbuit ira, vt omnia vaſa, in quibus apes mellificaverant, vnguibus diſrumperet. Tunc apes vniuerſæ, cum domos ſuas dirrui, cibaria auferri, & filios enecari conſpicerent, facto impetu, Vrſum aculeis in- B
uadentes proſtigarunt, tunc vrſus dicebat quantò melius erat apis vnius aculeum tolerare, quàm tot in me hoſtes concitare. Apologus indicat me lius interdum eſſe vnius iniuriã patienter perferre, quàm illã vlciſcẽdo multos inimicos comparare. Poſt quam de læſione verba facimus, nobis ſuccurrit alius apologus, in quo vrſus colludens vnguibus incautè oculum vrſæ eruit, tunc vrſus id ægrè ferens omnes vngues abſcidit, ſicque vxorem allocutus eſt, bono ſis animo, quoniam arma, quę te læſerunt, abieci, cui vrſa reſpondit, hoc parui mea refert, quia hoc ante offenſionem præſtare debebas. Hinc diſcendum eſt lædentis pœnitentiam læſo nullo adiumento eſſe poſſe. Superſunt duæ fabulæ, ex Abſtemio, recitãdæ, quas inter apologos collocare voluimus; licèt enim in his vrſus palã loqui non introducatur attamen locutus eſſe perhibetur. Prima eſt, dũ per vaſtiſſimas ſolitudines duobus amicis iter faciẽtibus eminus fit Vrſus ſobuiam, quorũ alter perterritus, ob corporis agilitatem, arborem ſcandens inter opacos fagi ramos delituit, alter verò cum ſe, in præliando, vrſo imparem iudicaret, procidens ſe mortuum eſſe ſimulauit. Vrſus deinde accedens totam proſtrati faciẽ olfecit, hunc q cohibito ſpiritu mortuum eſſe credens aliò ſe contulit. Mox comes deſcendens interrogabat amicum, quidnam ad aures vrſus locutus eſſet, cui reſpondit; admonuit me, ne deinceps cũ huiuſmodi amicis iter facerẽ. Hinc colligẽdũ eſt euitandos eſſe illos amicos, qui, periculoſo tempore, ab auxilio præſtando pedẽ reuocant. Perſimilẽ ferè fabulam recitat
In mytholog. idem auctor de coriario, qui numerata pecunia pellẽ vrſi à quodã emit Venatore, qui in præſentia pellẽ vrſi ei nõ eſſe aſſeruit, cæterũ poſtridiè venatũ profecturũ, vrſoq; interfecto, illi pellẽ laturũ pollicitus eſt. Coriarius, animi gratia, cũ venatore in ſyluam profectus, altiſſimã conſcendit arborẽ, vt inde venatoris, & vrſi certamen conſpicaretur. Venator intrepidus vrſi latibulo appropinquans immiſſis canibus illũ exire cõpulit, qui, euitato venatoris ictu, cum proſtrauit, hic ſciens vrſũ in eadauera non ſæuire, compreſſo halitu mortuum ſe eſſe ſimulauit vrſus ad motis ad Venatoris faciem naribus, eumq. non ſpirantẽ deprehendẽs ſtatim diſceſſit. Coriatius cũ feram abeſſe proſpiceret, deſcendẽs ad venatorẽ acceſſit, eũ interrogans qualẽ ſermonẽ vrſus ad aures habuerit, cui Venator, monuit me, ne impoſterum, pellem vrſi nõdum capti vendere velim. Fabula denotat incerta pro certis habenda non eſſe. D

EMBLEMATA, ET SYMBOLA.

In li. ſymb. & embl. 20.

DEpinxit Camerarius vrſũ in luſtro ſoporatũ cũ hac inſcriptione MAIOR POSTOCIA VIRTVS. volebat enim innuere ingenia viuida, quò plus ocij interdum ſumunt, eò poſteà alacrius denuò ſe ſe exerunt, omniaque negocia peragunt, ideoque ſubſcripſit hoc diſtichon.

Cæu luſtris latitant Vrſi, & ſua membra refingunt,
Sic meditatur opus Doctus in arte nouum.

Emblem. 21

Amplius idem auctor figuranit vrſam lambentẽ fœtũ cum inſcriptione. NATVRA POTENTIOR ARS. Hoc celebris ille pictor Ttianus pro ſymbolo vſurpauit, quò artẽ in quibuſdam plus valere, quàm naturã deſignabat quòd concedendum eſt, vt in arte pictoria cõtingit, in reliquis verò nequaquam, quemadmodum in hoc diſticho exprimitur.

Ars

E *Aristotelis, haud fingit, natura verumque ministrat,*
Quantum dat deus indicat hic catulus.

Insuper effigiauit duos Vrsos pluuia cadente simul colludentes cum inscriptione SERENABIT. Vrsi enim sunt huius naturæ, vt, cadentibus imbribus, futuram præsagientes serenitatem colludere soleant, iuxta illud. *Emblem. 22*

Post Phœbum nubes veniunt post nubila Phœbus,

Vel iuxta illud Quidij.

Nube soles pulsa candidus ire dies.

Pari ratione viri fortes, & constantes in rebus aduersis prosperiorem fortunam expectantes, tantùm abest, vt abiecto sint animo, quin potius omnia lætasibi polliceantur. Emblematiautem subscribitur hoc distichon.

Quæris cur saltant pluuijs? spes certa sereni est.
Hoc tu confisus, pelle animi nebulas.

Hoc emblema Camillus de Camillis scriptor Italicus inter Phrenoschemata recensuit.

F Delineauit tandem Vrsum secus quercum apibus onustam, cum dextra manu intra duos ramos adeò constricta, vt indè illam nequaquam diuellere posset, deindè inscripsit. *Emblem. 23*
VIOLENTA NOCENT. Postmodum hos versus subscripsit.

Vt fauus exitio est Vrso, sic sæpè malorum
Auctorem illaqueant insanæ doluspue suum.

Lucas Contilis Italicus scriptor hoc emblema inter phrenoschemata recensuit, cum hac inscriptione. SIC VIOLENTA. Narrant enim aliquando accidisse, vt Vrsus mellis cupidus aggrediens aluearium in veteri quercu ab apibus fabrefactum ita validè pedem alterum anteriorem in ramum se se reflectentem impulerit, vt inde se liberare non potuerit. Non est siccо pede prætorcundum illùd emblema Pauli Maccij viri nostra ætate latina eloquentia spectabilis, in quo curarum dissimulatores venatoribus vestigia Vrsi quæritantibus perelegantèr assimilat, de quibus in prouerbijs verba fecimus. Franciscus Sansouinus tradit Cæsarinos pro Insigni Aquilam vsurpasse, & aliquandò sub illa pinxisse Vrsum columnæ alligatum glorioſæ contra Vrsinos victoriæ symbolum. Alij Vrsam Gryphi caput & quatuor catulos sub ventre habentem tamquam symbolum Sultanis Selini successoris Baiazetis Turcarum Imperatoris delinearunt, qui in crudelitate adeò excelluit, vt omnes consanguineos extinxerit. Demùm Vrsi figurà, apud illos, qui de artificiosa memoria tractant, litteræ. V. Symbolum esse perhibetur. *In lib. emblem. 76.*

G

PHRENOSCHEMATA.

VArias Vrsi proprietates, & naturales instinctus, assidui literarum cultores contemplando, varia quoque Phrenoschematum genera composuerunt. Primò respicientes animalis ferociam, nonnulli, vt Franciscus Vrsinus pinxit Vrsum oream habêtem cum hoc Dicto PARAQVITARIO ATIEMPO. volens denotare tempore opportuno oream esse auferêdam sæuitia enim iuxta opportunitatem adhibenda est. Alij figurarunt Vrsum omni feritate refertum cum hoc Dicto. MITIS IN AMICOS. volebant enim denotare cum amicis blandimentis, cum inimicis verò immanitate vtendum esse. Paradinus figuram Vrsi per nares fumum spirantis exhibuit, & huiusmodi Dictum apposuit. HORRENT COMMOTA MOVERI. Quo animum indignantis, vndè nil nisi exitiale possit expectari, haud quaquam irritandum non esse docuit. Deinde, à partu Vrsæ imperfecto, Viri in doctrinarum studijs egregij multa sibi Insigmia compararunt. Quidam Vrsam fœtus lingentem effigiauit cum Dicto VTINAM PERPOLIATVR. Hoc enim de operibus imperfectis, & absoluendis proferri solet. Reuocat hoc in memoriam pulcherrimum hexastichon de Parthenopeo Virgilij recessu, quod sic se habet. *In Heroicis*

H

Vt nullo musis interpellante vacaret,
Parthenopea adijt rura quieta Maro;
Vrsaque lambendo catulos ceu format inertes,
Cudebat versus, sic poliendo suos.
Assidua docti sua limant carmina cura,
Et sub iudicium singula verba vocant.

Alius vir egregius, cuius insigne gentilitiũ Vrsa decorabat, pro phrenoschemate finxit Vrsã fętũ lãbẽtẽ cũ hoc Dicto STVDIO. quo cũctis persuadere conabatur ab huiusmodi familia viros esse prodituros, qui laboribus, & virtutibus ad eminentem dignitatum gradum essent ascensuri. Præterea nonnullis Vrsum se abscondentem, & ex latibulo egredientem considerantes varia Insignia sunt imaginati. Ratione ingressus, cũ notum sit per Phisiologos, Vrsum auersis vestigijs, ad fallendum venatorem in cryptam intrare; quidam sermone potius, quàm pictura expressit Vrsum auersis vestigijs in spelæũ introeuntẽ cum hoc Dicto. ASTV SEGVRVS. Ratione egressus Perciuallus Italicus scriptor effigiabat Vrsũ à lustro egredientẽ cũ Dicto. E SOMNO SVRGERE. Quoniam Vrsus hyeme, natura duce, dormit, sed, in eunte vere, agilis ad laborem, & ad venationem exit, propterea hoc Phrenoschemate omnia tempestiue parandæ esse significauit. Amplius, occasione cibi, cum Vrsus præter carnes fructibus potissimum maturis delectetur; quidam numero famulorum olim Eminentiss. Cardinalis Montalti adscriptus, in cuius Eminentissimi gentilitio Insigni Leo supra montem anterioribus pedibus pyra immatura stringens pingitur, huic addidit figuram Vrsi pyra suspicientis, & huiusmodi Dictũ. DONEC MATVRESCANT. Forte quoniã tempestiuũ seruitutis præmiũ expectabat. Tandem cũ Vrsus naturaliter in omnibus suis affectionibus, ad quædam præsidia confugiat, hoc, Phrenoschemata componendi, multis occasionem præbuit. Vnde quidam literatus Iconem Vrsi saucij puluerem, & herbas venenatas vulneri imponẽtis exhibuit, & huiusmodi Dicto italico exornauit. MORTIFERO VENEN DENTRO V'HO POSTO. cum proprium sit huius animalis quicquid inuenit parti vulneratæ applicare, volebat enim hic vir doctus demonstrare eos a quibus adiumentum sperabat, sibi detrimento fuisse. Persimile phrenoschema repręsentauit Bargalius Italicus scriptor cum hoc Dicto LAEDENTIA QVOQVE. Idem auctor pinxit Vrsum circa apiaria linguam exerentem, quæ ab apibus saucia copiosum sanguinem effundebat. Dictum verò erat huius tenoris. ACIEM ACVENT ACVLEI. Quoniam Vrsus naturali instinctu ductus oculorum heberudine laborans ad prędictum auxilium, summo cũ emolumento confugit. Alij respicientes familiarum cognomina varia Insignia sibimet compararunt. Quidam ex nobilissima Vrsinorum familia figurauit columnam supra tergus Vrsi erectam, & hoc Dicto coronatam. NEC VIRIBVS VLLIS. quasi vellet ostendere tali necessitudinis vinculo Vrsinos, & Colonenses necti, vt nullo modo dissolui possent aljus pariter ex eadem familia delineauit Vrsam amplexantem sphęrã cum Dicto. SICVT IN COELIS. Camillus de Camillis huiusmodi Phrenoschema exponẽs literis mandauit auctorem & familiæ cognomen, & cœlestem Vrsam nunquam occidentem respexisse; pari ratione famam huiusmodi familiæ nullo temporis progressu interituram esse. Alius vir eruditus, in cuius Insigni gentilitio Aquila nidulatur, in parte inferiori Aquilam expansis alis delineauit intentis oculis Vrsam in parte superiori pictam intuentem, & Dictum erat. ALIVM NON HABEO SOLEM. Camillus de Camillis id interpretans dixit Auctorem, in hoc, componendo Phrenoschemate ad duo mentem conuertisse, primò ad Insigne gentilitium, in quo Aquila refulgebat, deinde ad poema sub Vrsæ inuocatione typis mandatum, quasi vellet innuere se huiusmodi cõpositione adeò delectari, vt illam, tanquam Aquila solem, intueretur.

In lib. Phrenosc. — *In lib. Phrenosc.*

SIMVLACRA ET STATVÆ.

In 2. par. Iconolog. — *Loco cit.*

VIctores, auctore Ripa, mulierem stantem dextra manu gladium euaginatum tenentem, altera verò crumenam stringentem, cum Vrsa secus pedes cubante, coloribus effigiant, quotiescunque simulacrum improbitatis repręsentare volunt. In simulacro autem imperfectionis eodem teste, figuratur mulier stans, cum Vrsa secus pedes fœtum lambente. Heluetij olim, vt scribit Marlianus, Romanos imitati simulacra Vrsorum in vexillis suis depingebant. Prætermittimus consultò multa Insignia gentilitia, ne lectori tædio simus, quæ ab Vrsorum simulacris exornantur. Circa statuas, narrat Contarenus olim Romæ in parte exquiliarum penes Portam S. Laurentij, fuisse statuam Vrsi pileo tectam, vnde deinceps locus ille Vrsus pileatus nuncupatus est. Multas etiam statuas non tantùm Leonum, sed etiam Vrsorum pro exornandis ædificijs Prisci cælarunt; Ideo Martialis meminit statuę

In lib. antiq. Rom. — *Lib. 3 epigr. 16.*

Vrsæ

E Vrſæ in cuius ore vipera latens dentium ictu puerum cum ſtatua ludentem peremit. Deinde Romæ, inter alias ſtatuas, Vrſorum quoque pulchetrimæ viſuntur. In ædibus Valerij à cruce, ſecùs forum Iudæorum vidimus Vrſorum capita elegantiſſimè cælata, & domi Marcelli Varri Porcarij, penes Mineruâ, paruus Vrſus perelegantèr ſculptus oues iam iam voraturus conſpicitur. Petrus Martyr ca neras, in quadam turri, ſtatuis tum marmoreis, tum fictilibus Vrſorum ſimulacris inſtructas, inuentas fuiſſe perhibet. *In lib. de Inſul. nuper repert.*

PRODIGIA, ET MONSTRA.

HAbetur in opere de prodigijs, & oſtentis quondàm menſe Decembris nõ procul ab Auguſta Vindeliciorum Vrſæ cum Leone certamen in cœlo viſum fuiſſe. Pareus verò depingit monſtrum capite vrſino brachijs manibuſque Simię cum partibus inferioribus piſcem repręſentantibus, & huiuſmodi monſtrum Geſnerum à Cardano acceptum retuliſſe ſcribit. *Lib 24. Chirurg.*

F

SOMNIORVM PRÆSAGIA,

VT Onericritorum nugæ indies magis, atque magis omnibus pateſiant, libuit in præſentia, Vrſi occaſione, non nulla ad mentem Cardani enarrare, quæ ſponte ſua nullis nixa fundamentis facilè corruunt. Is ſcriptis mandauit Vrſæ catulum nuper natum per quietem viſum rei, ſeu negocij alicuius commutationem melius ſignificare, alibique idem repetit nulla alia pulſus ratione, niſi quia Vrſa informem partum, & quamdam veluti molem carneam enitatur, quod à nobis in Anatomicis huius capitis ſatis ſuperquè fuit refutatum. Præterea idem auctor, qui in hoc tractatu congerronis partes exercere videtur, tradit, Vrſam cum catulis ſomnianti viſam hominem cum rabie furioſum denotare, ab Vrſo verò hoſtem iracundum, ſtultum, robuſtum, & voracem, imò rediuinas inimicitias indicari, cum Vrſi in lambulis diù degant. Præterea auctor ſublunaria cum cœleſtibus confundens, ob vtrumque Vrſæ ſydus, quòd nunquam abſcondatur, opinionem ſuam videtur ſtabilire. Huiuſmodi autem ſunt meræ imaginationes ex proprietatibus huius animalis deſumptæ, quas vnuſquiſque ex aliorum etiam animantium prærogatiuis poteſt in mente ſua machinari. *Lib. 3. de ſõn. cap. 13.* *Lib. 1. de de ſomn. ca. 38.*

G

VSVS IN CIBIS.

GAlenus agens de alimentorum facultatibus animaduertebat eſſe nõnullos, qui carnibus vrſinis veſceren tur; propterea in libro de attenuante victus ratione, huiuſmodi carnes hominibus ſeris concedebat. Platina quoque agens de conſeruanda valetudine carnem Vrſi edulem eſſe, ſed concoctu difficilem, & multa excrementa generantem confirmabat. Verùm Ioannes Bruyerus carnes vrſinas eſſe in delicijs Heluetiorum, & Alpinorum populorum teſtificatur, qui etiam aſſeuerat, ſe in cœna apud Symphorianum Campegium Vrſuli carnes comediſſe, quæ culinæ artificio conditæ non minorem ſuauis ſaporis gratiã, quam aliæ ferinæ palato conciliant; nam quidam nobiles Germani, qui illic agebant, Vrſulum domi altilem fecerant, deindè canibus acriter exagitatum mactauerant: Quocirca Bartholomæus Scappius non immerirò ſcribebat Vrſum, cuius carnes in alimentum cedunt, hyeme captum, & iuuenem eſſe debere, & licèt Quinctili menſe, ratione pabuli, Vrſus ſit pinguior; tunc tamen eius caro malum odorem ſpirare ſolet. Vrſus igitur hyeme captus, ad mentem prædicti auctoris, detracta pelle aeri exponendus eſt donèc tenereſcat, deinde carnes probè lotæ ſale, floribus fœniculi, puluere cinamomi, & gariophyllorum inſperſæ, ad inſtar carnis hædinæ in veru aſſandæ ſunt. Ampliùs, vt teſtatur Olaus Magnus carnes vrſinæ quemadmodùm ſuillæ pro cibis caſtrenſibus ſale condiuntur. Cæterum notandum eſt non omnes Vrſi partes rei cibariæ poſſe famulari. Aelianus inter cibos ſuauiores pedes Vrſi anteriores reponit, quoniam inter alias partes plurimùm

H

Lib. 3. ca. 2. *Lib. 4.* *Lib. 13. de cibis. c. 41.* *Lib. 2. de re cul. cap. 88.* *Lib. 18. de gent. ſepiẽt. c. 24.* *Lib. 5. de nat. anim. cap. 16.*

rimùm exercecantur; quarè, optimò iure, Michael Herus Vrſi manus appellat. Principibus affirmabat. Sauonarola ſcribit cerebrum Vrſi venenatum eſſe, quæ de cauſſa ab eo cauere debent, qui vrſinis carnibus veſcuntur. Non igitur præter rationem ſcriptum eſt à Plinio Vrſorum occiſorum in ſpectaculis capitâ crenari. Imò, teſte Bruyero, nec etiã lienes ſunt eſculenti, ſicut neque iecora Vrſorum alborum, cum narret Gerardus, in hiſtoria nauigationis ad Arcton, magnam partem comitum in morbos incidiſſe, ob comeſtionem hepatis Vrſorum alborum, quorũ copia in illis frigidiſſimis regionibus vagatur.

Lib. 12. de reſtib. c. 27.

A

VSVS IN MEDICINA.

OMnes ferè Vrſi partes ad priſtinam ſalubritatem recuperandam in medicinis locum habere quotidiana docet experientia. Inchoando igitur à capite, vnà cum Porta aſſeueramus oculum Vrſi exſiccatum, & appenſum pueroru collo, amulerum eſſe aduerſus pauores quibus in ſomnis puſtones vexantur. Verùm, ex AEſculapio, ſupra ſiniſtrum hominis adiutorium alligatum quartanam febrem mitigare dicimus. Pulmones ſecundùm Dioſcoridem, ex attritu calceamentorũ, partẽ inflãmatione corripi non patiuntur. Præterea ſecundũ Plinium frequens reſtium huius animalis eſus epilepticum ſanitati reſtituit; ideò Nicolaus Myrepſicus, ad comitiales liberandos, teſtium Vrſi ſuffimento vtitur. Inſuper, ſi Galeno fides eſt adhibenda, ſanguis huius feræ calidus, ſi abſceſſibus imponatur, tali facultate conquoquendi potitur, qualem ſanguis caprinus, & taurinus participat. Lac quoque Vrſæ in aures ſi inſtilletur, ex Marcello empirico, otalgiam ſedat. Fel etiam ſuis non caret virtutibus, debet igitur folliculus ab hepate ſeparari, & ſuſpendi, donec exſiccetur, quia per biennium ſeruari poteſt; poſtmodum tàm eum medicamentis intrinſecis, quàm extrinſecis, ad varias ægritudines profligandas, adhibetur. Lonicerus ex eo componit electuarium, & Vuecherius Eclegma, quod comitialibus opitulatur. Deinde fel in aqua calida potatum aſthmaticis & orthopnoicis præſtò eſt; cum melle verò mixtum antiquam tuſſim lenire Sextus atteſtatur. Fellis quoque duas portiones cum aquæ duobus cyathis exhibitas per triduum demorſis à cane rabido, pro remedio ſingulari, prædicat Damocrates apud Galenum, & iiſdem pellis Vrſi ſubſternitur ex Aetio. Huius remedij rationem à maxima antipathia inter canem, & Vrſum Porta putat dimanare. Fel inſuper in varijs affectionibus extrinſecis adhibetur; ideo Dioſcorides contra incipientes ſuffuſiones valere autumat; indè rationem haurit Porta, tùm quia Vrſus cæcos pariat catulos, tùm quia noctu vagetur iuxta illud Horatij.

Lib. 2. de mat. med.

Lib. 10. de ſimp. med. fac.

Lib. 1. antid. ſpec. Cap. 13.

Lib. 2. de antid.

Lib. 2. de mat. med.

B

C

Et Veſpertinus circumagier Vrſus ouile.

Demùm fel Vrſinum, ex Marcello, leproſos ſanat, & carcinomata vlceroſa curat, ſi ſuperliniatur. Rhaſis verò ad Venerem ſopitam excitandam fel Vrſi exſiccatum ſupra femur dextrũ ligat. Sequitur adeps, qui infinitis fere morbis occurrit. Primitus quia Vrſi aſtuti, & fraudolenti ſunt, & citò cicurantur, ex Adamantio, eius adeps memoriæ confert, vt inquit Porta; vnde Timotheus Ruſellus componit vnguentum ex pinguedine vrſina, quo ſinciput, occiput, & tempora ad memoriam inungit. Hæc pinguedo pariter in affectionibus pilorum inſignem habet prærogatiuam, quoniam pellis Vrſi villoſiſſima ſit, ideoque, ex Dioſcoride, ad prolixitatem pilorum commendatur. Porta in huiuſmodi caſu ſummit panem hordeaceum, cum ſale, & adipe vrſino, panem cumburit, & tali mixtura locum inungit. Nam ex auellanis aduſtis, & pinguedine vrſina ad caſum ſupercilioru vnguentum mirabile componitur; propterea hæc pinguedo ingreditur vnguentum capillos conſeruans à Vuecherio deſcriptum. Imo, in curanda alopecia alijs non cedit medicamentis, vt teſtatur Galenus, qui hunc adipem vetuſtiorem commendabat, quia tenuiorum ſit partium. Marcellus igitur in alopecia caput radit, cæpa acerrima perfricat, & vnguen ex farina hordei, & adipe Vrſi ſuperponit. Plinius cinerem roſæ ſylueſtris cum præſcripta pinguedine mirificè laudat. Timotheus Ruſſellus inunctionem ex oleo vitelli ouorum, & adipe Vrſi præſcribit. Idem auctor ad faciei cicatrices delendas, & linguæ paralyſim hanc pinguedinem extollit. Deinde Marcellus, ad diſſoluendas parotidas, ex adipe Vrſi, ſebo Tauri, & cera topicum parat medicamentum, quod poſtmodũ, ni fallimur, recitatur à Quinto Sereno, in tumoribus faucium, quos fortè ipſe parotidas interpretatur, dum ait.

D

Lib. 7. Phytognom. c. 1. 2 par Arcan.

Lib. 9. magnat.

Lib. 3. Antid. ſpec.

Lib. 1. de comp. med. ſec. loc. c. 2.

In 2. part. Arcan.

Præterea

E

Præterea fauces extrinsecus vngere prodest,
Vrsino, & tauri sebo, cerisque liquatis,
Omnia, quæ geminus æquabis lancibus ante.

Idem adeps, ex Marcello, cum radice gladioli contusa lumbis dolentibus conuenit, & arthriticis doloribus præsidio est, si credimus Portæ, qui animalibus omniuoris, vt vrso hanc prærogatiuam adscribit. Fumanellus ad contusionem vnguium, ex pinguedine vrsi, & anatis, nec non ex euphorbio vnguentum vtile præparat. Vlcera verò pedum solus adeps cum alumine curat. Præterquamquod, in huiusmodi pinguedine liquefacta, lanæ insuccatæ, & supra vmbelicum infantis positæ ventrem laxant, vt Auctor horti sanitatis astruit. Ad finem adeps vrsinus ingreditur multa medicamenta, vt vnguentum Aregon, Martiaton, vnguentum ad partes conuulsas, necnon aliud ad calculum expellendum à Vuecherio descriptum, & tandem vnguentum sympatheticum, seu armarium, seu stellarum Paracelsi. Sed notandum est ad mentem Vuecherij ex animaliũ axungijs, sicut & ex adipe vrsi Chymiatros olea per alembicum igne lento extrahere, quæ maiorẽ attenuandi vim participant. Postremò pili huius animalis adusti cum adianto, & arundinum radicibus non minoris, quàm adeps in generandis pilis sunt efficaciæ. His addit Plinius difficiles partus solui, cum quis tectum, in quo grauida sit, transmiserit lapide qui vrsum interfecerit.

Lib. 2. Phytogno. c. 8.

Lib. 2. antid. spec.

F

VSVS IN LVDIS.

LAuius Vopiscus, in historia Probi, narrat inter alias Feras ducentos vrsos in circo venationem amplissimam dedisse, quia tunc homines cum bestijs depugnabant. Huc pertinet illud Martialis, dum commendat Carpophorum, qui in theatro confecit vrsum ferocia, & magnitudine insignem, scilicet primum, qui in regionibus arcticis olim degeret dum scripsit.

Lib. spect. epigr. 15.

Ille, & præcipiti venabula condidit Vrso,
Primus in arctoi qui fuit arce poli.

G

Aliquando in huiusmodi ludis Feræ tantùm diuersi generis emissæ inter se dimicabant. Ideo Martialis memorat pugnam vrsi, & Rhinocerontis dum inquit.

Lib. spect. epigr. 22.

Namque grauem gemino cornu sic extulit Vrsum,
Iactat vt impositas taurus in astra plas.

Quandoque theatrum ex improuiso aqua replebant & animalia introducebãt, quæ edocta in aqua non secùs, ac in arena præliabantur, eiusdem fortè sortis erat venatio, cuius meminit Calphurnius hunc in modum.

Eclog. 7.

——— equoreos ego cum certantibus Vrsis,
Spectaui vitulos.

Horum certaminum ludi non solum Romæ, sed etiam alijs in locis celebrabantur, quia narrat Auctor historiæ rerum Polonicarum vrsos comprehensos ad vrbanam, & campestrem venationem fuisse ad libitum emissos. *Vidimus inquit ipse in spectaculo equulum ca. stratum cum Vrso pragrandi commissum, qui ex intervallis accurreus, obiecto tergo, calcibus Vrsum petebat, & refugiebat, Vrso tamen ad Hippiem laxiore fune ligato.* Interdùm in Romanum theatrum visco in arena imposito Feras introducebant, quæ in illo implicatæ spectantibus risum commouerent. Hoc scriptis reliquit Martialis, dum cecinit.

Tom. 1.

H

Lib. spect. cap. 11.

Præceps sanguinea dum se rotat Vrsus arena,
Implicitam visco perdidit ille fugam;

In Russia, & Lithuania, ex Olao Magno, multi vrsi cicurantur, quibus in ludis, & choreis vtuntur, nam dum Bestiarij fistulam inflant belluæ ad eius sonum saltant; Quod munus obeunt etiam nostra ætate illi vrsi, quos Circumforanei per Vrbes, & Oppida magnum quæstum facientes ducunt. Antequam tractatui de ludis finem imponamus, non est prætereundum quod scripsit Lampridius de Heliogabalo, qui conuiuis bene bibentibus quadrigas dabat, deindè sortes conuiuales scriptas in cochlearibus tales præbebat, vt alius decem Camelos, alius decem vrsos, & sic deinceps sortiretur.

Lib. 18 de gent. sept. cap. 27.

VSVS IN SVPPLICIIS.

A

REatum eſt in veterum commentarijs, Reos olim beſtijs deuorandos, horribili aſpectu, exhibitos fuiſſe. Imò, quando in theatro tragediæ repræſentabantur, tunc Rei ſub alicuius perſona introducti non ſimulata, vt tragedia expoſtulat; ſed vera morte affligebantur; huius meminit Martialis pluribus in locis. Primò memorat quemdam, qui ſub perſona Laureoli

Lib. ſpect. epigr. 7. ductus in theatrum, & in cruce vinctus ab vrſo omnibus ſpectantibus fuit deuoratus, dum ait.

Nuda Caledonio ſic pectora præbuit Vrſo,
Non falſa pendens in cruce Laureolus.

B *Lib. cit. epigr. 8.* Huius etiam moris paulò inferius teſtimonium præbuit idem Martialis, dum refert quẽdam nomine Dedalum vrſo lacerandum fuiſſe exhibitum, quare ob Rei nomen alludẽs ad Dedalum ingenioſum, qui, aſſumptis alis, in Cretam euolauit, ſic cecinit.

Dedale lucanicum ſic lacereris ab Vrſo,
Quàm cuperes pennas nunc habuiſſe tuas,

Lib. cit. epigr. 21. Idem auctor, in ſuis ſcriptis, memoriæ prodidit quemdam no mine Orpheum capitali ſupplicio damnatum ad beſtias deuorandum ductum fuiſſe, qui tandem vt inquit poeta ab vrſo fuit laniatus.

Ipſe ſed ingrato iacuit laceratus ab Vrſo.

Poeta, hoc in loco, vrſum ingratum appellauit alludens ad verum Orpheum, qui lyra, & cantu non modo vrſos, ſed etiam cæteras Feras deliniuit. Cæterùm, ne prolixiori ſermone, plus equò noſtra turgeſcat pagina, Euphemia virgine, ex Textore, Philophronis

tom. 1. offic. ſenatoris filia ſub proconſule Priſco, vrſis obiecta, & enecata huic tractatui addemus coronidem.

VSVS IN VARIIS.

C

PAuſanias teſtatum reliquit ſacrum Sophriæ Dianæ anniuerſarium, patrio ritu, Patrenſes celebrare, & intra ſeptum aræ viuentia animalia cuiuſcunque generis nempè apros, & vrſorum catulos conijcere. Arnoldus Villanouanus, ad pulices enecandos, ſanguinem, vel adipem vrſi tanquam arcanum proponit, qui in ſcrobe, vel vaſe ſub lecto ponatur, nam eò conuenient pulices, & peribunt. Palladius agens de agrorum remedijs, aduerſus grandinẽ,

Lib. 1. de re ruſt. ca. 35. & gelu, ſebo vrſino ferramenta inungit Mizaldus hoc perpendens optimo iure arbitratur hæc ferramenta eſſe falces, quibus pro vitium, & aliarum arborum ramis ſuperfluis reſecandis putatores vti debent, & eò magis cum Africanus, aduerſus erucas pediculos, & glaciem hoc aſſignet præſidium, nimirum, vt vrſino adipe cortices vitium inungantur. Imò, quod maioris eſt vtilitatis, hic adeps munium olei in lucernis obit. Habet enim Gerardus parte tertia nauigationis ad arcton. *Eadem die noſtrum horologium emendauimus, vt Campanæ horarum ſignum daret, adaptauimus etiam lucernam, quæ noctu lumẽ* D *præberet, ad quam rem vſurpauimus Vrſi pinguedinem liquefactam lampadi impoſitam*, nam quandoquè, eodem Gerardo teſte, in vrſi cadauere centum axungiæ libræ inueniuntur.

VSVS PELLIS.

V

ILla Regio, quæ hodiè Iurha dicitur, miſera eſt auctore Ioanne Bohemo, &

Lib. 3. de morib. gent. ſub frigidiſſimo cælo ſita Ducis Moſcouiæ tributaria, cuius Incolæ non arant, non ſeminant, ſed Ferarum, & piſcium carnibus veſcuntur, veſtimenta, non lanea, vel linea, ſed pelles ceruorum, & vrſorum induunt. Hi non multum ſitu, & moribus diſcrepant, à Lapponibus populis, qui, teſte Geſnero, pellibus integris Vrſorum, & phocarum artificio elaboratis veſtiuntur,

illas

illas enim, ita suprà caput adstringunt, vt soli oculi pateant, & reliquo corpore adeò tecto, vt in culeo consuti esse videantur. Pausanias quoquè literis mandauit, Calistum pro stragula veste pellem Vrsæ habuisse, hinc fortè factus est fabulæ locus, Calistum in Vrsam transfiguratam fuisse. Hodiè pelliones Vrsorum pelles concinnant, & pellem Vrsi accommodatam vidit Gesnerus Viennæ ex Lithuania allatam longitudinis quinq; cubitorum, & tantæ latitudinis, vt quodlibet bouis tergus tegere posset, quæ Cæsari Maximiliano oblata summæ fuit admirationi. Pellio Bononiensis nobis retulit se anno elapso, ex pelle Vrsi concinnasse sagum pro viro nobili, quo indutus in triremibus à pediculis se defendit. In bello olim pellibus horum animalium induebantur, vt maiorē hostibus horrorem ingerent. Quare Virgilius de hoc loquitur dum canit,

occurrit Aceftes, *Lib. 5. Aeneid.*
Horridus in iaculis, & pelle libyſtidis Vrſæ.

Quamuis per Vrsum libystidem Lipsius intelligat Leænam, cum in Africa secundùm nōnullos, Vrsi non gignantur, tamen, si fides adhibenda est Salmasio in Solinum, Vrsi, quoquè in illis regionibus, licèt rariores, generantur, quod alibi à nobis fuit expositum. In dictorum confirmationem, scribit Alexander ab Alexandro, milites Romanos leuis armaturæ, nec non equites, loricas, & galeas vrsinis pellibus texisse, vt truculentiores in hostium conspectu apparerent. Imo, omnes Signiferi, ex Vegetio, loricas in bello Danico pellibus vrsinis, aut leoninis coopertas gestarunt; vnde Silius Italicus non abrè cecinit. *Lib. 1. eleſt. cap. 4.* *Lib. 4. gen. dier. lib. 2. c. 16.*

Hicèt horret thorax ſamnitis pellibus Vrſæ;

Adrem, Auctor historiæ rerum Sarmatiæ prodidit Vrsorum pellibus quandoq. famulos amiciri, & præcipuè, quando inter cæteros ferociores videri volunt. Tandem loco castromatum, in nonnullis locis, Vrsi pelles succedunt; ideo Nicolaus de Nicolais tradit quamdam religiosorum Turcicorum sectam, in suis habitationibus, pelles syluestrium animalium, sed præcipuè Vrsorum substernere Virgilius de hospitio AEneæ ab Euandro, inquit. *Tom. 1. lib. 3. itiner.*

Straturisque locauit, *lib. 8. Aeneid.*
Effultum foliis, & pelle libyſtidis Vrſæ.

Pelles verò Vrsorum alborum per venatores offerri solent summis altaribus, teste Olao Magno, quæ calcatæ à sacerdotibus horrendi frigoris tempore illos à gelu defendunt. Imò, in Ecclesia Nidrosiensi Metropoli Regni Nouergiæ, continuis annis, huiusmodi pelles conspiciuntur voto venatorum oblatæ. Ad summum recitat Egnatius pelles Vrsorum, ad nefarium vsum, olim adhibitas fuisse. Nam Vitoldus Lutianiæ Dux (fuit olim hæc Taurica Chersonesus, vt multis placet) si quem morti destinasset, vrsinis pellibus inuolutum canibus laniandum obijciebat, sed in hoc genere memorabilior fuit sæuitia Alexandri Pharei, qui homines Vrsorū pellibus contectos, & quasi in quadrupedes transfiguratos venatoribus confodiendos exhibebat. *lib. 18. de gent. sept. cap. 20.* *lib. 8. var. hist.*

DE LVPO IN GENERE

Cap. VI.

AEQVIVOCA.

CVm Lupus, & vrſus indiſſolubili quodam tapacitatis, & voracitatis nodo coniungantur, optimo iure, hoc in loco Lupi hiſtoria exarabitur. Verùm, ne huius nominis ambiguitas aliquam legentibus pariat difficultatem, animaduertere oportet, nullum eſſe vocabulum, quod maiori æquiuocatione laboret, quàm hæc vox (Lupus.) Primitùs hæc vox nomen viri proprium eſſe perhibetur, cum non ſolum homines infimi ſubſellij, ſed Illuſtriſſimi quoq. nec non ſumma, atq; ſingulari virtutis excellentia clari, Lupi nomine, fuerint decorati. Tom. 7. Surius hoc Lupi nomine multos enumerat Sanctos, Epiſcopos, Eremitas, & Confeſſores, inter, quos non infimam occupat ſedem D. Lupus Epiſcopus Trechaſenus, qui Pelagianorum opera, & hæreſes magno chriſtianæ religionis emolumento labefactauit. Præterea Lycus, ſeu Lupus, teſte Suida, hiſtoricus fuit pater Lycophronis tragici, qui Libyæ, & Siciliæ hiſtoriam conſcripſit. Lupus Abbas Larinorum, elegantiſſimum epiſtolarum opus, quod adhuc extat, euulgauit. Lycus medicus quidam apud AEtium citatur. Galenus quoq; aduerſus quemdam Lycum Hyppocratis calumniatorem ſcripſit. Lycus lib. 34. c. 8. fuit ſtatuarius inſignis, ſi vera ſcripſit Plinius. Lupus vir quidam Romæ clarus, quem, teſte Horatio, ſuis carminibus carpſit Lucillius. Lycus fuit Rex Mariandynorum, vt Nicandri Scholiaſtes annotat. Lycus, ex Apollonio, fuit Daſcyli Bithyniæ Regis filius, qui in Argonaut. Sacellum Caſtori, & Polluci conſecrauit. Lycus Priami fuit filius. Item vnus è Centauris. Lycus Rheginus Lycophronem chalcidenſem Ariſtoclis filium, Suida auctore, adoptauit. in hiſt. Lupus Forolinianorum Dux, Regnum Longobardorum, ex Syluio, affectauit. Lycus fuit quidam Heros Athenis, à quo iudicij locus, ex Polluce, Lupus fuit cognominatus; vndè poſtmodùm Suidas Sycophantas vocauit Lupos, qui circa effigiem Lupi, in prædicto iudicij loco, collocatam verſabantur, accipientes munera abijs, qui magiſtratum, vel aliud quidpiam ambibant, vt, quoad vires, ab ipſis promouerentur. Imo apud Licophronem Hercules Lupus fuit nuncupatus hoc verſu.

ἀχὴ θηροκλαυτε φηγὲ ὠμηστὲ λύκε.

Ideſt.

Et Leonis pelle amicti templum crudiueri, Lupi.

lib. epigr. Sebaſtianus etiam Faciuta inuehit in quemdam nomine Lupum hoc diſticho.

Seu Lupus, aut agni vultus mentiris, & ora,
Pelle ſub vtraq; es peſſima, nempè Fera.

Si ad cæterorũ animantiũ contemplationẽ animũ conuertamus, inueniemus volatilia, aquatilia, & terreſtria hoc Lupi nomine inſigniri. Monedula auis, apud Ariſtotelẽ, Lupus piſcis lupus. nominatur. Lupus ét eſt piſcis Græcis à voracitate λάβραξ dictus, qui Venetijs, & Bononiæ Varolus nuncupatur. Lupus etiã marinus vulgò Romæ cruſtaceorum hirſutorum genus vocitatur, & ſecundum aliòs *Somniolo*, quoniam puluis eruſtæ in vino ſumptus sõnum conciliet. Lupus tandèm eſt quædam phalangiotum ſpecies, de qua in volumine de Infectis actum fuit. Hactenus de animatis: Cæterùm multò plura ſunt inanimata, quæ Lupi nomine donãtur. Si cæleſtia rimemur, incidemus in Lupum ſydus auſtrinum ex nouendecim ſtellis conſtitutum, quod Aſtronomi Feram appellant. Imò Macrobius Solẽ Flumina lupi nomine. ipſum aliquando Lycum indigitauit. Amplius multa flumina varias abluentia terras Lupi voce deſignantur, vt Lycus fluuius Ponti viginti ſtadijs ab Heraclea diſtans, fluuius Aſſyriorum, qui Tigri immiſceatur, fluuius per Mariandynorum regionem labẽs, vt ſcribit Varrinus. Alius per oras Phœnices currit ex Plinio, & Lycus dicitur. Tandem Vindelicæ Lycus eſt Flumen, quod ex alpibus oriens, & Auguſtam verſus fluens Danubio iungitur. Præterea multæ ſunt ægritudines, quibus humanum corpus afflictatur ſub nomine Lupi nomen. Eſt enim quædam capillorum peſtis, quæ illos inuadens atterit, & ſecat,

hanc

hanc noſtræ mulieres lupum capillorum nuncupant. Galenus illam passionem fauciũ ortam à diutina copioſi ſeminis retentione lupum, ſeu ſtrangulatorem appellat. Intertrigo ſedis affectio orta ex attritione, qua equitantes identidem cruciantur, Germanis, auctore Geſnero, lupus dicitur. Demùm medici quoddam genus vlceris lupi nomine denotant, quod aliter morbus lupæ, Aſcachilos, & ignis Sancti Antonij à clariſs. Falloppio nominatur, quoniam huiuſmodi vlcus, ritu famelici lupi, carnes exedat. Inſuper nonnulla medicinalia hac lupi voce circumferuntur, vt λύκος paſtilli nomen apud AEtium perhibetur, λύκος quoque flos ii idis à Dioſcoride vocatur, quoniam flos dehiſcens labiorum lupi ſpeciem referat. Ad finem, multa inſtrumenta ob varios effectus, quos præſtant, lupi nomenclaturam ſortita ſunt. Lupus igitur dicitur illud frẽni genus aſperrimum aculeis dentes lupinos imitantibus armatum, quod aliter lupatum cognominatur; de hoc Ouidius ſic cecinit.

in lib. de ſper.

lupus morbus.

lupus herba

lib. 4. Triſt.

Tempore pares equus lentis animoſus habenis,
Et placido duros accipit ore Lupos.

F Quædam etiam ſerra manubriata cubiti menſuram non excedens lupus apud Palladium nominatur. Lupus hodie apud nos vulgò dicitur illud inſtrumentum ferreum inſtar lupini rictus ferreis dentibus munitum, quo res etiam paruæ à puteis extrahuntur. Vegetius verò lupum vocat inſtrumentum, in modum forcipis, dentatum, quo Oppidani in propugnationibus funibus alligato vtuntur. Alioquin λύκος apud Pollucem, & Pauſaniã eſt coquinarium inſtrumentum, aliter χρέαγρα dictum, ad eximendas è lebete carnes idoneum, & denique apud Theomneſtum quoddam ligaturæ genus nomen lupi ſortitum eſt. Ex altera parte, quemadmodum nomen lupi viris competere aſſeruimus, nomẽ quoque lupæ mulieribus conuenire comperimus; nam Iornandus recitat mulierem, quæ infantes ſcilicet Romulum, & Remum expoſitos inuenit, lupæ nomine, vocatam fuiſſe, idcirco à lupa Fera ipſos fuiſſe educatos fabulantur. Præterea quæcunque meretrix lupa ab omnibus paſſim vocitatur, quia hæc non minus ad res venereas, quam lupa animal ad cibum feratur; hinc ortum eſt illud antiquum verbum, lupari, quod ſcortari, & meretricari ſignificat, vndè ex AEliano Phryna lupa fuit meretrix, cuius imaginem Delphis in ſublimi columna Græci erexerunt. Spinola igitur in hoc ſenſu fœminam nomine Lippam carpebat hoc diſticho.

lib. 1.

lib. 4. c. 23.

in Hippiatr. cap. 24.

de regn. & temp. ſucceſ.

lib. 9. var. hiſt.

lib. 2. epigr.

Lippa erat his oculis magè chara, at tempſimus illam
Continuò poſtquam ſenſimus eſſe Lupam.

Ad ſummùm hæc vox (Lupa) nomen canis fœminæ eſſe ſolet, vt aſtruit Columella quandò narrat canes longiſſimis nominibus non eſſe appellandos, ſed tantùm diſſylabis, veluti ſunt hæc lupa cerua, tigris.

lupa canis nomen.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

LVpus Græcis Λύκος, & lupa λύκαινα dicitur: Lupus, iuxta mentem Iſidori, quaſi Leopus vocatur, quia in pedibus leoninam virtutem gerat, cum quicquid pede preſſerit, non viuat, λύκος, ex eodem met auctore, appellatur à rabie rapacitatis, huius autem etymologiæ rationem non aſſignat. Alij deriuant hoc nomen (Λύκος) à voce Λίκνον, quæ vannum ſignificat, quoniam cibaria in lupi ſtomachum ranquam in vannum ingeſta illicò, egerantur. Verùm ſatius erit hanc etymologiam ἀπὸ τῆς λύκης ideſt à diluculo, ſeu prima diei luce deriuare, vel quia lupus in colore pellis crepuſculorum albedinem æmuletur, vel quia lupi id tempus ad rapiendum pecus maximè idoneum obſeruent; aut potius παρὰ τῆς λύκης à luce ſimpliciter, quoniam luporum oculi terſi, & perſpicui in tenebris fulgeant. Italicè lupo, Gallicè Loup. Hiſpanicè Lobo Germanicè Vuolff. Hæbraicè Zeeb. Caldaicè Deba, Arabicè Dib, & Hirpus Sabinorum lingua vocatur. Circus, verò, & Ictinus ſunt ſynonima varijs lupi ſpeciebus conuenientia, vt ſuo loco exponetur.

lib. 12. orig.

GENVS, DIFFERENTIÆ, Deſcriptio.

A

A Varijs, celebres Hiſtorici luporum differentias deſumpſerunt, nam Plinius quoad vim, duas conſtituit ſpecies, ſcilicet inertes, quos Africa, & aſperos, vel truces, quos frigidior plaga generat. Ariſtoteles corporis molem contemplans, lupos prægrandes in Græcia, minores in Ægypto conſtituit. Quoad colorem Paulus Iouius in ea parte Moſcouiæ, quà itur Pruſiam, lupos atri coloris vagari decreuit. In montibus autem Doffrinis, Suetica, & Noruegiana Dominia ab inuicem Segregantibus, coloris albicantis lupos verſari Olaus Magnus ſtatuit, qui animalibus imbecillis, nimirum muribus, & talpis veſcuntur, ad differentiã luporum communiũ cinerei coloris, & ſyluestrium ruſeſcentiũ, qui ouibus, & armentis inſidiantur. Oppianus quinque luporum genera eſſe pronunciauit. Primum à velocitate τοξευτῆρα, nempè ſagittarium appellat, ſecundum Harpagem; ſeu Circum ab ingenio Circi auis, tertium χρύσεον, ideſt aureum, quam lupi ſpeciem ad Hyænam proximè accedere Geſnerus exiſtimauit. Quartum, & quintum genus Acmones nuncupat (Acmon enim apud Varinum eſſe genus aquilæ perhibetur) vel ob auis rapacitatem, vel colorem, horum alterum Ictinum, & Miluum canum, quintum verò anonymum, & colore nigro prædirum nominauit. Has omnes differentias in hiſtoria animalium Aelianus repetit. Nos in præſentia luporum genus in marinum, & terreſtrem diſtinguimus, terreſtrem verò in communem, ſyluestrem, aureum, & ſcythicum deſtribuimus. de quibus omnibus præter lupum communem ſeorſim agetur. Lupi igitur, teſte Oppiano canibus magnis paſtoralibus aſſimilantur, vel maſtinis, vt voluit Albertus, hinc non iniuriâ à Latinis canes ſyluestres, & à Græcis νυκτερινοὶ κύνες, ideſt nocturni canes cognominantur, carent tamen latratu, colore poſtmodum iuxta regionum diuerſitatem diſcriminantur, & ob oculorum ſplendorem, iracundis ſunt ſimiles. Tandem ex Ariſtotele pedes anteriores in quinque digitos, & poſteriores in quatuor diſtinctos habent.

in lib. de reb. Moſc.

lib. 18. de gent. ſept. cap. 11.

lib. 2. de Ven.

lib. 5. cap. 1.

lib. 4. de part. An.

B

C

ANATOMICA.

P

PArtium internarum huius animantis deſcriptionem non poſſumus niſi per anaromicam inſpectionem aſſignare, qua fortè obſeruata, Albertus tradidit Luporum cerebrum in Neomænia augeri, & Luna decreſcente, diminui. Muſculos verò temporales magnos, & neruoſos in lupis velut in leonibus, & canibus eſſe Galenus aſtruit. Aelianus lupum natura rigidum eſſe autumat, quoniam ceruice ſolida ſit præditum, ideoquè retrò aſpiciens, totum corporis truncum retorquet. Ioannes Clamorganus collum lupi ex integro oſſe conſtare negat, nam in diſſectis lupis vertebras eorum ceruicem integrantes pluries obſeruauit; cuius opinioni adſtipulatur Philes, dum difficultatem inflexionis non integro oſſi ceruicis, ſed breuitati colli attribuit his verſibus iambicis:

lib. 22. de An.

lib. 10. de vſu par. ca. 2.

in lib. de Lup. ven.

D

Βραχὺν δὲ τοῦτράχηλον ἐκ τούτου φέρων
Ἐπιστρέφει τὸ σῶμα, καὶ βάδην τρέχει
Ideſt.
Collum quod eius pendet ab humeris breue eſt,
Hinc corpus inflectit, retrò quando videt.

Si reliqua viſcera perſcrutemur incidemus in hepar cæteris diſſimile, nam, teſte Plinio, vngulæ equinæ figuram præſefert. Renes cæteris quidem ſimiles eſſe perhibentur, ſed in lupo ſenoſcente vermes, vel ſerpentes generãe, quod Ioannes Clamorganus in tribus, vel quatuor luporum cadaueribus diligenter obſeruauit, qui aliquando ad longitudinem palmi, quandoquè ad longitudinem pedis excreſcentes, & veteris lupi viſcus corrodentes, Feram interrimunt. Præter hæc, oſſium ſubſtantiam denſiorem eſſe, qualem in Pardis, & Leonibus Galenus promulgauit. Tandem ei genitale oſſeũ, quale in canibus, & vulpibus obſeruatur, Ariſtoteles Plinius, & Albertus aſſignarunt.

loco cit.

lib. 11. de vſu par. cap. 18.

NA-

NATVRA, MORES, INGENIVM.

NAturam lupis acrem halitum indid ſſe narrant Phyſiologi, idquè indè colligunt, quoniam agni, vel hædi ab ore luporum erepti caro teneriori, & guſtui ſuauior euadat; quamuis Acron id euenire ſcribat, quoniam ſemèl amiſſa, & poſtmodùm recuperata nobis iucundiora, & gratiora eſſe ſoleant. Martialis tamèn ſimilem hædum in lauto conuiuio tanquam teneriorem, & ſuauiorem reponit; *lib. 10. epig. 48.*

Hædus inhumani raptus ab ore Lupi.

Præterea lupi hac proprietate naturali ſunt præditi, vt quem priores inſpexerint, rauedine opprimant, quamobrem Ioannes Franciſcus Apoſtolus ſcripſit in Balbulum hoc diſtichon. *lib. 3. epigr.*

F *Balbule fortè Lupi, te conſpexere priores*
An tacet immodico lingua ſepulta merò?

Ad rem, quidam aeris, vegetiquè ingenij protulit vocem non modò à lupis, verùm aliquando, & ſæpè à pecunijs adimi ſolere, iuxta illud.

Nummus vbi loquitur Tullius ipſe tacet.

Lupus inſuper armis validus, tergo verò infirmus eſſe fertur. Vnde Plautus apud Nonium. *Quæſi Lupus ab armis valeo, clunes infractos gero.* Callidum quoquè eſt animal, nam tortuoſis ambagibus veſtigia figit, ne quis facilè deprehendat partem, qua ſit inuaſurus; ideoquè Pindarus ſcribebat, λοξοποδικον, ideſt more Lupi. Tranantes etiam fluuios, ne fluctuum impetu hæ beſtiæ funditus euertantur, auctore AEliano, caudas inter ſe mordicùs tenentes facilimè ſuffocationis periculum euitant. Cognoſcunt optimè per cuſſorem ſuum, quia narrat Niphus, cum iuxta Romam in ſyluis venaretur, cæne lupum inuadente, ſe, ab equo, deſcendiſſe, Feramquè enſe vulneraſſe, quæ neminem præter ipſum inuadere conabatur, à qua non niſi comitum auxilio ſoſpes euaſit; Lupus deindè vulneratus, teſte Alberto, aliorum conſortium fugit, quoniam à cæteris ſanguinis effuſione deprehendi timentibus interficeretur. Alium aſtum Solinus Lupo attribuit, nempè Feram iam à venatoribus coercendam perexiguum villum amatorium caudæ adherentem abijcere, qui villus, niſi ab animali viuente detrahatur, nulla facultate potitur. Id autem, vt veritatem fateamur, inter nugas reponendum eſſe opinamur. Quemadmodum illud, quod, ex Pytagora, circumfertur animal mingens ſupra calidam lupi vrinam non concipere, quod poſtea ad mulierem tranſtulit Rhaſis. Hoc quidèm verùm eſt, quod annotauit etiam AElianus upLos, more equorum, & canum, per ætatem caneſcere. Ampliùs lupi ſunt talis naturæ, vt rarò cicurentur, & ſi aliquandò luporum catuli arte manſueſcunt, interdum, & ſæpè artem vincit natura. Licèt autem hoc animal ſuaprènatura ſemper ferum ſit, attamen aliquo in loco clauſum, vel fouea exceptum adeò attonitum redditur, vt penè innoxium euadat. Non procùl à Mediolano contigiſſe audiuimus (inquit Geſnerus) vt lupus fame coactus ad proximum pagum venerit, & ingreſſus cœnaculum, in quo villica cum pueris morabatur, illam adeò perterrefecit, vt relictis filijs, & clauſo oſtio, abierit. Mox villicus, indicante vxore, reuertens lupum, illæſis liberis, obſtupefactum inuenit. Præterea aliquando in foſſa ad capiendos lupos parata (vt relatum fuit Geſnero) tria diuerſæ naturæ animalia excepta fuerunt, nimirum lupus, vulpes, & mulier, quæ, vt ipſa retulit, ſub veſperum decurrens in agrum pro eruendis rapis in obſonium, in foueam cecidit, & lupus quamuis animal ferox, neque vulpem, neque mulierem attigit. Accedunt ingenioſæ luporum proprietates ad victum ſpectantes; nam Stumphius, ex Geſnero, narrat, lupum ſamelicum noctu vento aduerſo odorem eſcæ per medij milliaris interuallum ſentire, & inuentum aliquod eadauer trahere, & deuorare, ad differentiam canum, qui eſca immota veſcuntur. Lupi poſtmodùm præda ſatiati ad reliquias, teſte Alberto, alios vlulatu aduocant. Quandoquè etiam vno vlulante, alij conueniunt, & omnes ſimul gregem equorum aggrediuntur, quod maximo damno in territorio Bononienſi quotannis accidere ſolet. Turmatim etiam progrediuntur, & noctè intempeſta, iuxtà deſtinatum pagum commorantur, interim illorum vnus in

Calliditas lupi.

lib. 5. de nat. Anim. cap. 7.

in Polyhiſt. cap. 8.

Villus amatorius.

Hiſtoria lupi famelici.

ingenium lupi.

pagum excurrens canes excitat, & ſimulata fuga, vſquè ad inſidiarum locum ad ſe perſequendum inuitat; vbi canes ab alijs lupis diripiantur. Quamobrem Parcus non immeritò ſcribebat; homines à lupis bellandi artem didiciſſe. Cæterum lupi omnem vim ingenij naturalem in ouibus inſidiando exercent, noctu enim ouili appropinquantes, pedes lambunt; ne ſtrepitum in gradiendo edant, & ſoijs obſtrepentibus pedes quaſi reos mordent; deinde, facta ſcrobe, ſub ſtabuli limen, maximo paſtorum damno ouilia ingrediuntur, iuxta illud.

lib. 1. Chirurg.

Quomodo inſidietur ouibus.

Quale per inſidias gerit inter ouilia bellum,
Nocte Lupus facta pedibus ſcrobe limina ſubijt.

Interdiù autem, ſi lupus in aliquam ouem inciderit, auricula mordicus comprehenſa illam ſecum adducit & renitentis clunes cauda ferit, vel, vt ſcribit Vitriacus, paſtoribus inſequentibus, ouem dentibus non lædit, ſed ſupra dorſum proiectã ſnauiter iacere permittit, ne fortè ouis læſionem ſentiens lupi fugam impediat. Tunc lupos magis induſtrios iudicauit Albertus, quandò frondes, & ſalicis ramulos porrexerunt, vt capras his frondibus gaudentes inſcarent. Aelianus etiã hoc animal valdè ingenioſum prædicat, nam ſi bos in profundam paludem, præſentibus vel ſuperuenientibus Lupis, inciderit, extrinſecus ei tumorem incutientes exitum impediunt, donèc ſubmergatur, & tunc illorum audacior in aquam inſiliens, bubulam caudam dentibus apprehendit, ſecundus deſcendit, & lupi caudam mordicus tenet, & ſic deinceps tertius, & quartus, vſque ad poſtremum in ripa morantem, atque hac ratione, bouem in locum aridum extracto, famem explent. Tandem ingeniosè ſe geſſit ille lupus, qui teſte Geſnero, animaduertens quamdam ſuem cum vniuerſo fœtu ad locum auenaſarum, pabuli gratia, quotidie ſe conferre, & offendens proſtratum arboris truncum, arrepto in ore ligno librarum circiter quadraginta ſupra huiuſmodi truncum inſilire ſe aſſuefecit, deinde, aduentante porca cum prole vnum de porcellis comprehenſum in arborem feſtinantèr aſcendens in matris conſpectu deuorauit.

lib. 2. de An.

lib. 5. de nat. An. cap. 6.

VOX.

NOn mediocris eruditionis viri, fremitum lupis, tanquam vocem propriam, aſſignarunt, freti illis poetarum verbis, dum vno in loco legitur. *Cum Lupa dente fremit*, & alio in loco. *Dum Lupus ad caulas fremit*. Verumtamèn in hoc veritatem non ſunt aſſecuti, cum vlulatum propriam Luporum vocem omnes auctores eſſe teſtificentur; inter quos auctor Philomelę agens de vocibus animalium hæc cecinit.

At Lupus ipſe vlulat, frendit agreſtis aper;

De hoc tamen controuerſiam non facit canum vlulatus; primò, quia hæc vox, ex Varrone propriè lupis cõpetere videtur, deinde, quia lupus latrãs nõ reperitur. Hinc Cardanus à Scaligero meritò taxatur, dum canem, & lupum ad eamdem ſpeciem, ob vlulatum, attinere aſſeuerauerit. Hoc quidem à veritate non eſt alienum vlulatum, de vagitu infantium metaphoricè dici, & quandoque denotare clamorem, quem fœminæ thyrſigeræ Bacchum concomitantes edebant, nec non illum vocum ſtrepitum, qui ab ore Sacerdotum Cybeles dimanabat, cuius meminit Ouidius, de his ſacrificijs agens, hunc in modum.

exercit. 202.

lib. 4. faſt.

Exululant comites, furioſaq; tibia flatur.

Apud Græcos reperitur ὠρύω, & ὤρυομαι, quæ verba ſolum luporum vlulatum ſignificant. Vnde ὠρυθμος apud Theocritum vlulatus legitur; ſed rectius apud Suidam λυκηθμος παρα τῶν λυκῶν vſurpatur. Tandem apud Varinum ὠρυομαι de lupis canibus, & leonibus, alijſque animantibus ob dolorem, vel famem ingemiſcentibus dicitur.

Idyll. 26.

CI-

Arguitoris, & nonnullis in locis numerantur lupus, Idcoque præde-
stinatos, & pilos norma mentiri dicit, vt recitat Albertus, & Aeliano te-
ste, Arcturatus, per longum temporis interuallum, ferinæ, quinque ob-
tinuit regnum, agnus manserat exitio. Comm. catulis, qui ablactantur, li. 5. de nat. An. c. 8.
parentes prædam rapere nouerunt, & hac ratione, sine ope illos
nutrientis, & quandoquidem factis, tecta clamore gregis, vbi agnum, vel aliam ferem ferunt, in lib. de
vt huiusmodi animantes ad victum inuentionem assuescant: deinde à parentum consortio vend. lupi.
quotidianis morsibus expelluntur. Inter carnes, quibus maximopere lupi delectantur,
primùm reponuntur ouinæ: propterea si accidat vt noctu ingrediantur caulam, in qua
oues stabulentur, tanto hac carne velcordè desiderio premuntur, vt omnes pecudes in-
terimant. Id elegantissimè explicat Baptista Mantuanus his versibus.

Lupus desperata pastoris inuidia Lucis
Solicitus fœdæ famis furia pallidus ardens
Ad solas ingressus oues, non mitigat vnum
Inguluies fumus, sed multa cæde madescit,
In totum sanie gregem.

Reuocetur quæque non incocinna id expressit hoc distichon. In parad. poet.

Dentem in ouili strinxit lupus, expulsus cruentis
Nulli mánus hic stadium capras nisi Lupus.

Præterea vaccis præcipuè bubulâ libenter edûm simul & bestias à tergo ad orientes macta-
re, equos in pascuis deuorare traditum. Quo circa iurisperiti ambigunt, si Lupus equum in pascua lib. 3. pa-
demissum interficiat, quid Dominus teneatur? Respondet Mantua negando, si ea- lymath.
men consuetudo ita se habeat. Certum quid dicemus de humana carne? nam si Lu-
pus fortuitò humanum cadauer prius gustauerit, tunc sanè humanæ carnis sapore illec- lib. 7. bell.
tus, homines inuadere periculari non dubitat. Imò ad loca, in quibus belli geratur li- Pharsal.
bentissimè accurrunt. Ad rem Lucanus canit.

Non solum Armenij fuerit ad pabula belli,
Bistonijue venere Lupi.

Sed quòd magis mirandum, est mulieribus prægnantibus Lupi capto odore insidiantur lib. 18. de
vt auctor est Olaus Magnus, qui literis mandauit, in regionibus frigidioribus hoc publi gent. septēt.
ca consuetudine receptum esse, vt nulla mulier grauida iter faciat, quin armatus custos cap. 10.
illi assistat. Lupi quoque, deficiente alimento, quod magnopere demiramur, in propriam
speciem sæuiunt, si Aeliano credendum est, qui animaduerterit, vrgente fame, multos Lu- lib. 5. cap. 4.
pos simul in gyrum excurrere, deindè vertigine correptum, & cadentem à cæteris la- de nat. An.
niari, & deuorari. Hanc Aeliani sententiam stabilire videtur Ioannes Clamorganus, loc. cit.
quidnos Lupos die præcedenti occisos, ab alijs Lupis nocte subsequenti deuoratos fuis-
se obseruauit. At præter carnes, nimirum Lupus herbas edat multi hæsitant. Phy- lib. 4. Phy-
siologi scri- siognom. c. 4.
bunt Lupos nonnisi ægrotantes herbas gustare. Porrò tamen narrat apud Tartaros plā-
tam crescere cuius fructus pernicie agnis referat, Idcoque à Lupis summopere experi-
untur, & vorantur. In Prouincia Cogni, olei quod ex palmis exprimitur, Lupi sunt amanti- in descript.
simi, vt Ioannes Hugo pro comperto affirmat. Postremò Lupi terram quoque seu Ar- Guin.
gillam comedunt. De hoc lapis hebargilos dictus in ventriculo Lupi inuentus vndecim in hist.
vncias pendens gyros, & plicis intortus à Ioāne Georgio Schenckio obseruatus, & ascen- mirab.
uatus non reddit cæteros. Solinus, premente fame, & impulsu rabie Lupū quāndoq; terra
vesci libere asseuerat. Albertus verò non fame stimulatum, sed naturali instinctu ductū
terrā edere dixit, vt grauior factus animalia, quæ inuaserit, sua mole deprimere valeat.

cap.29.

LOCVS ÆTAS.

in hist. Scot.

CAdamustus, in suo nauigationis libro Luporum copia Regnũ Senegę redundare scriptis mandauit. Sed horum numerum, & ferociam illi superant, qui in regno Scotorum, iuxta sententiam Hectoris Boethij, vagantur, qui gregibus, & armentis sunt infensissimi, præterquam in Angusiæ valle, nomine Glemore, vbi domesticis animalibus innoxij, ferarum tantummodò præda saturantur. In Moscouia quoque versùs Prussiam, ex Paulo Iouio, multi Lupi nigra pelli tecti errant. Cælius, in Crotoniatarũ territorio, numerosam Luporum familiam stabulari scripsit, vbi ab ijsdem Milonem deuoratum fuisse affirmat. In Heluetia, & alpibus, ex Gesnero, perpauci obseruantur, qui aliquando ex Gallia Cisalpina, Lombardia dicta, viciniſque regionibus aduenium: imò, quando ibi aliquis Lupus consspicitur, mox tamquam communis hostis, vlcatim datis campanarum signis, publica venatione capitur. Cæterum Lupus, siuè in frigidis, siuè in calidis oris, siuè in planitie, siuè in montibus versetur, semper syluosa loca diligit iuxta illud.

in lib. de reb. mosc.

Et canis *venatur* *seruat.*
in sylvis *& omnia*
Et Lupus *nutritur* *vastat.*

in Cornucopia.

Sunt super varia terrarum orbis loca, quæ à Lupis non frequentantur. Narrat textor, neque in olympo Macedoniæ monte, neque in Anglia Lupos reperiri, neque aliundè aduectos viuere. Sed animaduertere oportet non totam Angliam, sed tantùm illam Angliæ regionem, quæ dicitur Cambria, Lupis carere. Hinc ortum est illud prouerbium, Angliam omnibus abundare, nimirùm, quia Lupis careat. In Corsica Insula, si veritatem fassus est Pausanias, Lupi non gignuntur. Sardiniam quoque, nec serpentes, nec Lupi vexant, ex Plinio. Imò neque in agro Cretensi Lupi vagantur, ex Solino, quia, vt multi fabulantur, hæc regio Iouis locus natalis esse perhibeatur. Ad finem Lupus, siuè in hoc, siuè in alio loco grassetur, semper est diuturnę vitæ. Narrat enim Niphus, cum ipse esset in Auiano, Lupum quendam valdè senem in Villam venientem puellam inuasisse, quam, celeri præsidio, Incolæ Lupum interficientes liberarunt, qui ætate, & dentibus mirum in modum laborabat.

lib. 10

in Polymst. cap. 16.

COITVS, PARTVS.

lib. 5. cap. 2.

ARistoteles, in historia Animaliũ. Lupos eodem modo commiscerì, quo canes, ideoquè post congressum colligatos remanere scriptis mandauit, & inferius, ad differentiã canum, vno tantũ tempore congredi, & patere in eunte ætate asseuerauit, quã Aristotelis sententiam possumus confirmare assertis Gesneri, qui audiuit à quodam Rhæto, circà Calendas Maij, Lupornm catulos e latebra auferri, in qua aliquando septem, vel nouem inueniuntur, & teste Porta, Lupa interdum, vsquè ad decem enititur. Verùm in tàm copiosa sobole vna solùm fœmina editur, ita sentiente natura, quæ, auctore Merula, homini vtilia fœcunda, damnosa verò pene sterilia esse voluit. Lupam verò semel, in toto vitæ curriculo, vel secùs dùm alios, quotannis per duodecim dierum spatium eniti, quoniam Latona, ob Iunonis metum, duodecim dies, ex Hyperboreis in Delum abertrauerit, fabulosum esse opinatus est Aristoteles: Lupa igitur, ex eiusdem mente, duos menses vtero gerit, & tãdem quoad numerum, & cæcitatem catulorum, vt canis, parit. Præterea de vario Lupi, cum alijs animantibus congressu, Auctores multa commenti sunt. Scaliger hæc habet.

lib. 6. cap. 3.

lib. 6. Phys. cap 9.

lib. 3. memorab.

lib. 6. de hist. An. cap. 35.

Missa Lupo canis est signata voce Lyciſca,
Sed canis, atquè etiam miscet Hyæna Lupo.

lib. 2. mag. nat. cap. 11.

lib. 8. hist. An. c. 38.

Ex commixtione tamen canis, & Lupi Crocutã dimanare opinatur Gesnerus, ex Hyæna, & Lupo Thoum; Porta verò ex congressu Pantheræ, & Lupi Thoem constituit. In Cyrenensi agro, Lupos esse, qui cum canibus commisceantur auctor est Aristoteles. Vnde Cardanus, post multas generationes, Lupos in canes degenerare existimauit. Qua de

caula

E causa, à Scaligero non iniuria reprehenditur, dum inquit. *Possunt quidem Lupi mitiores fieri, sed nunquam lupinam formam, & totalem Feritatem exuent, quemadmodum, & planta nouo cultu mitescunt.* Denique narrant, qui res Africanas monumentis mandarũt, Aquilam marem cum Lupa congredi, quæ postmodum, disrupto ventre, Dragonem effundit. Qui rostro, & alis speciem auis, pede Lupum, & cauda serpentem repræsentat. Verùm, ad mentem Scaligeri, credere illis in locis tale monstrum generari vanitas generationis fidem detrahit. *exercit. 202.*

CAPIENDI RATIO.

F MVltas Luparij tehenas excogitarunt, & decipulas fabrefecerunt, vt Lupos irretire possent. Petrus Crescentiensis parat foueas, in quarum medio, cum Ansere, vel agno viuo alligato, perticam erigit, deindè fossas tegit crate non ità valida, vt Lupum sustinere possit. Bargeus de hoc astu loquitur hunc in modum. *lib. 10. c. 33* *lib. 1. cynoget.*

Tum media extantem fouea defigere palum,
Consueuerunt, durisq; agnum vincere capistris.

Alij, ad capiendos Lupos retia tendunt, sed insidiatores illicò debẽt Lupos nexibus intricatos venatis, aut iaculis perfodere; alioquin, laceratis retibus, diffugerent. Rhæti, ex Gesnero, in montibus cali decipula Lupos fallunt, scilicet trabibus inter se contextis escam funi annectunt, quam Lupus leuiter attingens, obruitur. Incolæ regionum septentrionalium, ex Olao Magno, acutas falces alicui cadaueri alligant, & in niuibus collocant, vt noctu Lupi aduenientes, pedibus amputatis, poenas luant. Nonnulli vncum ferreum in bolo carnis occultantem ex arbore suspendunt, vt Lupi carnis bolum deglutientes ab hamo detineantur. Huius meminit Bargeus dum canit. *retibus capiuntur* *lib. 18. de gent. sept. cap. 16.* *lib. 1. cynoget.*

Aut alias quercu suspendunt viscera, & vncos,
Includunt, quos assiliens Fera deuoras hamos.

G Diophanes scribit blemmos pisces marinos ab aliquibus Lupos dictos in mõtibus, igne excitato, torrendos esse, pariterq; carnes agninas, cum prædictorum piscium cruore imbuendas, nam Lupi ad nidorem accurentes, gustatis carnibus, soporantur, & soporatos venator facilè interimet. Gesnerus proponit felem, detracta pelle, exenteratum in furno assum, & melle perunctum, qui adhuc calidus, per syluosa loca à Lupis frequẽtata pertrahendus est, dum Lupos odore allectatos comes venationis sagittis, aut bombarda feriet. Nostra ætate, nonnulli rustici, terra niue cooperta, ventriculum hædinum à Luporum canea, vsquè ad propriam habitationem pertrahũt, ibiquè arboti vicino suspendunt duplici funiculo, cuius partem longiorem per fenestram domus trahentes tintinnabulo alligant, nã noctu, leuiter à Lupis contacto ventriculo, datoquè tintinnabuli signo excubitores è fenestra minori bombarda Feram interimunt. Insuper venatores, aliorum animantium ope, Lupos aliquãdo coercent, quoniam Lupi iuniores, visa venatoribus, fugiunt, & tunc canibus leporarijs facilè apprehenduntur. Verùm, ad capiendos grandiores Lupos, canes non nisi hominum ope sunt idonei; & hi, ex Petro Crescẽcienſi, Mastini audaces; & fortissimi esse debent. Alij fœtum ex Lupo communi, & cane procurant, nam animal, quod generatur, Lupis, valdè inimicũ esse perhibetur. Magnus Cam Tartarorum, ex Paulo Veneto, alit aquilas cicures tantæ audaciæ, vt magno impetu in Lupos insilant, illosquè tandiù vexant, donec à venatoribus sinè labore, & periculo capi possint. Postremò nonnulli Lupos venenant. Vnde Bargeus de hoc agens canebat. *Quomodo lupi soporati capiãtur.* *Tempore nuis quomodo capiantur.* *lib. 10. c. 33* *lib. 2. c. 25.* *lib. 1. cynoget.* *lib. 15. magnat. c. 9.*

Sunt, qui lethalem medicatis frugibus offam,
Obijcians passim.

Porta igitur summit Lupariam herbam, arsenicum citrinum, & folia Taxi æquali portione, & parat pastam. Aliter recipit Luparię vncias duas, foliorum taxi vnciam vnam, corticis fagi, vitri, calcis viuæ, arsenici citrini, singulorum sesquiunciam, amygdalarum dulcium vncias tres, mellis quantum sufficit, & parat globulos magnitudine nucis auellanæ lardo iniungendos. Blondus narrat se vidisse rusticos deferentes per Vrbem Romam pelles Luporum venales, quos aiebant se puluere herbæ, cardui varij nuncupatæ, *Venenum luporum qual.*

occidisse. Per Carduum varium chamæleontem intellexisse opinamur, quam plantam A
Botanici passim carduum variu̇m, & carduum sylvarium cognominant. Præter hæc omnes
Aconiti species, nec non apocyni folia, ex Dioscoride, Lupis esse lethalia prædicantur.
Incolæ tandem regionum frigidiorum, ex Gesnero, maximum cursum habentes, vt Lupo-
rum catulos interimant, nam, prohibendo, ne coalescant, Luporum genus perdere do-
nantur.

ÆGRITVDINES, ET MEDELÆ.

HIles In vetsibus iambicis notauit Lupum nullo vexari morbo, nisi her-
bam lycoctonum dictam comederit, illa enim gustata, illicò lacrymis pro-
pterea inquit.

Θηρίων δὲ γοργῶς, μηδὲ συμβαίνειν πάθος.
Φαγεῖν πόαν, χρεσθεῖσι τὸν Λυκοκτόνον. B

Ideſt.

Expers ſi morbi, mortuus cadit tamen,
Herba comeſta nominant quam Lycoctonon.

Verumtamẽ, ad mentem Aristotelis, tres sunt affectiones, quibus Lupi quandoquè cru-
ciantur, veluti rabies, podagra, & cynanche, & tunc medicinæ gratia auctore Mizaldo,
herbam frumenti, & rapillum edunt. His accedunt vulnera, quæ à venatoribus, vel à
morsibus canum fugientes reportant. Vnde Ioannes Clamorganus fatetur se obseruas-
se Lupos saucia in luto volutari, atque hoc præsidio sanguinem à vulneribus implaca- In lib. de ven. lup
biliter dimanantem supprimi. Vulnera verò ex morsu, & vngibus Lupi hominibus in-
flicta, ex Alberto periculosa sunt, sed animaduertendum est, hæc ab Aristotele de Leo-
ne, & non de Lupo scripta fuisse. Auicennas aduersus Luporum morsum calamenthi lib. 2. c. in tract. 2. c. 157.
decoctionem propinat, & paulo inferius, gentianæ drachmas duas in vino contra mor-
sum canis, & Lupi rabidi præscribit.

C

ANTIPATHIA, ET SYMPATHIA.

VIlum ferè animal genuit natura, quod maiores ex ceteris animantibus, & etiam inanimatis gerat inimicitias, quàm Lupus. In primis ho- lib. 1. de art.
minibus pertinacem se exhibet inimicum, non solum, quia homines prius
conspicatus raucedine afficit, verùm etiam, quia ait Ouidius.

Odimus accipitrem, quia vult semper in arvis,
Et pauidum lepores, et pecus ire Lupos.

Præterea tanta dissensio est inter Lupos, & oues, vt agni nuper nati, & alicuius animalis
effigiem extra caulam nondum conspexerint, secundum Physiologos, audito repente Lu- lib. 1. mag. nat. c. 14.
porum vlulatu, exanimentur, & Porta auctore, pellis agni superposita lupinæ, statim
depiletur, & absumatur, & ex Mizaldo, Lupi sterctus in ouili occultatus, quietem pecu-
des prohibeat, nisi auferatur. Imò, ex Pythagora, fides ex intestinis ouium, cum fidibus
ex intestinis Luporum permixtæ obstrepentes omnem citharæ concentũ interturbant; lib. 1. epigr. D
quare Facuta optima de causa canebat.

Cur pecudes, cytisum nullo custode sequuntur?
Abstulit infandum mors inimica Lupum.

Non abre, has bestias sibi inuicem natura opposuisse videtur, quoniam ferũ, & mite si-
bi inuicem aduersantur; ideò responsum Apollonis ad Eurysthenem, & Proclem, ex
Aeliano, de Fera, animal mitissimum ferente, agnum à Lupo latum significabat. Am- lib. 11. Hierogl.
plius Equi, & Lupi odio capitali inter se dissident, ita vt, ex Pierio, vestigia Lupi calcata lib. 18. de gent. sept. cap. 2 lib. 7. Phyt. c. 22.
torpotem equis afferant. Neque illæ, vbi intestina Lupi erant sepulta, equi transibunt,
etiam si fuste, & calcaribus abigantur. Insuper Olaus Magnus Lupi, Onagri, & Alcis
maximam dissensionem exponit, nam statim, atque huiusmodi animalia se se etiam emi-
nus conspicatus, illicò ad prælianduin se accingunt. Tandem Lupus animum adeò ho-
stilem erga cætera animalia gerit, vt oculus Lupi, vel cauda ab hominibus gestata, refe-

rente

E gente Porta, omnes belluas fugere; Solus Ericius, ex Esculapio, à Lupo timetur, quem adeò, & Scilla; quia simulac à Lupo contangitur repentè contrahitur. Hinc Vulpes ex Zoroastre, ad sua latibula, ob Luporum metum, Scillas deferunt. Multa quoque sunt inanimata, quæ acerbissimum in Lupis odium excitant, vt lapides, quorum ictum summopere perhorrescunt, cum, vt inquiunt Physiologi, in parte à saxis icta vermes nascantur, quocirca multi noctu per syluas iter facientes, solo lapidum concussu, impetum Luporum euaserunt. Ignis etiam, veluti, & Leoni, Lupo est admodum inuisus, nam Lupus ex silice emicantibus scintillis ita terretur, vt etiam famelicus accedere non audeat, sed, cauda sub verenda reducta, aufugiat. Denique cantus, & sonus Lupis vehementer est infensus; Propterea Horatius cantando in syluis Lupos fugauit, vt ipse sic testatur. *in Geoponicis.*

lib. 1. car. ode 22.

Namq; me sylua Lupus in Sabina,
Dum meam, canto Lalagen, & vltra,
Terminum curis vagor expeditus,
fugit inermem.

F Pythocaris tibicinem, cum tibia magna contentione incitatus numerus caneret, Luporum, impetum represisse refert Aelianus, & nostra memoria, Gesnerus nouit virum quẽdam, qui cum persequentem Lupum lapidando nihil proficeret, sono tympani, quod gestabat, ipsum pertetrefactum fugauit. Vicissim, tympanum ex corio Lupi pulsatum non solum animantia fugat, sed etiam inanimata vtcunque sonora, referente Oppiano, sistet. Postremò, si ad sympathiam nos conuertamus, tradit Plutarchus, Nigidij opinione, Lupum pico amicitia non vulgari esse deuinctum, ideo vbi Lupus, ibi etiam picus visitur. Imò singulari quadam prærogatiua Lupus Psitacum amore prosequitur; hac de re Oppianus Psitacum, & Lupum simul pasci testificatur. *quomodo lupi fugentur.*

PHYSIOGNOMONICA.

G OCulos splendentes, & ignem iaculantes habent Lupi; propterea homines huiusmodi oculis præditi, attestante Porta, furtis sunt dediti. & secundũ Adamantium, tales oculi stupiditatem designant. Amplius homines magnos habentes oculos, micantes, iracundis similes, & tãdem patulos, quales in Lupis apparent, omnium pessimi crudelissimi, & rapacissimi existunt. Idem Porta ab edacitate lupinam naturam arguit. Lupi enim sunt voraces, & Feræ insatiabiles, vorant potius, quam comedunt, & edentes neminem amant; quare iure optimo homines edaces ad Lupos reduxit. Gratarola verò breuibus multa perstringens, scriptũ reliquit, homines naribus obuncis deorsum detractis, supercilijs coniunctis, hispidis, oculis paruis, subcauis, capite rotundo, hirsuto naturam lupinam repræsentare sunt enim Impij, callidi, & sanguine tanquam Lupi delectantur. *lib. 3. de hum. physiog. c. 2.*

lib. 4. de hum. physiog. c. 20.

in lib. physiog. c. 10.

EPITHETA.

H AVarijs Lupi proprietatibus, Auctores epithetorum lupi occasionẽ nacti sunt. Nam Latini ob crudelitatem, & ferociam, lupum tristem, sæuum, immitem, martium, durum, trucem, atrocem, asperum, acrem, indomitum, ferum, inhumanum, infestum, ferocientem, improbum, cruentum, sanguinolentum, rabiosum, rabidum, spumigerum, prædonem, raptorẽ, rapidum, rapacem, expugnatorem, & insidiatorem appellarunt, quam obrausam Græcis quoque αἰνὸς, noxius, ἀλοὸς, perniciosus, δήϊος hostilis, τραχὺς, asper, ἀκριδὸς cædis auidus, αἰματόεις cruentum aspectum habens, θρασὺς, temerarius, κάρχαρος, ob dentium acutiem κρατερώνυξ, siue κρατερώνυχος validos habens vngues, ἁρπακτὴρ, seu insoluta oratione ἅρπακτις, raptor, vel ἅρπαξ, vorax cognominatur, & quamuis hoc nomen αὐχενώδεις, propriè obliqua agirans consilia exponatur; attamen ἀλάης apud Nonium quasi vafer, & versutus prædicto epitheto donatur. Deindè ab edacitate, & à cibo Latini lupum voracem, ieiunum, auidum, cupidum, famescentem, carnium, & insatiabilem dixerunt. Græcis pariter λαίμαργος vorax, γαστρὸς, habens *epithet. græc.*

cauum

occidisse. Per Carduum varium chamæleontem intellexisse opinor, quam plantam A
Botanici passim carduum varium, & carduum spurium cognominant. Præter hæc omnes
Aconiti species, nec non apocyni folia, ex Dioscoride, Lupis esse lethalia prædicantur.
Incolæ tandem regionum frigidiorum, ex Gesnero, maximum curam habent, vt Lupo-
rum catulos interimant, nam, prohibendo, ne coalescant, Luporum genus perdere co-
nantur.

ÆGRITVDINES, ET MEDELÆ.

RHilea in versibus iambicis notauit Lupum nullo vexari morbo, nisi her-
bam lycoctonum dictam comederit, illa enim gustata, illicò interficit, pro-
pterea inquit:

Θήκεν δ' ἀγορητὴς, μηδὲ συμβάλοις ἔπος.
Φαγὼν πόαν, κρατίστην τὸν λυκοκτόνον. B

Idest.

Expers ἰῆς morbi, mortuus cadit tamen,
Herba comesta nominant quam Lycoctonon.

Verumtamẽ, ad mentem Aristotelis, tres sunt affectiones, quibus Lupi quandoquè cru-
ciantur, veluti rabies, podagra, & cynanche, & tunc medicinæ gratia auctore Mizaldo,
herbam frumenti, & rapillum edunt. His accedunt vulnera, quæ à venatoribus, vel à
morsibus canum fugientes reportant. Vnde Ioannes Clamorgamus fatetur se obseruas-
se Lupos saucios in luto volutari, atque hoc præsidio sanguinem à vulneribus implaca-
biliter dimanantem supprimi. Vulnera verò ex morsu, & vagulibus Lupi hominibus in-
flicta, ex Alberto periculosa sunt, sed animaduertendum est, hæc ab Aristotele de Leo-
ne, & non de Lupo scripta fuisse. Auicennas aduersus Luporum morsum calamenthi
decoctionem propinat, & paulo inferius, gentianæ drachmas duas in vino contra mor-
sum canis, & Lupi rabidi præscribit.

In lib. de ven. lup.

lib. 2. c. in. tract. 2. c. 157.

C

ANTIPATHIA, ET SYMPATHIA.

NVllum ferè animal genuit natura, quod magis esset cæteris animantibus, & etiam inanimatis gerat inimicitias, quàm Lupus. In primis homi-
nibus pertinacem se exhibet inimicum, non solum, quia homines prius
conspicatus reuocet ne afficiat, verùm etiam, quia ait Ouidius:

lib. 1. de art.

Odimus accipitrem, quia vim semper in armis,
Et pauidum soliti in pecus ire Lupi.

Præterea tanta dissensio est inter Lupos, & oues, vt agni nuper nati, & alicuius animalis
effigiem extra caulam nondum conspicati, secundum Physiologos, audito repente Lu-
porum vlulatu, exanimentur, & Porta auctore, pellis agni superposita lupinæ, statim
depiletur, & absumatur, & ex Mizaldo, Lupi sterctus in ouili occultatum quietem pecu-
des prohibeat, nisi auferatur. Imò, ex Pythagoræ fidibus ex intestinis ouium, cum fidibus
ex intestinis Luporum permixtæ obstrepentes omnem citharæ concentũ interturbant. D

lib. 1. mag. nat. c. 14.

lib. 1. epigr.

quare Facunta optima de causa canebat.

Cur pecudes, cytisum nullo custode sequuntur?
Absinthia infandum mors inimica Lupum.

Non ab re, has bestias sibi inuicem natura opposuisse videtur, quoniam ferũ, & miso si-
bi inuicem aduersantur; ideò responsum Apollonis ad Eurysthenem, & Proclem, ex
Aeliano, de Fera, animal mitissimum ferente, agnum à Lupo latum significabat. Am-
plius Equi, & Lupi odio capitali inter se dissident, ita vt, ex Pierio, vestigia Lupi calcatu
corporem equis afferant. Neque illæ, vbi intestina Lupi erunt sepulta, equi transibunt,
etiam si fuste, & calcaribus abigantur. Insuper Olaus Magnus Lupi, Onagri, & Alcis
maximam dissensionem exponit, nam statim, atque huiusmodi animalia se se etiam emi-
nus conspicantur, illicò ad præliandum se accingunt. Tandem Lupus animum adeò ho-
stilem erga cætera animalia gerit, vt oculus Lupi, vel cauda ab hominibus gestata, refe-

lib. 11. Hierogl. lib. 18. de gent. sept. cap. 2. lib. 7. Phys. c. 21.

rente

E rente Porta, omnes belluas fugeri: Solus Ericius, ex Ecfeulapio, à Lupo timetur, quemadmodum, & Scilla, quia simulac à Lupo contangitur repente contrahitur. Hinc Vulpes ex Zoroastre, ad sua latibula, ob Luporum metum, Scillas deferunt. Multa quoque sunt inanimata, quæ acerbissimum in Lupis odium excitant, vt lapides, quorum ictum summoperè perhorrescunt, cum, vt inquiunt Physiologi, in parte à saxis icta vermes nascantur, quocirca multi noctu per syluas iter facientes, solo lapidum concussu, impetum Luporum euaserunt. Ignis etiam, veluti, & Leoni, Lupo est admodum inuisus, nam Lupus ex silice emicantibus scintillis ita terretur, vt etiam famelicus accedere non audeat, sed, cauda sub verenda reducta, aufugiat. Denique cantus, & sonus Lupis vehementer est insensus; Propterea Horatius cantando in syluis Lupos fugauit, vt ipse sic testatur. *in Geopon. cis.* *lib. 1. car. ode 22.*

Namq; inc sylua Lupum in sabina,
Dum meam, canto lalagen, & vltra,
Terminum curis vagor expeditus,
fugit inermem.

F Pythocarim tibicinem, cum tibia magna contentione incitatus numerus caneret, Luporum impetum repressisse refert Aelianus, & nostra memoria, Gesnerus nouit virum quēdam, qui cum perseuerantem Lupum lapidasset nihil proficeret, sono tympani, quod gestabat, ipsum perterrefactum fugauit. Vicissim, tympanum ex corio Lupi pulsatum non solum animantia fugat, sed etiam inanimata vtcunque sonora, referente Oppiano, silet. Postremò, si ad sympathiam nos mēt conuertamus, tradit Plutarchus, Nigidij opinione, Lupum pico amicitia non vulgari esse deuinctum, ideo vbi Lupus, ibi etiam picus visitur. Imo singulari quadam prærogatiua Lupus Psitacum amore prosequitur; hāc dere Oppianus Psitacum, & Lupum simul pasci testificatur. *quomodo lupi fugentur.*

PHYSIOGNOMONICA.

G Oculos splendentes, & ignem eiaculantes habent Lupi; propterea homines huiusmodi oculis præditi, atteſtante Porta, furtis sunt dediti, & secundū Adamantium, tales oculi stupiditatem designant. Amplius homines magnos habentes oculos, micantes, iracundis similes, & tādem patulos, quales in Lupis apparent, omnium pessimi crudelissimi, & rapacissimi existunt. Idem Porta ab edacitate lupinam naturam arguit. Lupi enim sunt voraces, & Feræ insatiabiles, vorant potius, quàm comedunt, & edentes neminem amant; quare iure optimo homines educes ad Lupos reduxit. Cratarola verò breuibus multa perstringens, scripti reliquit, homines naribus obuncis deorsum detractis, supercilijs coniunctis, hispidis, oculis paruis, subcauis, capite rotundo, hirsuto naturam lupinam repræsentare sunt enim Impij, callidi, & sanguine tanquam Lupi delectantur. *lib. 3. de hum. phyſiog. c. 2.* *lib. 4. de hum. phyſiog. c. 20.* *in lib. phyſiog. c. 10.*

EPITHETA.

H Varijs Lupi proprietatibus, Auctores epithetorum lupi occasionē nacti sunt. Nam Latini ob crudelitatem, & ferociam, lupum tristem, sæuum, immitem, martium, durum, truculentum, atrocem, asperum, acrem, indomitum, ferum, inhumanum, infestum, ferocientem, improbum, cruentum, sanguinolentum, rabiosum, rabidum, spumigerum, prædonem, raptorē, rapidum, rapacem, expugnatorem, & insidiatorem appellarunt, quam ob causam Græcis quoque *οὐτιος*, nocuus, *ὀλοός*, perniciosus, *ὁπλος* hostilis, *πραχὺς*, asper, *ἀφυὴς δὲ* cædis auidus, *αἱματοπώτης* cruentum aspectum habens, *θρασυς*, temerarius, *κάρχαρος*, ob dentium acutiem *ἀρπετώνυξ*, siue *κρατερώνυχας* validos habens vngues, *ἁρπακτὴρ*, seu insolutæ orationis *ἅρπαξ*, raptor, vel *ἅρπαξ*, vorax cognominatur, & quamuis hoc nomen *ὡς λυκάνθης*, propriè obliqua agirans consilia exponatur; attamen *λύκος* apud Nonnum quasi vafer, & versutus prædicto epithēto donatur. Deindè ab edacitate, & à cibo Latini lupum voracem, ieiunum, auidum, cupidum, famescentem, carnivorum, & insatiabilem dixerunt Græcis pariter *λειμαργὸς* vorax, *κυλογάστωρ*, habens cauum *epithet. græc.*

cauum ventrem, ὠμοφάγος crudiuorus, μιλοφόνος, oues interimens, & tandem διοφάγος oues deuorans vocitatur. Αἴθων verò propriè ardens; seu flagratus exprimitur. At Lycophron, hoc epithetum ad lupum transtulit, cum hoc animal ardentis impetum prædam feratur, & quoniam terram quandoque lupus comedit γηοφάγος meritò dici poterit. Tandem à voce, à loco, & à tempore, quo vagatur, Latinis vlulans, montanus, agrestis, & nocturnus indigitatur. Ab incedendi modo, Athanus quemdam lupum vocat vnipetam, qui solitarius graditur, hunc que inertem, & tardum esse opinatur, cum nullo æmulationis studio excitetur. Propterea ritè legitur apud Oppianum λύκος νυκτήτωρ noctu iter faciens, & apud Homerum in Odyssea ὀρέστερος monticola, & ab eodem πολιὸς nempè canus quandoque dicitur. Ad finem lupa, apud Latinos, epiphora lupo conuenientia sortita est, & præterilla, ab oculorum colore raua, quandoque rauca, spurca, olida, obscena, & immanis vocata fuit. A

DENOMINATA, & Cognominata. B

NE indistincte per numerosam Denominatorum, & Cognominatorum familiam progrediamur, à nobilioribus inchoãtes multos Sanctos Episcopos, & Abbates, Lupi emi nomine, insignitos, Martyrologium Romanum exhibet. Lupulum Iouis capitolini sacerdotem, qui postmodum christianam fidem amplexatus est, Baronius proponit. Deindè Lycaonis nomine multi fuisse perhibentur, vt Lycaon Gnosius, apud Virgilium, Lycaon Priami filius ex Laothoe ab Achille occisus, nec non filius Pelasgij, qui in monte Lycæo, vrbe ædificata, in honorem Lycei Iouis, Pausania auctore, Lycæa certamina instituit. Sed omnium celebratissimus fuit Lycaon Rex Arcadiæ, qui, ob stupratæ filiæ dolorem, Deos humanarum carnium cibo violauit, ideoquè à illis in lupinam formam fuit trãsfiguratus. Λυκοῦργος quasi circa luporum venationem laborans, nomen fuit, quo multi viri vocati fuerunt, inter quos Lycurgus Lacedemoniorum legislator, ex Plutarcho primam sedem occupat. Λυκίφρων apud Hesychium, & Varinum, adiectiuum nomen est, denotans aliquem lupina audacia præditum, vt apud Germanos, hoc vocabulum Vuolfardus. Alioquin nomen viri proprium esse dicitur. Λυκορραίστης vocatur luporum interfector, quemadmodum Λυκοκτόνος nomen paroxitonum, nam proparoxitonum à lupis occisum significat. Λυκώδης, verò dicitur lupo similis. Lycabas, apud Ouidium, vir fuit Assyrius; & Lycambes filiam habuit Neobolem Archilocho in matrimonium promissam, sed, tempore nuptiarũ prorogato, Archilochus ira percitus, in eum, carmen maledicum composuit; quam ob causam Lycambes tanto dolore oppressus fuit, vt vna cum filia viram laqueo finierit. Lycomas, ex Pausania, Larissæus fuit, & celeri equo victor. Lycorta Megalopolitanorum Imperator, apud Plutarchum, habetur, & apud eumdem Lycastus, qui, cum Parthasio, à quadam lupa nutritus fuit. Lycon fuit comœdus egregius in nuptijs Alexandri Magni, si credimus Athenæo. Lycis poeta comicus ab Aristophane tanquam frigidus notatur. Lycomedes Rex Scyri, cuius, in Theseo, Plutarchus meminit. Lycidas quidam Salaminius ab Atheniensibus lapidatus, quia, teste Herodoto, pecunijs à Mardonio corruptus videretur. Hermolycus pancratiasta fuit apud Pausaniam. Autolycus fuit auus Vlyssis apud Homerum. Οἰόλυκος nomen proprium adolescentis, compositum tamen ex oue, & lupo, qua tradit Herodotus, cum Theras quidam longinquam pararet nauigationem, eius filius se nauigationis comitem esse negauit, tunc pater in hæc verba prorupisse fertur. Relinquam te tanquam ouem inter lupos; hinc ortum est vocabulum ἐριόλυκος. His addi possunt fœminarum nomina, vt Lycaste filia Priami, quam Polydamas Antenoris filius vxorem duxit. Lycaste fuit etiam nympha. Item nobilis in Sicilia meretrix, quam à forma Venerem vocauerunt, quemadmodum, & Lycænis, in Anthologio, scorti nomen fuit. Demum Lycoris amica Galli poetæ, quam ficto hoc nomine Virgilius nuncupauit, cum prius Cytheris diceretur. Postremò quidam Populi, auctore Seruio, à Lupis Hirpini denominati fuerunt; nam, cum in Soracte Hirpinorum monte, Plutoni sacrificarentur, Lupi venientes exta rapuerunt; vnde orta est pestilentia, de quo ab Oraculo responsum fuit

pestem

in Annal. Eccl. lib. 4.

AEneid. Rex Archadiæ.

lib. 5 metam.

in Phocicis.

lib. 12. Bypmo.

lib. 9. in Atticis. lib. 4.

in lib. 11.

E pestem sedari posse, dummodò hi populi, Luporum more, rapto viverent. Quo facto Hirpini fuerunt appellati; cum Sabinorum lingua Lupus Hirpus dicatur. Lupanj, apud eumdem Seruium, Luporum venatores nominantur, & λυκόποδες lupipedes erant robusti serui, vel Tyrannorum satellites, ità nuncupati, vel quia pedes lupinis pellibus tectos haberent, vel quia, vt notat Suidas, luporum simulacra in clypeis gestarent. De cæteris animalibus, modò habendus est sermo, nam λυκάκις, vel λυκὶς parua lupa, apud Latinos, Lupula dicitur, & per hoc nomen, mercricula quandoquè exponitur. Λυκίδιος Lupi catulus, apud Theocritum. Lyciscus, auctore Plinio, est canis ex congressu lupi, & canis natus; alioqui Lycitus fuit vnus ex canibus Acteonis, vt narrat Pollux. Lycostomos os, lupi habens explicatur, sed ità vocatur quædam piscis species ab hiatu oris, vt in historia piscium declaratum fuit. Nicander vespas, & apes, ex cadaueribus equorum & Taurorum putridis ortas Lycospades appellat, vel ob colorem, vel ob impudentiã, lupis similes. Equæ Lupiferæ fuerunt velocitate magis, quàm pulchritudine insignes, ideò sic appellatæ, quia lupi notam in clunibus gererent. Hoc inde ortũ est; nam quidam

lupula quæ

lib. 2. in Theriacis.

F ad vadimonia præstanda semper paratus, in venatores irretitum lupum tenentes incidit, rogatus, ioco, vellet nè pro lupo vadem se constituere, illataque ab eo damna persoluere, ille petentium votis annuens fidẽ iussit. Lupus autem emissus, copiosum equarum armentum nullo caueerio signatum, ad fideicussoris stabulum adduxit, qui, recepta gratia, equabus lupi notam inussit. Tandem consultò omittentes Lycaonem, ex Solino lupum iubatum, Hyenam Feram lupinam, Lycopantherem animal, ex Pardo, & lupo mixtum, & Thoum, ex luporum genere, secundum Plinium, ad plantas à lupis denominatas accedemus; Inter has, primo loco, recensetur lupinus, quasi paruus lupus, quia in campis, ob amarorem, ab animalibus tutus crescit, sicut lupus in syluis à cæteris animantibus securam vitam degit. Lupulus verò, vel lupus salictarius planta est alienas scandens, ita à Latinis nuncupata, quia instar lupi alimentum plantæ, cui adhæret, depascatur. Herba lupa, ad mentem Matthioli, Orobanche vocatur, quoniam, more lupi, vicinarum plantarum humiditatem depopulatur; Auricula lupi, apud Cæsalpinum, illa est planta, quam, in capite antecedenti, auriculam vrsi appellauimus. Caudam lupinam Galenus ad strumas, illisoluendas commendabat, sed, quam plantam intelligeret, non exponebat Porta verò à molli pilorum lanugine, ex antiquis herbarum nomenclaturis, Veri basculum, cau-

Spensoris cuiusdam historia.

Herba à lupo denominata.

G dam lupinam cognominauit. Lycopodiũ, seu pes lupi apud Herbarios vocatur illa muscosi species, quam in superiori capite, muscum vrsinum nominauimus, & Ruellius Lycopodium, seu patam lupinam Gallorum esse illam plantam opinatur, quàm manum Sanctæ Mariæ, vel Cardiacam nuncupant; an hæc sit Branca lupina, quam in vnguento ad Epilepsiam Galenus præscripsit non rectè constat. Lycopersicum herbam, quasi vastationem lupotum memorat Galenus, quam non nulli Botanici Othonnam Dioscoridis, vel gariophyllum indicum Matthioli esse asseuerant. Vua lupina apud Tragum est herba Paris Matthioli, vel solanum quadrifolium Bauhini, sed apud Arabes Solanum est, non staphisagria, vt multi perperam existimant. Omnia enim Solanorum genera vuas producunt. Cordus Lycostaphylum fœminam, quasi vuam lupinam sambucum aquaticã

in lib. de Dynam. lib. 4. Phyt. cap. 8.

in lib. de dynam.

Matthioli vocat, & Lycostaphylum masculam sambucum aquaticam polyanthon, quam

H Itali sambucum roseam nominant. Fabæ lupinæ radices in vino lotas pro strumis dissipandis Galenus præscripsit, & Arnoldus pro necandis lupis Marcillum, seu fabam lupinam proponit. Gesnerus hanc esse Apocynum Dioscoridis arbitratur; tùm quia siliquas ad instar fabæ producat, tùm quia folia cum adipe cocta lupos interimat. Lycoctonum quædam species est Aconiti, quam Latini ab interneccione luporum, luparian nuncupant. Alioquin Lycoctonos herba quædam est nascens propè Nilum, quam lupus calcans conuulsus moritur; quarè Aegyptij in terras suas huiusmodi herbam importari prohibent, quoniam lupum tanquam numen quoddam venerantur. Lycopsis quasi facies lupi, herba est Anchusæ non absimilis; Quocirca Galenus, non inuria, hanc ad genus Anchusarum retulit, licèt Fuchsius Cardiacam, & Lacuna Cynoglossum vulgare esse indicauerit. Chamælycon, in nomenclaturis antiquis apud Dioscoridem, Verbenam lupinam, & Lycanthemum similacem asperam, Capparim cor lupinum, sesamum maius Lycosciralium, quasi fustem lupi indigitant. Arnoldus scribit Arbutum in Hispania ficum lupi nominari, & Gesnerus, in Germania, Dipsacum è carduorum genere fulmen lupinũ. Cysulam verò, & omnes Tithymalorum species lac lupinum dici attestatur. Ad finem

in lib. de Dynam.

Lycopsis.

quædam

in lib. de Dynam. fungi species.

quædam pernicioſa fungi ſpecies in ſiccioribus prati, cæduis ſyluis, circà finem autūni nascitur, quam vulgus Herbariorum crepitum lupi vocitat, Galeno autem veſica lupi dicitur, quam in hæmorrhoidum affectionibus ſummoperè extollit. Expoſitis herbis, ad morbos à lupis denominatos deſcendemus, inter hos Theodoricus connumerat lupiam palpebrarum nodum, ſeu melliceridem, quæ folliculi extractione curatur. Glandulæ lupinæ iuxta ſententiam Euonymi ſunt papulæ cutim exaſperantes, quæ ieiuni ſaliuæ cōtactu auferuntur. Verūm inter alios affectus à lupis nomen ſortientes maximus eſt ille, qui Lycanthropia, vel lupina inſania dicitur ſymptoma in genere noxæ functionū principum, & præſertim imaginationis, & cognitionis depraua tæ; memoria enim fortaſſe non læditur, vt in quodam pariente obſeruauit Altimarus. Laborantes igitur hoc morbo ſe ſe in lupos conuerſos eſſe imaginantur, noctu vagantur, & alia luporum opera exercent, quibus vulgares inducti eos lupos factos eſſe exiſtimant, quia non eſt abſurdum in hominibus aliquo aeris vitio, vel prauitate victus, tetros, & melancholicos humores ſtatis quibuſdam temporibus aggregari, & ijs efferueſcentibus, huiuſmodi ſymptoma generari. Hinc multi opinantur hunc fuiſſe morbū, quo Nabuchdonoſor Rex ſeptem annos vexatus fuit. Ad Rem Brabantinus tradit virum quemdam prudentem eò per directum eſſe, vt ſe rapacem lupum putaret, & tandem Dei gratia ad mentem redijſſe. Vierus recitat hiſtoriam agricolæ Patauini, qui anno 1541. ſe lupum eſſe ſibi perſuadens multos in agris trucidauit, tandem à ruſticis magna cum difficultate captus, ſe verum eſſe lupum confidenter aſſeuerauit, & diſcrimen ſolum in pelle pilis inuerſa conſiſtere. Ruſtici creduli hominem excoriare incipiunt, interim, fama in vrbem delata, Prætor Patauinus ad Noſocomium perduci iuſſit, vbi paulò poſt deceſſit. Neuri populi, ex Solino, æſtatis temporibus, vel, vt alij legunt, ſtatis temporibus, in lupos conuertuntur, & tranſacto certo tempore ad priſtinam formam reuertuntur. Arcades quoque tranſnāres quamdam paludem in lupos conuertebantur, & poſt octo annos priſtinam formam induebant. Huius generis non fuit illa in lupum transformatio, quam recitat Olaus Magnus. Illa enim non vi morbi, ſed maleficij per ceruiſiæ poculum fiebat; ibique multa affert exempla, nempè vnius, qui in ſyluis induens lupi formam, itruenſquè in ouium gregem vnam rapuit pro cœna aſſandam, & alterius ſerui in figuram lupi tranſmutati, cui fugienti, à canibus oculus fuit erutus. Quocirca Dux Ruſſiæ huic veneficio parum fidei adhibens, quemdam in hoc expertum, vinculiſque clauſum coegit, vt in lupum ſe transformaret, quo viſo, Dux, accenſo magno flammarum globo, comburi mandauit; talia enim flagitia diuinis, & humanis legibus ſeueriſſimè puniuntur. Cæterum quid dicemus de Regionibus, vrbibus, & alijs locis, quæ à lupo denominantur? Omiſſa igitur Lycaonia regione ſecundùm Varinum à Lycaone dicta, & Lycia à Rege Lyco, multæ nobis ſe ſe offerunt ciuitates, vt Lycopolis Vrbs ab AEgyptijs ædificata in monumentum luporum, qui AEthiopes agrum AEgyptiorum infeſtantes à limitibus expulerunt, vt Diodorus Siculus narrat. Arcis cuiuſdam huius nominis meminit Reuſnerus dū cecinit.

in lib. de cur. hum. corp. mor. cap. 9.

in ſua hiſt.

lib. 3. cap. 2.

in Polyhiſt. ca. 25.

lib. 18. de gente ſcpt. cap. 33.

Mane nouo petimus vicinam Principis arcem,
Cuius habet nomen ſyllaba prima Lupi.

Vrbes & alia loca à lupo denominata.

lib. 2.

lib. 5. Hoda por.

Lycopolitana ciuitas eſt Thebaidos, quæ, ex Macrobio, pari religione Apollinem, & lupum colit. Lycorea Vrbs olim condita in Parnaſſi ſummitate, teſte Gyraldo, ad perpetuam eorum memoriam, qui vlulatibus luporum in Deucalionis alluuione ſeruati fuerūt. Lycapſus Vrbis nomen ſecundum Heſychium, & Varinum, aliter dicitur Lycaſtus à Stephano ob luporum multitudinem. Alioquin apud Plinium Lycaſtus eſt Cappadociæ ciuitas. Lupari Oretanorum In Hiſpania Vrbs dicitur ab Ortelio. Lycoſura, quaſi cauda lupi ciuitas Arcadiæ antiquiſſima non longè à Lyceo monte, ex Lonicero. Αὔζοα Vrbs Arcadiæ, ait Stephanus ex Pauſanina, vbi habet. *In Menalo montis extremis partibus ſigna ciuitatis Lycæ apparent.* Appianus Alexandr. ſcribit. *Oppidum eſt non procul à Brundiſio, cui nomen Lupiæ.* Vrbibus accedunt varia loca, quæ à lupis nomen adepta ſunt, vt Αὐζοβαρίας apud Heſychium ſyluæ eſt, in qua, vt plurimum lupi verſantur. Item Αὐζοβιτὸς mons Atticæ ſic dictus ab Heſychio, & Varino, quia lupis redundet, Αὔζωνοι loci Theſſalici nomen, ex Varino, quia, lupus ibi Pelei boues inuadens, in ſaxum fuerit conuerſus Alioquin Lycium frutex eſt, quia in Lycia copioſè proueniat. Mons denique Lycæus in Arcadia erat, in quo ſecundùm Plinum Lycæi Iouis delubrum colebatur. Sunt inſuper multa animata, præter regiones, & vrbes, quæ à lupis denominata fuerunt;

in theſ. remed.

in theſ. Geograph. lib. 2. var. hiſt.

ſyntag. 3.

vt

E vt Λυκοφιλία lupina vel ſuſpecta amicitia. Lycites ex Plinio lapis in veſica lupi inuentus, & ex eodem Lycophthalmos gemma quatuor colorum re ipſa oculum lupi repræſentans. Deinde Λυκάβαντα Græci annum vocauerunt, quia, vt ſcribit Heraclides Póticus, Sol, nempè Apollo ſingulari amore lupum proſequens, per duodecim ſigna Zodiaci decurrens annum progeneret, vel quia menſes labantur more luporum, qui dum fluuium tranant, alter alterius caudam mordicus tener. Pariter Λυκόφως vocatur crepuſculum auroræ matutinæ antecedens, & veſpertinæ ſuccedens, quoniam huiuſmodi tempus colorem pilorum lupi referat. Ideoquè Priſci iacnum, ob candorem diei, coruum, ob nigredinem noctis, & lupum ob tempus medium inter noctem, & diem Apollini ſacrarunt. Itaquè Λυκόχροος βαφὴ color cinereus cuiuſmodi eſt lupinus, apud Euſtathiũ legitur. Fręna quædam ad equum temperandum, & domandum idonea lupata dicebãtur ob duritiẽ lupini dentis, quibus Galli potiſſimum vtebantur; vnde Horatius ſcripſit. *lib. 37. c. 8.* *in allegor. Homer.*

Inter æquales equites, Gallica, nec lupatis,
Temperet ora frenis. *lib. 1. car. ode 8.*

F Vmbo autem lupatarius exærè, vel aurichalco fabrefactus, eſt illa rotula, quæ ornamẽti gratia fręnis equorum annectitur. Lupinum fuiſſe genus ponderis narrat Salmaſius in Solinum, dum inquit. *Lupinum duo ciparia, deſit duo grana ſiliquæ arboris pendere. Granũ autem huius ſiliquæ ſextam partem ſcrupuli pendebat.* Prærer hæc, ludi, vel ſacra quædam olim apud Romanos celebrata, deinde per Gelaſium Pontificem Maximum inſtituta lupercalia vocabantur a lupis, quia, vt notat Goropius, per hæc, omne mali genus, quod ouibus, & paſtoribus per lupos accidere poſſet, abigere credebant, vel, vt alij putant, inſtituta in monumentum lupæ, quæ infantibus expoſitis vbera præbuit. Quare locus, in quo id contigit. Lupercal ab Ouidio dictus eſſe perhibetur, quando de hac lupa loquens ſic canit. *lib. 4.* *lib. 2. faſt.*

Illa loco nomen fecit, locus ipſe Lupercal.

Poſtremo loco recenſetur lupina pellis, quæ Λυκέα, vel λυκίνη καὶ λυκᾶ δορὰ ab Heſychio, & Varino nuncupatur, eadem λυκῆ, apud Pollucem, λυκέον, alias λέκτιον τὸ τῶν λύκων, δέρμα apud Suidam. In calce huius tractatus cognomenta a lupo deſumpta reponemus. In primis habemus in epiſtolis ex India, Franciſcum Lupium, qui fidem Chriſti cõfeſſus à Mahumetanis fuit interfectus. Inter Auctores Fernandus Lupius hiſtoricus recenſetur. Præterea Carolus Sigonius, in ſua hiſtoria, memorat multos cognomento lupos, quos vniuſquiſquè apud ipſum legere poteſt. Hodiè Bergomi, & Parmæ nobiliſſimæ de Lupis familiæ antiquum domicilium habent. Bononiæ olim de Caccialupis, & nunc de Luparis Senatoria domus eſt ſuperſtes. Amplius Priſci à lupis ſuos Deos cognominarunt. Nam Iuppiter Lyceus à Gyrà do vocatur, quia Lycaonem Regem in Lupum tranſmurauerit. Apollo quoquè Lycæus, vel Lycius fuit nuncupatus; vel quia, veluti lupus oues rapit, ita Sol humorem terræ ſuo calore ſurſùm tollat, vt ſcribit Cleanthes, vel, vt narrat Pauſanias, lupis ouibus inſtantibus, Apollo indicauerit ligni cuiuſdam corticem carnibus immiſcendum ad luporum internecionem, vnde Apollo Lycius, vel Lycoctonos nempè Luporum interfector fuit cognominatus. Pan Lycæus etiã à lupis arcendis dictus fuit, vt voluit Goropius. Licet alij ſcribant, quia in Lycæo monte coleretur, vel quia Romani Deum hunc Lupercum indigitarent, eò quia pelle caprina indutus pingeretur, quo indumento in Lupercalibus ludis vtebantur. Demùm Diana
H Lycæa à Trezenijs fuit cognominata, cuius ædes ab Hippolyto poſita dicitur, quod inde lupos depulerit, vt eſt auctor Pauſanias. Prædictis tamquam coronidem menſem martium addemus, qui Lupinus fuit nuncupatus, quoniam Mars, infantium, nimirum Romuli, & Remi à lupa nutritorum genitor ei nomen dederit. Hinc Auſonius de hoc menſe ſic cecinit. *lib. 4.* *lib. 17. de regno Itali.* *lib. 2.* *lib. 4.*

Cinctum pelle lupi promptum eſt cognoſcere menſem,
Mars illi nomen, Mars dedit exuuias.

A

PROVERBIA.

MVltis adagijs lupi verſutia, edacitas, & ſimiles proprietates anſam præbuerunt. Quapropter, ratione primæ, à Turnebo hoc profertur. *Lupus vetulus.* Pro homine veteratore fallaci, & rapace. *Lupina pietas.* De illo, qui miſericordiam ſimulat, vt aliquid auferat. Huic nō abſimile eſt illud. *Vt lupus ouem.* Supple, amat, de illo, qui ſui commodi gratia fictā amoris ſimilitudinem refert. *Facie agnus te autem lupus.* In illū promulgatur, qui aliud ore, aliud mēte agitat. Idcirco Plautus ad rē pronunciabat aliud adagium. *Homo homini lupus.* Per hoc
in Aſin. innuens homini ignoto non ſecùs ac lupo fidendum eſſe. *Lupus turbat aquam ouibus, vt cauſam quærat.* Hoc efferunt de illo, qui leuem ob cauſam, alios ad pugnam prouocat. *Lupus ante clamorem fœtinat.* Tradit hoc Diogenianus de illo, qui alicuius criminis conſcius formidat, antequam accuſetur, quoniam lupus, ablato agno, illicò fugit, antequam clamor
lib. 7 mor. paſtorum ſuboriatur. *Fur furem cognoſcit, vt lupus lupum.* Prolatum eſt prouerbium ab Ariſtotele in illos, qui eodem vitio taxantur. *Lupa non parit agno.* Quoniam vt plurimum ex
in eunuch. malo genitore non probi filij gignantur. *Ouem lupo commitere.* Vſus eſt hoc prouerbio Terentius, quod promulgandum eſt, quoties pupillus malo tutori, vel aliquod graue negocium, malè fido cuſtodi committitur, iuxta illud Ouidij.
lib. 2. de art. Aman.

Plenum montano credis ouile lupo.

Idcirco ad rem, Cicero cōra Marcum Antonium declamabat. *O præclarum cuſtodē ouiū, vt aiunt, lupum, cuſtoſne? Verbius an direptor, & vexator eſſet Antonius.* Refertur aliud à Zenodoto in hominem improbum ad extremum vitæ diſcrimen, cum omnium applauſu deductum. εἰς πάγας ὁ λύκος: *in laqueos lupus.* Vulgatum eſt aliud adagium; *Ale luporum catulos.* In homines, qui ſibimet perniciem ſtruunt, nec non in eos, qui læduntur ab illis, de quibus benè ſunt meriti, iuxta illud.

Paſce canes, qui te lament catuloſque luporum.

B

C

In hoc genere legitur apud Græcos pulcherrimum epigramma adeſpoton de agna lupi catulum lactante, quod latino ſermone, ſic exprimitur.

Agna lupum propriis nutrire coacta papillis,
Hoc me paſtoris nubila cura iubet.
Sæuit ille meo rurſum in me ſanguine fortis,
Ruſticitas nullo flectitur obſequio.

Hinc colligendum eſt non iniuria prolatum fuiſſe aliud adagium. *Lupus pilum mutat non meniem.* Quod homini maligno accommodari poteſt, cui ſenectā canitiem affert, ſed ab eo malitiam non aufert. Ab helluatione alia oriuntur adagia, quoniam homines immoderatæ voracitatis, lupi vocari ſolēt, vnde vulgo hoc vſurpatur. *upus nunquā adnit medicū.* De helluonibus, qui cum voraces ſint, illis tamē nihil noceat. *Lupi non curat numerum.* Hoc promulgatum fuit de homine impudenter edace, vel furace, & ſapit illud Vergilij.
eclog. 7.

Hic tantum Boreas curamus frigora, quantum.
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

D

Apud Suidā legitur aliud prouerbium, quod apud nos adhuc eſt in vſu λύκος ἔγκατ. *Lupus hiauit.* In eū, qui re deſiderata fruſtratur. Noſtra ætate paſſim profertur hoc adagium. *Fames lupū à ſylua exturbat.* De homine, qui diuitijs conſumptis animū ad aliquod ſtudiū adiūgit. *Lupus non comedit lupū.* Quāuis hoc adagiū quoad literariū ſenſū veritate careat, vt ſuperius explicauimus, verūtamē hodie ab omnibus promulgatur in eū, qui ſociū eiuſdē profeſſionis etiā malè operantē non vituperat. *A lupo agnū erripere poſtulant.* Pronunciatur de illis, qui aliquid incaſsū operantur. Huic affine eſt illud. *Ex ore lupi.* Efferrur hoc quando aliquid, præter ſpē, recuperatur, quod prorſus perijſſe videbatur. Poſtremò à voce, & ab alijs lupi proprietatibus nōnulla prouerbia dimanāt, quę breuiter ſubnectemus. Primū eſt illud vulgatū. *Qui cū lupo verſatur diſcit vlulare.* Enunciaturq; de viro probo, quādo frequēti cōſuetudine hominis improbi vtitur. Subſequitur aliud. *Luporū vlulatus nō facilè credendus.* Prolatū in illos, qui pollicitationibus quibuſcunq; credunt, quoniam
Idyll. 14. lupus aliquando capta præda, aliquādo fame ſtimulatus vlulat. *Lupi illum audere priores.*

Hoc

Hoc prouerbium publicari potest in raucũ, vel in eum, qui subitò obmutescit, vt habetur in illa egloga Virgilij cui titulus est MAERIS. Theocritus quoque ad rem scripsit.

Edere non poteris vocem, Lupus ei fuit obuius.

De vero lupo Auctor non loquebatur, sed de riuali conspecto, cui nomen erat lupus. Hinc oriri videtur aliud prouerbium *Lupus in fabula*. Quando fortè fortuna in medio sermone interuenit is, cuius mentio fiebat, iuxta illud.

Tamq; aderant ipsi nondum sermone peracto.

His accedunt alia prouerbia, vt *Lupus circa puteum saltat*. Traditurque de illo, qui in aere piscatur, quia lupus, nec sitiens, è puteo bibere, nec præda in puteum delapsa potiri potest. *A fronte præcipitium, à tergo lupus*. Hoc toties pronunciatur, quoties in angustijs versamur; qua de causa Horatius quid simile scribebat. *hac vrget Lupus hac angit canis*. Huic valde simile videtur illud. *Auribus Lupum tenere*. dicitur qui de re ambigua, vt erat apud Terentium de Antiphono adolescente, qui, nec vxorem, quam deperibat, expellere, nec illam, ob patris violentiam retinere poterat. *Prius mihi cum Lupus ducet vxorem*. Enunciatur hoc prouerbium de re impossibili, cui non est absimile illud. *Prius mordent rana*. Propterea Horatius ad rem canebat, *Sed prius Apulus iungetur capra lupis*. Huic affine prouerbium habetur apud Suidam. *Λύκος κατὰ σκιᾶς. Lupus aquilam fugit*. de ijs, quæ euitari non possunt. Aquilam enim alarum lupus etiam velocissimus euadere non potest. Apud eundem auctorem legitur aliud *Λύκος περὶ ἀηδόνα. Lupi ala*. De rebus, quæ fieri nequeunt, cum nunquam fieri possit, vt lupus alatus inueniatur. Ad finem addemus illud, quamuis à lupo animali non desumptum. *Lupus ad vrbem*. Hoc solet proferri quando aliquo triste nunciatur; erat enim quidam nuncius nomine lupus, qui vrbem quoties petebat, toties incoptabile nuncium afferebat.

lib. 1. Satyr. 2.

in phormio.

PROBLEMATA.

sect. 10. probl. 28.

Septalius in comentarijs ad problemata Aristotelis vbi Philosophus inuestigat, cur in cicatricibus equorum, & asinorum oriantur pili, & in cicatricibus hominum nequaquam. Quærit cur in cicatricibus equorum, & asinorum, qui demorti fuerunt à lupis pili non renascantur. Respondet ad mentem Plutarchi, quando scitatur rationem, propterquam carnes animalium à lupis aut aliorum fuauiores euadant, ideo inquit id fieri, quoniam fauces, & dentes luporum ardentissimi sunt, itaut carnes ab illis tactæ, quasi coctæ reperiores euadant. Ex asserto Plutarchi, rationem huius problematis colligit Septalius, nempe si lupi habent fauces, quasi accensas, & carnes quas tangunt fere inurant, quemadmodum igitur in carnibus brutorum ambusti pili non renascuntur, pari ratione, in cicatricibus à lupo inflictis pili non regenerantur. Secundò quæritur, cur homines in conspectu luporum illicò rauescant. Aliqui eruditi respondent, id à timore oriri, nam cutis meatibus obstructis præ formidine vapores exhalantes retrocedunt, & ad pectus fluentes rauedinem generant. Alij fuerunt huius opinionis, id contingere à vapore fere venefico, à faucibus, & oculis luporum dimanante, idcirco, hic aeri per partem post partem communicatus rauedinem in hominibus proereat. Quæritur tandem cur lupi ad instar hominum quodammodo canescant, vel saltem colorem, quem vulgus vocat grisum adipiscantur. Respondent nonnulli rerum naturalium non tenuiter periti in hominibus à defectu caloris natiui canitiem prouenire, sed in lupis prædictum colorem ob voracitatem generari.

HIEROGLYPHICA.

lib. 11. Hierogl.

Vm lupus noctiuagum sit animal, & lapidis alicuius strepitu terreri soleat, Aegyptij sacerdotes, ex Pierio, aliquè vanis terriculamentis consternatũ, effigiodupi, & faxi, denotabant. Pariter ostensuri hominem, qui per hostes transiens illæsus euasisset, lupum extrema cauda glabriuin pingere consueuerunt, quoniam lupus à venatoribus agitatus villum amatorium

extremæ caudæ inhærentẽ abijcit, ne humanæ voluntati satisfaciat; vel lupũ, cauda sub vterũ reducta, pingebãt, eũ, in declinãdis periculis, lupo sũmæ insitæ callidit as. Deinde, ex eodem Auctore, significaturi hominem ex infortunijs potentiorem factum, equum gerentem clunes à lupo demorsas effigiare solebant, cum equi semel à lupis demorsi alacriores reddantur. Mulierem postea abortientem indicare volentes, simulacrum lupi ab equa calcibus petitum exhibebant; cum equa, ob antipathiam, à lupis leuiter tacta abortum facere consueuerit. Quoniam autem maxima dissensio inter lupos, & oues omnibus semper manifesta fuit. Hac de causa Aegyptij discordiam, & mores valde dissimiles designaturi, ouem, & lupum delineabant. Quare Ouidius de maximè discrepantibus sic canebat: *Nec Lupus inter oues.* Lupi simulacrum hianti ore apud Suidam ineptos mores significat. Nam propriè figura lupi hianti ore, & terrã mordicus apprehendentis, hominem frenis impatientem denotat. At, per rostrum lupi, homo à veneficijs turus indicatur; cum notissimum sit, rictum lupi ianuis affixum maleficia arcere. Præterea cum lupum raptorem esse omnibus sit exploratissimum; Pierius optima de causa homines furaces, & prædones, per lupi figuram, ostendebat, & præcipuè cum veteres philosophi, qui palingenesiam ponebant, homines rapinis deditos post obitum in lupos abire tradiderint. Quocirca poeta Claudianus prædones ait à Rhadamantho lupis obijci solitos. Cæterum, per lupæ simulacrum, meretriciam improbitatem denotari, omnes autumant; cum clarum sit, meretrices lupas, & loca ab ipsis frequentata lupanaria cognominari. Quamobrem Messalina flagitiosum maiestatis Imperatoriæ dedecus Lyciscæ nomine delectabatur. Itaque de hac Saryricus poeta sic cecinit.

Hieroglyphic. mulieris abortientis.

Hieroglyphicum meretricis improbitatis.

tunc nudâ papillis,
Constitit auratis nomen mentita Lyciscæ.

Tandem, per lupum sculptum, auctore Pierio, ea de causa intelligitur Macedo Herculis comes, qui sub oſyride militauit, quo iam is lupi gestamine gauderet.

EMBLEMATA, & Symbola.

lib. 3. embl.

RÆclarissimus vir Reusnerus, emblema perelegans Hieronymo Reusnero dedicauit, & pro inscriptione vsus est illo adagio. HOMO HOMINI LVPVS. Cum hexasticho huius generis.

Lycaei Rex Scythia ferus, Arcadiæq; Licaon,
Quàm bene nomen habet sæui vterq; Lupi,
Pœna fit hæc sceleris; namq; hospes, vt hostis vterq;
Dum parat hospitibus damna sit inde Lupus;
Aut homini Deus est homo si bonus, aut lupus hercle,
Si malus; ô quantum est, esse hominem, atq; Deum.

Paulus Maccius vir omnigena eruditione clarus, à lupi voracitate desumpto argumento, emblema composuit, in quo Neuros populos in lupos transformatos depinxit cum inscriptione. HOMINES OB GVLAM IN BELLVAS. Et optimo iure, cum lupus vitij gulæ symbolum esse perhibeatur. Hoc emblema exornauit pulcherrimo hexasticho, cuius conclusio est hæc.

in lib. embl. 44.

Bellua enim expleri conuenit, haud homini.

Camerarius figurar lupum sydus caniculæ exoriens, intentis oculis, aspicientem cum hac inscriptione. TE ORIENTE FVGIT. Quoniam illa lupi species (aurea nuncupata) in ortu huius constellationis ad pœnitiora lustra confugit, neque inde exit, donec Solis æstus abierit. Addit distichon huius generis.

in lib. embl. ex An. 51.

Quis ferat ardentis fumantia sceptra tyranni.
Sic fugat auratos Syrius ipse Lupos.

Idem Auctor paulo inferius depingit lupam plenis vberibus, & hoc emblema sic inscribit. SVA ALIENAQVE NVTRIT. Alludit enim ad Principem, qui non solum cives suos, verùm etiam alienos fouet, & iuuat, ideoque sic canit:

Non

E

Non Eines tantum Princeps, sed nutrit, & hostes,
Alterius fœtum cùm Lupa sana Ferat.

Paulus Iouius in libro Italico phrenoschematum militarium similem lupam delineat, illamque decorat hac inscriptione SVA ALIENAQVE PIGNORA NVTRIT. Idē Camerarius lupum enecantem ouem effigiat, & hoc emblema inscribitur. FIT SVAVIOR. Verùm hæc, & his similia ad lustoriam ouis referenda sunt. Amplius, per lupi figuram, olim cuiuscunque noxæ symbolum, Antiqui præseferebant; quia vt optimè decet Goropius, ab ouibus suas diuitias depromebant. Insuper Appianus lupinam pellem pacis symbolum olim, apud Hispanos fuisse testatur. Tandem professores memoriæ artificiosæ lupum tanquam notam literæ L. prædicant, vt habetur in illo districho, in quo alicui dicitur, vale: *emb. 72.* *lib. 4. de bell. hisp.*

Mitto tibi frontem Veneris ventremq; Diane,
Anteriora Lupi, posteriora capræ.

F

PHRENOSCHEMATA.

PErcualus scriptor Italicus meminit cuiusdā viri nobilissimi, qui pinxit lupum cū Dicto Italico E PER TROPPO VEDER RIMASI CIECO. Alludebat fortè ad acerrimam luporum visionem, & ad oculos mentis, quibus homo speculatur. Idē Auctor figuratur lupum pedem mordicus apprehendentem cum hoc Dicto Italico. E PER PENA, E RICORDO. Quoniam proprium est lupi noctu circa ouilia vagantis pedem obstrepentem mordere; cū autē hoc animal sit Martiale, iuxta optimo, huiusmodi phrenoschema viro strenuo cōuenire debebat, cui in rebus militaribus peragēdis, semper cautè incedendū est. Iouius scriptor pariter Italicus exhibet Insigne cuiusdā illustris, & celeberrimi equitis, qui effigiabat lupū prædā anterioribus pedibus stringentē, & retrospicientē duos canes illū persequentes, qui & ipsi respiciebāt, nū alij canes auxiliū laturi aduenirent; & Dictū erat tale. PAVENT OVES TIMENT CANES, INTREPIDVS MANEO. Prædictus insignis, & clarus eques fortè propriam extollens virtutem hoc phrenoschema in vexillo gerebat. *lib. Insig. milit.*

G

INSIGNIA GENTILITIA, & Militaria.

VRbs Senarum Tusciæ ciuitas pro Insigni gentilitio delectata est. Reusnerus scribens, ad clarissimum virum Hieronymum Vuolfium nostra Imgna lupium denorat huius nobilissimi viri Insigne gentilitium figura lupi exornatum fuisse, quod his versibus manifestatur.

H

Fraus tua te cum nulla fuit, aut vis improba Vuolfi,
Quæro tibi sæuus cur dedit arma Lupus?
Fallor? an obscura Lupus, vt vides omnia, nocte,
Et superat visu cætera bruta suo.
Sic acie mentis penetrans terramque, polumque
Omnigenæ doctrinæ initia in arte vores.

Præterea in Insigni gentilitio Bathoreorum de Somlio, tres lupini dentes conspiciuntur; quare vir quidam eruditus in hoc Insigne protulit hoc tetrastichon.

Quòd venando Feras, bellando victa, & hostes,
Atque triumphati contulit ora Lupi.
Inde Lupi dentes cùm partum ex hoste trophæum,
Similādum gestat clara vetusq; Domus.

Denique in Insignibus militaribus lupi effigies olim effulsit, quoniā Plinius testatur reliquit, apud veteres Romanos, luporū, equorū, & similū figuras vexilla exornasse, quāuis hodie in acie portari cœpta sit Aquila Vulteius huius rei reddens rationē scripsit, lupi iconem *lib. 10. c. 4.* *lib. 10.*

olim à Romanis in vexillo latam fuisse, quoniam infantes scilicet Romulum, & Remum à Lupa nutritos æternam posteritatis memoriam promereri opinabantur. A

NVMISMATA.

ARgiuorum nummum lupi imagine fuisse insignitum Sophoclis scholiastes testificatur, quoniam hoc animal Apollini sacrum, quemadmodum Dianæ ceruum esse credebant. Cæterum in Romanorum monetis, icon lupæ insignem habuit prærogatiuam. Ideo Gabriel Symeon in illustrandis Priscorum numismatibus exhibet nummum, in cuius latere opposito apparet lupa secus ficum ruminalem, & faustulus pastor cum inscriptione. SEX. PO. Idest sextus Pompeiusin parte autem inferiori Roma conspicitur. Idem Auctor aliam ostendit monetam, cuius inuersum latus Romam sedentem supra duos clypeos repræsentat, quæ longæ hastæ nititur, qua loco sceptri Antiqui Principes vtebantur, & secus pedes est lupa. Apud Erizū conspicitur numisma aereum mediocris magnitudinis Antonini Heliogabali, cum huiusmodi literis. ANTONINO. Pars opposita lupam cum duobus infantibus sculptam refert, & literæ circumscriptæ. COL. AVG. TRO. ALEX. Idest Colonia, Augusta, Troas, Alexandria. Hæc moneta fuit cusa ad perpetuam huius Principis memoriam à prædicta Colonia in Phrygia existente; quam Imperio Romano subiectam Plinius promulgauit. Ex eodem Erizo habemus numisma aereum Macrini, cum literis huius generis. IMP. C. M. OP. nempe Imperator Cæsar Marcus Opelius, seu Seuerus, Macrinus, Pius Augustus. Pars opposita monetæ præfert iconem lupæ, cum duobus infantibus, & tali inscriptione ROMAE FEL. Idest Romæ felici. Fuit cusum hoc numisma in aliqua ciuitate Romano Imperio subiecta ad perpetuum huius Principis monumentum. B

in lib. illustrac. Numis.

lib. 5. c. 30.

MIRACVLA. C

ADmiranda de lupis apud Historicos leguntur, dum Deus Opt. Max. per has Feras multa peccantium scelera vindicauit. Anno salutis 617. Baronius narrat lupos per noctem intempestam intra septa cuiusdam monasterij irrumpentes in vindictam peruersi dogmatis, ex fratribus aliquot morsibus laniasse. Augustinus Mannus refert qualiter exercitus Franciſci Mariæ Vrbini Ducis militari peritia clari, ex variarum gentium colluuione congregatus per agrum Picenum infesta populatione percurrens, cum ab ipso Duce regi non posset, Lauretanis thesauris iampridem inhians misit exploratores, qui non procul Laureto omnia tuta cernentes lætitia gestiebant, cum subitò multorum grex luporum (vesanam hominum rabiem Feræ comprimerent) è saltu proximo erumpit. Impiquè, facto agmine, in præcursores impetum fecerunt, & illorum plerosquè repentino terrore oppressos fugauerunt, cæterosquè salutis magis, quam prædæ memores in fugā verterunt, qui postmodum nunciarunt ædi Lauretanæ Deum custodem, ac vindicem adesse, & tantam luporum vim non è memore illo egressam, sed diuinitus in prædones immissam fuisse. Albertinus quoque de Rosate, hæc habet: *Lupi occidebant populos Gallorum, & nullum remedium inuenire potuit missa Litaniæ.* Aliquando, Dei omnipotentis nutu, lupi Sanctorum custodes, & tutores extiterunt. Legimus apud Surium, cum Sanctum Edmundum Angliæ Regem Barbari ob Christi fidem decollauerint, vindemartyrij coronam reportauit, capitique inter vepres abiecto, repertum fuisse immanem lupum, qui sacrum illud caput amplexus excubias impendebat, ne ab vlla Fera læderetur. Ex eodē Surio habemus Sanctum Odonem Cluniacensem Abbatem, per vastam eremum, ad D. Martini monumentum noctu progredientem à vulpibus non paucis morsibus laceratum fuisse, sed illicò lupum rapidissimo cursu aduenientem illas profligasse, deinde per reliquum iter se comitem Sancto præbuisse. Amplius (Maiolo teste,) cum anno Domini 1582. intra conterminos Apuliæ montes à siccariis duo homines, nempe Sacerdos quidā & laicus in sylua occisi fuissēt, lupi comperta cadauera discreuerunt, quam laicum quidem presby- H D

in annal. Eccles. in hist. sceleſt. c. 90.

in voce lupus.

tom. 6.

colloq. 7.

E præsbytero, pœnitùs exederunt. Ad rem Baronius tradit anno Christi 1287. B. Adamum apud Minores egregium Firmij in Piceno concionatorem, & multis miraculis coruscantem, quandoquè per loca deuia aberrantem à lupo, vestibus mordicùs apprehensis, ad viam reductum fuisse. Verùm quid dicemus de obsequio, quod lupi Sanctis præstiterunt. Narrat Textor, mandato Enstorgij Episcopi Mediolanensis, lupum, qui duo iumenta, quibus voluebatur currus, vorauerat, iugo se submisisse & currum traxisse. Nortbertus Archiepiscopus Machdeburgensis, ex Surio, cuidam puero petenti canem onum custodem sibi dari, respondit, cum lupus aduenerit, iubeto ei, nostro nomine, nè quid gregis attingat; simplex puer mandato obsequens securè degebat; contigit interim ouem à lupo rapi: puer præcepti memor post lupum accurrens clamitabat, vt Domini ouem dimitteret, sic enim præceperat ipse: tunc lupus, admiranda Dei benignitate, ouem illæsam dimisit. Alias cum missus esset quidam frater in agrum ad custodienda animalia, lupus per spatium totius diei, quasi custos adstitit, vesperi, dum grex domum ducebatur, lupus eminùs sectabatur, deinde, grege domum introducto, clausum ostium
F lupus ille quasi ingredi volens pulsabat, tunc S. Nortbertus dixit fratribus, quare hospiti non aperitis? tunc responsum fuit non hominem, sed lupum esse. Sanctus verò percunctabatur, quid hoc esset; at custos gregis narrauit hunc lupum tota die, quasi custodem gregi adstitisse, tunc Sanctus ei aliquid pabuli dari iussit, quia mercedem de impenso seruitio requirebat. Itaque lupus, acceptis carnibus oblatis, statim abijt. Alia die, cum quidam fratres ad cædenda ligna in syluam profecti essent, videntesque lupum vorantem capreolum illum fugarunt, & capreolum domum tulerunt; lupus autem illos, vsque ad ostium sectabatur, ibique pro foribus tanquam canis domesticus morabatur, & fratribus clamitantibus, vt lupus fugam arriperet, loco tamen non mouebatur. Quo audito, Sanctus Nortbertus ab eis scisitabatur, quid nam esset, at Fratres causæ conscij, & veniam petentes, quæ gesta erant, planè narrarunt, tunc Sanctus illis præcepit, vt lupo prædam restituerent, qua accepta, neminem lædens placidè recessit. Denique Maiolus recitat, non longè à Nilo in magna eremo, syluestrem lupam anachoretæ cuidam sanctissimo semper cœnanti pro foribus tugurioli adstitisse, donec cœnatus reliquias porrigeret; illa verò lambens illius manus, quasi deosculans in suas redibat latebras. Ad finem res admirabiles de pueris a lupo ablatis, & supra ordinem naturæ parentibus restitutis recitabimus. Egnatius scriptis mandauit duos Eustachij filios, nempè alterum à lupo, & alterum à leone, dum pater medium tranabat amnem, abreptos fuisse, & Auctor addit ipsos, qui flebiliter fuerant amissi, fœliciter postea parentibus non sperantibus restitutos fuisse. Tempore B. Bernardi, secundùm Surium. & Sancto Roberto Abbate Molismensi iam recens defuncto, quædam mulier cum duobus filijs ad eius tumulum peregrinans in sylua pernoctare coacta est; quare, accenso igne, nocte intempesta lupus aduenicns, & iuniorem filium abripiens aufugit, mulier id animaduertens preces ad D. Mariam semper Virginem, & S. Robertum fundere non cessabat. Quando bellua, ferociæ oblita, innoxio ore, puerum incolumem matri reddidit. In Castro Veldensi, vt annotat Cæsarius Heisterbacensis, Matrona quædam nomine Iutta cum filiam in proximũ
H pagum educandam tradidisset, puellam iam triennem in area ludentem lupus, quibusdam aspicientibus, collo mordicùs comprehenso ad syluam vicinam detulit, quem alii qui clamitantes, incassùm secuti, reuersi sunt, quorum vnus in castrum currens matri secùs mensam sedenti, filiæ infortunium nunciauit, quæ statim surgens, illacrymans, & sacellum quoddam D. semper Virginis, quam ex animo quotidie venerabatur, ingrans de sinu Virginis Saluatoris Imaginem abstulit, & fusis precibus in hæc verba prorupit. Domina, nisi sospitem mihi reddas filiam, hanc Saluatoris nostri iconem non restituã; tunc temporis lupus puellam dimisit, nam plures ex illo pago vestigia lupi persequentes, vt reliquias puellæ ad tumulandum inuenirent, iuxta quoddam frutetum, illam deambulantem, lupique dentium stigmata in gutture impressa habentem, in tanti miraculi testimonium viderunt. Hæc relata fuerunt Auctori ab Hermano Abbate loci S. Mariæ, qui puellam vidit, & matris ore, quæ scripta sunt, audiuit.

in annal. Eccles.

in offic. tom. 2.

tom. 3.

colloq. 7.

lib. 1. de var. hist. tom. 2.

lib. 7 illust. mirac. c. 46

A

MYTHOLOGICA.

lib. 10. AEgyptij narrant, teſte Vulteio, quando Iſis cum Typhone erat prælia-tura, Oſyridem, effigie lupi, vxori opem laturum ab inferis aſcendiſſe, ideoque in huius rei monumentum Aegyptij lupum venerantur. Rhampſiniſum quoque Regem viuum, aiunt, ad inferos deſcendiſſe, & cū Cerere alea luſiſſe, iterumque ad ſuperos rediiſſe, hocque tempus à deſcenſu ad reditum feriatum eſſe dicebant; quo tempore, vt notat Herodotus, Sacerdotes lib. 2. oculis velatis ad Cereris templum, geminis lupis ducibus, ſe conferebant, quod ab Vrbe ſtadia viginti diſtabat, & rurſus a templo ad locum, à quo diſceſſerant, à lupis reduci. Omittemus, breuitatis ſtudio, lupum Apollini ſecundum aliquos fuiſſe conſecratum, orat 4. quamuis alij Marti dicatum facerent: Vnde Iulianus ſcribebat, cur lupus Marti potiùs, B lib. 1. me-tam. quàm ſoli conſecratur? Omittemus etiam Lycaonis Arcadiæ Regis fabulam tanquam notiſſimam, qui tandem, teſte Ouidio, in lupum fuit tranſmutatus.

APOLOGI ET FABVLÆ.

CAllidiras, & verſutia lupi Mythologis fabulandi anſam dederunt. Propterea Abſtemius Aſinum aliquando graui oppreſſum morbo finxit, lupumque petentem ab aſini pullo de patris valetudine, qui per oſtij rimulam reſpondebat patrem melius ſe ſe habere, quàm lupus cuperet. Apologus indicat obſequia hoſtium ſemper ſuſpecta eſſe: quarè Græci meritò dicunt Τῶν ἐχθρῶν δῶρα ὄδορα hoſtium dona non dona, imò ἀνώδορα. Aeſopus quoque ſcripſit ob aſſiduum bellum inter lupos, & oues, lupos legato miſſo, ouibus pacem nuncraſſe, ſi ſibimet canes traderent, quo facto lupi canes dilaniarunt, & oues facilimè mactarunt. Ideo Apologus exponitur hoc diſticho. C

Tutorem retinere ſuum tutiſſima res eſt,
Nam ſi tutor abeſt, hoſtis obeſſe poteſt.

Amplius lupo, & agno quandoque ex eodem riuo bibentibus, lupus agnum obiurgauit, quia turbauerit aquam, cum tamen agnus in parte inferiori potaret, ipſumq. propriam manifeſtantem innocentiam iugulauit. Hic Apologus ſpectat ad tyrannos, qui iuſtos, & iniuſtos ſpoliant, & opprimunt. Idem Aeſopus reſpiciens malignos lupi mores, loco cit. recitat olim quemdam paſtorem, lupi catulum repertum vnà cum canibus aluiſſe, qui adultus clanculum aliquam ouem occidebat, illaque cum canibus veſcebatur. Paſtor, re intellecta, lupum ex arbore ſuſpēdit. Fabula denotat hominem præ naturæ difficulter bonos mores induere poſſe. Huic affinis eſt illa fabula, in qua lupus ouis pelle indutus ouium gregi ſe immiſcuiſſe, quotidieque aliquam ex ouibus interfeciſſe perhibetur; quo animaduerſo, cuſtos illum laqueo ſuſpendit, interrogantibus autem cæteris paſtoribus, cur ouem ſuſpendiſſet. Reſpondit pellem quidem eſſe ouis, opera verò fuiſſe lupi. Fabula indicat homines non habitu eſſe æſtimandos, quoniam multi ſub ouis ſpecie opera D lib. 20. Ornith. c. 5. lupina moliuntur. Denique Apologus de grue os è faucibus lupi extrahente conſultò prætermittitur, quoniam in hiſtoria auium fuit exaratus.

SOMNIA.

DE lupis per ſomnium viſis multa Oneirocriti fabulantur. Itaque non abſurdū eſſe exiſtimamus nonnulla de ijs proferre, vt eorū nugæ magis, atq; magis innoteſcant. Cardanus, qui in hoc genere perpetuas agitat nugas, lupū veluti, & Aquilam per ſomnium conſpectum furem apertum ſignificare lib. 1. de in-ſomn. c. 33. pronunciat, vbi Hyænam quoque Feram lupo ſimilem mortem denotare aſſeuerat. Sed quæsò quis hoc inter pueriles nugas non collocaret? cum apud rerum naturalium ſcrutatores nondum conſtet, quale animal ſit hyæna. Bellonius enim felem

Zibeti

E Ziberi hyænam esse arbitratus est, & Gesnerus Gulonem suam hyænam esse constituit. Amplius idem Auctor, quoniam lupus nobis aduersatur, ipsum per quietem obseruatũ denotare manifestum hostem libere astruit. O præclarum speculatorem, omnia igitur animantia nobis infensa, idem significare, attestari deberemus. Deinde, si quis de nobis quærat, quid sibi velit Cardanus, quando scripsit *Si quis per quietem Lupum equitare sibi videatur improbo, & potenti viro dominabitur.* Nos ab ipso illiteratas fabulas proferri dicemus, quæ cum nullis nitantur fundamentis facilè corruunt. *lib. 1. de insomn. c. 38.*

HISTORICA.

F Rætermissa lupæ historia, quæ geminos aluit Mauortia fratres tanquam omnibus notissima, ad historias minus vulgares accedemus. Iornandes agens de Scarotiæ insulæ situ, scriptis mandauit ibi paruas, sed plures esse insulas, ad quas si, congelato mari, lupi transierint, hi ob frigoris excellentiã luminibus orbari feruntur. Ideo concludit auctor hanc regionẽ non solum hominibus, sed etiam Feris inhospitalem esse. Cæterum, iuxta Mœotidem paludem, ex Aeliano, lupi cum piscatoribus liberè versantes à domesticis canibus non discriminantur, & si maritimæ prædæ partem ab ipsis consequantur cum piscatoribus pacem habent, & quæ cœperint custodiunt, sin secus, retia lacerant. Maiolus quoq; in Hellespontо lupos hominibus passim familiares esse autumat. Qua de causa non est mirandum, si Apollonius scribat se nouisse quemdam hominem ab infantia cum lupis educatum, qui, ritu luporum, currere, & vlulare solebat. His notatis, descendemus ad historias eorum, qui à lupis, vel interitum, vel insignem aliquam læsionem reportarunt. Refert Cæsarius Heisterbacensis fuisse quemdam hominem iuxta Aquisgranum, qui tres habuit liberos, & eo tempore, quo ibidem Philippus coronatus est, multi in prouincia lupi vagabantur, ex quibus vnus infantem extra domum deambulantem rapuit, sed miles quidam fortè per viam equitans pueri misertus, post lupum cursitans, cum incolumen ex dentibus Feræ excussit. Non multò post idem puer ab alio lupo rapitur, & præfocatur. G Habebat hic puer sororem natu maiorem, quam de fonte aquam hauriẽtem lupus apprehendit, & antequam homines ei subuenire possent, puellam extinxit. Pater duobus liberis priuatus, cum quadam die tertium domus custodem reliquisset, reuersus neminem vidit, ideo verisimile est, teste Cæsario, quòd à lupis vagantibus, vt cæteri, fuisset deuoratus. Idem Auctor tradit iuxta quandam villam lupum mordicus brachium puellæ adultæ comprehendisse, quam secum trahens clamantem durius premebat, & tacenti parcebat, hæc in syluam ad alium lupum ducta fuit, cuius gutturi os erat infixum, vnde manus puellæ per lupum in os lupi laborantis imponitur, & extracto osse puella à lupis ambobus ad villam reducitur. Idem recitat in Carpania id contigisse numerum die vacationis, multos discipulos in syluam se contulisse, ingressosque lupæ antrum, catulos omnes eiecisse, eorumque pedes biennio ab vno discipulorum amputatos fuisse. Quarè, reuersa lupa, visaque catulorum strage, illicò omnes discipulos insecuta eum solum, qui facinus patrauerat, iugulauit, q amuis postmodum lupa à cæteris interfecta fuerit. Milo quoq; ex Pausania conspicatus aridam quercum immissis cuneis hiantem in finibus Crotoniatarum, robore suo fretus, truncum illum rescindere conatus, cuneis relaxatis, & manibus à trunco detentus à lupis discerptus fuit. Quid simile narrat Procopius in Samnio contigisse; nam Samnitibus pueris pecus pastum educẽtibus, duo, vt fieri assolet, equales inter se colluctabantur, victum autem, & in terram prolabentem cæteri illudendo, & increpando ex proxima arbore suspenderunt, interim, lupo adueniente, perterefacti omnes fugerunt, qui verò periocum suspensus pendebat, à cæteris destitutus in cruciatu interijt. Athenienſium mos erat vetus, teste Ioanne Bohemo, vt belluam hanc tanquam rei pecuariæ infestam prosequerentur. Propterea lupum afferens quinquè drachmas, ex Publico, qui lupi catulũ vnã accipiebat, hoc pecoris, illud bouis pretium fuit. Non absimile narrat Gaspar Bugatus, scilicet tantam luporum copiam in territorio Mediolanensi ob pestem, & bella creuisse, qui hominum cadauera edere assueti erant, vt nocte per pagos, & suburbia pueros etiam ab incunabilis raperent. Ideirco lupum occidenti tot libras imperiales soluere statutum fuit; atquè ita luporum destructionem moliti sunt. De

in lib. de reb. Get. c. 3.

colleq. 7.

lib. 10. hist. memor. c. 65

lib. cit. cap. 66.

lib. cit. cap. 74.

lib. 6.

lib. 1 de bell. Goth.

lib. 3 de moribus gent. c. 2

lib. 6. hist. vniuers.

tanta

tanta luporum copia cui hoc mirum videri non debet, quia, ad rem, scribit Sigonius, ob A
lib. 10. de re gue Italia. assiduas seditiones, & bella aduersis villis, & vastatis Lombardiæ agris, lupos fame rabidos per campos passim vagaros fuisse, & circa fossas vrbium, absurdis vlulatibus, omnia repleuisse, & oppida ingressos sæpè homines laniasse, & præcipuè quos in plaustris, vel sub porticibus soporatos inuenerunt. Imo addit Auctor parietes quandoquè perforasse, & infantes in cunabulis nactos deuorasse, quoniam omnibus combustis solitum ouium pabulum non reperiebant.

PRÆSAGIA, ET PRODIGIA.

EX auibus, & quadrupedibus olim Ethnici, Auctore Ioanne Rosino, sua
lib. 3. antiq. Rom. præsagia, & auspicia sumebant, nam si lupus ad dextram pleno ore commearet, prosperæ, & magnæ rei argumentum esse opinabantur. Sicuti ex B
lupo solo progrediente, diutiusque vlulante, vel à desertis locis ad habitata accedente, secundùm Aelianum, tempestatis acerbitatem præsagiebant. Quemadmodum, & nocturni luporum vlulatus, secundùm Priscos, mala prædicebant. Vnde Virgilius sic canebat.

——— & alia
Per noctem resonare Lupis vlulatibus Vrbes.

Quamobrem à lupis mala, vt plurimùm hariolabãtur. Ideoque coloniam, quam C. Gracchus, instaurata Chartagine, Iunoniam appellauit, infœlicem futuram Haruspices dixerunt; propterea quòd lupi metas ibi positas subitò morsu subuerterunt. Maximino Imperatori viro bellicosissimo exitium lupos portendisse ferunt, qui circiter quingenti simul ingressi erant Vrbem, in quam ipse se receperat, cum in Italiam aduersus Maximũ, & Balbinum profectus esset. Amplius, si lupi in foro Romano visi essent; & incolumes e-
lib. 4. hist. cap. 4. uasissent, oppressionem Vrbis, & alia designasse peritula animaduerterunt. Ad rem refert Orosius anno ab Vrbe condita 477. tres lupos ante lucem ingressos Vrbem semiuoratum cadauer intuliisse, quod strepitu hominum exterriti in foro reliquerunt. Iulius C
in lib. de Prodig. Obsequens tradit luporum multitudinem vnguibus exauasse terminos è possessionibus, quæ per Gracchum anno ab Vrbe condita 637. diuisæ fuerant, quare Gracchi mortem in Auentino monte præsagiebant. Quemadmodum ex eodem Auctore, lupi olim
loco citato. Capitolium ingressi, & postea à canibus expulsi anno ab Vrbe condita 296. obsidionem Lucij Minutij, & liberationem per Quintum Concinnatum factam cum hostium subiugatione prænunciabant. In ea quoque clade, quam sub Hadriano Iudæi passi sunt, lupi,
lib. 11. Hyerogl. teste Pierio, per Vrbes passim irruentes vlulabant. Insuper cum descendenti ab alpibus
Dedac. 4. lib. 6. Annibali Romani resistere conarentur, tunc T. Liuius, tradit ad Ticinum lupum in castra intrasse, laniatisque obuijs, intactum euasisse. Semper enim ita inauspicatus luporum in vrbe conspectus habitus est, vt quotiescunque lupi viserentur, auctore Ioanne Rosino, Vrbs semper solemni lustratione expiaretur. Prædictis addere possumus alia de lupis
li. 5. de bell. ciuil. prodigia; nam Appianus Alexandrinus scripsit, cuiusdam tentorij excubitorem à Feris, sola excepta facie, absumptum fuisse, quasi ad hoc relicta, vt absumptus noscereturD
sine clamore, & nemine conquiescentium sentiente factum fuisse, & Brunduſſinos dixisse, sub diluculum è tabernaculis se lupum procurrentem conspicatos fuisse. Anno Domini 1176. in agro Gebennensi, lupus corporis magnitudine, & rabie alijs dissimilis plus quam triginta homines deuorauit, vt habetur in libro stemmatum Lotharingiæ Ducum.
rom. 4. in lib. de Prodig. At in libro de prodigijs, & ostentis, habemus a lupis ferocibus in Ruthenensi pago paruulos ab vberibus matrum raptos, & diris morsibus laceratos fuisse. Richardus quoque Dinothus literis mandauit sub Secundum bellum Punicum, Romæ inter alia prodigia, lupum extemporeis castra aduenisse, ensemque cuiusdam militis à vagina extraxisse, & asportasse. Quamuis, ex hactenus relatis, hoc animal iuuandis mortalibus non sit natũ,
Gelonis Syracusf. hist. tamen Geloni Syracusano in scholis rudimenta prima discenti auxilio fuit, vt ab imminenti vitæ periculo subduceretur: nam cum Præceptor eius, & frequentes condiscipuli in ludo literario essent, mirandæ magnitudinis lupus irrupit, Geloniſque tabellis arreptis, foràs properabat, sed Gelon haudquamquam perterritus, ne tabellis priuaretur, eas manu fortiò tenens lupum sequebatur, sed postquã limen transierunt, gymnasiũ repentè

corruit,

E corruit, & magistrum, & condiscipulos oppressit. Item cerua à lupo fugata cum inter duas acies illæsa euasisset, Romanis victoriam pronunciauit.

MONSTRA.

Am arcto vinculo prodigia monstris copulari feruntur, vt facere non possimus, quin monstra prodigijs subnectamus. Scribebat enim Cicero, *Monstra prædictiones, & præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ futura sunt, portendi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur.* Cæterum in monstris adhuc locum specturis recensendis non longa verborum ambage vtemur, cum Alexander ab Alexandro solius meminerit Lamiæi, qui apud Lucanos regnauit, is enim tertium pedis digitum lupinum habuit. *lib. 2. de nat. Deor.* *lib. 4. gen. diet.*

F

MYSTICA, ET ALLEGORICA.

Vpus, in sacris paginis, cum agno cubaturus iuxta illud Isaiæ. *Habitabit lupus cum agno.* Iustitiam, & misericordiam in aduentu D. N. Iesu Christi arctissimo vinculo iungendas esse significabat. Nam Riccardus, in commentarijs symbolicis, à lupo iustitiam & ab agno misericordiam denotari pro comperto affirmat. Præterea, quando in Genesi legitur. *Benjamin lupus rapax mane comedet prædam, & vespere dividet spolia.* Hoc de Pauli conuersione dictũ voluit Eucherius, quoniam Paulus de Tribu Beniamin, qui manè comedit prædã, quando Christi fideles odio plusquam vatiniano insectabatur; vesperè diuisit spolia, quando conuersus prædicans multos à vana religione ad christianam fidem conuertit. Lauretus verò, per lupum rapacem, Iudæos sanguinem Prophetarum sugentes interpretatus est. Amplius, in sacris literis, lupi mysticè homines peccantes designant; nam in expositione illorum verborum Saluatoris nostri. *Ecce mitto vos sicut agnos in medio luporum.* Sanctus Augustinus contra Fortunatum Manichæum Homines in hoc orbe sublunari peccantes exponit, significant etiam Tyrannos, vt Lauretus annotat, iuxta illud Hieremiæ. *Lupus ad vesperum vastauit eos.* Imo, & Hæreticos, de quibus loquens Gregorius Nazianzenus dicebat. *Graues istos lupos timeo, ne tenebris ob feruantes gregem nostrum eripiant.* Cui leges canonicæ, vt habetur per Clementem Quartum omninò adstipulantur. Si lupus, in sensu mystico, omnes peccantes indicare videtur, multò magis Dæmones designabit. Quare lupus dispergens oues, apud Ioannem Diabolus ad varia vitia animas trahens à D. Augustino exponitur. Quando verò Abacuc scripsit. *Lupi vespertinis vesperis.* Lauretus, in sylua allegoriarum fugientes à Dæmonibus, & properãtes ad Deũ, interpretatur. Quamuis secundum alios, Ro nani denotentur; qui aduersus Iudæos vesperis fuerunt. Idcircò lupi, inter quos mittit Dominus discipulos suos tanquam agnos, non solum intelliguntur Christi fidelium persecutores, sed etiam Dæmones, qui hominum animas strangulant. Veniunt enim in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces, vt D. Matthæus optimè annuit. *Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus, autem sunt lupi rapaces.* *cap. 11.* *in Sil. Alleg.* *disput. 2.* *cap. 5.* *in C. vtosfic. de Hæret. in 6.* *cap. 1. in verbo auell.* *cap. 7.*

MORALIA.

Anta est luporum cum peccantibus conuenientia, vt sæpè numero homines vitijs dediti, proprietates luporum imitentur. Nam lupi, secundum Physiologos, in parte anteriori magnam fortitudinem, & in posteriori insignem imbecillitatem præseferunt. Nefarij homines partem anteriorem in auro congerendo validam, & partem posteriorem, scilicet in Bonis vitæ futuræ acquirendis inualidam possident. Luporum pariter interanea, ob debilitatem facilem corruptionem nanciscuntur, extimæ autem partes duræ sunt, & ve-

Conſcientia peccantium qualis.

venantium venabulis validè reſiſtunt. Peccantes quoque partem intimam, nimirũ conſcientiam infirmam habent, parte verò exteriori, fctibus nempè verbis cõcionatorum, & redarguentium fortitet reluctantur, nè ad partes intimas correctiones penetrare valeant. In reliquis quoquè peccãntes luporũ mores æmulantur; nam ſi lupus ad aliquod ouile ingrediatur, nemine impediente, cum illi non ſufficiat vnam tantùm ouem interemiſſe, totum gregem iugulat. Perditi quoquè homines, ſi Deus illis diuturnam vitam largiretur, totum gregem, ideſt totam patriam diſſiparent. Ideo Marcus ſcripſit. *Niſi Dominus breuiaſſet illorum dies, non fieret ſalua omnis caro.* Lupus inſuper prædando cõtra ventum progreditur, ne canes, ol factu, eorum viam indagaro poſſint; peccantes, ne doloſè illorum fraudes detegantur, in hoc, lupmam naturã æmu'ari ſolent. Quod præſtare Chriſti fidelibus minimè conuenit, licet Reuſnerus cecinerit. A

Cap. 13.

In paradiſ. Poet.

Omnibus eſſe Lupos licèt in regione Luporum
Inter Pygmeos non pudet eſſe brevem.

Si peccantes in ſpecie contemplemur, inueniemus furem Lupum eſſe nuncupandum. B

l. ſi ſeruum C. de furt.

Quocirca Iuris Periti, ad rem loquentes, ſcribunt, quòd Paſtor lupus fieri non debet. Item teſtes falſi, nec non illi, qui de domo propria pro alicuius rei teſtificatione, producuntur, lupi cuſtodes in Decretis Gratiani appellantur. Præterea Mercenarius paſtor lupus vocatur & paſtoris nomen non meretur, quoniam videns lupum venientem, vt rapiat oues, vel Hæreticum, vt illas decipiat, vel Tyrannum, vt eas affligat, ſtatim formidans illas relinquit, & tacendo & non reſiſtendo fugit: quam ob cauſam per Gratianũ cognominatur Lupus, & iure meritò hoc lupi nomen malo Prælato competere poteſt, nam quemadmodum lupus fruſtatim vorat agnum, pariter mali paſtores, teſte Gratiano, bona Eccleſiæ conſumunt. Intereſt igitur optimi Prælati, & probi paſtoris, Domini Eccleſiam contra luporum inſidias diligenter cuſtodire. Competit quoque hoc lupi nomen ijs qui voracitati ſuæ deſeruiunt, & inſatiabilem, profundumq. ventrem ſemper eſitando diſtendunt. Propterea Ioannes Franciſcus Apoſtolus ad quendam ſagina expletum, & crapulam exhalantem ſcribens lupum vocitauit hunc in modum.

4. q. 6. C. contra.

C. tres perſon. 23. q. 4.

C. 1. 13. q. 1

in lib. epigr.

Nam neque te retines vultum, nomenq. gulosi,
Nec malus ut lurco, ſed lupus, atque gula.

Deinde Morales, nomen lupi auaris pereleganter quadrare exiſtimarunt, nam lupus reliquias prædæ ſub terra abſcondit, quæ aliquando tanta in contrahunt putredinem, vt neque ab ipſo, neq. ab alijs Feris vorari poſſint. Auarus diuitias, & bona temporalia occultat, idcoque nec ipſis fruens, nec pauperibus illas diſtribuens ab hæredibus diſſipari permittit, qui aliquando tanquam lupi auari præda ſatiat, ſpretis mendicis, ad colluſiones, & ad voluptates animum conuertunt. Lupi quoque fugientes, & catulos ſecum ferunt; Homines auari ſi mutent locum, diuitias ſecum deferunt, illas enim tamquam filios ſingulari amore proſequuntur. Lupi quò ſunt ſeniores eò deteriores, propterea quòd, non valentes Feras prædari, hominibus inſidiantur. Auari, in hoc genere, ſunt lupi, nam ſeniores, pauperibusque inſidiantes, maiori auaritia premuntur. In dictorum confirmationem Roſtellius addit in tartareo ſpecu a Dæmonibus ſub forma lupi auaros puniri, dum canit. C

Auarus quare lupus dicatur.

li. 1. mixmor. artif.

Hic curuos cernes, vacuoſque numiſmate auaros,
Quos ſub fronte lupi ſæua Megera quatit.

Sed poſtquam in Diabolum incidimus, notandum eſt ipſum ſummis rationibus lupũ appellari cum eſſe. Primò, quoniam ita vocatur per Gratianum, quando dixit. *Oportet ſacerdotes, quibus Domini populus commiſſus eſt cum magna conſtantia vigilare ſuper dominicas oues ne lupinis morſibus lanientur.* Deinde, quia lupus, ſi hominem præuiderit, vocem adimit, ita Diabolus obſeruans aliquem concionatorem gratis redargutionibus populos alloquentem, omnes edit conatus, vt illi vocem adimat. Deniq. lupus nunquam, per loca cryptæ, in quã catuli aluntur, proxima prædatur, ſed per loca remota noctu venatur. Similiter Diabolus tartareo ſpelæo vicinos non inuadit, ſed ab ipſo remotos, nempè viros probos, & iuſtos, quos variis tentamentis, malorum vi, & iniquitate fortunæ adoritur. Ad finem lupi nonnullæ ſunt proprietates, quas peccantes imitari deberent. Lupus igitur in venando, pedem obſtrepentem impunitum non relinquit, quin morſibus illum laceret. Pes hominum, ideſt affectus, ſi deſiderio, & amore rei mundanæ allectus peccet, ita vt in corde ſtrepitum malarum cogitationum generet, tunc peccans debet ipſum ſe D

C. oportet. D. 1.

Diabolus cur lupus dicatur.

redar-

E redarguendo, & puniendo mordere. Lupus quoquè quem ob villum amatorium extremitati caudæ adhærentem venatores insequuntur, ad mentem Solini, dentibus eum auellit. Pari ratione Christicolæ imminens auaritiæ, vel luxuriæ periculum obseruantes, illico occasionem auferre debent, veâ manibus stygij venatoris euadant.

SIMVLACRA, STATVÆ.

IN Vrbe Boxu, vt habetur in epistola Iaponica, quædam secta emersit, quæ vbiquè luporum simulacra habuit, lupum enim adorabat, omnesque illum rogabant, vt in lupos verterentur, vbi ad alteram venirent vitam. Desiderabant enim potius in lupos, quàm in aliud animal transmutari, cum hæc Fera alijs bestijs dominetur, & sit terroti. Verum, de hoc nos ingens admiratio non debet inuadere, cum Lycopolitani, ex Gyraldo, & lupum, & eius simulacrum venerentur. Imò, & Aegyptij non modo hæc animalia viua tanquam numina quædam inuentur, & curantur sed etiam mortua, ex Ioanne Bohemo, sindone inuoluũt, & sepelunt. Græci idem præstant in honorem Apollinis Romani verò in honorem Martis, necnon Romuli, & Remi honorato cultu, & obseruantia prosequebantur. Propterea Tyberis simulacrum, lupæ duos infantes lactanti adhærentis figurabant. Lupa item delineata cum duobus infantibus, arbore ficus, duobus globis, & aliquando cum quadam veluti nauicula, Vrbis Romæ simulacrum repræsentabat. Vnde Paschalius ad id alludens, & Romulum alloquens sic canebat.

in li. de reb. gest. in ord. sec. des.

syntag. 1.

lib. 2 de mor. gent.

in lib. icon. de lupa.

Te lupa lactantem cunis excepit ab imis,
Lactat, & Auctorem regia Roma suum.
Romulida hinc mores hausit cum lacte lupinos,
Hinc etiam innumeras, Vrbs alit una lupas.

G Pro Deo Silentij Antiquitas effigiauit hominem oculis refertum, tanquam Argum, cum pelle lupi ab humeris pendentem, quoniam lupus animal sit taciturnum, nam rapiens prædam tacitè fugit. Ripa figurat Martem armis munitum supra currum à duobus lupis tractum, quoniam hæc animalia Marti sacrata esse Prisci existimauerint. Simulacra lupi, cum tauro prælientis in foro Argiuorum habetur, cuius causa superius exarrata fuit. Meminit Petrus Martyr simulacri capitum luporum, quod Incolæ in laminis aureis scalpunt, quibus postea suum Idolum, Cemi nuncupatum exornant. Amplius non sunt silentio inuoluendæ icones, quas, nostra ætate, pictores cum lupis delineant. Ripa enim pro auaritiæ simulacro exhibet figuram anus altera manu crumenam stringentis, penes cuius pedes lupina imago conspicitur, cum hoc animal, voracitate, cæteris antecellat. Similiter propriam vtilitatem, quam Itali *interesse*, vocitant Ripa depingit hunc in modũ. Figurat hominem inuberem, & gracilem lupino spolio amictum, manibus globum stringentem, cuius aurium forma lupinas æmulatur. Tandem idem Ripa ætatem ferream hoc modo ante conspectum hominum repræsentat. Figuram mulieris armatæ, & galeatæ manu ensem stringentis delineat, cuius capitis munimentum icona lupini capitis est decoratum. Omissis pictoris ad statuas accedemus. Statua ænea lupi, ex Gyraldo, in templo delphico visebatur, quæ transfigurationem Latonę in lupam memorabat. Sed Pausanias literis mandauit, apud Delphos lupum æneum fuisse, quoniam fur quidam, cum sacram pecuniam expulisset, & in eâ Parnassi parte syluestribus arboribus opacata se abscondisset, dormientem lupus interemit, deindè quotidiano viatu ad vrbem vsquè progrediebatur. Ideo quidam lupum secuti, pecuniam sacrilegio ereptam, compererunt. Quarè ad perpetuum huius rei monumentum statuam lupi ex ære fabricarunt. Alia lupi statua lapidea inter Locridem, & Phocidem diutissimè permansit, venatrae Nicander, in memoriam lupi, qui Pelei gregem inuasit. Cæterum nullibi maior lupi statuarum copia, quàm Romæ visa est. Primùs in Comitijs olim statua ænea lupæ cum infantibus Romulo, & Remo collocata fuit, ad quam alludens Martialis sic cecinit.

lib. 1. iconolog.

in lib. de Insul. nuper repert. loco cit. in 2. part. Iconolog.

H *Ausa tuis pueris parcere disce lupa.*

syntag. 7. lib. 10.

lib. 2. ep. 25.

Hodie in viridario, *Belvedere* nuncupato supra Palatium Summi Pontificis est simulacrum

Tyberis statuæ lupæ adhærescens. In Palatio nouo Farnesiorum infinitæ statuæ visuntur, inter quas perelegans videtur lupi statua in crypta dormientis. In ædibus Illustrissimi de Rusticis in via Vallis, statua lupæ porphyretica cum duobus infantibus apparet. Denique in priuatis ædibus Blondi Alcouriti, inter alias statuas, Cupido lupum amplexans conspicitur. A

VSVS IN CIBIS.

QVamuis ab Insubribus caro luporum quandoque edatur, tamen apud honestos homines talis caro, vt plurimum, pro cibo non admittitur. Imò Ioannes Bruyerus neminem nouit, qui in cibarijs huiusmodi carnibus vsus sit; illas enim damnat, quòniam non minùs maleficij in carne, quàm in luporum visione esse opinatur, & addit pastores bestias à lupis iugulatas plurimùm in cibis reformidare, quia aliquid inesse veneficij arbitrantur. Quin, & pelles ouium ab his per æstatem laniatarum facilius pediculos generare asseuerant. Huius viri sententiam auctoritate aliorum clarissimorum virorum stabilire possumus. Nam Auicennas lupinam carnem, quemadmodum & aliorum animalium rapacium tanquam prauam, & concoctu difficilem, minimè commendat. Tales enim carnes, in temperamento ad siccitatem declinant, ideo bilem atram in corporibus generant, hinc corrupti humores, & mali spiritus producuntur, qui postmodum ad mentem Rhasis, tàm in somno, quàm in vigilia prauas imaginationes excitant. Galenus tamen animaduertit, si aliquando contingat lupinis carnibus vti, à liene semper abstinendum esse. B

lib. 13. de re cib. cap. 28.

lib 2 san. cap. 145.

lib. de atra-bil. cap. 7.

VSVS IN MEDICINA.

VIres medicas omnibus lupi partibus exploratas inesse, Auctores non proletarij tradiderunt. Quare ordinem seruaturi à capite inchoabimus. Caput igitur lupi, vel eius portionem pulmino suppositum ægrotantes soporare voluit Sextus. Dentes huius animalis serrati sunt, & robusti, ideoq. secundùm Plinium, si ijs infantium gingiuæ perfricentur citiùs, & citra dolorem dentes euocantur. Nequè lupi guttur sua virtute caret; cum scribat Agricola, eos, qui per lupi guttur biberint certissima salute a synanche, & à podagra euadere. Cor lupi exiccatum fieri aromaticum & epilepticos curare multi arbitrantur, propterea Gesnerus in libro manuscripto Germanico aduersus epilepsiam infrascriptum inuenit remedium, quod recipit, visci quercini vnciam vnam, visci de pino vnciam semis, scobis mucronum de cornu cerui drachmas duas, cordis lupini drachmam vnam, misceantur hæc, & paratur medicamentum aridum, quo ægrotus vratur in diluculo. Inter alias lupi partes hepar frequentiores habet in medicina vsus; dummodò, iuxta præceptum Dioscoridis, prius vino aromatico probè abluatur, & tenuissimo santalorum citrinorum puluere inspergatur, deinde exiccatum, & foliis absynthij inuolutum reponatur, quod postea in iecoris affectionibus, & potissimùm, in hydrope insigne habet prærogatiuam. Ingrediatur autem aquam, & pilulas ad hydropem, quæ medicamenta à Vuecherio descripta, lector videre poterit. Galenus quoque in affectibus iecoris tale præsidium à substantiæ proprietate operas dignis celebrat encomijs. Vbi vero ex professo de lupino iecore pertractat, medicamentum de Eupatorio cum lupino hepate paratum, vel sine illo præscriptum idem præstitisse asseuerat. In conciliandis his Galeni locis, dicendum est cum Roratio, iuxtà varios medicaminum tractatus, Galenum de ipsis diuersimodè locutum fuisse; Nam in primo loco citato de Pharmacis à proprietate substantiæ operantibus verba fecit, at in secundo loco de ijs, quæ manifesta qualitate operantur, locutus est. Propterea lupinum hepar medicamentis additum nullum commodum sensibile afferre potest, cum qualitatibus manifestis non operetur, licèt, auctore Erasto, lupinum hepar inter caliditatem, & frigiditatem medium esse perhibeatur. Fel duplicem habet vsum, nam Albertus cum grano moschi mixtum naribus epilepticis semel in principio mensis, C D

caput.

Dentes.

Guttur.

Cor.

Hepar.

lib. 2. antid. spec.

lib. 8. de comp. med. loc.

lib. 11. de simp. med. fac.

fellis vsus.

E menſis,& ſemel in medio admouet. Plinius autem illud cum Elaterio mixtum, ad laxandam aluum, umbelico applicat. Verùm quid dicemus de lupi virga? cum hæc in furno aſſata, & exhibita ſopitam Venerem, ex Rhaſi, excitet. Poſt hæc, inteſtinum etiam lupi in medicaminibus adhibetur, prius tamen, iuxta præcepta medica, per longitudinem ſcindendum, & in fruſta diuidendum, deinde vino odorato abluendum, in quo ruta, & fœniculum cocta fuerint; poſtea foliis rutæ inuolutum in loco arido conſeruandum eſt; quod in colica affectione aliis non cedit medicamentis. Imo in torminibus, quorum nullum præſentius remedium, quam Cinctus inteſtini lupi commendatur, quod Romæ in vſu eſſe obſeruauit Pierius. Si nonnihil conuertamus ad carnem, hæc, licèt pro alimonia ſuperiùs damnata fuerit, tamen pro medicamine multis affectibus conuenit, hæc igitur caro, ad mentem Sexti, datur patientibus phantaſmata, & timores; eademque ſiue aſſa, ſiue elixa quartanam curat, & hæmorrhoides patientibus prodeſt. Parturientes etiam iuuare ex eo colligit Porta, quoniam lupus Fera ſit multi partus. Rhaſis verò, & Albertus

F hanc carnem cum modico piperis, & melle deſpumato conditam in colico affectu ſelici cum ſucceſſu exhibent. Auicennas autem ſtomacho frigido, & humido vtiliſſimam prædicat. Crollius tandem aduersùs morbum lupæ non ſolum carnem, ſed etiam lupinum adipem præſcribit. Alioquin lupina pinguedine, ex Plinio, oculos fricare contra lippitudinem prodeſt, quemadmodum oculus lupi glaucomata extenuat. Sanguis huius animalis, cum oleo nucum permixtus ſurditati occurrit, ſi Alberto credimus. Amplius oſſa lupi medicis viribus non ſunt deſtituta, nam exiccata, & in puluerem redacta, teſte Vuecherio, ad morbum intercoſtalem ad ictus, & puncturas tollendas mirandum in modum valent. Cæterùm admiratione non mediocri teneri debemus, quòd non ſolum lupi partes, verum etiam excrementa medico vſui deſeruiant. Stercus enim vt annotauit Galenus, & per modum emplaſtri appoſitum, & in potu exhibitum colicis affectibus præſtò eſſe, & de collo patientis dolorem iliacum cum funiculo lanæ ouis à lupo laniatæ vtiliter ſuſpendi dicitur. Poſtremò pellis etiam lupi inter auxilia medica reponitur, nam ſi geſtetur ab eo, quem canis rabidus momorderit, ab hydrophobia tutus erit, vt ſcribit Porta. Item ſtomachi lupini corium ſupra regionem ventriculi gratum concoctionem

G adiuuat. Idem aſſequimur per pelles luporum non natorum, vt aſtruit Crollius, dummodò hæ prius à Pellione accommodatæ fuerint. Inſuper in pelle lupina ſi laborans colica, & podagra inuoluatur ſummam percipiet vtilitatem; quamuis multi ad podagram, ex Plinio, magnificent lupum viuum cerati modo incoctum, donec oſſa tantum modò ſuperſint, quoniam lupus podagra laborare perhibetur.

virga lup.

Inteſtina.

car. lupina.

lib 6. Phyt. cap 9.

in lib. de inter. rer. ſignat.

pinguedo.

oſſa lupi.

lib. 1. Antid. ſpec.

excrementa lupi.

lib. 10 de ſim. med. fac.

pellis.

lib. 5. Phyt. cap. 10.

VSVS IN SVPPLICIIS.

REfert Richardus Dinothus olim à Dannis patricidas tanquam condemnatos in carcerem incluſos, deinde hoc ſupplicij genus mullos conſtitutũ fuiſſe, vt lupis applicati laqueo ſtrangularentur. Non minus ſupplicium fuit, ex Ioanne Magno, illud Iarmerici in Teutones, quorum quadraginta Principes applicatis totidem lupis, laqueo adigens, lachrymabili ſpectaculo, conſumpſit. Priſci quoq. ſolebant damnatos capitali iudicio non præaltæ cruci

H affigere, deinde lupis, canibus, & auibus expoſitos relinquere. Id nobis innuere videtur Catullus, dum ſcripſit.

Effoſſos oculos voret atro gutture corvus,
Inteſtina canes, cætera membra lupi.

Qui plura de ſupplicijs huius generis legere ſummoperè exoptat, adeat Iuſtum Lipſium in libro de cruce, vbi facunda, & nitida elocutione fuſim de his diſſerit.

in lib. de mor. & leg.

lib. 22. hiſt. Goth.

lib. 2. c. 13.

A

VSVS IN VARIIS.



E partes lupi, vt ſuperius declaratum fuit, multis medicamentis famulãtur, nunc quàm varijs, extra medicinam, inſeruiant, declarandum eſt. In primis caput lupi in columbario ſuſpenſum feles & muſtelas arcere dicitur, ex Alberto; cuius rationem in libris de ſubtilitate inquirit Cardanus. Item roſtrum lupi inueteratum veneficijs reſiſtere Phyſiologi autumant; ideoquè villarum portis præfigitur, vt ſcribit Porta. Amplius dentes lupi equo alligant, illumquè in curſu infatigabilem præſtant. Quare non eſt mirandum, ſi Zoroaſtes ſcripſerit equum à lupo ſauciatum bonum, & velocem fieri. Sanguinem quoquè lupinum ad lupos arcendos valere recitat Plinius, ſi circa agrorum fines ſpargatur. Hoc ſanguine olim in ſacrificijs adhibitum fuiſſe notat Plutarchus, quando refert Magos Ariano, quem Dæmonem malum vocabant, res quaſdam triſtes ſacrificaſſe; herbam enim (Omomi) dictamio pila contundebant, Plutonemquè & tenebras inuocabant, deindè, admixto ſanguine lupi recenter iugulati in aliquem locum Solis luce carentem effundebant. Verumtamen Laphriæ Dianæ, ex Pauſania, apud Patrenſes, magno in ara excitato igne, non ſanguinem, ſed lupinos catulos injiciebant. Circa pinguedinem notandũ eſt apud Seruium legi, morem fuiſſe, vt nubẽtes puellæ ſimul cum veniſſent ad mariti limen poſtes antequam ingrederẽtur, ornarent laneis vittis, & oleo inungerent, & inde vxores, quaſi vnxores dictæ: Plinius autem non oleo, ſed lupino adipe inungere moris fuiſſe prodidit, ne ſcilicet aliquod malum medicamentũ inferretur. Ideo ſcripſit Vuecherius, ſi quis ſecum ferat portionem adipis, vel medullæ lupi, vxor eius neminem præter ipſum, diliget. De felle lupi nugatur Rhaſis, dum inquit; Si ipſo cum roſaceo mixto ſupercilia inungantur, linitus ab intuentibus diligetur. Verum magis ridiculum, & ioco ſum eſſe exiſtimamus, quando dicitur, per ligamen virgæ lupi viros, & mulieres ad Venerem inhabiles reddi. Huic affine eſt illud de lupi alura, in qua cor turturis ligatum geſtans vſum venerearum appetitu non irretitur. Non abſimile affert Rhaſis quod decem euocaret Democritos, nimirum deferentem lupi calcaneum in lancea ab hoſtibus ſecutum euadere. Simile tradit Sextus de viatore, qui ſecum ferens ſuum mam caudæ lupi partem rurus iter faciet. Item cauda lupi, vel pellis, vel caput ſupra præſepium ſi ſuſpendatur, beſtiæ, Vuecherio teſte, nunquam comedent, niſi auferatur. Eadem cauda, ex Alberto ſupra præſepium vaccarum, & pecudum appenſa a ſtabulis lupum arcebit; quemadmodum ſi in villa ſepeliatur; luporum ingreſſum prohibebit.

lib. 3. Phyt. cap. 13.

in lib. de Iſid.

in Achaicis in com. li. 4. Aeneid.

in lib. de ſecr.

B

C

lib 6. de ſecr.

VSVS PELLIS.



Lim in militia pellibus ferialicuius animalis vtebantur ad timorem hoſtibus incutiendum, vt alias à nobis relatum fuit, & potiſſimum pelle capitis. Propterea Virgilius deſcribens indumentum Ornithi venatoris dicebat, pro loricâ ceruinum bubulum habuiſſe, caput autem ad vicem galeæ pelle capitis lupini, cum dentibus operuiſſe his verſibus.

Cui pellis latos humeros erepta iuuenco,
Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus
Et male texere lupi cum dentibus albis.

lib. 11. Aeneid.

D

Priſcis temporibus hunc perualuarum fuiſſe morem liberè poſſumus aſſeuerare, cum Virgilius alibi idem repetat quando dixit,

lib. 7. Aeneid.

fuluoſq; lupi de pelle galeros,
Tegmen habet capitis.

Quin', & Propertius hanc Virgilij ſententiam ſtabilire videtur, dum canit hunc in modum.

lib. 4. eleg. 1

Et galeã hirſuta compta lupina iuba.

Galeæ igitur ex diuerſorum animalium pellibus conficiebantur, quod patet ex ipſis nominibus apud poetas. Sunt enim apud illos λυκίαι, καὶ, λυκίαι nempè caninæ, & lupinæ.

Præ-

Præterea inoleuit apud Priſcos conſuetudo, quæ ad noſtra vſquè tempora penetrauit, nimirum pro corporis tegmine pelles luporum adhibere. Vnde Genius, & Pauſanias refert, ab Euthymo athleta ſuperatus pelle lupina amictus erat. In regionibus Scythiæ, vt legitur in Sarmatiæ Europeæ hiſtoria, Incolæ pro veſtibus pelles luporum, & vrſorum conſuunt. Hodie lupinæ pelles veſtibus hyemalibus per pelliones adduntur. *lib. 2.*

LVPVS SYLVESTRIS CVM AGNELLO, ET LYCOPODIO.

DE LVPO SYLVESTRI. A

Caput VII.

lib. 18. c. 11 de gent. ſeptent. lib. 1. cap. 1.

OLaus Magnus agens de lupis vagantibus in Doſſrinis montibus, qui Suetica, & Noruegiana Dominia ſegregant, ſcriptis reliquit, inter varias luporum differentias, duas eſſe, nempe communem, & ſylueſtrem, quæ ouibus potiſſimum, & armentis inſidiantur. Lonicerus autem, in varia hiſtoria, meminit lupi ſylueſtris in Sardinia verſantis, qui quoad molem à lupo communi non eſt valdè diſſimilis villoſior tamèn conſpicitur; ſed Loniceti huic animanti cornua attribuentis opinionem explodendam eſſe arbitramur, cum quid ſimile in animalibus digitatis non liceat intueri. Lupus igitur, cuius iconem hic damus, flaui eſt B coloris, & in comparatione ad lupum communem villoſior eſt, & caudam erectã geſtat. lupi ſylueſtris vſum frequentem in lud s apud Medi populos fuiſſe narrat Ioſaphat Barbarus, qui in ſuo Itinerario in Perſiam refert ſe vidiſſe in Echatana Mediæ maioris capite pulcherrimum ſpectaculum, vbi lupus ſylueſtris pede per longum funem vincto in theatrum ducebatur, & ex altera parte vir armatus prodiens, cumeo prælia batur; at, primo lupo ob certamen defatigato, alius introducebatur.

DE LVPO AVREO,

Caput VIII.

lib. 2. obſer. cap. 108.

VMilionis lupi genus eſt in Cilicia, & vniuerſa Aſia, vt obſeruauit Bellonius, inter lupum, & canem medium, cuius plerumque Auctores, rùm C Græci, tùm Arabes meminerũt. Apud Græcos vulgari nomine *Sguilachi* dicitur, & cum eſſe lupum credit Bellonius, quẽ veteres Græci χρύσεον ideſt aureum cognominarunt. Hoc animal adeò furax eſt, vt non vereatur interdiu dormientes in campis aggredi, noctuque in ruſticorum tuguria ingredi, & eorum veſtes, pileos, & calceos auferre. Præterea hi lupi caterùatim ſemper incedunt, & more canum latrare videntur, & niſi canes eos arcerent, ad pagos vſquè etiam diù penetrare non formidarent. Pere leganti colore flauo prædi ſunt, ideo Incolæ pellibus,

vſus pellis. in Itiner. conſtantin.

quæ vili pretio venduntur pellicéas veſtes ſibimet parant. Busbequius autem clariùs de hoc animali nonnulla fecitat, nempè ſe propè Nicæam audiuiſſe, ineunte nocte, magnum clamorem & incolas retuliſſe, eſſe vlulatum nunnullarum beſtiarum, quas Turcæ Cicalos vocabant. Eranenim lupi vulpibus maiores, & lupis communibus minores,

Deſcriptio.

voracitate tamen, & comedendi ingluuie pares, hi lupi gregatim incedebant hominibus, & armentis innoxij, furto magis, & dolo, quàm violentia victum quæritantes. Turcarũ D tentoria, & domos, nocturno tempore, ſubibant, in quibus quicquid inueniebant eſculenti, deuorabant, quo deficiente, quicquid ibi erat coriacei, vt calceos, cingu'a, enſiũ vaginas, & ſimilia rodebant. Verùm aliquando, in furto, ſuo ſe produnt indicio, quoniã, qui in furando ſunt occupati, ſi quis fortè gregalium, qui foris remanſit vlulare incipiat, mox ipſi idem faciunt parum memores vbi verſentur; quo clamore, homines expergefacti arreptis armis fures manifeſtarios puniunt.

E

DE LVPO SCYTHICO.

Caput IX.

NE quid intactum ad historiam digitatorum quadrupedum spectans remaneat nostra interest nonnulla annotare de illa Fera, quam Gesnerus inter luporum species recensens, lupum scythicum cognominauit, hic vagatur in vltima Scãdinauia post Norue giam, & Gothiam, quem Olaus Magnus in pulcherrima illarum regionum tabula depinxit. Est animal lupi magnitudine perpetuò iracundum, & vngues habet acutissimos: hac de causa Germani ab vnguium acutie Gummelauu appellant, huius animantis iconem desumptam ab Olao Ma-
F gno Gesnerus exhibet.

DE LVPO MARINO.

Caput X.

ÆQVIVOCA, ET DESCRIPTIO.

G QVoniam lupus marinus, apud nonnullos est genus piscis, nomine Labracis, & apud alios est crustaceorum hirsutorum species, de quibus, & in historia piscium, & in historia crustaceorum verba fecimus. Idcirco in præsentia, de his non esse agendum statuimus, sed tantum de lupo marino animali quadrupede digitato verba facturi sumus; & licet Marcus Antonius Pigafetta scriptor Italicus se hoc animal vidisse profiteatur, dum narrat obseruasse lupos marinos variorum colorum magnitudine vitulina cum paruis, & totundis auribus, habentesquè duos pedes, qui figuram humanæ manus repræsentabant, tamen sciendum est, ipsum hallucinatum fuisse, quoniam animal ab ipso descriptum non diserepat ab illa Phocarum specie, quæ à Nuperis Manatę vocatur. Nam lupi marini, ex Fernando Lope, sunt magni, vt vrsi, feroces, pelle adeò dura, vt gladijs ferè sit impenetrabilis. Imò secundum Bellonium animal amphibium est, & piscibus, vt plurimùm famem explet. In littore Oceani Britanici conspicitur, & terrestrem lupum adeo æmulatur, vt non iniuria nomen lupi promeruerit, caput habet enorme, oculos per multis pilis obumbratos, naribus, & dentibus caninis, pelle villis erectis hispida, nigris maculis distincta, cauda oblonga, crassa, villosa, & tandem in cæteris lupum repræsentat, quemadmodum in proposita icone licet intueri.

in itiner.

lib. 1. hist. in d. cap. 3. in li. aquat.

H

LVPVS MARINVS GESNERI, ET BELLONII.

VOX

E

VOX, ET LOCVS.

DErnandus Lopes in historia Indica testatum reliquit, lupos marinos ad instar leonis, rugitum edere, paruos autem vocem hædorum imitari. Imò, eodem auctore teste, in Insula Angrę tanta horum luporum quantitas vagatur, vt quandoquè milliarius animantiũ grex esse videatur. Amplius secundùm relationem Francisci Vlloæ post Portum Sanctæ Crucis magna sita est insula, in qua infinitus ferè horum luporum numerus stabulatur. Præterea totum tractum maritimum Peru, si veritatem docet historia Peruana multi lupi marini colunt. *lib. 1. cap. 3.*

ANATOMICA.

F

RAbetur ex relatione Francisci Vlloæ, dum ipse vnà cum socijs versaretur in Insula post Sanctæ Crucis portum sita, lupis marinis redundante, has Feras ab ipsis multoties mactatas, & dissectas fuisse, vt hepar esui peregratum extraheretur; deindè tanta adipis quantitas obseruata fuit, quæ non mediocrem omnibus intuentibus admirationem attulit. Præterquam-quod in eorum ventriculo nonnulli lapilli nigri reperti fuerunt. *Hepar edile*

ANTIPATHIA.

G

DEgimus in historia Peru, lupos marinos à nonnullis auibus Peruanis odio capitali, optima de causa, dissidere, quoniam hæ aues tanta vi pollent, vt eos ad esum interimant. Sunt autem aues *Buitri* nuncupatæ, quarum alæ extensæ adeò sunt amplæ, vt spatium quindecim pedum occupent; hæ circa illum Oceani Peruani tractum assiduè versantur, ideoque; lupo ad terram venienteobseruato, harum auium altera lupi pedes apprehendit, altera rostro ipsum excęcat, postmodum lupi interfecti carnibus vescuntur. *lib. 1. cap. 8.*

VSVS IN CIBIS.

DAtò superiùs in Anatomicis ad hanc Feram attinentibus narrauimus, ad mentem Francisci Vlloæ, hepar marini lupi esse edule, quam sententiam roborare videtur Fernandus Lopes, dum recitat habitatores Angræ, solis herbarum radicibus, & luporum marinorum carnibus nutritos, diuturna lucis vsura frui. Præterea addit harum bestiarum carnem non solùm recentem esui inseruire, verùm etiam pro commeatu marino sale condiri. *lib. 1. hist. Ind. cap. 2.*

H

VSVS IN VARIIS.

DVas lupi marini partes in varijs adhibitas fuisse, apud Historicos, comperimus, nempe pinguedinem, & pellem. De pinguedine Thucutus tradit, in historia Americana, incolas illarum regionum quandoquè ad decem millia congregari, & in tugurijs se munire, & circa tuguria fascium adipe lupi marini perunctorum aceruum cumulare, deinde hostibus appropinquantibus accendere, vt fumus inde emanans hostes suffocet, & interimat. De pelle refert Fernandus Lopes ab hominibus Brasilienſibus ex pelle lupi marini balteum concinnatum ferri, cui ensem ex ossibus piscium fabrefactum suspendunt. Amplius Populi habitantes inter caput Rus, & caput Brettonorum, pro vestibus, luporum marinorum pellibus vtuntur, & exoticis has pelles tanquam munera singularia largiuntur. *lib. 2. hist. Amer.* *part. 2. hist. Ind. or lib 5 cap. 16.*

A

DE GVLONE.

Caput XI.

SYNONIMA, & ETYMVM.

LVPIS annumerandam eſſe Feram, quæ inſatiabilem, profundumq. ventrem, ſemper vorando, diſtendit operæ pretium eſſe duximus. Hæc, in Suetia, patrio ſermone, vt animaduertit Olaus Magnus Ierff dicitur, à Sclauis Roſomacha, à Latinis, quia guloſiùs cibos edat, Gulo vocatur. B Ctollius agens de internis rerum ſignaturis, hoc animal Boophagon, quaſi magnum voratorem indigitauit. Placuit igitur Olao Magno, huic voraciſſimæ Ferę Septentrionali, Gulonis nomen aſſignare, ad imitationem vocis Germanicę Vilfraſs; quæ multiuorum denotat. Hoc enim nomine, Germani Edonem, Helluonem, & quempiam ciborum voraginem appellare conſueuerunt. Ab alijs, & præcipuè à Iulio Cæſare Scaligero Vultur quadrupes cognominatur; cum hoc animal quadrupedum voracium coriphæus eſſe perhibeatur. Quamobrem, vt veritatem fateamur, non malè quiſpiam, cum Geſnero, putabit hanc Feram Veterum Hyænam quadrupedē eſſe, & potiſſimùm cum ſcribat Ariſtoteles, hanc ſecundùm dorſum iubatam eſſe, quæ conditio in icone Gulonis exhibita à Geſnero, & mutuata ab Olao Magno obſeruatur. Præterquamquod ὕαινα, in græcis literis, Porcellam ſignificat; Quæ cum ita ſint; quędam nomina barbara Hyęnę conuenientia Guloni quoquè attribui poſſent, vt Crocuta, Leucrocuta, Akabo, Alzabo, Zabo, Ana, Bolbus, apud Iulium Capitolinum Lupus veſpertinus, Zilio animal apud Albertum, pariter Lacta, quod animal, eodem teſte, in ſepulchris habitat, cadaueribusque veſcitur.

lib. 18. ca. 5.

Exerc. 303. cap. 4.

C

DESCRIPTIO, & NATVRA.

lib. 2. cap. 3.

MAtthias à Michou, in deſcriptione Sarmatiæ Europeæ, notabat in Lithuania, & Moſcouia uerſari animal voraciſſimum, & inutile, quod alibi nuſquam obſeruatur, Roſomacha nominatū, magnitudine canis, facie Cati corpore, & cauda vulpinis, colore nigro, cadaueribus veſcitur, raptiquè cadaueris tantùm vorat, vt inſtar tympani extendatur, & infletur, tuncq. in guſtiam duarum rupium, vel arborum ingreditur, & vi, per infernas, & ſupernas partes excrementa trudit, rurſusq ad cadauer properans ſe denuò implet. Ideo Crollius ſuit huius opinionis medicos ab hoc animali vomitorij, & cathartici medicamenti vſum didiciſſe. Facies igitur, & natura huius animantis pereleganter deſcribitur his verſibus: D

Saturum ex epulis ſurgere belluina quàm ſit,
Res verò homini digna famelico triremi,
Incredibili illunte Roſomacha monſtrat;
Eſt hoc animal Sarmaticis idea Gulonum,
Felis facie ornatibus expetita pelle
Hæc beſtia nidore procul cadauerum acri,
(Hinc vulturem ego quadrupedem vocare ſueui,) &c.

Ioannes Leo, in deſcriptione Africę, verbis delineat quamdam Feram Dabuh Arabibus, & Sefef Africanis dictam magnitudine, & forma lupum referentem, reliquo beſtiarum generi innoxiam, ſed humana corpora à ſepulchris eruentem, & deuorantem. Vnde venatores edocti ſecùs antrum, in quo Fera degit, cantantes tympanum pulſant, hacq. harmonia demulſum animal ſolido fune cruribus conſtrictis extrahitur, & interficitur. Verùm, niſi Auctor huic animali pedes, & crura hominibus ſimilia attribueret, procùl dubiò hanc Feram cum Gulone coincidere arbitraremur.

lib. 9.

C A-

E

CAPIENDI RATIO.

HAnc Feram venatores multis technis, sagittis, & bombardis libenter circumueniunt, vt solam animalis interfecti pellem habeant, quæ à nobilibus, & ditissimis ad vestimenta expetitur, quoniam sit splendidis, &, florum instar, coloribus distincta. Propterea Olaus Magnus enumerat versutias, & artificia, quibus venantes Gulonem interimere conantur. Primùs recens cadauer in syluam deferunt, in qua huius generis animalia frequentiùs vagari soleant, & præsertim terra niue cooperta, cum, tempore æstiuo, Gulonis pelles nullius sint valoris. Belluę igitur per odorem illuc concurrentes tantùm cadaueris vorant, donec ventre repleto ad arborũ angustias se conferant. Tunc enim conantes, violentia angustiæ loci, ventrem exonerare à venatoribus secus truncos arborum latitantibus, læthali sagittarum ictu necantur. Alio quoquè dolo, cùm his bestijs agunt, nam trabes tenuissimas corda distinctas, ita accommodant, vt leui motu, Fera ad edendum cadauer accedentes illicò strangulentur. Possunt tandem effossis scrobibus, & cadauere immisso, & multis alijs modis comprehendi, præterquam canibus, qui, teste Olao Magno, acutiem vngularũ & dentiũ huius animalis summoperè reformidant. *lib. 18*

F

EMBLEMATA, & SYMBOLA.

VIcherrima emblemata à Gulone desumpta, & ad bonos mores attinentia proponit Camerarius. Primò, ad detestandum gulæ, & heluationis vitium, figurat Gulonem in angustiam duorum arborum se intrudentẽ; vt violenter ingesta violentius egerat, cùm hac inscriptione. NESCIT GVLA MODVM. Hoc exhibet, vt homines insigne hoc ingluuiei exẽplum edocti, vitium gulæ euitent. Quocirca subscripsit hoc distichon. *In lib. emb. 1 ex An. 54.*

G

Qui plenas, lautasq. dapes fectatur, & ambit,
Hunc similem brutis, vel superare reor.

Idem Auctor paulò superius hanc Feram, vel huic congenerem effigiat deuorantẽ cadauer (Gulo enim, vt superius explicatum fuit cadaueribus vescitur,) cum tali inscriptione. IAM PARCE SEPVLTO. Voluit Auctor hac similitudine taxare homines maledicos, & famę defunctorum insidiantes. Quod probum virum dedecere narrant hi versus Moschionis. *Emb. 53.*

νίνος θανόντος ἀνδρὸς ἀιχίζειν σκιάν,
ζῶντας κολαζειν ἀ θανόντας οὐσιβές.

Idest.

Vanum esse vmbram hominis mortui affligere,
Viuos punire non defunctos decere.

Quod abominabile vitium Camerarius ab hominibus, & potissimum Christi fidelibus arcere conatur hoc eleganti distichо.

H

Atro, qui lacerat iam cassum lumine, dente,
Defuncti tumulum turpis Hyęna fodit.

Ripa scriptor Italicus pro ingluuiei symbolo, mulierem collo oblongo, & amplo ventre delineat; nam vitio gulæ laborantes ob diuturnum gustatum gruis collum, &, ob copiam edulium, magnum ventrem habere summoperè exoptant. Iterùm, in huius vitij symbolum, picturam mulieris supra suem sedentis repræsentat; cum auctores suem animal, helluationibus deditum prædicent. Cæterùm, si Fera, de qua in præsenti agitur, huic Auctori fuisset manifesta, proculdubio hanc, tanquam legitimum gastrimargiæ symbolum pinxisset. *lib. 1, Iconolog.*

MORALIA.

Ingluuiei Lithuanorũ, & Moscouitarum.

ABhulus animalis natura, cultiorum morum præstantiam, & integritatem colligere debemus, nam multi Auctores opinantur, hanc Feram in frigidioribus Lithuaniæ, & Moscouiæ regionibus productã fuisse, ad redarguendam incolarum voracitatem, nam conuiuantes sedent à meridie ad mediã noctem continuum potum, & cibum ingurgitantes, & exigente natura ad egerendum, surgunt, & denuò ad helluandum reuertuntur, vsque ad vomitum, & ad rationis, & sensus amissionem. Quarè de his videtur Iuuenalis ceciniſſe cum dixit.

Quibus in solo viuendi causa palato est;

Etenim hi manducones, ad huius Feræ imitationem, non seruantes Socratis præceptum, ad bibendum, & edendum viuunt, & ventri, ceu Deo alicui famulantur. Ideircò de illis veritatem assequuntur hæc vulgaria carmina.

Cunina, vestri Stomachi sunt pocula Bacchi,
Atque est in vobis venter turpissima pestis.

Viri gulæ vitio dedit.

Imò à prædicta natione dimanasse videtur Bonasus Imperator, qui, ex Cornelio, fuit vir extremæ ingluuiei, Sardanapalus Assyriorum Rex, qui suo sepulchro insculpi iussit.

Ede, lude, bibe, præsentibus exple,
Deliciis animum, post mortem nulla voluptas.

Claudius Tyberius Nero Tertius Cæsarum, qui ex mensâ nunquam, nisi distentus, & madens discessit Dionysius Siciliæ tyrannus, qui secundum Herodianum historiographum Græcum, eiusdem fuit naturæ, Gnato Siculus homo vorax, ipsius Gallinus petulans Imperator, & summè cupedinarius, Vitellius, qui secundùm Trancullum, epulas quadrifariam partiebatur, scilicet in ientacula, prandia, cœnas, & comessationes, & tandem Smyndirides Sybarites, quem Sardanapalo comparem, inter voluptuarios, nominauit Aristoteles. Decet igitur virum nobilem, & potissimum Christicolam hellationibus operã dare, nàm præterquamquod corpori detrimentum afferunt, iuxta illud. *Plyre necat gula, quam gladius;* Animam quoque rationalem grauant, & affligunt; quod elegantissimè expressit Horatius his versibus.

1. Moral. fi. 1. sat. 11.

——— quia corpus onustum,
Hesternis vitijs animum quoque prægrauat vna.

cap. 21.

Denique tanquam coronidem prædictis addamus sacra Saluatoris nostri verba, apud B. Lucam, quæ sic sonant. *Cauete ne corda vestra grauentur crapula, & ebrietate.*

VSVS IN VARIIS.

lib. 18. c. 6.

MVltas ad res, in regionibus prædictis, huius animalis partes conducere tradit Olaus Magnus, Sanguis, in primis, aquæ calidæ permixtus, pro potu, vehantibus inseruit, & melle rarissimo conditus, in nuptialibus, triumphis, propinatur. Pinguedine vlcera putrida superlinunt, vt adipiscantur cicatricem citius, & facilius perducantur. Intestina citharœdorum opera ad vsum chordarum trahuntur. Vngulæ ab animali recenter cuulsæ, si canibus, & felibus monstrentur, hi quemadmodum aues, viso vulture, illicò in fugam vertuntur; deinde appetentiæ vertiginosis, & laborantibus tinnitu aurium, cruentum adimenti affe runt. Decoquuntur ex pellibus, incolæ prædictarum regionum duplex commodum consequuntur, primum ob pulchritudinem pellis, vrgente bruma, Principes, & Magnates, illas induit, illas enim amictis citius calorem afferunt, illomq; diutius conseruant. Sed mirandum est, quòd has pelles induti edendo, & bibendo nullum sacietatis vestigium inueniant. Secundo, honorabiliores hospites harum pellium tegumẽtis honoratè excipiunt; propterea, nec etiã quæstus gratia, Gulonis pelles in regiones alienas educi permittunt; quoniam his pretiosis pellibus lectos pro hospitibus sternunt. At non est silentio inuoluendum, quòd, in his cubilibus, quiescentes res naturæ Gulonis conformes, nec non semper comedere somniant.

DE

DE HIPPOPOTAMO.

Caput XII.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA, Etymum.

F CVm in luporum historia naturam marini lupi amphibiam, solerti indagine, vestigauerimus, libuit hoc in loco hippopotami belluæ pariter amphibiæ voracis, & astutæ naturam, & mores sedula disquisitione indagare. Verùm quia hippopotamus, apud antiquos, equum Neptunium fabulosum quandoquè significauit, cum Prisci aliquem Principem terra, mariq. dominantem designare volentes, duo insignia vtriusq. elementi animalia, nempè equũ, & Delphinum simul iungendo pingerent, hancquè picturam hippopotamum, equum Neptunium, vel Hippocampum perperàm nominarent. Animaduertere oportet, de hoc in præsentia non esse differendum sed ad periucundam, & lepidam veri hippopotami historiã sermo est conuertendus, qui Græcis ἱπποπόταμος, quasi equus fluuiatilis: cum ἵππος equus, & ποταμὸς fluuiũ vocetur, non proprer similitudinem equi, quam cum illo nullam habet, sed fortè ob magnitudinem animalis, cum ἵππος in compositione vim augendi significatum habeat, itaut, qui nominat hippopotamum, grandem fluminis bestiã dicat. Alioquin, ob deformitatem, ab equina figura valdè discrepat. Propterea ad rem Calphurnius canebat. *cur hippopotamus ab equo denominetur.*

G —— *& equorum nomine dignam* *egloga 7.*
Sed deforme pecus, quod in illo nascitur amni.

Per illum amnem poeta intellexit Nilum, qua de re hæc bestia à nonnullis equus Niloticus dicitur. Aegyptij, propria lingua, *Foras Ibar* quasi equum marinum nuncupant; cum *Foras* apud illos equum, *Bar* verò mare designet. Itali degentes in illis regionibus, vt refert Bellonius, Bouem marinum, Turcæ autèm, & Græci porcum marinum indigitant, quoniam, ratione partis anterioris, bubulam figuram, & reliquo corpore suillam repræsentet. Tandem ab aliquibus Elephas marinus cognominatur, non modò ob belluæ magnitudinem, verum etiam ob duritiem, & candorem dentium quibus aliqui artifices pro ebore vtuntur. Elephantus etiam Aegypri appellatur, quoniam, post elephantum Indiæ, ratione molis, secundum locum occupare videtur. Sunt, qui Rosmarum, qui Rohart, qui Gomarum, in regionibus Pretenianis, vocitent. Si Aluarez in suo itinerario veritatem fallus est. *li. 1 aquat.*

H

DESCRIPTIO.

ARduum est, & valdè operosum legitimam huius animantis descriptionem ex anticuis, & neoteticis Scriptoribus colligere. Primò, si diligenter Aeliani historiam animalium perscrutemur, inueniemus hanc Ferã adquè cubitorum altitudinem creuisse, vngulas bubulas habere, tres vtrinquè dentes maximè omnium animalium circa os eminentes; in auribus, cauda, & voce equum præseferre, reliquo corpore, elephanto non dissimili. Io: Leo in descriptione Africæ scripsit hippopotamum forma equum, magnitudine asinum representare, depilem esse, & cymbis insidiari, quas mercibus onustas, & secundo Nigro latas, dorsi frequentibus gyris agitatas demergit. Bellonius literis mandauit se vidisse Bizantij parum hippopotamum Turcarum Imperatori oblatum, cum capite ad reliqui corporis collationem indecentissimo, quale esset vaccinum, nullis cornibus præditum, auribus vrsinis breuibus, & subrotundis, oris rictu *lib. 11. c. 44* *lib. 9.* *li. 1. aquat.*

adeò vasto, vt leoninum superaret, patulæ erant nares, labia repanda dentes equini A
obtusi, oculi, & lingua prægrandes; collum, vt in pecoribus, nullum, aut admodum breue
cauda instar porci, vel testudinis rotundæ reliquo corpore obsco ad instar suis; pedes ita
breues, vt quatuor digitos à terra vix attollerentur, vngulis, vt paret in sue, diuisis. Ve
rùm quidam vir fide dignus Constantinopoli reuersus nobis retulit, pedes huius ani-
mantis pedibus crocodili, vel testudinis esse similes, idcirco Bellonius non est redar-
guendus quoniam, ob paruitatem animalis, quod vidit, non potuit omnia diligenter
obseruare. Ratio autem, cur ex tot priscis picturis, & sculpturis huius Feræ, non possit
percipi vtrum in genere bisulcorum, vel polydactylorum sit reponenda, illa est; quam
clarissimus vir Fabius Columna assignat, nimirùm quia pedes semper sunt aquis obruti,
vt sculptores, & pictores illos obseruare non potuerint ad exprimendam hippopotami fi-
lib. 2. de hist. anim. cap. 7. guram, qui, vt plurimum aquis delectatur. Aristoteles physiologorum coriphæus testa-
rum reliquit, equum fluuiaticum, quem gignit Aegyptus, habere iubam equinam, vngu- B
lam bubulam, rostrum resimum, talum bisulcorum; dentes exertos, caudam apri, vocem
equi, magnitudinem asini, & randem internas partes interaneis equorum, & asinorum
non dissimiles, à quo transcribens Plinius dixit belluam in Nilo versari vngulis bifidis
instar bouis, dorso, & hinnitu equi, rostro repando, cauda torta, & dentibus aprorum.
lib. 2. ca. 22. de mat. med. Propterea Matthiolus in commentarijs ad Discoridem non recedens à doctrina Aristo-
telis, & Plinij, figuram, & descriptionem hippopotami exhibitam à Bellonio perperàm
detestatur, vt inferiùs ostendetur, quoniam careat illis conditionibus, quæ huic à nimirũ
ab Aristotele, & Plinio attribuuntur. Aduectus fuit Romam hippopotamus, teste Dio-
ne, in Augusti de Cleopatra triumpho, & auctore Plinio M. Scaurus in ludis ædilitatis
suæ, temporario Euripo, primus omnium hanc Feram ostendit; ex quibus Antiquitas
veram hippopotami iconem delineatam posteritati tradere potuisset. Verùm cum, no-
stra ætate, anno salutis 1603. hunc integrum sale asseruatum attulerit Federicus Zerẽ-
ghi Narnensis Chirurgus, ex Aegypti paludibus propè vrbem nunc *Damiata* appellatã,
in lib. obs. aquat. & terest. c. 15. ex quo doctissimus vir Fabius Columna germanam descriptionem desumpsit. Ab illa
igitur ne latum quidem vnguem recedemus, vbi etiam taxat Matthiolum dente theoni-
no arrodentem Bellonij descriptionem, in qua forsitan, ob paruitatem animalis, quod C
Bizantij conspicatus est, aliquantisper errauit. Quare ex cadauere sicco collegit Colũ-
na hanc Feram nullam cum equo habere similitudinem, sicuti & Bellonius tradidit. No-
bis verò illius effigies magis ad bubulam, & suillam, quàm ad equinam accedere vide-
tur; namque corporis magnitudine bouem excedit, crurum verò figura vrsum simulat;
hippopot. ca daueris di-mensio. Hoc hippopotami cadauer a præclarissimo Columna dimensum, à capite ad caudam pe-
des erant tredecim, corporis latitudo, siue diameter, pedes quatuor cum dimidio; altitu-
do pedes tres cum dimidio, venter potius planus, quam carinosus, crura à terra ad ven-
trem pedes tres cum dimidio; ambitus crurum pedes tres. Pes latus pedem, vngulæ sin-
gulæ vncias tres. Caput vastum in comparatione ad totum animal, & latum pedes duos
cum dimidio, longum pedes tres, crassum ambitu pedes septem. Oris rictus pedem v-
num, rostrum carnosum, & repandum, oculi exigui, lati vnciam, longi vncias duas, au-
res paruæ, breues, neque vncias tres excedentes, totum corpus obesum; pes latus in
quatuor vngulas diuisus, vngulæ verò quales in bobus, & nigræ, talus callosus, atque
latus. Quamobrem vngulæ non sunt bifidæ, vt notauit Plinius, sed quales in bobus, vt D
Aristoteles asseuerauit, & quod omissum fuit, quadrifidæ, cauda aprina, vel secundùm
rei veritatem, testudineæ, vel vrsinæ caudæ non dissimilis. Cutis admodum crassa est,
dura, colore pullo, nares imagmem S repræsentant, fissura longa vnciarum duarum,
cum dimidio. Rostrum habet instar Leonis, vel felis, pilis ex poris quibusdam prodeũ-
tibus asperum, nec in toto corpore alij conspiciuntur, in quo Plinius hallucinatus esse
videtur; dum hanc Feram vitulo marino in pilis, & corio assimilauit. Quæ omnia in sub-
sequenti icone hippopotami maris licet conspicari. Libuit quoque exhibere iconem hip-
popotami fœminæ Patauio missam, vt lectores vtriusq. discrimen contemplari possent;

HIP-

HIPPOPOTAMVS MAS.

HIPPOPOTAMVS FOEMINA.

Quemadmodum Fera hæc effigie, & corporatura à cæteris valdè discrepat, vt superiùs
E demonstrauimus. Pariter per figuram, & molem dentium à reliquis etiam discriminatur. Primò obseruabimus illorum descriptionem, quam ex cadauere sicco Fabius Columna retulit. Dentes igitur habebat in inferiore maxilla tex, quorum bini exteriores è regione longi semipedem, lati, & trigoni vnciàs duas cum dimidio, pr ambitum semipedem, aprorum modò parùm retrorsum declines non adunci, non exerti, sed admodùm conspicui, aperto ore. Intermedij verò parùm à gingiua exerti trigona acie, digitali lõgitudine, medium locum occupantes veluti iacentes, crassi, orbiculati elephantini, semipedem superant longitudine, atque aciem in externis partibus planam. Maxillares verò habebat vtrinque septem crassos, latos, breues admodùm. In superna verò mandibula, quam crocodili more mobilem habet, qua mandit, & terit, anteriores sex sunt sex imis respondentes acie contrario modo adaptata leuissima, & splendida, clausoquè ore coniunguntur, & apicibus imis veluti ex illis recisi, vt planum plano insideat. Verũ omnium acies pyramidalis veluti obliquè recisi, calami modò. Sed medij superiores non
F aciem inferiorum, & medium illorum, in quo detractio rotunditatis conspicitur, perũt. Molares totidem quot inferni, sed bini priores parui, exigui, atque rotundi, & ab alijs distant, vt medium alium inter dentes anteriores, occupare videantur. Inter maxillares dentes locus linguæ semipedalis remanebat, durities dentium filiccà, adeo vt percussione cultelli ossa, rumi circumstantium admiratione ignis fauillæ excitarentur. Quapropter verisimile foret, nocturno tempore, hoc animal dentes atterendo ignem ex ore euomuisse, quam proprietatem Prisci huic Feræ attribuerunt. Tandem hic exhibetur icon capitis Hippopotami Patauio missa, in qua dentes huius animalis melius conspici possunt.

Dentium descriptio.

cur hippopotamus ore ignem vomere dicatur.

CAPVT HIPPOPOTAMI, IN QVO DENTES MELIVS CONSPICIVNTVR.

DENS HIPPOPOTAMI APVD GESNERVM.



DENS HIPPOPOTAMI ALIVS.

A

NATVRA, MORES. PARTVS.

lib.11.c.44. Ippopotamus cum ad confirmatam peruenerit ætatem, teſte Aeliano, ſtatim periclitari incipit, num viribus parente ſuo ſuperior euadere valeat, nam ſi pater cedit, eum viuum dimittit, ipſe verò cum matre cõgreditur; at ſi pater filio dimicanti reſiſtit, ipſum interimit. Quocirca Reuſnerus

in paradiſ. poet. huc reſpiciens cecinit hunc in modum,

Turpis inſt matrem lethato bellua patre,
Pinguia quà Nilus fœtifer arua rigat.

Præterea alio naturali inſtinctu ducta hæc animalia, ex Nilo in cãpos egreſſa, & ſegetibus ſatiata, auerſo veſtigio, rurſus ad flumen properant, hoc autem machinantur, inquit Aelianus, vt agricolas inuadentes non tergo, ſed corpore aduerſo excipiant. Alij ſcribunt, quòd prædictæ belluæ, auerſis veſtigijs ad Nilum pergunt, ne venatores exitũ deprehendere poſſint. Nicander hanc Feram paſſu retrogrado, in arua permeare ſcripſit, ne venatores illi inſidias ſtruere poſſent; quod, latino metro, expreſſit Greuinus hunc in modum.

lib.cit.c.43. B

Cum iam nata ſeges ſurgentem demetit herbam
Et tantum illius ſpatium præſcribit, & ambit,
Retrogrado quantum potis eſt depaſcere tractu
&c.

Prædictæ opinioni adſtipulatur etiam Plinius, ſed illam præclariſſimus vir Columna in

cap. 15. ſuis obſeruationibus explodit; dum, recto tramite ambulare, ad montem Federici Zerenghi, verius eſſe opinatur. Inſuper Hippopotamos quando nimia corporis obeſitas

in polyhiſt. cap.43. preſſerit, tunc ipſi, naturæ impulſu, auctore Solino, laudici arundinis tamdiù ſe affricãt, donec, aperta vena, ſufficiens ſanguinis quantitas exierit; tunc enim exeſo ſanguinem fluentem ſupprimendo, venam obturant. Quamobrem ab hoc animali vſum ſectionis ve-

lib. 5. c. 97. næ medicos didiciſſe, in libro de rerum ſignaturis, Crollius arbitratur. Tandem notandum eſt, ex Edoardo Vuot, in hiſtoria de animalium differentijs, hanc Hippopotamo ineſſe proprietatem, vt hominibus non minùs, quàm crocodili inſidiati ſint. Ad finẽ, equus fluuiatilis animal Aegypti parere, & educare ſolet in ſicco, ſi veritatem faſſus eſt Odonus in Ariſtotelem; eaque eſt fœcunditate, iuxta ſententiam Aeliani, vt ſingulis annis

lib.11.c.44 enitatur. C

VOX, CIBVS.

DE voce Hippopotami Solinus in polyhiſtorã, Aelianus in tractatu de natura animalium idem prorſus ſenſerunt, nimirùm equi hinnitum huic Feræ conuenire, à quibus doctiſſimus Fabius Columna, in libro obſeruationum, penitus diſſentit, dùm literis mandauit hoc animal neque iubã, hinnitu neque alio modo equi aſpectum præſeferre. Idcoque Priſci, D

cap.15. ex aliorum relatione, equum fluuiaticum deſcribentes multa, quæ ei non competunt, attribuerunt, & fortè ob corporis vaſtitatem equum nuncuparunt. De cibo huius Feræ,

lib.11.c.43 narrat Aelianus maturis ſegetibus, & flauentibus ſpicis, Hippopotamos à fluuio egredi, vt ſegetibus ſe expleant, in hanc etiam ſententiam venit Diodorus Siculus dùm tradit Hippopotamos interdiù in aquis latitare, noctu verò in prata, & agros ad depaſcendũ fœnum, & frumenta ſe conferre, non ſolum igitur aquatilium ſed etiam terreſtrium frugum alimento veſcuntur. Quòd, & Nicander in Theriacis, & Plinius ſæpius repetunt. Quibus addit Federicus Zerenghi Narnenſis Chirurgus, referente Columna, quandoquè ab his Feris, & orizã, & radices colocaſſiæ deuorari. Imò humanas carnes illis pergratas eſſe, ex eis collegimus, quæ in libro Ariſtotelis de memorabilibus Indiæ habentur; vbi Alexander Macedo ſcribens ad Ariſtotelem, inquit. *Ducentos milites de Macedonibus, leuibus armis, miſi per amnem nataturos. Itaq; quartam fluminis partem natauerunt, cum horrenda res viſu nobis conſpecta eſt. Hippotami inter profundos aquarum ruerunt gurgites,*

E *gitos, raptosque miseros nobis flentibus absumpserunt. Iratus ego, tunc ex eis, qui nos in insidias deducebant, centum, & quinquaginta misi in flumen iussi, quos rursus Hippopotamis iusta dignos pœna confecerunt.*

LOCVS.

PRopriam Hippopotami patriam esse *Saiticam* præfecturam Aegypti Plinius, & Nicander tradiderunt. Hinc non immeritò scribebat Herodotus equos fluuiatiles, in hac plaga, sacros esse, in reliqua autem Aegypti parte nequaquam. Nilus enim est principalis fluuius, qui ab hoc animali colatur, licèt Aristobolus Hippopotamum in Nilo generari negauerit. Verum non solum in Nilo, sed etiam, vt refert Io: Leo in descriptione Africæ, per Nigrũ F amnem Hippopotami vagantur; Imò in Bambotho quoque, iuxta Atlantem Africæ, & in Indo fluuio Indiæ stabulantur, vt Strabo, & Solinus enarrarunt. Sed quod magis mirandum est, in mari quoq. versari scripsit Plinius, qui agens de animantibus aquaticis, communes amni, terræ, & mari crocodilos, & Hippopotamos prædicabat. Licirco non debemus admiratione capi, quando legitur in descriptione Moscouiæ, in Oceano adiacenti regionibus Perzoræ, equos marinos crescere. Pariter Odoardus Barbosa Portughensis, in Cefala obseruauit multos equos marinos, à mari ad prata exire, denuoque ad mare reuerti. Idem repetit Edoardus Vuot de huiusmodi Feris in mari Indico errantibus. Propterea habetur in primo volumine nauigationum, multos quandoque nucleros in terram descendere, vt Hippopotamos in vicinis pratis pascentes comprehendãt, sed ipsi ad mare fugientes eorum cymbas aggrediuntur dentibus illas disrumpendo, & submergendo, & tamen bestiæ lanceis ob cutis duriciem fauciari minimè poterant.

lib. 2.

lib. 9.

lib. 32. c. 11.

in li. nauig.

li. 8. de diff. an. c. 196.

CAPIENDI RATIO.

G AElianus narrat Ferarum captores hoc artificio insidias Hippopotamo tendere; nam tela funi alligata tamdiù in eum eiaculantur, donec exanguis factus facilè comprehendatur. Aliam technam ingenij solertia excogitatam recitat Achilles Tatius Alexandrinus, qua, in coercendo hoc animali, venatores vtuntur. In primis magnam capsam, & apertam in fundo alta fossæ collocant, deindè foueam cannis, & terrâ tegunt, ne dolus à Fera detegatur, tunc animal incautè accedens, & in foueam cadens ab aperta capsa excipitur, vndè venatores latitantes, audito strepitu, accurrunt, & capsam statim operculant, atquè hac ratione Feram huius generis captiuam ducunt. Alioquin, ob egregium virium robur, alia ratione vinciri non posset. Denique eruditissimus vir Fabius Columna, in obseruationibus aquatilium, & terrestrium, addit ad mentem Federici Zerenghi incolas Aegypti, multas, & profundas caueas parare, quas viminibus, & tenuibus virgis terra leuiter superinducta cooperiunt, ijs potissimum in locis, quæ Hippopotami depascere, & frequentare solent, atque aliquando eadem die bini in foueas dilabuntur, quos postmodum tormentis igniuomis maioribus, quàm sunt vulgares, interficiunt.

lib. 11. c. 44

lib. 4.

cap. 15.

HIEROGLYPHICA.

CVm nullum sit animal, quod magis ingrati animi vitium impietatem, & iniustitiam exprimere queat, quàm Hippopotamus; ideo Sacerdotes Aegyptij, Pierio teste, hunc ad id denotandum figurabant, vel duas huius animalis vngulas deorsum inuersas pingere consueuerunt, vt quirem spectarent, quid illę sibi vellent, commonefacti propensiores ad pietatem euaderent. Imò, & gallus gallinaceus pro impietate, vt alias explicatum fuit, pingi potest, cum, & ipse matrem saltat, & cum patre prælietur; hac eadem ratione ducti Aegyptij in Regum sceptris cucuphum auem subiecto Hippopotamo superimponebant, quia pietas

lib. 29. Hieroglyph.

piceras impietatem, & clementiā inclementiam debet supprimere. Siquidèm nihil est, quod Reges, & Principes magis deceat, quàm mansuetudo, beneficentia, animique moderatio; vt quantùm cæteris Imperio, & potestate præcellunt, tantùm sibi ipsis humanitate, & facili inductione animi dominentur. Vel sceptris superne iconem ciconiæ, inferne verò hippopotami imponebant, vt violentiam subiectam esse iustitiæ innuerent cum ciconiæ piè, & recte agant, dum parentes senio confectos alis gestant, hippopotamus verò, ex Suida, animal est iniustissimum, cum, nec etiam parentibus parcere velit; hæc etiam fuit potissima ratio, propter quam Aegyptij ad demonstrandam impudentiam hippopotamum effigiarent. Qua de causa pro vestibulo templi, quod in Saitica Aegypti Præfectura Palladi dedicatum erat hæc visebantur, vt notat Valerianus, facies puſionis, facies senis, accipiter, piscis, & hippopotamus. Vnde litterarum Hyeroglyphicarum periti, per hæc, humanæ vitæ conditionem docebant. Nascimur enim, senescimus, viuimus, & morimur; cum accipiter vitam, & piscis mortem significet, propter mare, quod Aegyptij exitium, & perniciem nuncupabant. Denique, per hippopotami figuram, postremo loco repositam, violentiam dissidium, & impudentiam significabant. Ideo prædictis Hieroglyphicis nixus Hadrianus Iunius exhibuit emblema cui titulus est, DEVM ODISSE IMPVDENTIAM, in quo infantem senem, accipitrem, piscem, & hippopotamum depinxit deinde subscripsit hæc carmina.

in lib. — *in lib. emb.* 45.

Pernix accipiter, pisces, Nili incola dirus,
Equus, quid ordine hærent?
symbolon hoc loquitur. Pharetria verbula genti;
Deus odit impudentiam.

Præterea hippopotamus, referente Oro Apolline, ab Aegyptijs, ad ver denotandum, figuratus fuit. Sed cum ab ipso, huius causa non fuerit assignata, arbitramur id esse, quoniam equi fluuiatici statim atquè prata virere incipiunt, quod contingit Vere, iure merito secundùm Varronem à virore dicto, à Nilo exeunt. Insuper horas ab Hippopotamo significari in sacra Aegyptiorum literatura, sinè vlla ratione, scripsit Orus, at Valerianus opinatur id factum fuisse, quoniam hæc Fera, tempore maturitatis segetum, a fluuio in campos exiens non errabunda, sed tanquam messor ad certum opus conductus messem æqualitèr pabuletur. Rursùs arbitratur, per hippopotamum, horas intelligi posse, cum hoc animal duplici natura die in imis latens aquis, noctu verò in terram egrediens diem atquè noctem dimetiatur.

A B C

NVMISMATA.

in lib. expos. numis.

IN monetis æreis Martiæ Otacillæ, hippopotami icon fideliter sculpta, nimirum in latere inuerso apparet, nam repræsentata fuit hæc imago, vt voluit Sebastianus Erizus, à Philippo Imperatore eius marito in ludis sæcularibus, cum simili inscriptione. SECVLARES AVGG. ET S.C. Pariter, eodem Erizo teste, numisma Romanum Hadriani perpulchrè sculptum cum huiusmodi literis. HADRIANVS AVG. COS. III. PP. figuram hippopotami exhibet, nam, in parte opposita, conspicitur icon fluminis iacentis supra crocodilum, altera manu cornucopiam stringentis, cum effigie infantis, & hippopotami animalis Nili; cui monetæ titulus est NILVS. Hoc numisma, Decreto Senatus, fuit cussum Romæ ad perpetuum monumentum itineris Aegypti, & nauigationis Nili, quam Hadrianus felicissimè peregit. Meminit similis monetæ aureæ Hadriani Bellonius, in cuius altera parte effigiem humanam adhærentem sphyngi præbet, vbi etiam crocodilus, & hippopotamus animantes Nili conspiciuntur.

lib. 2. aquat.

D

MO-

MORALIA.

CVm Physiologi hippopotamum, inter immanes Feras, collocent, quæ, aduersus cæteras aquatiles belluas, omne genus sæuitiæ tyrannicè exerceant, & contrà humanum genus similem feritatem præ se ferre non audeãt; non iniuria Diabolum hippopotamum poterimus cognominare, qui aduersus aquatilia, nempè contra eos, qui omni deliciarum genere oblectantur, fortitudinem suam exercet, at contra homines, nempè viros iustos, & perfectos vires ei sunt imbecillæ iuxta illud. *Resistite Diabolo, & fugiet a vobis*. Amplius in hoc significatu possumus hippopotamos auaris assimilare, qui pauperes tãtum nodò deprædãtur, non autem homines, id est potentes, cum illis reluctentur, non audent aggredi. Iuxta illud, quod legitur in sacris paginis. *Pinguioribus Amalech pepercerunt, quicquid autem vile, & reprobum fuit, demoliti sunt*. Verùm non solum auaris, sed etiam in luxuriã solutis hippopotami comparari possunt; cum hæ belluæ, quoad aspectum, & hinnitum, equum præseferre videantur, sed postea, quoad partes posteriores, in suillam caudam desinunt. Tales appellari possunt multi, qui fortes tanquam equi adolescentiam christianis moribus indutam inchoarunt, sed, quoad caudam, nimirum senio aduentante, omne voluptatum genus vestigant, atque adorant Quare de his possunt pronunciari illa verba Abacuc. *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum* quasi vellet innuere, quòd hi, cum essent, in mari penitentiæ, circa vitæ finem in lutum corruptorũ morum, & perditi luxus inciderunt. Tandem omnes peccantes, hippopotami nomine, decorari possunt, quoniã hippopotami, vt superius fuit enucleatũ, labijs resimis, hinnitu equi, corio tergoris impenetrabili, & cauda suis præditi sunt; pari ratione peccantes repandã habent labia ob superbiam, hinnitum equi, ob detractionem, corium impenetrabile, ob pertinaciam, & deniq; caudam suis, ob carnis inquinamentum, & petulantiam. Propterea de illis dicitur apud Isaiam. *Equi eorum caro, & non spiritus.*

Diabolus cur dicatur hippopotam.

lib. 1. Reg. cap. 15.

cap. 3. peccans omnis hippop. dicitur.

cap. 31.

SIMVLACRA.

IN tumulo Aureoli tyranni, hippopotami effigies incisa erat, quam serpẽs, cauda mordicus apprehensa, complectebatur. Id fortè designabat, ex Pierio, tyrannidem temporis tractu domitam, & superatam fuisse. Deinde celebrãtissimum fuit illud simulacrum, quod olim Hermopoli visebatur, in quo supra iconem hippopotami accipiter dimicans cum serpente cælatus erat. Id, vt nonnulli voluerunt, significabat Typhonem ab Osyride, violentia domitũ, cum de principatu certaretur Nam per equum fluuiatilem Typhonem, & per anguem, iuxta assertum Pierij, aliqui viri docti Principatum interpretabantur. Ripa scriptor Italicus, in sua Iconologia, ad exprimendam impietatem, exhibet pictoribus simulacrum anus trucis aspectus, quæ, altera manu, hippopotamum amplexatur. Quamuis rursus ad idem exponendum ostendat iconem fœminæ, velatis oculis, altera manu gallum, altera verò ramum rubi tenentis; cum hæc duo animalia scilicet, tam gallus, quam hippopotamus, & cum patre depugnent, & matris connubio potiantur. Idem Ripa alibi effigiat mulierem, manibus, caput, vel vngulas hippopotami stringentem, atque hac ratione, ingrati animi vitium repræsentat. Lucianus scriptis mandauit Aegyptios cælasse, vel pinxisse Nili simulacrum hunc in modum. Aliquando figurarunt humanam effigiem sedentem supra crocodilum, vel hippopotamum, aliquando hippopotamum, & crocodilum colludentes delinearunt; cum ambo hæc animalia vnda Nili gaudeant, vt lectoribus in subsequenti icone licet conspicari.

lib. 29. Hieregl.

part. 2.

simulacrũ impietatis qualc.

HIP-

HIPPOPOTAMVS,
qui Nilum ægyptium Romæ
in Vaticano refert.

E

VSVS IN CIBIS.

QVamuis ex Aeliano caro hippopotami insigni duritie non careat, consequenterq. concoctu sit difficilis; tamèn in aliquibus regionibus, vt Scriptores fide digni retulerunt, in epularum magnificentia commendatur. In Guinea narrat Clusius vir celeberrimus, circa Promontorium nuncupatum *Cabo Lopez Gonsaluez*. Nauarcham *Vander Hagen* cum aliquot socijs naualibus conscendisse scapham, aduerso flumine, nauigantem, & versus oppidum *Vilibetto* deprehendisse, in dicto amne, multos hippopotamos dimidio maiores, quàm esset equi terrestres, qui ab Aethiopibus ibidem capiebantur, & ad epularum apparatum trahebantur. Quin, & in ipso oppido plurima horum animalium capita monstrabantur, ex quibus, dentes mirandæ magnitudinis, comites eius retulerunt. Qua de causa admodũ mirari desinamus, si Capitolinus auctor sit, à Firmio Seleucio struthiocamelum, quo nullum volucre maius reperitur, vnico die, & aliàs etiam hippopotamum deuoratum fuisse. *lib. 11. c. 44*

in cur. poëtic.

F

VSVS IN MEDICINA.

MVltæ sunt partes hippopotami, quæ vsui medico famulari possunt. Primitus dentes robusti, & fortes à natura huic animanti dati sunt, & vt multis alijs accidit, non decidunt; ideo Porta colligit hippopotami cerebrum gingiuis infantium illitum ad facilem dentitionem valere. Imò ex Plinio, hippopotami dentes, in odontalgia sedanda, insignem habent prærogatiuam. Amplius Nigri Populi ex dentibus hippopotami anulos fabricant, quos gestando à quodam morbo præseruantur, cum hæc animalia tam in Nigro amne, quam in Nilo versentur. Periti enim Historici Nigrum flumen ramum Nili esse autumant. Cæterùm celeberrimus vir Fabius Columna tradit Federicum Zerenghi Narnensem Chirurgum id ab Aegyptijs intellexisse, quòd dens hippopotami alligatus, vel anuli ex eo fabrefacti gestatio hæmorrhoides tum cæcas, tum apertas penitus sanet. Dioscorides quoque, agens de materia medica, meminit testiculi hippopotami, cuius exiccati puluerem in aliquo liquore, aduersus serpentum morsum, propinat, atque ex hoc immensam vtilitatem patienti promittit. Præterea etiam adeps à Plinio commendatur, cum febrientibus commoditatis plurimum adferat; inunctio enim frigidos febrium paroxismos declinat. Imò, in hoc casu, Plinius suffitum, ex fimo huius animalis, non infrugiferum esse prædicat. Postremò corium hippopotami ab vsu medicinæ non est arcendum quia Plinius huius cinerem cum aqua illitum ad panos dissoluendos peridoneum esse astruit. Præterquamquòd idem præsidium alopecijs non mediocriter conducit, & pellis frontis hippopotami inguinibus alligata, eodem Plinio auctore, Venerem inhibet.

lib. 3. Phyt. cap. 41.

dentiũ ius.

G

Anulus ex dente hippopotami.

lib. 2. de mat. med. cap. 22.

pinguedo.

fimus.

H

VSVS IN VARIIS.

EX partibus hippopotami, præter vsum medicum, varia dimanare potest vtilitas. Si consideremus dentes, hi aliquando vicem eboris subire possunt. Narrat enim Pausanias Dindymenæ matris signum aureum fuisse, faciem verò, cum ebur deesset, ex dentibus equi fluuiatilis fabricatam fuisse. Quare Odoardus etiam Barbosa Portughensis refert, ex dentibus equi marini, in Cefala melius ebur, quàm ex dentibus elephantinis, fuisse confectum. Insuper sanguis non est omittendus, qui magno vsui secundùm Plinium pictoribus futurus est, dum illo cum aqua gũmosa dissoluto, loco cinnabaris, vti possunt. Adeps

quoquè, ex Iulio Capitolino, in Nilo natantibus non mediocriter proderit, dum tali pinguedine delibuti inter crocodilos impunè verſentur. Ad finem Corium in varijs vſibus non parum habet momenti. In primis eius talis eſt craſſitudo, & præcipuè circa tergus, ex animaduerſione Plinij, vt inde validæ haſtæ tornentur; deindè, auctore Porta, nauium gubernatores, hac pelle, extrema vela muniunt, ne fulmine icta deflagrent, atquè decidant. Hinc Vuecherius ſcriptis mandauit circumſeptum pelle equi fluuiatici tutum à fulmine vbiquè verſari poſſe. Imò, eadem pelle intra aliquam regionem defoſſa, hunc locum à fulmine non tangi pollicetur. A

li. 8. Phyſog. cap. 17. lib. 12. de ſecr.

Libri Primi finis.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS. DE QVADRVPEDIBVS DIGITATIS VIVIPARIS.

Liber Secundus.

ORDINIS RATIO.

EXPOSITA, in libro antecedenti, ferorum animantium polydactylorum historia; modò iuxtà ordinem illic propositum, nostra interest ad Semiferorum proprietates diligenter examinandas, & ponderandas accedere. Verùm cum hoc nomen (Semiferus) multifarios, apud Scriptores, significatus sortiri soleat; non erit ab re illos sigillatim perpendere, vt melius noster sensus legentibus patefiat. Primò Poetæ Semiferum cognominabant animal partim ex homine, & partim ex bestia constans, velut Centaurum, qui parte posteriori equum, & parte anteriori hominem repræsentabat. Deindè hæc vox (Semifer) apud Historicos, animanti partim ferinis, partim placidis moribus imbuto competere solet, vt ex Plinianis scriptis licet colligere. Deniquè semiferas etiam illas vocamus bestias; quæ licèt feris muniantur moribus, tamen, ob paruam corporis molè, ab homine facilè superari, regi, & domari possunt. In hoc autem intellectu omnes belluæ polydactylæ comprehenduntur, de quibus in hoc secundo libro verba facturi sumus. Inter has igitur prima facie de vulpe agetur, quoniam ob versutias, quibus omnes fallit, in hoc animali, illustria quædam vestigia conspiciuntur, per quæ inter semiferas animantes primum locum sibi comparare videtur. *lib. 9. c. 56.*

DE VVLPE IN GENERE.

Caput I.

ÆQVIVOCA.

VVlpis nomen, præter illud animal, de quo in præsenti capite ferùo habendus est, multis alijs tum animatis, tum inanimatis rebus conuenire solet. In primis Ἀλώπηξ idest vulpes est quædam volucris, quæ pennis ex cute à natura fabrefactis ad volandum vtitur. Est deinde Gallei piscis species, quæ ab Oppiano ἀλωπηκίας γαλεὸς, & a Latinis Vulpes, aut Vulpecula, non tam à caudæ longitudine, quàm ab ingenij calliditate, Aristotele auctore, cognominatur. Exocetus etiã piscis apud Belloniũ Comasci incolis vulpes appellatur, vt clariùs in historia piscium exaratũ fuit. Cæterũ, q̃ magis mirandũ est, hoc nomẽ ἀλώπηξ *vulpes auis* *vulpes piscis.*

viri nomen. propriũ *viri* fuiſſe apud Suidã legimus. Alioquin, pro homine vafro, & aſtuto, vulpis vocabulum apud auctores ſolet circumferri. In hoc ſignificatu, leguntur apud Reuſnerum in Paradiſo poetico hæc carmina. A

Exteriora gerit, qui ſimplicis oris & columbæ
Interiora vafra pectora vulpis habet.

Volebat hic auctor innuere, ab exteriori aſpectu, internas hominum mentes non poſſe comprehendi iuxtã illud vulgatum.

Simplex, qui apparet, ſimplicitate caret.

cap. 13. Nam ſolus Deus ſcrutator cordium eſſe perhibetur. Quocirca habemus, apud Lucam, quòd Chriſtus Herodem nuncupauit vulpem. Verba autem ſacri textus ſunt huius tenoris. *In ipſa die acceſſerunt quidam Phariſeorum dicentes illi, Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere, & ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, ecce ejcio Damonia, &c.* Tandem quandoquè ab auctoribus vulpes pro ipſa aſtutia metaphoricè vſurpatur. Vndè Perſius ad rem canebat. B

ſatyr. 5.

Aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem.

Poeta, hoc in loco, per vulpem, intellexit aſtutias, fallatias, & dolos, quales vulpibus paulò inferiùs aſſignabimus. Quamobrem, in hoc ſenſu, loquebatur, etiam Ligurinus, dũ infraſcriptis verſibus præcipit cauendum eſſe, nementes Principum, & Potentum captione, & impoſtura verborum repleantur dum inquit.

Fraudibus occultis blandè palpare Potentes,
Principibuſque ſuis argutam oſtendere vulpem.

Poſtremò animaduertendum eſt, quòd vox αλωπηξ cuidam ſaltationis generi ab Heſychio attribuitur.

SYNONIMA EORVMQ ETYMVM.

C

lib. 12. Orig. c. 2.

HAec vox (Vulpes) apud Grammaticos aliquandò volpes ſcribitur, quãdoquè à quibuſdam Nuperis vulpis pronunciatur, quod multi politioris literaturæ periti non probant. Vocatur ergò vulpes apud Iſidorũ, quaſi Volupes à pedum volubilitate, quia nunquam recto itinere, ſed tortuoſis anfractibus ad alias animantes decipiendas currat, vel quaſi volipes, quoniam pedibus ob celeritatem curſus volare videatur, vel denique, ad aliorum mẽtem, ob pedum valentiam vulpes, quaſi valipes indigitatur. Græcis communi vocabulo dicitur ἀλώπηξ, quod nomen, vt plurimum fœminini eſt, ſed reperitur etiam maſculini, vt notauit Varinus. Legitur etiam αλωπα apud Heſychium, iuxtà etymum, ita dicta ab ἀλᾶν decipio, & ὄψ, ὠπὸς oculus, nimirùm à fallendis oculis; quamuis alij, hoc vocabulum, à verbo παιζω ideſt ludo deriuent. Euſtathius autem reſpiciens fallacias, & errores in quos ceteræ animantes à vulpe ducuntur παρα τὸ ἀλᾶν. τὸ πλανᾶν ſuam etymologiã deducit. *Græca nomina.* Κνωδὸς vulpes, & κυνδίον vulpecula apud Siculos vocitatur, vt voluit Scholiaſtes Theocriti παρὰ τὸ κινεῖσθαι αἰσχρᾶς, quia impudenter, & dolosè moueatur. Κηλὰς apud Suidam, & Varinum vulpes exponitur, nimirùm παρα το κηλᾶν, quod eſt θέλγειν πραΰνειν, quia cauda huius animalis, ad demulcendum ſit idonea. Κερδὼ eriam vulpes ab Heſychio, & Varino explicatur nomine formãro ab aſtutia, quam Græci κερδοσυνην vocant. Ab iiſdem dicitur etiam κιδάρη, ἢ κιδάρη, cum κίδαρος doloſum quempiam, & fraudulentum interpretentur. Amplius λαμπυρὶς nomen proparoxytonum in doctrina Heſychij, & Varini vulpem ſignificat, oxytonum verò quoddam genus vulpis alba cauda denotat. Idcirco non debemus admiratione affici ſi Aliqui hanc vulpis ſpeciem lampurim, à ſplendore caudæ, nominent. Alijs vulpes Galeos dicitur, ſed perperàm, voce nimirum deprauata, à γαλὴ, quam Albertus aliquoties vulpem interpretatur, cum tamen γαλὴ muſtelam tantummodò ſignificet. Aliquandò, apud Heſychium, & Varinum, θάμις pro vulpe legitur, fortè ab aduerbio θαμὰ frequenter, quia hoc animal retroſpiciendo frequentèr ſe ipſum intueatur. Reperiuntur etiam in ſcriptis Heſychij, & Varini hæc nomina κολῶρις, Βασσαρα, σκαφαρη, ϑηλὰς, κίραρος, κολοβώρης, & κορῶνις, quibus vulpes identidem appellatur. Hebraicè hoc animal nuncupatur Schual, Chaldaicè

D

E Thaal, Arabicè Thaleb, syluaticus quandoquè Chaleb, & Calcail, corruptis vocibus, pro Thaleb vulpem interpretatur. Italis Volpe, Gallis Regnard, Hispanis Raposa, nimirùm à rapiendo, Germanis denique Fuchs dicitur.

GENVS, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

NOn infiniti prorsus negocij esse existimamus vulpium differentias enumerare, quæ à tribus tantummodò, nempè à magnitudine, à colore, & à more eliciendæ sunt. Ratione primi, Odonus, ad mentem Aristotelis, tradidit vulpes in Aegypto minores, quàm in Græcia reperiri, & huius causã alimento attribuebat, quod in Aegyptiorum regionibus deficeret. Verũ, si hoc aliquod veritatis specimen præberet, vulpes Aegypti non cæteris minores, sed tantùm graciliores, & imberes essent. Est quidem exploratum, vt docet Peruana historia, vulpes in illa plaga communibus minores vagari, quæ non solum corporea mole, sed etiam pestifero odore à toto animali dimanante, ab alijs discrepant, quoniam is tantus est, vt ab odoratu perferri minimè possit. Imò si fortè fortuna aliquid vrina prædicti animalis fœdetur, multiplici etiam ablutione teter odor auferri non potest. Ratione coloris, multò plures sunt vulpium species; scribit enim Olaus Magnus, in syluis Septentrionalibus, multas vulpes in colore varias passim conspici, nimirùm nigras, candidas, rutilas, secundùm dorsum crucigeras, & isatodes, ideſt similes colori, quem ex herba isatide Infectores lanarum, pro cæruleo colore, exprimunt. Cæterùm addit Olaus omnes tamen eamdem malitiam, & astutiam vulpinam participare. Scaliger autem miratur quomodo in frigidissimis regionibus, vt in Moscouia, & Lituania, Vulpes nigræ stabulentur, vnde pelles à mercatoribus ad alias regiones deferantur, & in his admirabilem differentiam obseruat, quoniam nonnullas pelles vulpium nigras vidit, quæ ab aliqui buspilis albis quodam ordine digestis eleganter exornantur. Vulpes verò in nostris regionibus passim vagans rufescentis, & fè lupini coloris est; cuius duas differentias iuxtà gutturis varietatem, in Germania obseruatas Gesnerus assignat. Vna species est, quæ guttur in albo nigricans veluti carbonum puluere consperſum exhibet, altera verò candidum, quæ postrema species tanquàm rarior à Gesnero magni valoris, in Germania, esse perhibetur. Tandem, si morem cotemplemur, habemus apud Aelianum in Caspijs regionibus eas esse vulpes, quæ non modo agrestium stabula adeunt, sed etiam vrbes innoxiæ ingrediuntur, vbi cicures tanquàm caniculæ populis Caspijs adulantur. Viciſſim Scaliger, in exercitationibus contra Cardanum, memorat vulpes tanta audacia insignitas, vt ineunte nocte mutuis vlulatibus, quasi signo dato, infinitæ simul congregatæ tuguria agricolarum, & pagos etiam prædando aggrediantur. Verùm, pace tanti viri, hæc animalia in luporum historia recensuimus. Circa descriptionem huius belluæ, laconicam possumus imitari breuiloquentiam, cum Vulpes notissimum sit animal. Albertus tamen vulpi attribuit magnitudinem, qualis in cane mediocri custode domus obseruatur. At insignis est bestia ob breuitatem auritum in comparatione ad canes, & ob longitudinem villosæ caudæ, quæ poetis iocandi occasionem sæpius præbuit. Quamobrem huc respiciens Reusnerus in Paradiso poetico cecinit hunc in modum.

vulpes vbi minores.

lib. 18. c. 30

exerc. 217.

lib. 7. ca. 30.

loco cit.

F G H

Callida verrit humum longa vulpecula cauda,
Simia quid rides? si sapis, abde nates.

Gesnerus, cum vulpem domi aleret, sæpè obseruauit illam iacentem in ventre pedibus posterioribus retrò extensis, quem iacendi modum cuniculi, vt plurimum, seruare solent. Hinc coniectandum est naturam erudaliis animantibus ad id apta elargitam fuisse, vt illis citius, & facilius per angustos, & oblongos terræ meatus penetrare liceret.

ANATOMICA.

OVemadmodum, prima facie, inſpecto aliquo animali, partium exteriorum deſcriptionem vnuſquiſque facilè ſibi fabricare poteſt. Pariter, per anatomicam adminiſtrationem, partium internarum figuram poſſumus contemplari, hac de cauſa iconem ſceleti vulpis exhibere libuit, vt diligens lector omnium oſſium, & præcipuè vertebrarum ſitum, figuram, & numerum intueri poſſet; cum hæ ob longitudinem caudæ multo plures ſint, quàm in ſceleto canis, cui vulpem Albertus aſſimilauit, quoniam multa vertebrarum oſſicula continuò ordine adnectuntur, vt in vulpe caudam longiorem conſtituant. In cæteris, partes præcipuas vulpium, vt viſcera, & reliquas interiores partes, vt inteſtina, interaneis canum procul dubio ſimilima eſſe atteſtamur. Alioquin, & canis ſceleton ab hoc vulpino non niſi in longitudine caudæ diſcrepare videtur. Denique ad mentem Ariſtotelis in vulpe mari genitalia oſſea, veluti ſunt in lupis, & muſtelis conſpiciuntur.

oſſa & vertebræ.

A

B

VVLPIS SCELETON.

NA-

NATVRA, MORES, INGENIVM.

NVllum fortè est animal, quod maiori calore à natura insignitum sit, quàm vulpes, quoniam pellis illius, auctore Alberto, mirandum in modum calefacit, cum maiorum mustelarum, & canum temperaturam referat, nec non odorem terrum de se emittat. Sed satius erit hanc belluam callidam, & insidiosam cognominare, cum, ex fallaciarum promptuario omne doli genus furata sit. Quapropter Io: Franciscus Apostolus sic canebat.

Natura omniparens donauit cornua ceruis,
Ramosa, & celeres currere iussit equos.
Vulpibus insidias &c. *lib. 1. epigr.*

Pariter graui non debemus teneri admiratione, si Baptista Mantuanus huius rei non ignarus canat hunc in modum.

Atq; Lycaonio vulpes subtilior astu,

Hinc etiam originem duxit illud vulgatum carmen, quòd passim per ora virorum circumferri solet.

Vulpes amat fraudem, lupus agnum, fœmina laudem.

Quare ad peculiares dolos, quos, vrgente fame, vulpes in pectore molitur, iam licet accedere. Hæc igitur famelica, ex Isidoro, & Constantino, prostrata ore aperto, mortê simulat, tuncque auibus ad ipsam tanquam ad cadauer descendentibus in pabulum vescitur. Sed, ad mentem Olai Magni, quando ad famem explendam nihil inuenit, tandiù in terra rubra se voluit, donec cruenti cadaueris formam induat, atque hoc modo humi iacens, aues accedentes illicò capit, & deuorat. Hanc nostram sententiam stabilire videtur illius bubulci historia, qui obiter similem vulpem conspicatus, illamque mortuam credens apprehendit, & in currum, in quo pulli vehebantur, proiecit; illa paulò post, bubulco non animaduertente, pullos comedere cœpit. Deindè si gallinas in pertica sedentes obseruauerit, hac versutia illas deturbat, caudam huc, illucq; impellit, & iactat, quasi illam in gallinas vibratura; obiéque pertere factas, & à pertica cadentes rapit. Leporem verò cum, ob pedum pernicitatem, facilè assequi non possit, inquit Aelianus, quòd tandiù per dumeta, & nemora persequens illum fugat, donec fatigatum non cursu, sed longo temporis tractu eum comprehendat. Echino quoque terrestri insidias tendit, sed quoniam is, visa vulpe, in globum se contrahit, ne ob aculeos sauciari possit; tunc vulpes in os Echini vrinam reddit; quam ob causam, teste Aeliano, hoc animali à lotio suffocato vulpes fruitur. Amplius frigore premente, & terra niue obruta vulpes ædibus appropinquans, latratum canis æmulatur, vt domesticas bestias confidentius accedentes facilius rapere possit. Modò dolos, quibus venatores deludit, manifestare oportet. Nam latratum canis fingens, vt paulò ante dictum est, ex canù dentibus quàdoquè euadit, sed melius, dum alicui ramo se suspendens canes incerta vestigia insequêtes errare cogit. Aliquando, canibus persequentibus, caprarum gregem intrans vnam ex eis occupat, eius dorso insidens, vt per cursum capræ fugientis ob odiosum sessorem citius euadat. Interdum persequentes canes, cauda villosa hac, illacque per ora illorum ducta, eludit, donec opacas syluarum latebras ingrediatur. Tandem, ex Olao Magno, vulpes in pedica capta, morsu pedem præscindit, vt aufugiat; vel, nulla fugæ parente via, mortem simulat, venator autem accedens, morruamque illam à pedica liberat, ea autem clanculum surgens fugam arripit. Denique vulpes cryptas multos habentes exitus inter se procul distantes fabricant, easque tutò incolunt, ne circa vnum exitum positis venatorum insidijs comprehendantur. Hoc perelegantes expressit Oppianus his versibus, Bodino interprete. *lib. 3. de ven.*

Attamen excellit reliquas vulpecula vafra,
Calliditate Ferax, nec deest audacia prosens.
Finibus extremis soleis sua destinat antra,
Septiforesq; domos, & non violabile tuftrum.

Idem quoq; Bargeus non inconcinnè repetens, verbibus mores vulpinos complectitur, quos clarioris doctrinæ gratia hoc in loco citare non pigebit, qui sic se habent. *lib. 4. cynaget.*

vulpes fraud. vulp.

lib. 18. c. 30.

lib. 7. c. 29.

lib. 7. c. 27.

vulpes mortê simulat.

His

His tamen ingenio Vulpes anteire ſagaci
Dicitur, & fraudes componere dolique omnes.
At quoniam frigens effeta in corpore vires,
Illa quidem clauſo non inſidiatur ouili,
Deuſaque, nec teneris tendentibus arma capellis,
Sed rurſi importuna lues, plenaq; coborti,
Defoſſa haud longe ſecreta cubilia terra,
Ponit, vbi horrenti ſurgunt ſpineta corona,
Aut vbi inacceſſa tendunt ad ſydera rupes.
Hic ſpecus, hic latebras, hic obſcuros labyrinthos
Tuta colit, ſeptemq; aditus penetralibus addit,
Fallat, vt incautum dubijs anfractibus hoſtem.

Prædictis addamus aliud vulpis ingenium, dum ſcillas ad propriam cauernam defert, vt in illa tutiorem à lupis vitam degat, cum, teſte Porta, lupi à ſcillis maximoperè abhorreant. Cum verò vulpes à pulicibus vexantur, alio vtuntur ingenio, faſciculum mollis fœni pilis inuolutum ore accipiunt, ſeſeque paulatim, poſterius inchoando, in aquam mergunt, vt pulices aquam fugientes ad caput aſcendãt, deindè caput pedetentim immergit, vt in fœnum ſaliant, quo facto, faſciculum fœni in aqua relinquunt, & mox enatant. Cæterùm, ſi vulpes, vlla in re, monſtrat ingenium, in exploranda glaciei craſſitudine potiſſimùm patefacit. Nam, ex Olao Magno, amnes, & lacus gelatos ad paſtus iturа, & reditura non tranſit, niſi aure ad glaciem appoſita, quaſi hunc in modum ratiocinatura, quicquid aquoſum eſt obmurmurat, & mouetur, quicquid mouetur, gelu non eſt concretum, quod gelu non eſt concretum, liquidum eſt, quod liquidum eſt, cedit ponderi, quod cedit ponderi, tutò non poteſt calcari, ergo retrocedendum.

lib. 7. Phyſog. cap 29. quomodo fugantur pulices à vulpe.

ÆGRITVDINES, ET MEDELÆ.

VVlpes, & muſtelæ, auctore Auicenna, leuem ob cauſam præcipites in rabiem feruntur, huius rationem aſſignabat Euſtachius Rudius, quoniam vulpes, cum calidiſſimo temperamento ſint præditæ, nullo negocio ſimili affectu corripiuntur. Præterea, æſtiuo tempore, hoc animal pilorum defluuio laborare dicitur, nam hoc anni tempore iecur vulpinum iuſtò calidius redditum, ſanguinem peccantem, & acrem ad cutis ſuperficiem tranſmittit, à quo exulcerata cutis eſt in cauſa caſus pilorum Inſuper, vt inquit Andreas Bellunenſis, Alfeſaſes animal eſt de genere Cęcarum ideſt, Ricinorum, quod canibus, bobus, & vulpibus adhærens, ſanguinemque exugens has animantes ſummoperè infeſtat. Vulpes igitur quacunquè ægritudine afficiatur, ex mente Auctoris de natura rerum, ad Pinum tanquam ad ſacram anchoram confugit, lacrymamquè ab hac arbore effluentem vorat, atquè hoc medicamine non modò deperditam valetudinem recuperat, verùm quoquè, deguſtato hoc gummi, diuturniorem vitam protrahit.

lib. 4. de venen. c. 12.

lacryma Pini ad quid.

VOX.

DE voce vulpium, ſi petamus Albertum, is literis mandauit Vulpem ad inſtar canis latrare, vel vt alij volunt, more catuli canum, fame verò oppreſſam gannitum edere quam opinionem Geſneri auctoritate poſſumus roborare, cum ſcribat, a Germanis Vulpium vocem latratum appellari. Imò & nos Itali, quando huius animantis vocẽ audimus, ipſam per onomatopœiam, *abaiare*, ideſt ritu canum baubare pronunciamus. Cæterùm, re accuratiùs conſiderata, gannire de propria vulpium voce, auctore Donato, profertur; hinc Auctor Philomelæ non immeritò canit.

gannitus. vox propria

Rite canis latrat, fallax vulpecula gannit.

Manchnellus quoquè agens de vocibus animalium ſic locutus eſt.

Gannire eſt vulpis, gruiſſus, rudit Aſellus.

Et

E Et Baptista Mantuanus sic cecinit.

——— pueri vlulare lupos, gannire fugaces
Vulpeculas.

Est quidem veritati consonum, ex Gesnero, quòd vulpes latrando, & vlulando canem imitatur; quando tamen irascitur, aut dolet; alioquin gannit, & blandè immurmurat, cum aliquid petit, si domi alatur. Cum igitur gannitus sit quædam vox canum latratui valdè similis; optima de causa, si vox hæc intendatur proculdubiò in latratum degenerare poterit. Metaphoricè postea gannitus de ploratu vapulantium, & de vagitu infantium prædicatur. Imò dicitur etiam de canibus, cum aliquem dolorem, vel gaudium testari videntur. Ideò, non est mirum, si apud Lexicographos græcos, γανζάω ἢ γανζίω, id est gannio propriè de canibus queribundum vlulatum edentibus proferatur. Hinc originem ducit γανζηθμὸς gannitus canis adulatorius, qui ad mentem Eustachij ad vagitum

F etiam infantium trahitur.

vulpes quãdo vlulare, & latrare dicatur.

CIBVS.

INter cibaria, quæ gustui vulpium gratificari solent, gallinarum carnes collocantur. Propterea quando, vel laqueis vulpes, vel alio modo capiuntur, aut necantur, villicæ mulieres prægaudio desipere videntur, quia cortales aues sine vllo custode dimittere possunt iuxta illud.

Iam tandem annosa est laqueo vulpecula nexa,
Villica iam tutas cortis habebit aues.

Quamobrem Baptista Mantuanus in Buccolicis innuebat, villicam cohortem non modo à furibus, sed etiam à vulpibus custodiendam esse his versibus.

A Graia ore fabas, & ab ansere farra palustri,
A serpente boues, à vulpe, & fure cohortem.

G Insuper Stephanus Forcatulus præcipit hoc animal tanquam grassatorem publicum impunè occidi, cum, pro telis, dentes noxios habeat, deinde figendum esse vllarum valuis, vt auibus superstitibus solatio sit. Sin secus, fiat quod iubet Statutum Vticæ ciuitatis, quod sic se habet.

Si gallina fugit, fugiat si candidus anser,
Has tibi ne vulpes, furuè recepter aues
Implumes verubus transfige, apposito flammis
Pœnaq; cum miti fiat acerba mero.

in variar. Iurisciu.

Præter Gallinas, cæteris etiam auibus, & præcipuè Otidi vulpes insidiatur; nam, secundùm Aelianũ, Otidem conspicata in terrãm se abijciens caudam tanquam auis collum ita eleuat, & ostendit, vt auem otidis gregalem æmuletur. Vnde otides hoc dolo seductæ ad illam accedentes illicò in vulpis pabulum vertuntur. Præter hæc, esu quoquè vesparum delectatur; ideo vespetis appropinquans, & timorem simulans se abscõdit, cauda extante, circa quam vespæ ob densum villum certatim implicantur, deindè vulpes

H surgens secùs arborem, vel saxum perfricando eas atterit, quibus extinctis, & vespis, & vespetis pascitur; Quid plura? canoris, & piscibus etiam nutritur, quos, hoc astu, captat. Vulpes circa ripam alicuius amnis oberrans, caudam in aquam demergit, parui pisces nouitate occurrunt; villisquè obuoluti mox in pastum vulpis extrahuntur, vt in historia Septentrionalium recitat Olaus Magnus, qui fatetur se vidisse in scopulis Norwegiæ vulpem inter rupes immersa in aquas cauda plures canoros eduxisse, & deuorasse. Ad rem narrat Petrus Gillius; cum Massiliæ piscatores boopas Mœnarum genus, vnaq; magnos astacos cepissent, & in nauicula per noctem seruandos reliquissent, vulpem ad edendum boopas accedentem incautè pedem inter astacorum forcipem posuisse, ideoquè, tota nocte detentam manè à piscatoribus, magna cum omnium admiratione, & risu, comprehensam fuisse. Amplius secundùm Aristotelem syluestres venatur mures, illosquè, vt nonnulli affirmant à caueis spiritu extrahit, cuniculos, & lepores capit, feles etiam, & paruos canes, si quos noctu coercere valeat, apprehendit, & deuorat. Imò, quod nos in magnam traxit admirationem, vulpes famelica ad locustarum pastum se confert. De his omnibus verba fecit Bargæus hunc in modum.

vulpes otidi insidiatur.

lib. 18. c. 31

mures etiã venatur.

Egressa

lib. 4. cyneget.

Ægressa altilibus ventrem saturauit obesis;
Cuncti ag, siccauit lambens mulctralia lingua,
Est tamen insidijs lepores, quæ capiat inermes,
Et pinguet anates, & quas transmisit habenas
Phasis aues, tum tota vorax vinaria vastet,
Quin eadem sæpè exiles teiuna locustas,
Pascitur.

Denique vulpes non solum carnivoræ, sed etiam frugivoræ possunt cognominari; cum à fructibus, & potissimū ab vuis maturis minimè abhorreant. Habemus enim apud Theocritum puero fœcundam vitem custodienti duas vulpes insidiatas fuisse, quarum vna maturescentes vuas populabatur. Qua de causa Aristophanes, optimo iure, milites vulpibus assimilauit, qui, per agros vuarum racemos esitantes, fœcundas vites dissipant. Concludendum igitur est vulpem inter animantes omnivoras collocandam esse.

LOCVS.

lib. 3. c. 46.

IN Tartarorum regionibus, & præcipuè ad plagam Septentrionalem vergentibus, vt scribit Paulus Venetus, multæ, & insignes vulpes vagantur. At in regione illa, ad quam propter coænosas vias, & glaciem difficilis est transitus, vt idem Auctor in subsequenti capite asserunt, multæ vulpes nigræ conspiciuntur. Ideo non est admiratione dignum si Paulus Iouius tradat in Vstiugam nobile emporium distans à Mosca regia vrbe sexcentis milliaribus à Permijs, Vgulicis, & alijs vlterioribus populis pelles nigrarum, & albarum vulpium deferri. Nam, ex Gesnero, ad Vuagam fluuium in Moscouia, vulpes nigræ, & coloris cinerei capiuntur. Verumtamen, in Vstyuga etiam Prouincia, nigræ vulpes, & copiosæ reperiuntur. Quod repetit quoque Scaliger in exercitationibus aduersus Cardanum. Cæterùm nulla est regio, quæ maiori vulpium copia redundet, quàm Russia, si Matthias à Michou veritatem fassus est. In alpinis Heluetiorum locis plurimæ vulpes aluntur, idcoquè mercatores, teste Stumpfio, ibi multas earum pelles coemptas in alias regiones diuendunt. Tandem vulpes coloris rutili multæ sunt in Germania, & colore ferè lupino prædatæ, à quibus pili facilè cadunt in Italia, & Hispania reperiuntur. In Creta autem Insula, si credimus Solino, vbi nullum male ficum animal præter phalangium crescit, vulpes non conspiciuntur, quod etiam Porta pro comperto affirmat.

in lib. de legat, Mosco. in append. quadrup.

exerc. 217.

in lib. de farm. Euro. c. 1.

COITVS PARTVS.

lib. 7. Phytog. c. 4.

PLinij doctrina colligimus vulpes in latera proiectas congredi, at nuperi quidam auctores, ad aures Aristotelis, liberè asseuerant vulpes ad terram proiectas commisceri. Verùm coniectamus hos præclaros viros, pro vulpibus, fœles intellexisse, cum Aristotelis, in historia animalium, asseuerantius dicat vulpes superuenientes coire. Præterea animaduertendum est, has animantes cum alijs diuersi generis copulari, quod non est absurdum, dùmodò corporatura, & tempora graviditatis sint æqualia, vt in canibus, & vulpibus contingere solet. Nam ex cane, & vulpe ad mentem Aristotelis, canes laconici generantur, quos posteà alopecidas Pollux nominauit. Hanc vulpium, & canum copulam Galenus quoquè propter ordinis, & substantiæ affinitatem admittit. Sed ex altera parte explodenda est Cardani opinio, qui agens de rerum varietate, scripris reliquit aliquando vulpes in canes penitus degenerare, cum, ex canum, & vulpium concubitu animal non iam sterile, vt mula, sed fœcundum procreetur, quæ sententia alibi quoquè ex Scaligero in exercitationibus refutata fuit. De partu vulpium, si petamus doctrinam Aristotelis. Is docuit vulpes parqué catulos cæcos, & informiores fœtu vrsæ, quatuorquè vt plurimùm cniti, & parturientem ita secedere, vt rarò grauida capiatur, deindè vulpes editum fœtum lambit, vt fouet, & concoquit, vt Odonus in Aristotelem testatus est.

lib. 6. de hist. anim. cap. 34.

CA-

E

CAPIENDI RATIO.

IN captura versuti animalis omne technarum, & fallaciarum genus adhibendum esse arbitramur. Bargeus igitur, antequam ad rationes coercendi vulpes examinandas, accedat, prius opportunum capturæ tempus, quod à bruma vsquè in ver prorrahitur, his versibus describit. *lib. 6. cyneg.*

Tempore, quo timidas etiam venabere vulpes,
Præsertim Eoo cum dorsum ex æquore delphin
Sustulit. & Solem excepit Capricornus aquosum,
Donec nocturnis æquentur tempora lucis.

F Deindè idem auctor, varia artificia, quibus vulpes decipiuntur, sigillatim enumerat. Nam alij cryptarum foramina stipula, & creta obturant, alij caueas fumo replent, alij laqueos, & retia tendunt. Quæ omnia pereleganter sic explicat dum inquit.

Atq; aditus latebrarum omnes, atquè ostia multis
Occlude hinc inde herbarum, Felicumquè manipIis,
Omniaq; humenti solers, posi obrue creta.
Interea iuuenes, quà sunt asperrima campi
Dumeta, & spinis clauus consurgit acutis
Obsedere vias.

Et paulò inferius.

Sunt, qui conclusis stupamq;, ignemq; cauernis
Vnde fluit, penetrat q. leuis specus aura profundum
Subijciunt, myrrhamq; addunt, ferulaq; liquorem.
Assyria, & Sculi vinacia sulphura Ponti,
Ostia tùm laqueis quà quà datur exitus arctis,
G *Impediunt auersa, etenim dum protinus aura,*
Exanimata fugit picei caligine fumi
Corripitur.

De his autem artificijs venandi, & corripiendi vulpes fusiùs differendum est, vt omnibus artes profligandi huius noxij animalis patefiant. In primis apùd venatores sunt quidam canes cauernarum caniculæ nuncupati, vulgo ab humili corporatura *bassets* vocitantur. Hi vulpium cauernas subeunt, & illas morsibus stimulando ad exitum cogunt; vel prædicti canes, ex Carolo Stephano, subtilissimo sulphuris puluere inspergiuntur, deinde in foueas vulpium immittuntur. Vulpes enim non solum exibunt, sed illuc non, nisi transacto trimestri, reuertuntur, interea egredientes a venatoribus interimuntur. *lib. 6. agric. cap. 41.*

Deinde niuis tempore, ex Olao Magno, vulpes vestigijs in niuis relictis venantium sagacitate, & canum celeritate, veluti æstiuis diebus canum odore, capiuntur. Magnus Cã Tartarorum in huiusmodi venatione non canibus, sed aquilis vtitur, quæ cicuratæ, vt *lib. 18. c. 30*

H scribit Paulus Venetus, sunt adeò audaces, vt vulpes persequi, & coercere non perhorrescant. Sine canibus etiam vulpes à proprijs foueis exturbari possunt. Narrat Mizaldus carne suilla pingui, latitudine palmi recenter tosta, soleas calcearum inungendas esse, dum venator à sylua domum versus proficiscitur, simulquè in vestigijs frustula ecoris suilli assi proijcienda esse; nam tunc vulpes à latibulis exeuntes sagittis, & minoribus bombardis excipi possunt. Carolus Stephanus, pro extrahendis vulpibus a cauernis, allum inuenit astum; inquit igitur vulpem fœminam in luxuriam procliuem capiendam esse, ex qua pudenda vnà cum vtero auferenda sunt, omniaquè frustatim secanda, & in ollam cum portione galbani inijcienda, illam operculando, ne odor euanescat, poterit enim per annuum spatium conseruari. Quando autem venationis peritus vulpes prouocare voluerit, accipienda est portio lardi recens assata, atque calida in prædicta olla ponenda est, postmodum, per loca à vulpibus frequentata, diligenter trahatur, nam omnes illius regionis vulpes, relictis foueis, arcubus, & manuarijs tormentis interficiendæ accurrent; sed qui hoc munere fungitur, debet calceorum soleas bubulo stercore fœdare, ne vestigiorum odor à vulpibus persentiri possit. Præter hæc, venationis periti multa laqueorum, & retium genera, nec non foueas, & decipulas ad vulpes corripiendas *lib. 2. c. 17.* *lib. memorabil. cent.* *lib. 6. agric. cap. 41.*

exco-

excogitarunt. Blondus docet vincula in ſepibus, & dumetis nectenda eſſe, per quæ, vulpes pullos gallinaceos inquirentes, tranſire ſolent, his enim detinentur, ſed ipſæ etiam ſe extricant, niſi cuſtos velox adfuerit. Deinde Creſcentienſis duo laqueorum genera deſcribit foraminibus apponenda, per quæ ad loca clauſa vulpes ingredi ſolent. Horum alterum eſt laqueus annexus pertice plicatæ adeò validæ, vt vulpes collo capta in altum eleuetur. Alterum eſt, quandò penès laqueum eſt forte bacillum eum ſtringens, atque impediens, ne os Feræ laqueum arrodere poſſit. Ideo Calentius canebat. A

lib.10. agricol.c.31.

Et laqueo vulpes, & decipe caſſe fainas.

lib.10.c.22. Præterea, ex eodem Creſcentienſi, rete, quod vulgò *Arolum* vocant, vulpes capiuntur ſi noctu in medio retis gallina ponatur. Animaducrtit autem hoc rete pro vulpibus, & aquilis, quàm pro cæteris animalibus validius fabricandum eſſe. De hac captura Martialis ſic canit.

lib.10. epig.

Hic olidam clamoſus ages in retia vulpem. B

Alias quoquè decipulas, ad has comprehendendas animantes, Creſcentienſis deſcribit. Primò vulpem in crypta hoc modo coercet, parat alueare apum, quod ab vno latere paucis filis ferreis claudatur, ab altero habeat oſtiolum ita parti ſuperiori annexum, vt beſtiæ ingreſſum admittens egreſſum poſtea prohibeat, hæc decipula in orificio foueæ vulpium colocanda eſt, cæteris cauernæ clauſis oſtiolis, nam vulpes exitura decipietur. Tunc venator ſummat decipulam, illamquè, vel ſupra puteum, vel ſupra vas aqua plenum adaperiat. Comprehenduntur etiam vulpes alia decipula, quam Creſcentienſis *tatolam ferream* appellat, quæ circa ſe multos habeat vncos, cui annexo carnis fruſto, vulpes inſcantur, & excipiuntur. In Germania verò vulpes ſic decipiuntur. Paratur quidam arcus, quem nos *αὐτόματον* poſſumus nuncupare; hic enim à vulpe, vel ab alia beſtia leuitèr etiam contactus iaculum in Feram emittit. Poſtremò paratis ex varijs pharmacis, & carne offis, vulpes venenantur. Quare, ad id præſtandum, nonnulli pulas carneas cum nucleis Iuglandium contuſis concinnant. Scribit enim Cardanus vulpes edendo nuces perire, niſi aquam biberint, quoniam nux ſicca, eſt pulmon bus noxia; ſed per nuces fortè intelligere voluit nuces græcas, & præcipuè amaras, quas Dioſcorides vulpibus lethales eſſe pronunciauit, niſi ſtatim copioſo aquuarum potu replcantur. Cum igitur amara vulpibus inimica eſſe, ex Dioſcoride compertum ſit, hinc Scaliger, in vulpibus necandis, aloem meliorem habere prærogatiuam arbitratus eſt, Quocirca narrat ſe obſeruaſſe vulpeculam, aloe cum carnibus deuorata, breui temporis ſpatio extinctam. Apocynum etiam non eſt omittendum, cuius folia, ex Dioſcoride, cum adipe in panes coacta vulpium coxendices reſoluendo, ipſas interimit. Ad idem, Arnoldus fabam lupinam, ſeu marcilium commendat, quam plantam conſiligi nem veterum eſſe exiſtimauit Geſnerus; huius herbæ ſemina, vt illius periculum faceret, cum carne, & caſeo mixta ipſe Geſnerus vulpi, quam alebat domi, exhibuit, quæ poſt horæ ſpatium omnia vomitu reiecit, & illæſa remanſit. C

decipula vulpium.

li.7. de rer. var.c.33.

lib.1. de mat. med.

exerc. 217.

lib.4. de mat. med.

ANTIPATHIA, ET SYMPAHTIA. D

Vlpes communis eſt hoſtis pauonum, gallinarum, & omnium ferè auium, ſed potiſſimùm odio capitali à Miluo, vulture, & aquila diſſidet, vel quoniam ab his auibus vulpium catuli ſæpè rapiantur, vel quia, vt nonnulli volunt, hæc omnia animalia carnibus, & cadaueribus veſcantur. Prætorea acerbiſſimo odio, ſecundum Aelianum, & Circum auem, & Aeſalonem proſequitur, quoniam hic pillos a vulpe euellat, eiuſque catulos interficiat. Amplius ſunt multæ animantes quadrupedes, quæ vulpibus admodum ſunt inuiſæ, vt Taxi, qui, vt tradit Carolus Stephanus, cùm vulpibus ſæpè numero præliantur; cum ambo ſubterrancos meatus inhabitent. At vulpes melium cryptas ſtercore fœdando, illos fugat. Diſſentiunt etiam vulpes, & Cerui, quoniam hi, vt refert Albertus, audito vulpium gani itu, reformidant. Imò vulpes, & Lepores, vt ſcribit Xenophon, non compatiuntur, cum lepores ſint frequentiores, in inſulis, in quibus nullæ vulpes vagantur. Inſuper vulpes non modò à prædictis animalibus, ſed quoquè à ruta ſylueſtri maximoperè

lib.6. de agricol.

ruta ſylu. inuiſa vulpi.

E perè abhorret, quamobrem nonnulli hanc herbam cum edulijs gallinarum miſcent, vt illas à vulpibus tutentur, vel, ex mente Conſtantini Cæſaris, ramuſculum huius plantę ſub alis gallinarum alligant. Viciſſim ex doctrina Ariſtotelis vulpes, & coruus non diſſentiunt, quoniam coruus cùm Aeſalone depugnat, quæ auis corui oua frangere ſolet, & quia eius pulli à vulpibus mirandum in modum vexantur. Ex altera parte Aeſalo vulpis catulos occidit, ipſamquè aliquando vellit, quod animaduertentes corui, teſte Plinio, aduersùs Aeſalonem tanquam communem hoſtem accurrunt. Hinc tamen non eſt colligendum has animantes ſcilicet coruum, & vulpem veræ amicitiæ copula coniunctas eſſe, quia vulpes coruorum prædæ quandoquè inſidiatur, præterquamquòd narrat Auicennas (referente Alberto) ſe vidiſſe, iuſſu Regis Eſceny, de regione, quæ vocatur Vla, coruum, & vulpem in cauea clauſos acriter dimicaſſe, itaut à vulpe corui caput ſauciatum, ſanguinem emiſerit, & coruus labia vulpis vnguibus adeò conſtrinxerit, vt hiſcere nequaquam poſſet. Tandèm ſerpentes, & vulpes adeò tenaci amicitiæ glutine copulantur, vt, ex Porta, ambo in ijſdem cauernis quiete morentur. Quamuis, ex hiſtoriographis, vulpes Aegypti cum anguibus Nili, nullo modo conuenire videantur. *lib. 9. de hiſt. anim. cap. 1.* *lib. 1. phyſ. c. 16.*

PHYSIOGNOMONICA.

HOmines anguſtis oculis præditos fraudolentos eſſe, ex eo colligit Adamantius, quoniam in hoc, ſimiles ſint ſerpentibus, ſimijs, & vulpeculis, quæ animantia dolis triumphant. Præterea homines colore admodum ruſo præditos, à ſimilitudine vulpium, aſtutos eſſe iudicauit Ariſtoteles; quod non ſolum repetit Porta, in eleganti tractatu phyſiognomiæ humanæ, verùm quoquè id magis roborat, dum inquit. Si reperiantur homines ad colorem magis rufum vergentes, tales etiam vulpinos mores magis participabunt. Imò ab alijs impudentes, & lucricupidi eſſe perhibentur. Prædictum colorem Guglielmus Gratarola valde rubeum cognominat. Propterea homines huiuſmodi colore inſigniti, vt ipſe refert, audaciilleccbra, vaniſſimiſquè commentis animum amicorum conantur decipere, iuxta illud. *in Phyſiog.* *in lib. Phyſiogno.*

Rarò breues cernes humiles, rubeoſq; fideles.

EPITHETA.

AB improba, importuna, exitioſa, & fraudolenta vulpis mente, Latini, non iniuria, illam aſtutam, fallacem, ſceleroſam, doloſam, & ſagacem cognominarunt. A tetro, quem de ſe ſpirat, odore, olidam indigitarunt, & deniquèob pilorum hirſutiem, & caudæ longitudinem quandoquè hirſutam, & aliquando caudatam nuncuparunt. Pariter Græci huius animantis contemplantes verſutias, & inſidias, quas cæteris animantibus tendunt, varia illi epitheta attribuerunt. Propterea Oppiano ἀγκυλομήτης, καὶ ἀγκυλόμητις, quaſi obliqua agitans conſilia dicitur. Alibi quoquè idem auctor, cum apud Græcos ποικιλόβυλος, ἢ πολυμήτης varius, & verſutus in conſilijs ſuis exponatur, tali epitheto vulpem inſigniuit. Amplius, cum ἀργαλέος difficilem, & moleſtum, tàm in rebus inanimatis, quàm animatis ſignificet. Oppianus hoc epitheto vulpem decorauit, cui etiam auctori ἄρειος, ἢ ἄριος dicitur, cum vulpes, inter animalia martia, & bellicoſa reponatur. Deinde cum κηλὶς apud græcos Lexicographos improbum maledicum, & conuitiatorem denotet, non eſt mirandum, ſi Nicander hoc epitheton vulpi aſſignauerit, dum inquit. *lib. 3. cyneg.* *loc. cit.* *in Alexiph.*

Πυκίρρωθ' ἕτι βόρτρωι ἑλίσσετο κηλὶς ἀλώπηξ.

ideſt.

Pinguem cum lepſit vulpes verſuta racemum. A

Pindarus quoque hoc adiectiuum nomen αἴθων, cum non ſolum id, quod vim comburendi habet, verùm quoquè animal, quod ardenti feratur impetu, deſignet, pro vulpis epitheto pronunciauit. Denique Græcis conſiderantibus villoſam vulpis caudam δασυπρωκτος etiam nominatur. Scribit enim Theocritus μισθωτας δασυπρωκτους ἀλωπεκας.

Idill. 5.

DENOMINATA, & Cognominata.

B

BAcchus nempè illud vinoſum Priſcorum numen, Baſſareus, nimirum vulpinus cognominatus fuit, mulieresquè illum concomitantes Baſſarides dictæ fuerunt, vel à quadam veſte talari, quam Thraces baſſaram, vel à vulpibus quas ijdem populi baſſares nuncupant, cum Thyrſigeræ illæ fœminæ, & prædictam veſtem, & vulpium pelles induerentur. Aliqui vafrum hominem, & vulpinos mores imitantem vulpionem, & Itali *Volpone* vocitant, qui Græcis ſecundùm Apuleium ἀλωπεκιζων dicitur. Alioquin Alopecus, vt habetur in quodam Calepino, vocatur, qui alopecia laborat. Vulpinus tandem fuit quidam homo, in quem Io: Franciſcus Apoſtolus multa epigrammata ſcripſit, quorum vnum, aut alterum cum ad nomen, & ad vulpem alludant non pigebit annectere. Primò igitur ſic inquit.

in Apologet.

lib. 4. epigr.

Cum tibi ſint vulpis mores, vulpine, requirunt
Multi, cur tibi ſint ora cauenda lupi.
Haùd mirum, lupa te genuit ſub rupe cauata,
Sic vulpem, atq; lupum te tua geſta probant. C

Et alibi de eodem ſic cecinit.

Eſſe lupo genitum multi, vulpine, recenſent,
Vulpeq; nonnulli te genitore ſatum.
Scire cupis verum ſi quis me iudice, dicam,
Mores ſunt vulpis, non lupus eſſe potes.

Prædictis addenda ſunt illa animalia, quæ à vulpibus denominationem, & cognomentum ſortiuntur. Primitùs ἀλωπέκιον vulpeculam, & ἀλωπεκίδες, ſecundùm Pollucem, catulos vulpium ſignificant, quamuis, ad aliorum Græcorum mentem, vulpis catuli σκύμνοι, ὕ σκύλακες ἀλώπεκος dicantur. Ἀλωπεκιζ quoq. canis, ex vulpe, & cane genitus exponitur, qui, & κυναλωπηξ, teſte Xenophonte, appellatur. Ariſtophanes tamen homines etiam impudentes, & altutos cynalopeces indigitauit. Sequitur σιθωνιαλώπηξ, ideſt vulpiſimia, vel ſimiuulpa animal quadrupes digitatum, de quo, ſuo loco, verba fient. Accedit χηναλωπηξ ideſt vulpanſer auis ab effigie vulpis, & anſeris ſic appellata, quæ in ſtagnis, vt tradit Bellonius, non minus damnum affert, quàm anſer in pratis, pulloſquè recens excluſos in Nilum ducit. Præter eanes, ex vulpe, & eane natos, cynalopeces nuncupatos, alij ſunt canes vulpini ex Geſnero non latrantes, & rictum vulpinum habentes, qui non niſi in nouo orbe reperiuntur. Amplius in quibuſdam Indiæ regionibus, in quibus aurum effoditur, quoddam formicarum genus vagatur, quod, ſecundùm Renodeum, corporea mole vulpem æquat. Ad finem Ioannes Petrus Maffeus celeberrimus Indicæ hiſtoriæ Scriptor narrat, in regione Malabar, multos veſpertiliones magnitudine Milui, pedibus, & roſtro vulpinis verſari, qui in præcipuo menſarum honore commendatur. His breuiter de animalibus adnotatis, ad plantas à vulpibus denominatas, & cognominatas accedemus. Syluaticus arborem vulpis liquiritiam interpretatur. Deindè illud aconitum, quod ab effectu Botanici lupariam vocent, Incolæ territorij Tridentini, in quorum montibus copiosè prouenit, Matthiolo teſte, paſſim vulpariam nominant; quoniam, præter lupos, vulpes etiam interimat. Præterea, in herbario Lugdunenſi, depingitur quædam Satyrij, ſeu orchidis ſpecies tria liliacea

Animalia à vulpe denominata.

lib. 3. de mat. med. cap. 33.

lib. 2. obſer.

Plantæ à vulpe denominatæ.

in comm. ad Dioſc. lib. 4. c. 63.

E liacea folia semper producens, floribus fumariæ bulbosæ, radicibusq. duarũ oliuarũ instar nititur, quæ plãta resticulus vulpis cognominatur. Cæterũ plantę quæ à cauda vulpis denominãtur multæ sunt. In primis, quæ dã, est ãte cæteras gẽtes nascitur arũtata, sed mollissimo lanugine hirsuta, & densa constans, à vulpium cauda non multum dissimilis, quam Theophrastus ἀλωπέκουρον, nempè caudam vulpinam appellauit. Auctor herbarij Lugdunensis quandam plantam, in opacis montium conuallibus, nascentem, à fructus villosi similitudine cumcaudis vulpium Alopecuron montanam vocauit. Quidam, vt Monachi in Mesuem, Polygonum, ideſt sanguinariam fœminam, vulpinam caudam exponũt. Alij, ab expositionibus Arabicis, hoc nomen caudæ vulpis Dipsaco attribuerunt. Inter graminum ſpecies, quædam in locis maritimis ſponte ereſcit, ſpica caudæ vulpinæ ſimili, in ſummis cauliculis eminente, quam herbam Dalechampius Alopecuron gramineum eſſe voluit. Plinius quoquè meminit cuiuſdam vuæ, quæ caudam vulpinam imitatur; proptereà ab ipſo alopecis dicitur. Turcæ, ex Cluſio in Exoticis, præter multas, & raras F plantas, quas in ſuis viridarijs colunt, fruticem quoquè foliis hederæ aſunt perpetuò virentem, floribus violaceis oblongum pediculũ ambientibus, & caudæ vulpinæ craſſitudinem æquantibus; qua de re, lingua Turcica, talis frutex cauda vulpis appellatur. Poſtremò non eſt prætermittenda vua vulpina, quæ à Solano non diſcrepat, vt vetus Auicennæ gloſſographus teſtificatur. Verùm inter tot Solani ſpecies, Solanum hortẽſe, ſeu officinarum legitimam vulpis vuam eſſe clariſs. Dodoneus exponit. Non deſunt inſuper Vrbes, & varia loca, quæ à vulpibus nomen deſumpſerunt, nam, ſecundùm Plinium, iuxta Smyrnam, ſunt Inſulæ Periſteriades *Alopece* dictæ, & alibi ſcriptum reliquit, in Boſphoro Cimmerio, iacere Inſulam Alopecen. At Ptolomeus, Pomponius, & Strabo hanc inſulam non Alopecen, ſed Alopecian nuncuparunt, olim Venetorum Co lonian, nunc Turcæ illa potiuntur, quæ à vulpium multitudine ſibi nomen inuenit. Alopeconeſus verò, iuxtà ſententiam Suidæ, Vrbs eſt Cherſoneſi in Helleſponto condita, ex Oraculo, quod hanc illic fabricandam iuſſerat, vbi vulpis catuli conſpecti fuiſſent. Sunt tamen, qui aſſerunt vulpem, dum hæc ciuitas conderetur, catulum aliundè allatum illic depoſuiſſe. Alij, ex mente Cælij, Alopeconeſum Inſulæ nomen eſſe autumant. Quædam Vrbs Phrygiæ, ſecundùm Stephanum in Azani, ἐχινάλωπηξ fuit dicta, quam Hermogenes ἐχιναλώπων vocatam fuiſſe aſſerit; Vbi, cum annonæ pernicioſa caritate homines laborarent, Paſtores, pro impetranda fertilitate, conuenientes, Dijs ſacrificarunt. Verùm, adhuc fame vrgente, tradunt Euphorbum Dæmonibus Echinum, & vulpem immolaſſe, ideò, placatis Dijs, & rerum vbertate reſerti Euphorbum Sacerdotem, & Principem conſtituerunt. Deinde, à prædictis animalibus ſacrificatis, Vrbi nomen impoſuerunt. Demùm de caſtello Vulpiano legendus eſt Ortelius in theſauro geographico. Iam enumeranda ſunt cætera inanimata, quæ vulpis denominatione deſignantur. Alopecia, in medicorum ſcholis, eſt pilorum capitis, vel barbæ deſtuuium: huius enim affectionis non nunquam per metaphoram eſt à vulpe deſumptum, quæ mingendo, ex Varinimente, locum adeò ſterilem reddit, vt illic herba emergere non poſſit; Imò, ſi quæ nata eſt, vulpino lotio madefacta continuò exiccatur; ſed fatius eſt dicere hoc vitium ita fuiſſe appellatum, quia vulpes ſimili affectione frequenter vexentur, vt, H in tractatu ægritudinum huius animalis, paulò ante à nobis fuit explicatum. Sed animaduertendum eſt hoc nomen, ἀλωπεκία, in Græcorum ſcholis, non ſolum prædictũ affectum, ſed etiam latibulum, ſeù cauernam vulpium, vt narrat Heſychius, denotare. Imò Suidas, & Varinus ἀλωπεκίαι τὴν πιλωτὴν χλαῖναν ideſt pileum aliquando interpretantur. Deindè ἀλωπεκῆ pellis vulpina exponitur, & ἀλώπεκες ſunt partes illæ muſculoſæ circà lumbos, quas Hippocrates ſpyas appellauit. Legitur quoquè apud Suidam, ἀλωπόκουρος; ideſt vulpicolor, quo nomine inſigniri poteſt quicquid vulpem in colore imitatur. Tandem hoc verbum ἀλωπεκάω, καὶ ἀλωπεκίζω à Græcis, ob inſignem vulpium calliditatem, pro decipere ſumitur. Vnde Varro poſtea verbum vulpinari, pro doloſè agere formauit. Circa familiarum cognomina non diù immorabimur, cum notum ſit, hodiè nobiles familias de vulpibus, & Mediolani, & Placentiæ florere. Bononiæ verò multæ ſunt de vulparijs, & noſtra ætate, ex familia de vulpibus, emanauit Flaminius Papazonius Philoſophus toto orbe clariſſimus, qui in tribus florentiſſimis Italiæ Gymnaſijs Ticinenſi, Piſano, & Bononienſi Philoſophiam mira cum laude, & admiratione profeſſus eſt.

lib. 15. c. 12

plantę à cauda vulpis nomen habentes

Gramen vulpinum quod ſit. lib. 14. c. 3.

Pempt. 3. lib. 4. c. 23. lib. 5. c. 31. lib. 4. c. 12. loca, & vrb.

Hechinolopix vrbs cur dicta.

Alopeciæ morbi etym.

Alopeciæ eſt nomen æqui nocuum.

EMBLEMATA, ET SYMBOLA.

emblem. 55. AD inſinuanda lectoribus moralia documenta, Camerarius, in libro Emblematum ex Animalibus, effigiat vulpem circa ripam fluminis; aurem ad glaciem admota, & talem titulum Emblemati appoſuit. FIDE, ET DIFFIDE. Argumento à vulpibus Thracum deſumpto, quæ, iuxta Plinij ſententiam, antequam ſuper glaciem gradiantur, eius craſſitudinem explorant. Hinc præceptum hoc hauriendum eſſe auctor aſſeuerat, vt, in omnibus rebus, quædam ſingularis cautio adhibeatur, quæ efficit, ne cuicumquè temerè fidem adhibeamus, & viciſſim, ne omnibus obſtinatè diffidamus. Quamobrem ſubſcripſit hoc diſtichon.

Omnibus eſto ſalutaris tibi cautio rebus,
Ni prius explores, aggrediare, cave.

emblem. 56. Idem auctor figurat vulpem grauidam canes eam perſequentes tetroſpicietem cum hoc inſcriſcriptionis titulo. INTREPIDA SECVRITAS. Huius etiam meminit Lucas Contilis Scriptor Italicus in ſuo Phtenoſchematum libro, vbi experientia quoq. approbante, vix vnquàm vulpem vtero gerentem à canibus captam fuiſſe teſtificatur; nã tunc ita ſecedit, quemadmodùm ad mentem Ariſtotelis ſuperiùs à nobis fuit expoſitum, vt non, niſi maxima difficultate, à canibus comprehendi poſſit. Homines quoquè, huius vulpis exemplo, circumſpecti, & prudentes eſſe debent, & tempeſtiuè à fraudibus, & lib. 4. inſidijs ſibimet proſpicere, nec non ſanis conſilijs ſe præmunire, cum Cicero, in Tuſculanis quæſtionibus ſcripſerit, Sapienti prævidenda eſſe omnia, quæ acerba, & gratuìa contingere poſſunt; tali enim præmeditatione leuiora & toleratu faciliora effici. Diſtichon autem emblemati ſubſcriptum eſt huiuſmodi.

Prudens inſidiaſquè fugit, fraudeſquè malorum,
Sic vulpes, vterum dum gerit, haud capitur.

Præterea Paradinus in ſymbolis heroicis exhibet ſimulacrũ vulpis, cuius caudæ accenſã facẽ annexam effigiat, cùm hoc titulo. VINDICTAE TRAHIT EXITIVM. Hic auctor deduxit hoc ſymbolum ex trecentis vulpibus Samſonis, idquè apprimè ijs aſſignat, qui & coniurationum cauſas ſuſcitant, & ſocios ſe exhibent, nam hi poſtmodùm meritò pœnas luunt. Nonnulli in moralibus ſymbolis pinxerunt vulpem auſcultantem gallinam in tecto cantantem, & philomelam intra frondes arboris mille vocum diſcrimina modulantem, quaſi hæc Fera huiuſmodi cantibus delectaretur. Verùm dùm vocem harum auium attentè audit, vtriuſquè deuorandi rationem meditatur; huic ſymbolo titulus eſt. VVLPINVS AMOR. Cum tali inſcriptione aliud circumfertur ſymbolum, in quo delineatur vulpes apertum librum intuens, quaſi inde modum adminiculandi proximum diſcere velit; cum tamen in mente ſua illi, & dolos, & inſidias ſemper machinetur.

PHRENOSCHEMATA.

PErciuallus Scriptor Italicus, in ſuo de Inſignibus libello, cuidam ſtremuo, & nobiliſſimo equiti aſſignat hoc phrenoſchema, ſcilicet figuram ſupinæ vulpis, cui addit hoc Dictum. FRONTI NVLLA FIDES. Huius argumentum deſumptum eſt ab illa vulpis proprietate, quando ſupinata mortem ſimulat, vt aues tanquàm ad cadauer circumuolantes, nullo negocio, coercere poſſit. Hoc vulpis ſupinæ ſimulacro, Auctor innuere volebat internam hominum mentem ab exteriori facie dignoſci minimè poſſe. Iouius Scriptor pariter Italicus, in ſuo Inſignium Dialogo, exhibet phrenoſchema cuiuſdam viri nobilis, in quo valida vulpes ore aperto quaſi dentes intuentibus oſtendens effigiatur cum hoc Dicto. SIMVL AS TV, ET DENTIBVS VTOR. Quoniam hoc ſigno vir ille ſtrenuus omnibus manifeſtare volebat, ſe aduerſus hoſtes, & verſutiam, & violentiam eſſe adhibiturum.

APO-

E

APOLOGI.

ADeò nota fuit, apud fabulatores, vulpis astutia, vt quando aliquid vafrè dictum factumuè fuerit, in hoc vulpes, veluti Dauus in comœdijs, principatum obtinuerit. Propterea aliquando ab Aesopo introducebatur lupus vulpem apud Simium Iudicem furti accusans; cui Iudex, per ironiam, respondit. Iniuria vulpi furta imponis? cum vulpes sit animal honestam, & rectam vitam, sine dolo, & sine fraude degens. Quare vulpes minimè simplices esse annuebat. Pari ratione, homines in versutijs, & fallacijs assiduè versantes ab illis difficilimè remoueri possunt; iuxta illud.

Sordibus imbuti nequeunt dimittere sordes.
F *Fallere, qui dicidit, fallere semper auet.*

Fraudolenta fuit vulpes apud phrygium Fabulatorem, in deludẽdo coruo caseum in ore ferente, dum ipsum pulcherrimam auium fore aiebat, si aliquem cantũ edere sciret. Coruus laudis ambitione captus, dimittens caseum cecinit. Quo vulpes habito; cum prius ipsum laudibus cumularet, mox cum deridere cœpit; Apologus docet homines deceptores tanquam vulpes vitandos esse, idcirco ad rem scripsit Horatius.

Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. *in lib. art. poet.*

Vaferrima fuit illa vulpes à lupo apud leonem ægrotantem accusata, quòd cum non inuisens regiam animalium maiestatem aspernaretur; quæ tandem, coràm leone, de tarditate se excusans dixit se tetrarum orbem peragrasse, vt remedium pro infirma valetudine sui Regis auferenda inueniret. Ideoquè nullum præstantius se comperisse fassa est, quàm, pelle à lupo recèns detracta, membra languida fouere. Quo facto, vulpes præ gaudio disipiebat; Hinc colligendum est, malum consilium consultori esse pessimum, quod explicatur hoc disticho.

G *In caput auctoris vafri consulta nefanda*
Sæpè retorqueri numina sancta volunt.

Huic valdè affinis fuit ille Apologus, in quo vulpes, inita cum asino societate, venatum se conferebat, sed in itinere eminus leonem conspicata, vt imminens mortis periculum euitaret, relicto confestim asino, ad leonem profecta, se ei asinum tradituram pollicita est, dummodò sibimet impunitas promitteretur, qua ei à leone liberè concessa, tunc vulpes asinum in casses duxit. Leo autem videns asinum irretitum, primò vulpem, deinde asinum etiam comprehendit. Hinc percipiendum est eos, qui socijs insidiantur, tandem se ipsos perdere. Vicissim Thomas Morus vulpis calliditatem contemplans fingit illam in cauerna graui morbo laborantẽ, & argutè le defendentem à leone, qui illam cum remedio visitatum venerat, hoc pulcherrimo hexasticho. *in lib. epigr.*

Dùm iacet angusta vulpes ægrota cauerna,
Ante fores blando conciliat ore leo.
Ecquid amica vales? citò, me lambente, valebis,
H *Nescis in lingua vis mihi quanta mea.*
Lingua tibi medica est, vulpes, an. at nocet illud
Fictinos, quod habet tam bona lingua malos.

Verùm admirabilius vaframentum possumus percipere ex illo apologo, in quo vulpes, & caper sitibundi in puteum descenderãt, vbi, sedata siti, capro ob difficultatem exitum desperanti vulpes ait. Bono sis animo, nam exeundi modum excogitaui. Siquidem prioribus pedibus ad parietem te erige & ego per terga, cornuaq; tua transiliens, fastu tandem extra puteum euadam, & postmodum tibi ad exitum opitulabor; Hoc facto, vulpes è puteo prosilijt, deinde in margine putei hircum deludens præ lætitia, gestiebat, & cum ab hirco tanquam fidifraga accusaretur, respondit. Si tantum tibi sensus esset in mente, quantùm barbarum est in mento, procul dubio non priùs in puteum descendisses, quã de egressu cogitasses. Ex hac vulpe conijcimus homini prudẽti ad negocia peragẽda profecturo semper finẽ prius explorandũ esse. Nõ absimilẽ fallaciã narrat Abstemius de vulpe, quæ cum iam iam capienda fugaretur à cane, & euadendi viam non inueniret, conuersa ad canem dixit; cur me perdere cupis, cuius caro tibi nulli vsui futura est, cape *in lib. mythol.*

potius leporem illum (non procul enim lepus aberat) cuius carnem ſuauiſſimam eſſe mortales omnes confitentur. Canis motus dictis, omiſſa vulpe, leporem ſecutus eſt, quē poſtea ob pedum velocitatem coercere non potuit. Paulò poſt lepus ille vulpem conueniens, quia eius verba audierat, vehementer illam accuſabat; cui vulpes, me iniuria reprehendis, quoniam te ſummis laudibus extuli; quid igitur diceres ſi te vituperaſſem? Ex Apologo diſcimus, multos, ſub ſpecie laudationis, alijs pernicicm machinari. A

loco. cit. Ad rem idem auctor recitat Apologum leporis coram vulpe, ob pedum pernicitatem ſe exaltantis; cui vulpes ego ingenium ſum fortita præſtantius, quo ſæpius, quàm tu velocitate tua, canes eludo. Hinc diſcendum eſt, velocitatem, & vim corporis ab ingenio, vt plurimùm ſuperari. Huc ſpectat Apologus de vulpe, & Pardo, qui, in capite proprio, fuit recitatus. Inſignem vulpis callidꝰtatem habemus in illo Apologo, vbi publico Principis edicto cornigeræ animantes fugabantur, quibus vulpes & ipſa aſſociata à prohibitis limitibus exibat. Hic Apologus tã clare, & eleganter octaſticho à Federico Scoto Placentino expreſſus fuit, vt maiori dilucidatione indigere non videatur; verſus autem ſunt hi. B

lib. 1. huius oper. c. 2.

lib. 5 car.

Cum Domini edicto decedere iuſſa minaci,
Cornigera è luco beſtia quæq; foret.
Exceſſit vulpes vnà, cum q; inter eundum,
Vndiq; grex illi corniger obſtreperet,
Prædita quod nullis, qua cornibus eſſet, abiret,
Grex ait, è ſecors, turbaquè mentis egens,
Cornigeram de incornigera, vt de albentibus atra,
Iudicis arbitrium me valet efficere.

Inſuper aſtutia vulpis in diſſimulatione cognoſcitur. Vnde qui aſtutè celat, ne quid noſci poſſit, diſſimulator, & vulpes diei poteſt. Idcirco Faernus ad rem tradit vulpem eſurientem, vt fami ſatisfacere, ad præaltam vitē acceſſiſſe, à qua, nec ſaltu, nec alia via, vllum racemum auferre potuit; quapropter illinc diſcedens dixit. Vua hæc adhuc eſt immatura, & guſtatu inſuauis. Id autem declaratur ab auctore his verſibus. C

in lib. fab.

Vulpes eſuriens alta de vite racemos
Pendentes, nulla cum prenſare arte ualeret,
Nec pedibus tantùm, aut agili ſe tollere ſaltu,
Re infecta abſcedens, hac ſi cum age deſine dixit
Immatura vua eſt, guſtuquè inſuauis acerbo.

diſſimulatores vulpibus ſimiles. Hinc auctor diſſimulatores vulpibus ſimiles eſſe colligit. Quamobrem ſubiungit hoc diſtichon.

Conſueuere homines euentu ſi qua ſiniſtro
Vota cadunt, ijs ſi ſe alienos velle videri.

Non eſt inſuper ſilentio inuolucndus ille Aeſopi apologus, in quo vulpes laqueo capta, cum abſciſſa cauda euaſiſſet, præ pudore non ducendam poſterum vitam exiſtimabat. Decreuit itaquè & alijs vulpibus hoc idem perſuadere, vt communi malo proprium celaret dedecus. Idcirco, omnibus congregatis, caudam, tanquàm indecēs membrum, & ſuperfluum onus appenſum, reſcindendam eſſe inſinuabat. Interim ex illis vulpes vetus ſurrexit dicens, niſi tibi hoc conduceret, id nobis non perſuaderes. Hinc animaduertendum eſt, prauos homines quandoquè non beneuolentia, ſed proprio commodo propinquis conſulere. Addamus tãquam colophonem illum Abſtemij apologum, in quo vulpes iuxta quemdam pagum tranſiens, obſeruanſquè nonnullas fœminas alto ſilentio gallinas aſſaras comedentes, in hæc verba prorupiſſe perhibetur. O mulieres, quos clamores, & quot canes aduerſus me excitaretis, ſi quod vos modo facitis, præſtarem? Cui quædam anus reſpondit. O peſſima animalium, nos, quæ noſtra ſunt, comedimus, tu verò aliena furaris. Apologus docet non licere nobis aliena; vt Dominis propria adminiſtrare, & conſumere. Apologus autem de vulpe, & verme, qui ægrediens ecce nō alios curare volebat, in hiſtoria Inſectorum, & alter de Grue ad conuiuium vulpem inuitante in hiſtoria auium recitatus fuit. D

lib 6. lib. 20. Ornith.

HI-

E

HISTORICA.

IN mirificis Sanctorum historijs apud Surium habemus; cum quidam custos cœnobij Vuimbrunensis, in Britannia, claues Ecclesiæ, oratorij, sacrarij, & reliquiarum amisisset, quæ erant partim aureæ, partim argenteæ, & partim ferreæ, consilium initum fuisse, vt ad orationem repetundarum causa clauium, confugeretur. Orantibus itaque omnibus ante fores templi, conspecta est vulpes mortua, in cuius ore claues omnes colligatæ compertæ fuerunt. Si profanæ legantur historiæ, Pausanias narrat Lacedæmonios captum in prælio Aristomenem vnà cum quinquaginta ex eius militibus εἰς τὸν καιάδαν abiecisse, Cæadas enim fuit apud Lacedæmonas carcer subterraneus, seu spelunca, in quam sontes præcipitabantur, Alij hunc in locum proiecti continuò perierunt, Aristomenes verò, ex aliquorum sententia, alis aquilæ sustentatus, donec ad finē deferreretur illæsus remansit, Hic, tertio die, audito strepitu, vulpem cadauera vorantem obseruauit, ipsamque currentem secutus, & perueniens ad loca transitu valdè difficilia vulpem amisit, sed cum per cauernam vulpi ad fugiendum idoneam luminis splendorem vidisset, via manibus dilatata, euasit. Amplius cum apud eosdem Lacedæmonas furtum, auctore Plutarcho, dummodo secretum esset, admitteretur, quidam puer cum furatus esset vulpis catulum, eumque sub pallio tectum domum deferret, ne furtum detegeretur, proprium latus ab vnguibus, & dentibus bestiæ lacerari permisit, Aelianus quoque, agens de multis à Feris educatis, commemorat Priami filium Alexandrum, quem à vulpe nutritum fuisse asserunt, Aristoteles etiam, in Orchomenijs Bœotiæ, refert canem in subterranea loca vulpem secutum, latrando, ingentem sonitum excitasse. Quare venatores, aditu effracto, ingressi locum, per quædam foramina illustratum, nonnulla intus latentia conspexerunt, reuersique in Vrbem id magistratui nunciarunt. Prædictis aliam annectemus, quæ, licèt prima facie fabula esse videatur, illius tamen ad finem historiam exarabimus. Tradit Antonius Liberalis, quòd Cadmeis quondam vulpes prodigiosa apparuit, quæ identidem, ex Teumesso irruens, Cadmeorum pueros rapiebat; Qua de causa ei puer trigesimo quoquè die exponebatur, quem ablatum illa deuorabat. Cum igitur Amphitruo in Teleboas bella mouens, auxilium Cadmeorum posceret, non alia conditione opem promiserunt, quàm si vicissim sibimet ipsis in perdenda vulpe opitularetur. Id pactus Amphitruo cum Cadmeis ad Cephalum profectus, conditionem ei exponit, simulque persuader, vt secum cum cane se conferat, assentitur Cephalus, profectusque vulpem venatur. Verùm in fatis erat, vt neque vulpes capi neque canem insequentem quicquam euitare posset; quocirca vtrumque in planicie Thebana currentem Iupiter in lapidē commutauit. Hoc tamquam mythologicum explodens Mantua verā huius rei historiam assignat. Refert igitur quòd, cum quidam Thebanus nomine Alopix omnes prudentia superaret, Rex veritus ne sibi insidias strueret, ipsum relegauit, qui postmodum, comparato exercitu, quotidiana grassatione Thebanos vexabat, vnde ipsi dicebant; Nos Alopix prædando infestat, quem tandem Cephalus Thebanis opem ferens interfecit,

tom. 5.

in messeniacis.

lib. 12. var. hist.

in mirabil.

in metam.

in Gymnas. scholast.

HIEROGLYPHICA.

SI Antiquitas aliquid omni conatu, arte, & dolo factum ostendere voluisset, leoninæ pelli, ex Pierio, vulpinam assuebant, quarum altera virtutē, altera fraudem indicabat, ideo non est mirum si Ricciardus in commentarijs symbolicis, per picturam leonis, & vulpis, virum fortem, & prudentem demonstrauerit. Vulpes enim sola delineata, hominem fallacem, & omnibus dolis instructum, teste Pierio, denotare poterit. Quapropter vulpes versans inter priores pedes caput hominis lapideum, quod expressum apparet apud Alciatum, significat ab hominibus versutis eos optimè cognosci, qui sensu, & ratione vacui sūt. Amplius Aegyptij, qui notas, & figuras sensuum effingebant, aliquem memorem denotantes,

lib. 13. Hieroglyph.

emble. 188.

tantes, leporem, aut vulpem, erectis auribus, effigiabant, quoniam hæc animalia inſignis ſint auditus, & ſingularis memoriæ. Aliqui etiam, ex mente Pierij, ad indicandum hominem mentis diſcurſu, & ratiocinatione vtentem, vulpis ſimulacro vtebantur; argumento nempè tracto à vulpibus Thracum, quæ, vel ad paluſtris ſoli firmitudinem, vel ad congelatæ aquæ craſſitudinem examinandam, aurem terræ, vel glaciei admouent, vt ſatis ſuperquè in exponendis huius beſtiæ proprietatibus, declarabimus. Deindè, ſi alias, per platani folium à ciconia geſtatum, munimentum ab inſidijs ſignificauimus; non erit ab re, in præſentia, ad Pierij mentem, hoc idem Hieroglyphicum, per vulpem ſcillam geſtantem exprimere; cuius cauſam in capite de lupo aſſignauimus. Poſtremò addemus, quod memorat Ricciardus in commentarijs ſymbolicis, nempe à pictura vulpis velociter currentis, decimum octauum gradum Geminorum, & hominem ſemper in labore occupatum indicari. His addit per duas vulpes gallinas comedentes decimum quartum gradum Geminorum, & hominem gulæ, & auaritiæ deditum deſignari.

PROVERBIA.

MAior adagiorum pars huius hiſtoriæ fallacias vulpis reſpicit: Quamobrem, prima facie, hoc reponetur. *Archilochi vulpes* Quod proferturin eum, qui, pro re nata, expeditiſſimum capit conſilium, quemadmodum Archilochus, in ſuis apologis, vulpem vbiquè callidiſſimam ſemper introducebat. Deinde, ob fraudationem, ſolet dici. *Vulpes vetus laqueo non capitur.* Quoniam vulpes, cum natura ſua, ſit callida, conſequenter etiam ſenescens ſit callidior. Idcirco ſequitur aliud adagium. *Senel in laqueum vulpes.* Quod conuenit cum illo. *Vulpes non iterum laqueo capitur.* Hoc prouerbium ſpectat ad hominem prudentem, qui denuò ad eumdem non offendit lapidem cum ſtupidi ſit hominis, rurſus in malum guſtatum incidere. Quare Ioannes Franciſcus Apoſtolus hucreſpiciens dixit.

lib. 4. epigr.

Non iterum laqueo capitur vulpecula cauta,
Ingeniis parcet leſus, amice, ſapis.

Quoniam verò, vt paulò ante exaratum fuit, vulpes in dies magis magiſquè fraudolenta euadit. Hinc ortum eſt illud adagium. *Vulpes pilum mutat non mores.* Spectat autem ad homines, qui ſeneſcentes vitia non deponunt. Vnde Io: Franciſcus Apoſtolus huius adagij non immemor ſcribens ad vulpinum ſic decinit.

lib. 4. epigr.

Tempora iam canis albent, vulpine, renatis,
Et tibi frons rugis aſpera vbiquè riget.
Sed mores nondum mutas, vulpine, nec vnquam
Vlla fides verbis eſt adhibenda tuis.
In te dicatur vetus illa paræmia, vulpes
Villos, non mores, mutat iniqua ſuos.

Pulchrè fallit vulpem Suidas hoc adagium, ſine vlla expoſitione, recenſet. Manutius autè opinatur prolatum eſſe in illum, qui dolis aliquem aſtutum captat, quod facilè poteſt coincidere eum illo. *Vulpes vulpem fallit.* Quando homo verſutus alium aſtutum deeſpit. Huic non abſimile in Græcorum ore circumfertur, nimirum Συος συὸς χολώνατ, ideſt Syri ad Phœnices. Quod adagium de duobus aſtutis colloquentibus pronunciari poteſt, quoniam Syri, & Phœnices populi aſtutiſſimi eſſe feruntur. Huic affine erit illud. *Vulpinari cum vulpe.* Quo admonentur verſantes cum hominibus fraudolentis, vt fallacias adhibeant. Sic enim veritatem aſſequentur illa Catonis carmina.

vulpinari cum vulpe quid. in Adag.

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt verus amicus,
Tu quoquè fac ſimula, & ſic ars deluditur arte.

Præterea aliud addit Manutius. *Cum vulpe habens commercium dolos cane.* Huius ratio eſt, nè aut impoſtura exitio tibi ſit, vel, ne contagium in mores tranſeat. Vulpinas quoquè fallacias reſpicit illud. *Vulpis reliquia.* Extat hoc apud Eupolim comicum, & ad verſipellem veteratorem attinet. Geſnerus etiam in Germania hoc circumferri ſcripſit. *Vulpes dolos ſuos relinquere non poteſt.* Cum natiuos mores occultare ſit admodum difficile. *Benigne pellace vulpe.* Pronunciatur hoc de illo, qui, commodi ſui cauſa benevolentiam ſimulat. Diogenianus aliud huic non multum diſſimile recenſet. *Vulpes eſuriens ſomnum obrepit.*

E *obrepit.* Dicitur què de illis, qui, ob cibi inopiam, dormiunt. Siquidem vulpes, vrgente fame, dormire fingit, vt allectas aues capere possit. Pauper etiam vulpes nuncupari potest, cum callida sit inopia, & multarum artium inuentrix. Promulgatur pariter hoc adagium in illos, qui dissimulantes conniuent ad quędam, vt inde aliquid commodi, per occasionem, referant. Tandem addit Suidas prouerbium ad astutiam spectans, cuius Cratinum citat auctorem, *Vulpes non corrumpitur muneribus*. Cum multa animalia esca capiantur, & vulpes non item. Hoc dicitur de versipellibus, qui non facilè, obiecto munusculo, corrumpuntur. Iam examinanda sunt alia prouerbia astum non respicientia, in quibus tamen vulpis sit mentio. Circumfertur per Græcorum ora ζευγνυειν τὰς ἀλώπεκας; *Iungere vulpes* Prouerbium hoc effertur de re impossibili; non enim potest vulpes aratro, vel curru iungi, quoniam est animal ab hoc valde alienum. Hoc simile est alteri prouerbio τράγον ἀμέλγειν. Hircum mulgere. Quod promitur de re palàm absurda. Sed vtriusquè meminit Virgilius hoc versu.

Atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. *eclog. 3.*

F Prædictis affine videtur illud *vulpem grauidam capere.* Cum rerum naturalium scrutatores id obseruare non potuerint. Niphus enim Philosophi sententiam stabiliens in commentarijs ad Aristotelem in hæc verba prorupit. *Ego enim toto tempore vitæ meæ nunquam in venationibus quas exercui, memini me cæpisse vulpem grauidam inter infinitas, quas venatus sum.* A prædictis non est valdè alienum illud, quod recitat Suidas, de aliquo rem absurdam operante. *Vulpes bouem agit;* Quoniam nihil est vulpi cum agricultura, veluti si quis agricola vellet philosophiam docere. Ἀλώπηξ οὐ λαλεῖ. *Vulpes non garrit.* Hoc spectat ad prudentes viros, qui, vt notat Cælius Calcagninus diligentissimè cauent, ne quid, præter rem, loquantur. Aliud adagium non multũ recedens à prædicto circũferuntur apud Germanos, amotante Gesnero, scilicet. *Vulpem simul, & leporem oportet esse.* Quoniam à viris prudentibus, pro negocio nato, ingenium est mutandum. Manutius, præter ordinem, alia recensẽt adagia, vt *Cauda de vulpe testatur.* Hoc promulgatur de illis, qui in re pusilla, cuiusmodi sint, declarant: nam vulpi ita est magna cauda in comparatione ad totum corpus, vt facilè cesari non possit. Hodie passim hoc profertur. *Omnis* G *vulpes suam amat cryptam*, cum notum sit cuicunquè suam patriam esse iucundissimam. Plautus tandem de re factu facili hoc pronunciauit. *Tàm facilè vinces, quàm vulpes pyrũ comest*; cum nihil negocij sit vulpi dentatissimę pyrum edere. Illa denique prouerbia. *Domi leones, & foris vulpecula.* Pariter. *Congregare cum leonibus vulpes.* In capite de leone explicata fuerunt.

lib. 6. de hist. an. c. 34.

in lib. adag.

in mustell.

MYSTICA. ET ALLEGORICA.

NOn debemus grauari sacris litteris aures præbere, cum ex illis, optima documenta percipiantur. Habemus enim in Cantico Canticorum. *Capite vobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineam.* Per vulpes parvulas intelligẽdæ sunt praue cogitationes, quæ antequam altas faciant radices sunt auferendæ, nam, ab initio, facilè possunt à corde extirpari. Propterea, iussu sponsi, nouellæ vulpes, scilicet antequam adolescant, sunt capiendæ. Itaquè ad rem eanebat Ouidius. *cap. 2.*

H *Opprime dum nona sunt subiti mala semina morbi*
Et tunc incipiens tre vesi stat equus.

Ricciardus, per vulpes vineam demolientes, interpretatur hæreticos in Ecclesiæ ordine turbantes, qui debeant verbi Dei laqueo coerceri, & sacræ scripturæ auctoritate conuinci. Præterea Psalmographus habet hæc verba. *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, & partes vulpium erunt.* nimirum tradentur in manus dolosorum, & fallacium hominum, cuiusmodi feruntur esse, secundùm Eutymium, Palæstini, à quibus Saul vna cum exercitu in insidias tractus, & occisus fuit. Verumtamen, secundùm alios, id exponitur de ijs, qui in extremo iudicio malis dæmonibus addicentur. Hi enim sunt vulpes, quæ animam nostram, incultam, nec vlla virtute resistente occupant iuxta illud Ieremię. *Propter montem Sion quia disperijt, vulpes ambulauerunt in eo.* Insuper in sacris Biblijs de vulpibus Samsonis hæc verba leguntur. *Samson cæpit trecentas vulpes, caudasq;*

in comm. in symb. Psalm. 62.

Thr. 7. c. 5 in lib. Iud. cap. 15.

earum

earum iunxit ad caudas,& faces ligauit in medio,quas igne ſuccẽſo dimiſit,vt hinc illinc ſi diſcurrerent, quę ſtatim perrexerunt in ſegetes Philiſthęorum: quibus ſuccenſis, & comportatę iam fruges, & adhuc ſtantes in ſtipula concremate ſunt. Hic, antequam ad ſenſum myſticum accedamus, duo ſunt diſquirenda. Primò cur Samſon vulpes potius, quam alias animantes, ad id præſtandum exhibuerit. Secundò vbinam tantam vulpium copiam inuenerit, ratione primi nonnulli ſunt huius opinionis, vt Nouarinus, vulpes in hoc caſu adhibitas fuiſſe, quoniam hę ſemper caput flectut, & retrò aſpiciunt, quod & Philiſthęi præſtiterunt, dum ipſi à pacto, & iuramento, quod fecerant, receſſerunt. Ratione ſecundi Salianus ſcriptis mandauit de tanta vulpium copia nos admiratione inſigni non eſſe afficiendos; quoniam, varijs in locis, varia vagantur animalia, & alicubi in magna copia, quæ alibi rariora inueniuntur. Iudæam autem, & Paleſtinam vulpibus abundaſſe multa ſacræ Scripturę loca teſtificantur, ideoquè Dauid occiſorum cadauera, non luporum, aut canum, ſed vulpium prædam fuiſſe aſſeuerauit. Accedit opportunitas temporis, nam in Canticis capiendæ ſunt vulpes, floreſcente vinea; quod tempus in Iudæa meſſis eſſe perhibetur. Propterea Samſon eas tunc venatus eſt. Addit Abulenſis aliam rationem, ſcilicet, quòd Samſon non ſolum corporis robore, ſed etiam inſigni pedum velocitate valuit, qua fugientes Feras facilè coercere poterat. Præterquamquòd Samſon egregius fuit venator, conſequenterquè induſtrios etiã venationis comites habuit.

in lib. Schedias. ſacro-proph. in annal. vet. & ſt.

in ſyl. alleg.

Quoad ſenſum myſticum Lauretus has trecentas Samſonis vulpes Dæmones interpretatur, qui ſegetes Iudæorum combuſſerunt. At Ricciardus, in commentarijs ſymbolicis, has vulpes exponit flagella, quibus in puniendis malis Deus vtitur. Cum vulpes ſemper obſint, & nunquam proſint; D. Auguſtinus per has vulpes Samſonis Hæreticos intelligit dum inquit. *Vulpes capti, ligatis caudis, ignem apponit, caudæ vulpium quid ſunt, niſi potentia Hæreticorum? qui prima habent, magna, blanda, & deceptoria opera, poſteriora ligata ideſt damnata, & ignem in fine trahentia, vt eorum fructus, & actus conſumat? Quid aliud eſt vulpem capere, niſi hæreticos auctoritate diuinæ legis denunciare, & ſacrarum Scripturarum teſtimonijs, velut quibuſdam vinculis alligare, atq; conſtringere?* Eamdem ferè expoſitionem D. Hieronymus in commentarijs ad Ezechielem attulit. Inſuper, apud Mattheum, leguntur hæc verba. *Videns autem Ieſus turbas multas circa ſe iuſſit ire trans fretum, & accedens vnus ſcriba ait illi. Magiſter ſequar te, quocunq; ieris, & dixit ei Ieſus. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* His verbis, Chriſtus Scribam repudiauit, ne ſe ob quæſtus faciendos ſequeretur, quia tantæ paupertatis eſſe ſignificabat, vt proprium tectum non haberet. Quare Lauretus has vulpes homines auaritiæ deditos, terræquè filios myſticè interpretatur, qui ſemper in effodiendis, & accumulandis diuitijs verſantur. Vnde hoc aſſertum euangelicum. *Vulpes foueas habent*, hodie tranſijt in vulgare prouerbium aduerſus homines fallaces, & diſſimulantes, qui ritu vulpium ſexcentos dolos fabricare norunt. Ideoquè doli erunt foueæ, & malitioſi homines vulpes nuncupabuntur. Imò quis habere foueas dicetur, qui multiplices fallendi technas callet. Ricciardus hoc in loco, per vulpes, hypocritas, per volucres cœli, iactatores, & per foueas corda hominum ſolutorum in luxuriam, intelligit, in quibus immundi ſpiritus ſtabulantur. D. Ambroſius exponens illa Euangelij verba, quæ extant apud Lucam. *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos.* Scribit, quòd vulpes hæreticis comparandæ ſunt, quia vulpes fraudolentum animal foueam parat, & in foueam latitare deſiderat. Ita ſunt hæretici, qui tanquam vaſerrimę vulpes gallinæ euangelicæ technas machinantur, meritoquè foueas habent, quia domum, quam habuerant, amiſerunt. Quapropter Ricciardus, iure optimo, verba Nehemiæ cõtemplans. *Si aſcenderit vulpes, tranſiliet eorum murum lapideum.* Myſticè hanc vulpem hæreticum aduerſus Euangelium inſurgentem exponit. Pariter Lauretus perpendens illa verba Ezechielis *quaſi vulpes in deſertis Prophetę tui Iſrael erant.* Has vulpes hæreticos, & pſeudoprophetas interpretatur. Vulpes enim circa domos verſantur, in cauernis ſe abſcondunt, & domeſticis auibus inſidiantur. Pſeudoprophetæ, & hæretici ſimilia operantur, primò, circa Dei Eccleſiam obambulant, deinde in foueis fallaciarum degunt, & tandem aſſiduas ſimplicibus hominibus inſidias tendunt.

in com. ſymb.

cap. 9.

cap. 4. in ſyl. alleg. cap. 13.

MO-

E

MORALIA.

IN doctrina morali Diabolus vera vulpes esse perhibetur, quia tortuoso incessu vtitur, & loca subterranea, nempè auarorum corda inhabitat qui diuitiarum amore irretiti, sub terra semper habitare dicuntur. Idquè multò magis confirmare debemus; cum in vita Sancti Hilarionis legatur, quòd Diabolus formam vulpis gannientis induens secus cellam, in qua Sanctus orabat, sæpiùs transilierit. Post Diabolum, peccantes vulpis nomen sibi asciscunt, quia, more vulpium, vt scribit Basilius, in criminum, & vitiorum foueis, ob deturpatam conscientiam, delitescunt. Imò quemadmodum vulpes in omnium conspectu versutias suas promere non audent, ita homines peccatis obruti, in Ecclesia Dei, F nequitiam suam confiteri erubescunt. Præterea, in huius asserti confirmationem obstinatos, & contumaces peccantes, optima de causa, vulpi possumus assimilare; nam hæc villosam caudam permingit, & fœtentem vrinam contrà persequentes canes proijcit, & hac ratione, cursum canum remoratur. Paritet homo vitijs deditus aduersus concionatores, & viros iustos publica crimina taxantes lotium fœtidum, nempè verba detractionibus referta eiaculantur, vt incorrecti, & impuniti dimittantur. Amplius, eodem Basilio teste, vulpes possumus indigitare illos omnes, qui proximis insidiantur, qui quotidiè nituntur fines alienos arrodere, fructus auferre, animalia deuorare, &, quod peius est, non more vulpium, pullos, sed riru luporum fues rapere. Imò viri pietate carentes vulpis nomine possunt insigniri. Nam hi, ad instar vulpium, bestias domesticas nimirùm pauperes potius, quàm syluestres, ideò raptores infestare solent, iuxta illud sacræ Scripturæ. *Veri impij oderunt simplicem*. Hypocritæ quoque vulpes appellantur non solum propter rationes, quas superiùs in Mysticis, & Allegoricis assignauimus, sed etiam quia veluti vulpes simulando mortem aues ad ipsam accedentes vorat, ipsi humilitatem, & G pietatem fingunt, homines què simplices cum eis versantes vitiando, & corrumpendo deuorant. Accedunt homines fraudolenti, & auari, qui vulpis nomen e latu ram nanciscuntur, cum, more vulpium in suis actionibus, & negocijs, via tortuosa semper incedant. Imò si vulpes canum persequentium ora pilis caudæ repletis hi similiter, muneribus Iudicum, & Principum persequentium, ora obturant, & liberantur. Tandem adscripti eorũ numero amicorũ, qui velut hirundines, æstate ideò secundis rebus adsunt, in aduersis verò, quemadmodũ illæ, ingruente hyeme, auolant, vulpiũ catuli non iniuria vocari possunt, qui lac in matris vberibus non inuenientes, illa laceran. Quamobrem, in hac vulpina amicitia extollenda possumus recensere illud Ouidij distichon.

Illud amicitiæ sanctum, & venerabile numen,
Prostat, & in questu pro meretrice sedet.

Restat tantummodò vna vulpis proprietas, quam homines imitari deberent, & est, quãdo vulpes in Thracia, aute admota, glaciei fragilitatem explorant, sic homines ad aliquam dignitatem promouendi, prius mundanæ prosperitatis fragilitatem diligenter H examinare, & contemplari deberent.

Peccantes cur vulpes.

Prouerb. 29

PRÆSAGIA, ET PRODIGIA.

HÆc animalia scilicet vulpem fœtam canem prægnãtem, lupum subnigrum in via obuiam facta iter infortunatum, & ominosum præsagire & grande discrimen afferre, teste Alexandro ab Alexandro, Veteres crediderunt. Quocirca Horatius, his rationibus, studebat Galateam ab instituta nauigatione reuocare, dum canebat hunc in modum.

lib. 1. Gen. dier.

lib. 3. car. Od. 27.

Impios parrha recinentis omen
Ducat, & prægnans canis, aut ab agro
Rauca decurrens lupa lanuuino,
fœtâ vulpes.

lib. 3. de Augur.

Pariter Ethnici, auctore Nipho, malum augurium esse pronunciabant, si lupus equum, aut

aut bouem voraſſet, ſi canis comediſſet aliquid, quod in cura eſſet, ſi vulpes gallinam, vel anſerem comprehendiſſet. Demùm Iſidorus vulpem quondam ex aqua natam fuiſſe teſtificatur. Sed quoniam huius rei nulla potuit ratio naturalis aſſignari; propterea id prodigij loco habendum eſſe multi arbitrati ſunt. A

lib. 12. c. 5.

SIMVLACRA.

prima par. Iconolog.

RIſci fideles Chriſti, auctore Ripa, per effigiem Iuuenis pullo colore prædictæ, pectore, & humeris detectis, lauro coronatæ, ſceptrum gerentis; & duas vulpeculas pedibus prementis, Fidem Chriſtianam figurabant. Faciem igitur fuſcam huic ſimulacro attribuebant, quoniam articuli fidei, quos credimus, prima fronte, euidentem claritatem habere non videntur, cum ſcribat D. Paulus. Videmus hic per ſpeculum, & in ænigmate, & Chriſtus dixit Thomæ, vt habemus apud Ioannem, *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Hęc iuuenis circa humeros, & pectus nuda pingebatur, quoniam prædicatio euangelica verborum obſcurorum vellarijs non eſt inuolucnda, ſed concionatores tam perſpicuè loquì debent, vt quælibet muliercula, aut cerdo intelligere poſſit. Deinde coronabatur lauro, tanquam victoriæ ſymbolo, quam chriſticolæ, aduerſus Diabolum, mundum, & carnem reportare debent. Sceptrum nil aliud niſi noſtræ fidei maieſtatem deſignabat, & tandem vulpeculæ pedibus calcatæ, hæretici eſſe perhibentur, qui ad finem poſtea conuincuntur. Amplius Ripa delineabat mulierem veſtimentis viridibus induram, in Tribunali Inconcinniter ſedentem, cuius dextra manus catenis aureis exornabatur; & vulpes eius pedes fouebat. Per hoc ſimulacrum, corruptelam Iudicum indicabat. Præterea idem Ripa perpendens vulpem eſſe animal ad nocendum ſemper paratum, ad demonſtrandas inſidias, figuram mulieris armatæ cum galea vulpina pelle cooperta exhibuit. Alibi ab eodem Ripa ſimulacrum fœderis hoc modo effigiatur. Duæ mulieres armatæ ſe mutuò amplexantes pinguntur, cum duabus haſtis, ſupra quarum altera ardea auis, & ſupra altera cornix delineatur, & ſub pedibus prædictarum mulierum vulpis ideò collocatur; quoniam prædictæ aues, ob ſingularem inter ſe ſympathiam, contrà vulpem animal inſidijs refertum acriter præliantur. Deinde in Adriopopolitano Palatio, vt colligitur ex Theatro vitæ humanæ, paulò ſuprà limen ſuperius, circulus inuentus eſt depictus quatuor animalia, inter quæ vulpis erat, effigies comprehendens. Poſtremò ex relationibus Ioannis Boteri habemus, in Cuzco, magna veneratione vulpem adorari. Quapropter eius ſimulacrum in templo, quod eorum lingua dicitur Guaca ſeruabatur. B C

Ioco cit.

par. 2. Icon.

li. 1. quarta par.

VSVS IN CIBIS.

volum. 3.

QVamuis venatores ſolummodò, propter pellem, & non propter carnem, vt pes inſectentur, & capiant. Verumtamen Cælius narrat. Sarmatis, Vandalis, & alijs multis Nationibus has carnes eſui eſſe. Præterea legitur, in hiſtoria nauigationum, incolas inſulæ portus ſanctæ crucis venati muſtelas, & vulpes, quarum carnes aliquando crudæ, quandoquè in ſummo parumper excoctæ ab ipſis eduntur. Ioannes Bruyerus, agens de re ciboria, fatetur ſe degustaſſe huiuſmodi carnes vulpium, ſed neſcio quid viroſum, & agreſte redolere; ideo ruricolæ libenter vulpes comprehendunt, captaſque aſſant, & elixant. Præſertim, vindemiarum tempore, quo vuarum eſu facilè pinguescere ſolent, vt etiam Galenus verba faciens de alimentorum facultatibus atteſtatur; propterea, ad illius mentē, venatores Græci, hoc anni tempore, ipſas eſitare conſueuerunt. harum tamen eſum, vt annotat Bruyerus, nitidior vita damnauit. Hinc non eſt mirum, ſi quidam Bæotus, apud Ariſtophanem, Bæotos tanquam rudes homines irrideat, qui vulpes non minus, quàm lepores, in menſarum delicijs habebant. Hoc autem à ratione alienum eſſe non debemus exiſtimare; cum ſcribat Galenus hunc in modum. *Canum verò, & vulpium carnem nunquam quidem guſtaui, nec ſanè guſtare vnquam fui adactus, neq; in Aſia, neque in Græcia, neq; in Italiâ. Auuis tamē hanc quoq; mādu cōcoctā tamē poſſum vim ei ineſſe carnibus* le- D

lib. 13. c. 26.

lib. 3.

in Acharnenſ.

in lib. de atten. vict. rat. c. 8.

E *leporum similem.* Cæterùm hæc caro vitanda est, quia humorem gignit melancholicum, si veritatem fatetur Galenus, dum inquit. *Quæ melancholicum sanguinẽ efficiunt sunt carnes caprina, bubula, magistą, hircina, & taurina, sed maximè asinorum, & camelorum, nam & his nonnulli vescuntur, item canina, & vulpina.* Hanc Galeni sententiam stabiliuit Aetius, cùm vulpinas carnes esse crassi alimenti, & humanæ naturæ valdè dissimiles, argumento à tetro carnis odore desumpto, liberè asseuerauit. *lib. 3. de loc. affec. c. 7.*

VSVS IN MEDICINA.

CVm omnes vulpium partes medico vsui famulentur, inchoando à capite, dicemus cum Olao Magno, vulpis cerebrum infantibus sæpius exhibitum, à morbo comitiali illos præseruare. Plinius negat eos in lippitudinem incurrere, qui linguam vulpis in armilla gestabunt; & inde hoc cõiicit Porta, quoniam vulpes cæcos pariat filios, noctuquè vagetur. Marcellus etiam Empyricus linguam vulpis arefactam, & collo patientis albugines suspensã summoperè commendat. Præterea pulmonem vulpis phthisicis, ob totius substantiæ familiaritatem, auxilio esse, omnes medici inculcant, vt notat Syluius. Huius puluerem in aliquo liquore suspriosis exhibet Dioscorides. Idem repetit Galenus. Sextus verò pulmonem exiccatum, non solum asthmaticis, sed etiam lienosis præscribit. Irem Marcellus Empyricus ad Dyspnœam hunc pulmonem, vel iecur in olla fictili exustum cum vino veteri, si patiens careat febre, propinat, sin secus, cum aqua miscet. Verùm, antequam pulmo ad vsum medicum trahatur, sic debet præparari. A pulmone auferenda est aspera arteria cùm venis annexis, deindè in vino odorifero abluatur, optimequè abstergatur à sanguine, quo refertus erat, mox imponatur in olla, & in furno exiccetur adeò lentè, nè aduratur. Probè igitur exiccatus in foliis absynthij, vel prasij, vel scabiosæ inuoluatur, sicueturquè in loco arido, nè putrescat. Cum igitur hic pulmo paticti bus morbos pectoris præcipuam afferat vtilitatem, pharmacopœi ex hoc parant eclegma, quòd Arabes loch de pulmone vulpis nuncupant. Vuecherius quoquè, propter eãdem rationem, hunc ponit in aqua, quam ad phthisim præparat. Imò & Quercetanus agens de Extractis, in affectibus thoracis, vtilibus; inter alia Extractum de pulmone vulpis extollit. Succedit iecur, de quo putamus vanam non esse eorum opinionem, qui illud exiccatum cùm polenta, in affectibus hepatis, præscribunt. At Galenus, quando ad mentem Archigenis enumerat pharmaca ad splencticos, meminit etiam hepatis vulpini exiccati, & in aceto exhibiti. Si fel vulpinum perpendamus. Narrat Sextus cum melle mixtum caliginem oculorum delere; pariter cum oleo in aures instillatum otalgiæ mederi. Rhasis verò, ad masculorum conceptionem, pessum ex lana confectum, & in hoc felle insuccatum à muliere per triduum deferri iubet. Renes huius animalis suis virtutibus non carent; nam Mizaldus cum sua pinguedine gonagræ opitulari scribit, & Sextus ad faucium tumores dissoluendos his guttur perfricat. Testiculus vulpis, ex auctore Horti sanitatis, calidus est, multaquè humiditate redundans; ideo venereo calori conducit; quapropter Rhasis binos vulpis testes tritos, ad iuuandam conceptionem, præscribit, & Bartolomeus Montagnana hos, in quodam electuario ponit, quod ad iuuandum congressum pro viris, & ad conceptionem pro mulieribus commendat. At Sextus in parotidibus discutiendis, & in sedandis inguinum doloribus hos feliciter affricat, qui, & genitale osseum vulpis oleo, & bitumine imbutum ad menses prouocandos tanquam pessum supponit, & pudendis vulpis fœminæ in cephalalgia caput circumdat. Sequitur sanguis considerandus, qui multum adimenti in affectu nephritico affert. Nam Nicolaus Myrepsicus sanguinem recens à vulpe extractum calculosis exhibet bibendum, &, eodem calido, pudenda inungit, sic enim, eadem hora, patiens per vrinam lapidẽ expellit. Absyrtus, in Hippiatria, pro equo lethargico præcipit inniri eius caput recenti vulpis sanguine, & infundi per nares oxycratum. Iam accedendum est ad pinguedinem, cuius temperamentum examinans Galenus, dicebat sullam moderatissimè relaxare, vehementius gallinarum, & anserum, sed leoninam adipem, & pardinum vehementer calefacere, & in medio horum bubulum, caprinum, & vulpinum consistere. Hic adeps colligitur, præparatur, & conseruatur more aliorum. Doloribus enim aurium primò auxiliatur; quia Galenus hunc liquatum, & in aures instillatum ad quamcunquè etiam

lib. 18. c. 31 F

lingua.

li. 2. de mat. med. lib. 11. de simp. med. fac.

Pulmo.

pulmonis præparatio.

G

lib. 2. antid. spec. li. 1. pharm.

Hepar vulpis.

fellis virtutes.

Renes.

Testes.

H

Sanguis.

cap. 101. li. 7. de eõp. med. per gen. c. 12. lib. 3. de eomp. med sec. loc. c. 1.

inueteratam affectionem commendat. Optimum autem esse præsidium indè colligit Porta, quoniam vulpes solertis sit auditus. Præterea hic adeps neruorum morbis magno
li. 2. Antid. spec. loco cit. est adminiculo. Vnde Vuecherius, in capite de oleis, cuiusdam Eremitæ oleum ad paralysim proponit, quod recipit libram seminum vulpinæ pinguedinis. Lithiasi etiam laborantibus non mediocriter conducit, quamobrem Vuecherius, ad calculum expellendum, parat vnguentum, quod vulpini adipis quantitatem recipit. Postmodum alopecia laborantes huius adipis inunctionem non infrugiferam esse experientur; nam Porta, in hoc affectu, mirandum in modum hunc valere inde cõijcit, quoniam vulpes pilorum defluuio laborent. Cæterùm, vt hic adeps maiorem vim attenuandi, & dissoluendi adipiscatur, Chymiatri, ex Vuecherio, oleum ab hac pinguedine per alembicum æneum lentissimo igne extrahunt. Tandem morbis boum non vulgariter prodest, cum Plinius in his sulphur viuum, allium syluestre, ouum coctum, & pinguedinem vulpinam summoperè probet. Demùm stercus vulpis ab vsu medico non est arcendum, quia Plinius, hoc cũ
lib. 2. Expo- riff. c. 53. sinapi mixtum, in vlceribus capitis adhibet, cum aceto autem dissolutum in lepra exicanda Marcellus præscribit. Rhasis verò cum oleo rosaceo mixto virgam inungit, atque hoc modo venerem sopitam excitat. At Galenus hunc simum cùm sebo bubulo miscet, & viri atque mulieris genitalia, ad conceptionem, inungit. Insuper pellis vulpis in medicina suos habet vsus. Galenus, hanc in affectu capillorum, adhibet, dum recipit pellẽ
pellis vulpis ad quid. capitis vulpis exiccatam, & combustam, & lacertæ viridis corpus, abiecto capite, per diem naturalem suspensæ, postea coquit prædicta in oleo, quo partes alopecia vexatæ perliniri debent. Sextus, in podagra, iubet parari calceos ex pelle vulpis, alij pelle recenter à vulpe extracta podagricorum pedes, fœlici cum successu, inuoluunt. Hodiè in praxi à pelle vulpis ischiadicos iuuari compertum est. Postremò cauda quoquè erit ex vsu medico, si, ad mentem Sexti, summa pars bracchio illius suspendatur, qui ad concubitum inertes habeat vires. His expositis de vulpium partibus; nunc ad totam vulpem sermo est conuertendus, ex qua, cum omniuorum sit animal, oleum paratur ad omnes
oleum vulpinum. arthritidis species valdè efficax; sed in parandi modo aliqua difficultas constitit. Galenus hæc scriptis mandauit. *Quando igitur oleo coquuntur, nam quidam sic curant arthriticos, partim viuas vulpes in lebetem ingentem injicientes, partim etiam mortuas.* Rondeletius vulpem coquit cum corio, abiectis tamen excrementis, & intestinis. At Renodeus, in capite de oleis, pellem caudam, & interanea tanquam inutilia reijcit, postea corporis truncum foeat, deinde cum aqua, vino, sale, & herbis neruos respicientibus decoquit, colaturæ addit oleum, saluiam, & rorem marinum, & rursus ad aquæ, & vinosæ substantiæ consumptionem diligenter, percoquit. Hodie, apud nos, oleum vulpinum ad mentem Mesuæ in Antidotario Bononiensi descriptum, in officinis medicorum paratur, seruatur, &, data occasione, adhibetur. Leonellus Fauentinus in simili casu, loco olei, vulpem exenteratam fractis ossibus in quantitate sufficienti aquæ fontis elixat, donec caro ab ossibus separetur, deinde hac decoctione pro stillicidio in paralysi vtitur.

VSVS IN LVDIS.

OLim Romæ XVIII. Calendas maias, in circo maximo, Equiria celebrabantur, & eadem die, fiebat vulpium fugientium combustio, cuius meminit Ouidius hunc in modum.
lib. 4. fast.

Tertia post hyadas cum lux erit orta remotas
Carcere priuatos circus habebit equos.
Cur igitur missæ vinctis ardentia tædis.
Terga ferant vulpes causa docenda mihi est.

Huius vulpium combustionis originem narrat Ouidius dimanasse à Carseolano territorio frumẽti ferace, maturis messibus, à vulpe adusto. Nã quidã adole scẽs annorũ duodecim, vt cuiusdam vulpis iniuriam vlciscerentur, quæ, in dies, proprijs gallinis insidiabatur, illam apprehensam paleis & fœno arido inuoluit, quæ, admoto igne, manus tenentis effugit, currensque per agros messibus vestitos, per quamcunquè partẽ fugiebat, fruges accendebat. Vnde huius monumentum ad posteros penetrauit, & lex Carseolana, tali tempore, vulpem incendit. Sed, vt multi volunt, non vulpem ad hoc iamdudũ

præ-

E præparatam, sed eam, qualis huiusmodi tempore coercebatur, incendebant. Versus autem Ouidij sic se habent.

Is capit extremi vulpem conualle salicti
Abstulerat multas illa cohortis aues,
Captinam stipula, fœnoq; inuoluit, & ignes,
Admouet, vrentes effugit illa manus.
Quà fugit, incendit vestitos messibus agros,
Damnosis vires ignibus aura dabat.
Factum abijt, monumenta manent, nam dicere certam
Nunc quoq; lex vulpem Carseolana vetat.
Vtq; luat pœnas genus hoc cerealibus ardet,
Quoq; modo segetes, perdidit ipsa perit.

F

VSVS IN VARIIS.

QVamquam varia sint medicamenta, quæ faciei mendas emendate valeãt, tamẽ ab his non est segregandum fel vulpis, quod mixtum melle, vt prodit Sextus, cutim mirandum in modum emaculat. Idem fel exiccatum, & edulijs gallinarum impositum illas secundùm Plinium à vulpibus intactas seruat. Verùm, cum Physiologi vulpes à sui generis esu se valdè abstinere obseruauerint, voluerunt quod vulpium caro elixata, Mizaldo teste, & gallinis in cibo data, per spatium bimestris illas a vulpibus securas reddat. Sanguis etiam huius animalis, præter vsum medicum, in alijs locum habet, eum tradat Plinius, quòd stella matina vulpino sanguine illita, & superiori ianuæ limini affixa, mala pharmaca inferri prohibeat. Accedit adeps, qui in præseruandis manibus, & pedibus à frigore insignem habet prærogatiuam, dummodò, annotante Mizaldo, sæpius inungantur, antequam intumescant. De pelle Albertus prodidit ab Aquila huius portiones ad oua fouenda *lib. memorab. cent. 7.*
G in proprium nidum deferri. Cauda tandem multiplices habet vsus. Primò, tribus, vel quatuor caudis iunctis, & baculo alligatis, ijs tanquam scopulis ad puluerem excutiendum à picturis, & à libris vtuntur. Deinde, qui argento pelles inducunt ad peristromata, caudas vulpium adhibent ad ducenda leuiter argenti folia super loca pellium argento non tecta. Ad finem Richardus Dinothus de vulpis cauda pulchram intellectu historiam narrat; Nimirum, cum familia Cardinalis Angelori, prosequendi Dominum gratia, sicut mos est apud Magnates, ad pulsati tintinnabuli signum non conueniret; ad horam postea prandij vulpina cauda, ne sonus exaudiretur, æra percuti mandauit, quo factum est, vt pauci admodum in prandio fuerint, atquè ita eorum negligentia lepidè vindicata fuit. Ad rem quidam vir doctus canebat. *in Aduers.*

Non campana sonat, quæ malleoli atquè bacili est
Expers, si vulpis insita cauda liceat.
Idcirco stultum est omnes curare loquelas,
Cum surda possis effugere aure sonum.

Hoc enim tetrasticho hominum detractiones non esse curandas innuebat cum illi, qui rectam vitam ducũt, debeant malorũ verba aspernari enunciãdo illud vulgare carmẽ.

H *Multum farris habet, qui cunctis obstruit ora.*

VSVS PELLIS.

PElles vulpium pro indumentis, hyemali tempore, plurimum commoditatis afferunt; dummodo sint vulpium natu maiorum, nam catulorum, & vulpium natu minorum, nec non æstiuo tempore captarum, pelles nullius sunt valoris, quoniam pili ex eis facilius defluunt; sunt enim pelles tenuiores, & radices pilorũ ab interiori parte apparẽt, atq. ita pili, nullo negocio, excidũt. At pelles nigrarũ vulpiũ magnæ sunt æstimationis; ideoq. Moscouitarũ Principes illis frequenter vtũtur. Verũ mercatores, vt refert Olaus Magnus, in his pel- *lib. 18. c. 30*

libus nigris examinandis perdiligentes eſſe debent, quia multæ pelles communiũ vulpium fumo piceari tinctæ, & adulteratæ venduntur. Præterea, ad varia indumentorum genera, variæ Nationes pellibus vulpium vſi fuerunt. Nam Alexander ab Alexandro tradit, Mauros Leonum, Pardorum, & Vrſorum tergoribus, alios ſerpentum, & piſcium corijs velari, Scythiæ verò magnam partem tergore vulpium opertam incedere. Vnde Baptiſta Mantuanus ſic eccinit. A

lib. 5. gen. dier.

——— & ad ilia vulpes
eclog. 6. Meloteſq; trahunt, maculoſaq; tergora Lyncis.

Ceterum Thracibus in more fuit eodem Alexandro teſte, è pellibus vulpium caſſides conſtructas ferre. Quemadmodum Aethiopes boum pelles amicti acies ſubibant, & præliabantur. Quare Baptiſta Mantuanus ad hanc vulpinam galeam alludens dixit. lib. 1. gen. dier.

Eſt qui fronte gerat vulpes, & ſubrigat aures.

Hodie, inquit Geſnerus, etiam in Germania, ex his pellibus pileos conficiunt. Imò quandoquè hi ex diſciſſis vulpium caudis, iterumquè conſutis fabricantur. Sigiſmundus quoquè agens de rebus Moſcouitis, narrat pelles vulpinas, ſed præſertim nigras, pro conficiendis teguminibus capitis, nonnunquàm quindecim aureis venundari. In Tartaria verò vulpino indumento aliter vtuntur; nam ſcribit Paulus Venetus, quòd Tartarorum ditiores, veſtes ſericeas, & aureas induunt, ſub hiſquè vulpiũ pelles delicatas ferũt. lib. 1. c. 56. B

DE VVLPE ALBA.

Caput II.

IN Hiſpania vulpes omnino albas reperiri, & à mercatoribus Franeforddiam vehi audiuit Geſnerus. Verùm noſtri pelliones, quas pelles albas venales habent, ex frigida plaga deferri aſſerunt. Propterea in Suetia, & Noruegia plurimas vulpes candidas vagari Olaus Magnus atteſtatur; hãc opinionem confirmat Gerardus in nauigatione ad Arcton, qui, in illis frigidiſſimis regionibus arcticis, innumeras ferè vulpes candidas ſicuti, & vrſos albos verſari ſcripſit, quæ talis ſunt naturæ, ipſo referente, vt non, niſi Sole demerſo ſub Orizonte, appareant. Cum contingat illam regionem habere ſuum Zenith inter circulum arcticum, & polum mundi, accidit ei ſimiliter, vt habeat vnam noctem continuam, Sole vagante per ſigna ab Orizonte intercepta, & tali tempore vulpes albæ apparent. Sed ſtatim atque Sol emergit ab Orizonte, diemquè longũ nimirùm nocti præcedenti æqualem efficit, tunc vulpes albæ abſconduntur, & vrſi albi à cauernis in campum exeunt fortè ob quamdam antipathiam, qua vrſi albi, & vulpes candidæ inter ſe diſſentiunt. par. 3. C

Capiebantur huiuſmodi vulpes, eodé Gerardo teſte, funiculis rudentũ inſtar retiũ effictis, atquè ita diſpoſitis, vt funiculo ab ædibus tracto, cum vulpes ſubtus venirent, involuerentur. Imò, ex craſſis aſſeribus, decipulas fabricabant, & lapides ſuperimponebant, vt vulpes pondere compreſſæ ab ipſis euadere nequirent. Has ergò captas, & toſtas ederunt, carnemquè cuniculorum ſapere retulerunt. Inſuper narrat, quemadmodùm, Arctozephiro flante, & aere frigidiſſimo vulpes albæ ſupra ædificium currentes exaudiebantur: quòd, nonnullis malum augurium eſſe dicentibus, de hoc inter comites ſuborta fuit quæſtio. Reſponſumquè fuit malum augurium eſſe, quia prædictæ vulpes, non eſſent in olla elixandæ, aut vero tranſfixæ, ea namquè ratione edentibus bono omini fuiſſent. Præterea hæ albæ vulpes, & laqueis, & decipulis comprehenſæ non ſolum ad eſum erant vtiles, ſed etiam ex pellibus earum pilei parabantur, vt ab aſpero gelu caput præſeruarentur. Quamuis, teſte Olao Magno, pelles vulpis candidæ minoris ſint æſtimationis, tum ob copiam, tum ob caſum pilorum, qui minus cutibus adhærent. Verumtamen, qui curioſitati, vel vtilitati ſtudent, has pelles, arcendi frigoris gratia, pro vſu dormientium ſibi comparant, quia magnum calorem cito inducũt conſeruant; deindè huiuſmodi pelles leues ſunt, & ſenioribus maximè conuenientes. lib. 18. c. 30. D

VVLPES ALBA CVM ALOPECVRO DODONAEI.

DE VVLPE CRVCIGERA.

Caput III.

Peciei vulpis non contemnendæ meminit Gesnerus in appendice quadrupedum viuiparorum, quæ colorem nigrum per longitudinem vsquè ad caudam, & per transuersum vsquè ad anteriores pedes in pelle habet. Idcirco hoc vulpis genus communi vulpi non esset absimile, nisi hac insigni nota discriminaretur, licèt Olaus Magnus ob magnitudinem etiam à communi facilè distingui posse testificetur. In hoc igitur animali ab ore per caput tergum, & caudam recta nigri coloris linea protrahitur, deinde alia transuersa per armos ad

pedes anteriores ducitur, quæ duæ lineæ crucis similitudinem exprimunt; vnde hæc vulpes nomen sortita est. Imò, & in Germania propria lingua vulpem hanc crucigeram appellant. Verùm animaduertendum est, hoc genus vulpis, ad mentem Gesneri, in cõparatione ad alias, nigriore gutture esse præditum, neq. in Germania nasci, sed ab alijs frigidioribus regionibus pelles illuc importari. Cùm vulpes tantummodò rutili coloris in Teutonica regione vagentur. Tandem Olaus Magnus pelles vulpium, quæ cruce nigra dorso tenus à natura signatæ sunt, & propter maiorem ornatum, & propter pellium magnitudinem caro pretio venundari obseruauit.

lib. 18. c. 30

A

VVLPES CRVCIGERA GESN.
cum testiculo vulpino Lobel.

DE

E

DE SIMIVVLPA.

Caput IV.

SYNONIMA, ET DESCRIPTIO.

F RErum Indicarum Scriptores quoddam rarum animal veteribus prorsùs incognitum describunt, ac depingunt, quod Gesnerus, & alij Auctores ob similitudinem, quam cum simia, & vulpe habet, Simiuulpem cognominarunt. Nos græcè πιθηκαλωπεκα possumus appellare. Quamuis Scaliger *exerc.* 206. αλωπεκίπιθηκον, nempè vulpisimiam indigitauerit. Alij semiuulpem, vel semisimiam dixerunt, quoniam medietate anteriori vulpem, & medietate posteriori si-

VVLPISIMIA, VEL SIMIVVLPA.

miam

part. 3. miam æmulatur. In Braſiliana regione, vt habetur in hiſtoria Americæ, Fera Saruttai, vel Sarignea nuncupatur. Oui edus in Summario Indiæ occidentalis ibi Chiurcham appellari ſcribit, ſecundùm alios Cinciam in Peru, in Mallucanis inſulis Zurcam, at in regione inſulæ Cubæ Guadaquinax dicitur. Cardanus verò agens de rerum varietate, Guadaquinax, & Guadaquinaiũ animal à Simiaulpe diuerſum eſſe conſtituit. Deſcriptionem huius animalis exhibet Petrus Martyr, quæ recitatur etiam in tertia parte hiſtoriæ Americæ. Hoc igitur animal coloris eſt cinerei, interdum fuſci ad magnitudinem cuniculorũ, vel leporũ, ſecundùm alios accedẽs, & teretrimũ odore & fœtore tres; cuius pars anterior vulpem, poſterior ſimiam refert, pedes humanæ effigie prædotos; & aures nocturnas habet, ſub ventrem vſitatum, aliud geſtat receptaculum inſtar crumenæ latioris, in quod catulos ſuos poſt partum recipit, & portat quocunq. proficiſcitur, nec inde exeũt, niſi quando vbera ſugunt, ibidemquè mater eos occultat, donec ſinè parentis tutela per ſe vagari, & cibum inquirere poſſint. Simulia de cane marino ſcripſit Oppianus, quia, periculo impendente, catulos ſuos in ventrem recipiat, & iterum quaſi pariat, quando omnia tuta eſſe viderit. Idem de vitulo marino refert Baſilius Magnus, & de Delphino Nazianzenus. Vt redeamus, vnde digreſſi ſumus, narrat Pinzonius hoc animal cum tribus catulis delatũ fuiſſe Sibiliã, licet catuli in itinere perierint. Verũ ſi cõtingat, vt mater in terficiatur, hi vix ab vberibus, vt vitæ ſuæ conſulant, auelli queunt. Imò vna ex his beſtijs fuit interfecta, vt ipſe refert, cum ſeptem catulis in illa pelle incluſis. Scaliger autem ſcripſit hanc belluam quandoquè duodenos catulos eniti.

lib. 7. c. 33. lib. 9. prim. decad. occan.

lib 1. de Piſcat.

in lib. naũig. c. 123.

A

B

LOCVS CIBVS.

lib. 7. c. 33. lib. 17.

CArdanus, verba faciens de rerum varietate, litteris mandauit hoc animal Chiurcham dictum in noua Hiſpania reperiri. At in hiſtoria Indica habemus harũ beſtiarũ quantitatem Inſulæ Cubæ littora colere. Richardus Dinothus dixit veram harum patriam Americam eſſe, ſed rectiùs, in tabula geographica regni Guianæ, in America eſt hoc animal ſub nomine (Simiaulpe) delineatum, vbi habemus quòd Paria Regio Americæ his potiſſimum redundat, quod repetit Pinzonius, in ſuo nauigationum libro, & tandem Petrus Martyr in Paria, in Braſilia, & in alijs Peruanis regionibus hoc animal viuere aſſeueranit. De cibo narrat Petrus Martyr, quòd hoc animal fructibus arborum veſcitur. Ideoquè non ſolum ob id arbores ſcandit, ſed etiam cùm catulis in crumena incluſis, magna agilitate, de arbore in arborem tranſilit. At, in hiſtoria rerum Indicarum, fertur hoc animal tanquam vulpes eſu gallinarum delectari, ſed Oui edus in Summario Indiæ Occidentalis ſcriptum reliquit, quòd beſtia hæc, ritu muſtelarum, noctu domos ingrediatur, necanſquè gallinas earum ſanguinem tantummodò ſugat. Imò illic ventrale marſupium aperit, filioſq. dimittit, vt & ipſi ad gallinaceum ſanguinem ſorbendum aſſueſcant. Interim, ſi aliquè habitantiũ ſtrepitũ ſeſerit, illicò natos in crumenã recipiẽs fugã arripit.

cap. 13. decad. 2. lib. 8. part. 3.

C

EMBLEMA.

D

emblem. 57.

IN libro ſymbolorum, & emblematũ ex animalibus à Camerario conſcriptorum, quædam pictura conſpicitur ſimiaulpam cum catulis vbera ſugentibus repræſentans, cum hoc titulo. CVSTODIA TVTA. Quoniã auctor innuere volebat, quod ſub parentum, & aliorum, qui nobis benè volunt, cuſtodia, & cura, quandiù nobis fuerit conceſſum, perſeuerare, illaquè grato animo frui debeamus, idcirco emblemati prædicto ſubſcribit hoc diſtichõ.

O tutos ſatis hos cues, populumq; beatum
Queis velut in patrio fas habitare ſinu.

Lucas Contilis Scriptor Italicus, inter Phrenoſchemata, iconem huius animalis reponit cum eodem titulo. CVSTODIA TVTA. Quoniam hoc animal omnia bona ſua ſecum portat.

E

VSVS IN CIBIS.

CArnibus huius animalis non solum Indi libentissimè vescuntur, verùm etiam hanc cæterorum animalium quascunq. carnes gustu suauitate nobilitatas, antecellere prædicant. Quapropter legitur in historia Indica; quòd habitatores Insulæ Cubæ obseruantes magnam horum animalium quantitatem vagantium super arbores secùs littora Insulæ crescentes, clanculum accedentes, & de improuiso, magno impetu, arborem excutientes, has belluas cadere in aquam cogunt. Tunc innatantes illas apprehendunt, postea in cibos multifariè coquunt. *lib. 17.*

F

DE SIMIA.

Caput V.

ÆQVIVOCA.

AVulpe ad simiam, per Simiuulpam animal vtriusquè naturam participans, transeuntes necessariò hunc ordinem seruare cogimur; præterquamquod ambo hæc animalia talis naturæ esse perhibentur, vt aliud fronte simulare, aliud pectore premere videantur. Idcircò hoc nomen, simia, præter animal, de quo in præsentia verba facimus, seu hoc nomen πίθηξ, iuxtà opinionem Suidæ, homuncionem vel pumilionem, seu breuis staturæ hominem, aut hominis simulacrum significat, & in hoc sensu, Demosthenes Aeschinem simiam nuncupauit, aut quia breui statura præditus esset, aut quia tragœdiarum histriones eleganter imitaretur. Præterea, licèt impostor ab Hesychio, & Varino κέρκοψ, vel rectius κίρκοψ nominetur; ab alijs tamen Græcis πίθηξ, idest Simia dicitur. Amplius mimi nimirum ab imitatione simiæ vocantur. Quapropter Capitolinus Maximinum iuniorem sui temporis simiam, quia cuncta imitaretur, nuncupatum fuisse autumat; ob hanc eamdem causam Aristophanes, in Auibus, quemdam traducens πίθηκον nempè simiam, siue, vt mimum, siuè tanquam deformem improbum, & altiuum in [illegible] auit. Insuper, ex Aeliano, quidã piscis, ex genere cartilaginoso mare rubrum incolit, qui, cum in colore, & facie terrestris simiæ speciem, & similitudinem gerat, simiæ nomen apud Auctores sibi comparauit, de quo in historia piscium vbertim actum fuit. *Simia homuncionem significat.* *lib. 2. c. 27.*

G

SYNONIMA, eorumq. Etymum.

H

PRoditum est Latinorum monimentis simiam, vel etiam simium masculino genere à depressis nãribus nomen desumpsisse; vnde simia dicta est quasi sima à voce græca, σιμός, quæ simum, & depressum significat; verisimen, secundum alios simia, quasi mima scilicet hominum imitatrix nuncupata fuit. Hac de causa Galenus non immeritò hanc bestiam ridiculam hominis imitationem esse pronunciauit. Bartholomeus cognomento Anglicus, in libro de rerum proprietatibus, scriptum reliquit Simiam quasi Simeam, nempè homini similem dictam fuisse, cum hominum quodammodo effigiem præseferre videatur, iuxta illud antiquum Ennij carmen. *Mima quid sit.*

Simia quam similis turpissima bestia nobis.

Placuit tamen Festo has bestias à tritis clunibus non simias, sed Clunas appellare. At, in *Clunæ quid sit.*

in Græcorũ libris Simia πίθηξ, vel πίθηκος, & ad mentem Pindari πίθων dicta esse obseruatur, παρὰ τὸ πίθεσθαι, quia facilè ad humanarum actionum imitationem persuadeatur. Simia apud Suidam legitur πίθηξ. ἰμιμὼ, cum Græcis μίμος imitator dicatur, propriè de imitatore histrionico, qui gestu dicta, vel facta alicuius imitando effingit. Ab his vocibus græcis, Pithecus simia, & Cercopithecus simia caudata formantur. Verum animaduertit Salmasius in Solinum, quòd, in antiquo libro notarum Tironis, & Senecæ, Pithepus, & Cercopithepus legitur. Deinde quamuis græca veterum monumenta personent, quòd vox σάτυρος proprie nanum designet, tamen Etymologus, hoc nomine, Simiam denotari voluit. At Gyraldus aliquando apud Græcos Simiam καλλίαν, blanda nimirum voce, nominari obseruauit; quemadmodum Suem in sacrificio γλυκίαν indigitare cõsueuerũt. Hæc bestia Hebræis dicitur Koph, & in numero multitudinis Kophim, Chaldeus reddit Kophin, Septuaginta πίθηκος, & D. Hieronimus simias interpretatur. Prisca Hetruscorum lingua Arimos simia appellabatur; vnde Inarime simiarum insula nomen sortita est, vt suo loco fusè exponetur. Mauri simiam bugiam vocant, nos monã inquit Scaliger. Præterea Hispanis Mona, vel Ximio, Italis Simia, aut Bertuccia, Gallis Singe, Germanis Aff, Flandris Sime, Anglis Ape cognominatur Nos à viris fide dignis, qui Indicas regiones peragrarunt, intelleximus, quòd hoc animal in patria regione Buxio dicitur; propterea nulla admiratione nunc tenemur, cum Simia vulgo Pinssa appelletur Syluaticus denique nescimus, qua ratione ductus hanc belluam Samadam indigitet.

exerc. 213.

GENVS, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

RElatum est in Scriptorum commentarijs, multas Simiarum species inter se forma, colore, iubis, cauda, & magnitudine discrepantes reperiri; quod huius historiæ ordinem meditanti non parùm negocij facessit. Aristoteles simias ad tria genera reducere videtur; dum simias sine cauda, simias caudatas, nempè cepos, & simias anicipites, nempè Cynocephalos constituit, quas postremas cæteris maiores validiores, & robustiores esse autumat. De huiusmodi autem triplici simiarum genero verba faciens Oppianus sic canebat, Bodino interprete.

lib. 2. de hist. An. c. 8

Prætermitto scurrile triplex inhoneſtum.

Præterea Physiologi in vnoquoquè genere, ratione magnitudinis, coloris, & aspectus, maximam varietatem obseruari tradiderunt, nam, vt refert Marcus Polus, nonnullæ erectæ staturam humanam adæquantes reperiuntur. Plinius in India coloris albi apud populos Orfeos vagari asseueranter scribit. In effigie tandem mirandum in modum ita variant, vt Auctore Sphyngum, Satyrorum, & aliarum huius generis belluarum meminerint, quæ ad simiarum genera cum Gesnero reducenda esse opinamur. Si descriptionem huius animantis meditemur Reusnerus pereleganter canit hunc in modum.

lib. 3. de Ven. lib. 3. c. 25. lib. 8. c. 21.

Simius eſt homini ſimilis, ſed beſtia turpis.

Cæterùm animaduertendum est, quando simiam dicimus, semper simiam sine cauda intelligendam esse, quoniam simiæ caudis a natura donatæ Cercopithaci propriè indigitantur, quod respiciens Martialis sic cecinit.

in paradiſ. poet.

Callidus emiſſas eludere Simius haſtas,
Si mihi cauda foret Cercopitheçus eram.

lib. 4. epigr. 22.

Propterea, ex Gesnero, Simius non solum cauda caret, hominisquè figuram æmulatur, sed etiam cum calcaneis in pedibus à natura instructus sit, erigitur, & tanquam homo stat, atquè currit. Verùm, si quis elegantiorem Simiæ descriptionem desideret, Natalem Comitum petat, qui simiam describit his versibus

Eſt color his flauumquè inter fuſcumquè nigrorum
Omnibus & Hudys imitantur plurima facta.
Ambabus capiunt manibus, quod tetigeris, ipſo
Viſu mortales ſpectantur lumina, nigres

His

E *His vilium, latè què vngues est indice planta,*
Et tenuem distincta notis, his mollior auris.
Humanam speciem referunt, denteſquè nitentes,
Vt dicas olim humano de semine natas.

Sed in hac deſcriptione non debemus à doctrina Ariſtotelis recedere, qui, in animalium hiſtorijs teſtatum reliquit, Simiam eſſe animal, quod cum homine in facie, in naribus, cruribus, dentibus tam anterioribus, quàm maxillaribus, nec non in cilijs communicat, cum ceteræ quadrupedes cilium in vtraquè palpebra non habeant. Præterea addit Ariſtoteles mammas in pectore, & bracchia ritu hominis habere, nec non manus, digitos, & vngues homini ſimiles; omnia tamen ſunt rudiora, illis pedes ſunt veluti manus maiuſculæ, & vmbelicus earum non eminet, ſed durum quoddam loco vmbelici appareat. Deinde partem corporis ſuperiorem multo maiorem, more quadrupedum, quàm F inferiorem poſſident. Tandem genitale fœminæ, mulieris habet ſimile, maris verò pudendum potius caninum, quàm hominis æmulatur. *lib. 2. c. 8.*

ANATOMICA.

RAtione partium exteriorum ſimiam homini nõ eſſe diſſimilem ex ſuperius dictis, iam omnibus exploratiſſimum eſſe cõiectamus. Modò intimas partes huius animalis perſcrutando colligimus ex Alberto, quòd veluti ſimia, in partibus extimis, ab homine non valdè diſſentit, ita totum oppoſitum in partibus internis obſeruari, cum ſimia ab homine magis, quàm aliud animal diſcrepet. Hoc aſſertum doctrinæ Ariſtotelis, & Galeni valdè repugnat, nam Ariſtoteles litteris mandauit Simiarum interanea, præ ceteris animantibus, multum humanis aſſimilari; & Galenus ſententiam Ariſtotelis ſtabilire videtur; dum in aggreſſionibus anatomicis ſimiam viſceribus, muſculis, arterijs, neruis, & oſſibus homini ſimilem eſſe aſſeuerat. Propterea paulo inferiùs ſimiam, pro anatomica exercitatione excoriandam, in aqua ſuffocandam eſſe docet, quia in ſuſpenſis partes colli adeò laceranG tur, vt muſculi diſtinctè conſpici minimè poſſint. Quare ſi cum eodem Galeno per ſingulas ſimiæ partes percurramus, prædictæ ſimilitudinis veritatem comperiemus. Hæ licet in aliquibus partibus manca ſit, cum minus rectam crurum ſtructuram ſit ſortita, & magnum manus digitum omnis functionis firmamentum mutilum habeat, attamen, ex Galeno. latiſſimas thoracis partes adepta eſt, vt homo; cum cæteræ animantes acutiori pectore ſint prædite; in quo poſtmodum cor pyramidalis figuræ veluti humanum claditur. Quamuis Auicennas, & Albertus ſcripſerint cor cuiuſdam ſimij cum duobus acuminibus repertum fuiſſe: illud enim pro miraculo, vel monſtro habitum, ijdem Auctores referunt. Præterea idem Galenus agens de venarum, & arteriarum diſſectione, diſtributionem venarum in ſimiarum bracchijs, non aliter, ac in bracchijs humanis ſeſe habere affirmauit. Imò, in eodem libro, obſeruat venam illam notabilem, quæ in dextram cordis aurem fertur, moxquè in eius ſinum dextrum penetrat, in ſimijs paulò ſuprà aurem cordis ſitam eſſe; addit quoquè venas, quæ à caua propagantur, & in renes inſeH runtur, eſſe ampliſſimas, deinceps poſt has ad teſtes deferri, quæ partim quoddam cõmune in omnibus ſimijs, partim in ſingulis quoddam proprium nactæ ſunt. Fibrarum poſtea complexus in ſimijs euidenter apparet, in alijs autem animantibus, quæ paulò prolixiora colla habuerint, tantò minùs, quàm in ſimijs innoteſcere poſſunt, quantò collum oblongius extiterit. Si ad muſculorum contemplationem, ſermonem conuertamus, inueniemus apud Galenum muſculos temporales exiles, & debiles, nec non auris ſubſtantiam ferè immobilem tàm in hominibus, quàm in ſimijs exiſtere. Accedit, quòd in ſimijs, quæ homini, eodem Galeno teſte, in plurimis alijs particulis, & præcipuè in collo ſunt ſimilimæ, prima neruorum coniugatio in eos tantùm muſculos, qui ſunt circà dearticulationem capitis diſtribuatur. Deinde cum Galeno accedentibus ad alias inferiores partes examinandas, occurunt muſculi ex ima parte ad poſtremas thoracis coſtas ſurſum paulatim obliqui tendentes, qui in alijs animantibus notãdæ ſunt magnitudinis, in ſimijs, paruis thoracis muſculis non diſſimiles eſſe apparent. Imò agens de vſu partiũ humani corporis, non tantam ſimiæ conuenièiam cum homine obſeruauit, quin in multis

lib. 22. de Anim.
lib. 2. de hiſt. Anim. cap. 9.
lib. 1. de Anat. admin. cap. 2.
cap. 3.
comm. 3. in lib. Hip. de artic.
lib. 3. ſen. 2. tract. 1. c. 1.
cap. 4.
cap. 8.
lib. 16. de vſu part. cap. 6.
in lib. de diſſect. nerv. cap. 12.
lib. 6. de Anat. admin. c. 10.
lib. 15. c. 8.

et am

etiam musculis aliqua etiam discrepantia conspiciatur. Nam illi infra descendentes, qui genu dearticulationem mouent, ab humanorum figura prorsùs recedunt. Præterquamquòd articulus ischij non penitùs humano similis constituitur, & tandem musculos carnosos, qui nates integrare solent; in simijs admodum ridiculos esse cum Galeno libere asseueramus. Verùm simiam ab homine in alijs differre partibus, quas Galenus non recensuit, Andreas Vesalius nostræ ætatis Anatomicus celeberrimus egregiè docet, nempè in musculis thoracis, & brachia mouentibus, in ijs, qui cubitum, & femur agunt, in manus interna structura, in musculis digitos pedis mouentibus, in tendine pedi subnato. Item in colo, mesenterio, & pulmonis quinto lobo venam cauam sustinente, quem in cadauere humano non licet conspicari. His animaduersis simiæ sceleton examinandum, & ponderandum se se offert, cum Galenus, ad intelligendam Hippocratis doctrinam de fracturis, demonstrationem ossium hominis, vel simiæ necessariam esse assueuerit, cum vtriusque sceleton maximam conuenientiam habeat, quod in doctrina Galeni, passim manifestum habemus; nam ipse homini, & simiæ maxillam inferiorem minùs assignat, & paulò inferius collum simiæ ex septem spondylis, quemadmodum, & collum hominis integrari astruit, sicuti etiam in cæteris animantibus à natura hominis non valdè recedentibus intueri possumus. Cæterùm sciendum est, quòd simia, in aliquibus etiam ossibus, ab humano sceleto discrepat; quoniam in homine ad lumbos quinquè tantum vertebræ conspiciuntur, in simijs autem, velut in alijs quadrupedibus cum Galeno sex obseruantur. Præterquamquòd simia, si quadrupes incedat, mutila est, & tarda, quoniam humeri articulus à thorace plurimùm est abductus, si bipes gradiatur, clauda est, quoniam crura, teste Galeno, non recta ad spinam tendunt. Imò pedes concauos, & digitos valdè fissos sortita est, quoniam hæc constructio ad amplexandum valdè idonea esse perhibetur, cum simia ritu felium, & murium omnia velocissimè apprehendens edita petat. Ad finem pedes huius animalis non modò ratione concauitatis, sed etiam ratione cuiusdam tendinis, quemadmodum etiam manus, ab humanis dissentire videntur; de quo Galeni doctrina administrationum anatomicarum legenda est. Postremò, si quis plura de simiæ anatomia videre cupiat, librum de quinquè sensibus Hieronymi Fabricij ab Aquapendente adeat, vbi figura oculi simiæ anteriorem partem demonstrans, nec non eiusdem simiæ oculi icon musculos repræsentans exhibetur. Ibidem quoque simiæ laryngis figura cum glotide, pariterquè cum scutiformi ex vna parte deducta conspicitur.

in volum. de fabric. corp. hum.

in lib. Hipp. de artic. c. 2

lib. 21. de vsu part. cap. 2.

comm. 3. in lib. Hip. de artic.

lib. 13. de vsu part. cap. 11.

lib. 2. cap. 8.

NATVRA, MORES, Ingenium.

VSum simijs exquisitum naturam impertitam fuisse, omnes auctores pro comperto affirmant; idcirco naturali instinctu ductæ in maxillarum cauitatibus cibaria condunt, moxquè inde sensim ad mandendum manibus expromunt; ficquè in dies esitando ventrem distendunt. Præterea nullum est animal, quod in luxuriam magis soluatur, quàm simia. Hæc enim adeò petulans est, vt non vereatur etiam leonem illius clunibus affixa per lasciuiam exagitare. At inter simias rufæ potissimum libidine intemperatæ cupiditatis exardescunt. Quamobrem, ex Aeliano, has in vrbes non adducunt, quoniam Veneris stimulo inflammatæ sexum muliebrem furentes inuadunt. Amplius in iracundiam præcipites feruntur, & iniuriæ diù meminerunt, si vera scripsit Albertus. Verumtamen, secundùm alios, simiæ irarum motus facilè concipiunt, sed illos etiam breui deponunt; vnde vulgò solet dici, adulatoris minas, & simiæ iras eodem loco habendas esse. Insuper proprio instinctu præcipua prolem affectione prosequuntur, ideoquè manuefactæ catulos suos omnibus ostendunt. Oppianus autem tradit ex duobus catulis, quos edunt, alterum magis, alterùm verò minus diligere. Præter hæc, alia proprietate sunt donatæ, vt in Neomænia eximijs gaudijs, & in interlunio summis mœroribus afficiantur. Deniq. simia statimquè per tactum, aut mortem, aut morbum putridum deprehenderit, inusitato natium strepitu confestim eundem affectum manifestat. Hinc doctissimus Crollius col-

simiæ rufæ cuius naturæ sint.

lib. 3. Cyneget.

lit

E figit artem sphygmicã ab hoc animali medicos didicisse. Demùm simiæ aliquando trãsuerso latere facilimè gradiuntur, sed hoc ob pedum posteriorum latitudinem eis contingere opinamur. Prædictis addamus huius bestiæ docilitatem, quæ acris ingenij & ad discendum prompti specimen ostendere solet. Nam simia omne quod corpore agitur, si doceatur, præclarè discit, & licèt rudis, & inexercitata, idipsum tamen, quod videt, actionibus citò repræsentat. v.g. si intueatur aliquem saltantem, ludentem, vel gesticulantẽ, ita facilis est ad imitandum, & prompta ad discendum, vt saltationes, ludos, & gesticulationes illicò assequatur. Quocirca non erit nobis admirãtioni, si Aelianus simiam habenas abducendi, & remittendi, flagelloquè vtendi modum apprehendisse, aurigæquè munus obijsse promulgauerit; & si Mutianus, referente Plinio, latrunculis cera effictis simiam lusisse tradiderit. Imò quandoquè tanta ingenij solertia valuit, vt aliquibus gra ui fuerit exitio. Quoniam simia olim, apud Aelianum, ab eminenti loco conspicata nutricẽ, à qua infans in pelui abluebatur, & detersus in alba syndone, fasciisq. inuoluebatur; F cum obseruasset locum, in quo puer cubaret, per quamdam ingressa fenestram, nutrice absente, infantem suscipiens, & à pannis denudatum in feruenti aqua, quæ fortè in lebete penès ignem reperiebatur, abluendi gratia imponens, interfecit. Quid simile narrat Maiolus de simia, quæ in aula Iulij Secundi Summi Pontificis alebatur, nam dum famuli, seu qui erant à cubiculis tantisper expectarent, donec Pontifex cubitum se conferret, solebant, nocte intempesta, castaneas sub prunis coctas esitare. Accidit autem vt, relictis sub cineribus castaneis, ad aliquod ministerium incũberent: tunc simia castanearũ auida, omnibus absentibus, occasionẽ nacta, & ignẽ caueens, ne digiti adurerentur, cũ ibi non adesset ferrũ, quo Aulici ad eruendas à cineribus castaneas vtebantur, scelem, vel vt alij volunt catellũ penès ignem commorantẽ arripuit, cuius pedes pro extrahendis ab igne castaneis adhibuit; ad bestiæ autem à prunis cruciatæ eiulatum accurrẽtes Aulici, acre, & vegetũ simiæ ingeniũ cognouerũt. Paræus quoq. verba faciens de hominis præstantia obiter tradit se vidisse prægrandem simiã in ædibus Ducis Somei, cui tanquã nimis morosæ, & omnibus admodũ insuetæ manus abscissæ fuerant; deinde optimè curatã mitior, & docilior euasit; Hæc breui temporis spatio in multis artibus scilicet G tripudiando, saltando, & omnia deniq. opera strenui simij exercẽdo, adeò profecit, vt omnibus suæ ætatis simijs ingenij gloria facilè antecelleret; Quaptopter à tot, & tantis exercitijs nomen sortita fuit, quia à cunctis; *Magister fac totum*, cognominabatur. Tãdem nullũ est brutũ animal, in quo maior ingenij præstantia ad euitanda pericula vigeat, quã in simia. Ad rẽ recitat Aelianus, cũ feles in Aegypto quandã simiã insequerentur, hanc omni conatu in fugã se conuertentẽ altã arborẽ conscendisse, verũ cũ feles illã sequerẽtur, tunc ipsa ad arboris summitatem eucurrit, & ab extremis ramorum exilium fastigijs tandiù pependit, donèc feles, qui eo accedere non poterant descendentes ad aliarum Ferarum venationem proficiscerentur. Itaquè simia hoc accuratissimę diligentiæ, & summæ curæ studio ab impendenti mortis periculo se liberauit.

Artis sphygmica origo.

simia munus. aurigã obiuit.

lib. 7. c. 27.

colloq. 7.

lib. 1.

lib. 7. c. 18.

LOCVS CIBVS.

H IN plaga orientali, & alijs regionibus calido cœlo subiectis, simiæ, vt plurimùm stabulantur, & inde ad nostras regiones sæpenumerò aduehuntur. Siquidem leguntur in sacris paginis hæc verba. *Quia classis Regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, & argentum, & dentes elephantorum, & simias.* Non est igitur mirãdum si, ad mentẽ Strabonis, in Libyã, & Mauritania multę simię vagentur. Imo, ex Solino, omne latifundiũ, q̃ inter Aegyptũ, Aethiopiã, & Libya diffunditur, omni simiarũ genere repletũ esse perhibetur. In huius asserti confirmationẽ, refert Possidonius se, cũ ex Gadibus in Italiã nauigaret, in Libyę orã delatũ fuisse, & quãdã syluã seeus mare simijs referrã obseruasse, quarũ alię supra arboribus alię in terra sedebãt. Verũ notandũ est, q̃ hęc animalia potiùs mõtanis, quã locis planis delectãtur; hac de causa montes Ethiopię regionis Africę multę simię frequẽtãt, vt in descriptione Africę Ioãnes Leo promulgauit. Mõtis-ue Caucasi ea pars, quę in mare rubrũ porrigitur simijs redũdat, quę à Philostrato piper colligere traditur. Deniq. in omnibus Indię mõtibus fuisse horũ animãtiũ multi-

lib. 2. Reg. cap. 16.

lib. 3.

titudinẽ Auctores scribãt, vt Alexãdri Magni copias perterrefecerint. Præterea Regio Basmã Magno Cã Tartarorũ subiecta, teste Paulo Veneto, numerosis simijs magnis scili cet, & paruis abũdat: has capiũt venatores, & mactatas excepto mẽto nẽs depilãt, deinde aromatibus cõditas, & exiccatas mercatoribus vendunt, qui in diuersas orbis partes huiusmodi cadauera deferẽtes, hominibus persuadẽt tales homũculos in maris insulis vitã degere. Si cibaria simiarũ contẽplemur, hæ omnibus ferè esculẽtis voracitati suæ deseruiũt. Primitùs herbis, & tritico delectãtur; idcirco, ex Gesnero, ad maturas spicas magno comitatu incedũt, quarũ vna ad cãpi limites excubãs, si agricolam accedentẽ eminùs intueatur magnum clamorem edit, & tunc reliquæ, audito signo, fugientes maximis saltibus in proximas arbores ascendunt, & fœminæ quoq; catulos humeris gestantes de loco in locum velocissimè transiliunt. Prædictis addit Albertus, quòd simiæ pediculos humanum caput vexantes legunt, & comedunt, imò vermes, & araneos libentèr inquirunt, & vorant, vinum etiam bibunt, vt testificatur Athenæus; sed inter fructus pomis potissimùm, & nucibus maximoperè gaudent, at reperto in eis amaro cortice, totum abijciunt. Ad rem narrat Lucianus, quòd Rex quidam Aegyptiorum mandauit, vt aliquot simiæ saltandi, & choream ducendi artem perdiscerent; itaquè saltandi exercitium perdoctæ, purpureis vestibus indutæ, & personatæ in publico theatro spectatores magno oblectamẽto remorabantur, & tãdiù hoc spectaculũ placuit, donec spectantiũ, quidam facetus, nuces, quas in pera forte gestabat in mediam arenam proiecit; simiæ simulatq. nuces viderunt, choreæ oblitæ ex saltatricibus in simias redeuntes, dilaceratis vestibus, & contritis laruis, magno cum omnium spectãtium risu pro nucibus acriter inter se præliari cœperunt. Ceterùm non solum herbarum, & fructuum, sed etiam carnium sagina lætantur; hac de re non immeritò simiam animal omniuorum esse statuemus. Audiuimus tamen ab illis, qui in proprijs ædibus simias cicures habent, quòd illis carnes nõ exhibent, quoniam ab carum esu hæc animalia depilari obseruarunt.

simiæ cadauera condiuntur.

tritico vescuntur.

simia animal omniuorum.

A

B

COITVS. PARTVS.

C

ADduci non possumus, vt credamus simias, animantes alioquin salaces, & in luxum valdè solutas raro congredi; cum superius enumerando innatas huius animalis proprietates pronunciauerimus, simias ob insignem petulantiæ intemperantiam, quando in Vrbes ducuntur, etiam in sexum muliebrem furere; & tamen Natalis Comitũ, in suo tractatu de venatione, simias circa æquinoctium vernum commiscerì, & circa solstitium æstiuum duos catulos parere narrauit; quod, vt omnibus clariùs patefiat, eius carmina in medium afferemus, ille igitur sic inquit.

lib. 2.

Pignora bina ferunt, palea quo tempore primum
Surgentem ad zephirum vacua iacẽtur, & arua,
Pressa calore gemunt, coeunt quia tempore veris.

Aelianus quoq. duos fœtus à simia gigni affirmat, quorum alterũ nempè charioręmagis diligi, & ferè sẽper in vlnis à simia gestari, neglectũ verò secùs matrẽ inãbulare fatetur

CAPIENDI RATIO.

D

CVm simiæ insigni corporis velocitate, & animi sagacitate præstent, non facilè per vim coerceri possunt, idcirco pro illarum captura, vt refert Diodorus Siculus, à venatoribus innumeræ technæ excogitatæ fuerunt. Prima est, quando venantes in simiarũ syluis aqua in vase contenta faciẽ, & oculos probè abluunt, deindè vasis viscо, loco aquæ, plenis, ibi relictis abeũt. Simiæ venantiũ æmulę ad vasa accedẽtes viscо perlinũr faciẽ, qua viscata, & oculis glutine clausis, sine immodico labore capiũtur. Secunda est, ex eodẽ Diodoro, quãdo Ferarũ captores, in nemoribus simiarũ, se induentes calceos validis ligaculis arctant, & alios, abeuntes ibi relinquunt. Tunc, venatoribus occultatis, simiæ ab arboribus descẽdẽtes calceos ibi repertos induunt, & ligacula multis nexibus stringẽdo adeò se impediũt, vt à venatoribus reuertẽtibus, cũ nõ facilè ab his se possint expedire, nullo nego-

lib. 17.

loco cit.

cio

E cio cõprehendãtur. Quare Reusnerus ad hoc capiẽdi simias artificiũ alludẽs sic cecinit. *in paradis. poet.*

Simia dum laqueos imitari stulta dolosos
Gestit, in insidijs se capit ipsa suis.

Alij fuerunt huius opinionis, quòd calcei ad simias fallendas in nemore relinquendi ex plumbo fabrefieri debeant, oblongis funiculis muniti; vt ipsos indutæ, & ligamentis arctè nexis, de loco dimoueri nequeant, donec accurrens venator illas coerceat. Strabo alterius calceorum generis meminit, qui per modum subligaculi adhiberi solent. *lib. 15.* his similes viſco iuterius illitos in sylua venatores relinquunt, quos simiæ indutæ, & viscatę facilimè in custodiam veniunt. Alij, ex Gesnero, speculis cum longis funibus v- *Speculis vtuntur in captura simiarum.*
tuntur, illa capiti coram simijs alligantes, absentibus hominibus, simiæ idem præstant, sed reuersi venatores simias ligatas per longas funes ad se trahunt. Fœminæ verò catulos habentes alio artificio coercentur, nam alterum catulum vlnis, alterum dorso ad-
F hærentem gestantes, si à venatore fugentur, vt capturæ periculum cursu euitent, quem ferunt in bracchijs catulum deponunt, sed à nato adhærente tergo oppressæ, & cursum impediente, cum excuti non possit, simiæ cum filijs captiuæ ducuntur. Præter hæc, cum ex Athæneo, hæ bestiæ baccheis liquoribus delectentur facilè poterunt irretiri; quod Aelianus, in varia historia, confirmare videtur, dum hæc habet. Si Elephantus, & *lib. 2.*
simia vino se obruant, hæc versutiæ, & ille roboris obliuiscitur. Quare huiusmodi animantes multo lyæo madefactæ non solum imbelles, sed etiam ad resistendum insidijs venatorum inhabiles redduntur. Postremò, per sagittas, vel tormenta manuaria igniuoma, aut sauciæ, aut occisæ ab arboribus cadentes capiuntur. Hoc colligimus ex Petro *decad. 5.*
Martyre, qui tradit, & venatoribus, & alijs per syluas oræ Indicæ transeuntibus mul- *lib. 9.*
tas simias horrendis clamoribus de arbore in arborem transilientes venire obuiam, & aliquando ab arboribus descendentes fingere turmatim prætereuntes velle adoriri, sed quando conspiciunt arcus intendi, & sclopos in se ipsas dirigi, vento velociores ad suprema arborum cacumina repentes, emissis rabidis conquestibus, vehementer frendũt. Deinde tanta sunt dexteritate prędițæ, vt discussas in se sagittas euitare, & etiam manibus apprehendere sciant. Scloporum tamen globulos nondum euitare didicerunt,
G quibus pleræquè identidem mactantur. Quando autem vnam de suo grege vulneratam, aut necatam præcipitem ab arbore ruere conspicantur, talem, & tantum fremitum edũt, vt mille leonum rugitus æmulentur. Sed vnum admodũ demirari non desinemus, quod, ex eodem Petro Martyre, habemus, nimirùm quòd inter illas quandoquè vna sagacior quotquot lapides vna manu, & ore gestare potest secum supra arbores defert, indequè prætereuntes, sed potissimum venatores ipsis insidiantes lapidare conantur.

ANTIPATHIA, & SYMPATHIA.

SImiam, & gallum odio capitali inter se dissidere Physiologi conspirantèr affirmarunt. Ideo Publius Malleonius cum propriam matrem vitali spiritu priuasset, eam pœnę sententiam promeruit, quæ in fine Institutionum ciuilium recitatur. Is itaquè cum simia gallo gallinaceo, & vipe- *titul. de publ. iud. §. alia deinde.*
H ra in culeo consutus in marc proiectus fuit, vt ob tam detestabile crimẽ, omnium elementorum vsu priuaretur, & ne aqua in culeum ingrederetur; hic, teste Turnebo, non ex tela, sed ex spatto pice, & bitumine illito patabatur, in quo cum patricida prædicta animalia, ob antipathiam, claudebantur, nimirùm vt simia gallum persequeretur, & vipera gallum fugiens in hominem sæuiret; sicquè viuus parricida viua sepultura euaderet; Quocirca huc respiciens Iuuenalis canebat hunc in modum.

Claditur aduersis in contraria simia fatis.

Deinde testudo simiæ admodum inuisa esse fertur; quare mirùm est spectaculum, quanto cum horrore, visa testudine, simia resiliat. Propterea, ex Porta, testudine alligata ca- *lib. 7. Phytog. c. 8.*
tenis, qua vinctus est simius, vt effugere nequeat incredibile est dictu, quanto mœrore conficiatur, & quam impatientius doleat. Huius rei quidam Romæ dedit specimen, vt habetur, apud Erasinum in Dialogo de amicitia; hic supra caput pueri testudinem pileo tectam collocauit, ipsumquè ad simiam duxit; hæc, viso puero, hilaris in eius humeros insiliit, & pediculos venatura caput nudauit, sed testudinem conspicata

Teſtudo, Torpedo, & limax ſimijs aduerſantur.

tanto cum horrore ab humeris reſilijt, vt ferè exanimata, præ timore, alui, & veſicæ excrementa reddiderit, ſemper retroſpiciens, nùm teſtudo illam ſequeretur. Ex eodem auctore, ſimia quoquè agreſti odio torpedinem proſequitur, & mirandum in modum limaces metuit; quare, ſi limacium co rona ſimiæ circumponatur, ipſa, nec illas comprimere, nec eas attingere audet. Hactenus de animalibus magna contrarietate à ſimia diſſidentibus ſatis, ſuperquè dictum fuit. Modò de ijs, quæ ſimiæ minimè aduerſantur, ſermo habendus eſt. Inter hæc primo loco recenſetur Cornix, quæ ſimiæ ridiculi animalis ſpeciem non aliter, ac paruæ aues noctuam ſedula admiratur; ſed diligenter perpendendum eſt, nùm ratione amicitiæ eam colere cupiat, an hoc ſtoliditati auis attribuendum ſit. Scimus, quidem, ex Ephorino, in dialogo de amicitia, ſimiam nõ vulgari amore cuniculos proſequi: quandoquidem nobilis vir in Anglia ſimiam prægrandem domi alebat, quam à catena ſolutam, vt à vulnere, quod acceperat, conualeſceret, obambulare permittebat, in extremo horti limite nonnulli cuniculi in cauea ſeruabantur, quibus muſtela inſidiabatur; ſimius id eminùs obſeruans quietus àloco non recedebat, dũ cuniculis nullum periculum imminere conſpicabatur: ſed poſtquam muſtela caueam labefactare cœpit cum tali periculo, vt cuniculi à tergo nudati inſidiatoris præda quamprimùm futuri eſſent, confeſtim ſimius accurrens tanta dexteritate caueam retraxit, vt homo dexteriùs operari non potuiſſet. Hinc multi huiuſmodi animalium genus ſimijs amicum eſſe coniectarunt.

Simia cuniculorum amica.

A

B

ÆGRITVDINES QVAS patiuntur, & quas inferunt, cum medela.

lib.6.de anat. admin. cap.5.

VAletudinem ſimiarum non paucis morbis obnoxiam eſſe multi auctores atteſtantur; inter quos eſt Galenus, qui ſimias vnà cum hominibus hernia laborare confitetur, & huius aſſignans rationem, litteris mandauit, homines, & ſimias maximo omento refertas eſſe; ideoquè ob pondus facilè deſcendit, atque hernias generat. Sunt qui ſcribant, Simias morbo comitiali aliquando detineri, vt clariſs. vir Hieronymus Montuus, qui in capite de epilepſia ſimias, & cercopithecos conuelli obſeruauit. Imò quod peius eſt, rabiè quoquè vt canes corripiuntur, quod Euſtachius Rudius agens de morbis occultis, nobis manifeſtauit. Amplius in atrophiam quandoquè incidere perſpicuum eſt per Galenum, qui ſimiã valdè emaciatam diſſecuit, & cæteris partibus illæſis in pericardio tumorem præter naturam inuenit continentem humorem, qualem illæ puſtulæ emittere ſolent, quas Græci hydatidas vocitãt. Schenchius aperuit ſimiã laborantẽ inflammatione ſplenis, veſicæ, fellis pulmonis, & aliarum quarundam partium, in quibus innumeræ erant veſiculæ aqua plenæ ſed illas, quæ erant in cyſti fellis, flauiores eſſe obſeruauit. Viciſſim quando ſimia dentibus, alios ſauciat, adeò vt ſanguis exiluat, hæc affectio inter vulnera curatu difficilia reponenda eſt, quia, vt volunt medici, huiuſmodi morſus neſcio quid viroſum ſecum trahit. Quamobrem Quintus Serenus infraſcriptis medicaminibus præſto eſſe neceſſarium, putat, dum ſic fatur.

C

lib.4. lib.5.de loc. affec.c.2.

in hiſt. monſtr.

D

Siue homo, ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis
Vulnera dente dedit, virus ſimul intulit atrum,
Betonicam ex puro prodeſt aſſumere Baccho,
Nec non & raphani cortex decocta medetur,
Si trita admorſis fuerit circumlita membris.

Morſus ſimiæ curatio

Auicennas, in ſimili caſu, emplaſtrum ex cinere, & aceto confectum, vel cum melle, & amygdalis amaris paratum præſcribit; deinde, in horum defectu, lithargirium cum ſale, & radicem fœniculi commendat. Deniquè loco huius, mel cum nigella, aut eruo tanquam præſidium ſingulare magnificat. Sextus autem Philoſophus ſel tantummodò taurinum in ſimiæ morſu adhibet.

EPI-

E

EPITHETA.

HEctor in suo epithetorum libro, simium proteruum, callidum, simulatorẽ, & parasitum nuncupauit, quoniam cum sit simulacrum hypocrisis, & humanos gestus æmulari sciat, semper cum hominibus fraude, technis, versutijs, & impostu ris agere videtur; hac de causa non debemus admirari si ab Oppiano πίθηκος κακὸς dicatur, cum malus improbus, & nequam sit. *lib. 2. cyneget.* Eidem etiam auctori vocatur αἰσχρός, nempè fœdus, & turpis cum hæc vox, αἶσχος, in græcis paginis, turpitudinem designet. Præterea ab alijs proprietatibus, & effectibus alia quoquè epitheta sortitur, legitur enim, apud Hesychium, & Varinum, πίθηκος βάτης, καὶ ἀναβάτης, nimirum quia facilè arbores scandat, & in sublime repat. Vocatur etiã γλωττοποιὸς, quia aspectu, & gesticulationibus, intuentibus risum excitet; cum hoc animal in alium vsum natum esse non videatur; Siquidem non ad esum, vt ouis, nequè ad custodiam ædium, vt canis, nec ad onera baiulanda, vt equus valet. In huius opinionis *lib. 14.* confirmationem narrat Athenæus Anacharsim philosophum genere Scytham, cum in conuiuium Mimi, & homines ad risum commouendum edocti introducerentur, solũ omnium non risisse, sed ad simiarum introductionem ridere cœpisse. Rogatus ab alijs causam respondisse fertur. Simij, natura sua, sunt γλωττοποιοὶ; Mimi autem scurrilitates edocti & à spectatoribus risum captantes, simulant. Deinum à nasi figura, simius enaris *Simius Enaris dict.* nimirum sine naribus, quia naribus sit resimis, nominari poterit: hinc insula ab ipsis habitata Enaria vocatur, quod Salmasius in Solinum diligenter ponderat, non autem Aenaria ab Aenea habitatore, vt nonnulli perperàm scribunt. Hæc Inarime à Virgilio, & à Plinio Pitheeusa nuncupata fuit, vt suo loco explicabitur. Græcis tandem σιμοπρόσωπος appellatur ille, qui simus, id est qui, sima, vel pressa nare est; quare non esset à ratione alienum, hoc etiam epithetum simiæ attribuere.

G

DENOMINATA, & Cognominata.

SI meditemur illa, quæ à simijs denominationem; & cognomentum sortuntur, hæc profectò pauca esse non videntur; omissis tamen nonnullis proprijs nominibus, quæ num à simia deriuent, non constat, vt quidam Simias in prælio celebratus, qui tanquam vir strenuus à Plutarcho memoratur. Item Simias grammaticus insignis; cuius, Aeneas Syluius in historia Asiæ minoris, meminit, qui fortè fuit ille Simias Rhodius politioris disciplinæ græcæ scientissimus, quique multa carmina græco idiomate conscripsit. Pithecium quoquè nomen fuit cuiusdam mulieris apud Plautum. Δημοπίθηκος verò, apud Aristophanem, vocatur ille, qui vel fraudatione, vel adulatione erga populum simiam se exhibet. At πιθηκοειδὴς, in lexicographis græcis, simiæ similis exponitur. Sed Licophron turpitudinẽ Thersitis expræssurus illũ πιθηκόμορφον indigitauit. Amplius, ex Cælio Rhodigino, Tatianus orator simiæ cognomentũ adeptus est, quaomnia ingeniosiùs imitãdo exprimeret. Rectiùs autẽ præstaremus, si cognomine Simiæ Mercurium decoraremus, quoniã hic planeta, & bonus, & malus esse perhibetur, prout alteri planetæ, vel bono, vel malo copulatur: Inter animalia Lexicographi latini simiarum catulos à simijs denominantes simulos appellant. Quamuis hoc nomen per metaphoram quibuscumquè alios imitantibus assignari possit. Apud Græcos verò reperiuntur hæc nomina Aegopithecus quasi capra simiam referens; Leontopithecus id est Leo sapiens naturam simiæ, & Arctopithecus nempè virtus præ se ferens aspectum simiæ. Imò, quia simia ludis, & gesticulationibus summoperè delectatur; Græci, à nomine, πίθηξ, verbum πιθηκίζειν formarunt, quod simiam imitari, vel simiam agere, nempè adulari, vel blandiri, vs fallere significat; hinc πιθηκισμὸς deducitur, & vocabulũ imitationẽ simiæ, seu adulationẽ designat. Si herbarũ nomẽclaturas perpẽdamus, habemus in Herbario Lugdunẽsi Antirrhinũ primã Matthioli, & simiæ caput nuncupatur, quoniã flos huius plantæ, vel vt alij volunt, semen ritũ simiarum præ se ferat. Ad finem multa sunt loca, quæ à simijs denominationẽ acceperũt, *Herbæ à simijs denominatæ.*

inter quæ non infimam ſedem Pithecuſæ inſulæ Tirrheni maris occupant; de quarum nomine omnes Auctores vni ſententiæ non accedunt. Varinus, in πῖθος, fuit huius opinionis, Pithecuſas fuiſſe inſulas, olim à gigantibus habitatas, quibus domitis, in gigantum dedecus Iouem illas ſimijs incolendas aſſignaſſe. Alij dixerunt, quòd Candolus, & Atlas fuerunt duo fratres callidi, & fraudulenti propter ſceleſtos mores, cercopes, ideſt deceptores cognominati, qui cum in omnes aduenas, & potiſſimum in Iouem verſutijs, & dolis agere conari eſſent, ab ipſo indignato in ſimias transfigurati fuerunt, qui poſtmodum loco ab ipſis habitato nomen impoſuerunt. De hac metamorphoſi legendus eſt Ouidius, quiſic canit. A

Pithecuſa de dicta.

Sterilique locatas
Colle Pithecuſas habitantium nomine dictas.
Quippe Deum genitor frandem, & periuria quondàm
Cercopum exoſus, gentiſque admiſſa doloſa
In deforme vires animal mutauit, vt idem
Diſſimiles homini poſſent, ſimileſque videri.
Membraque contraxit, nareſque à fronte remiſſas
Contudit, & rugis peraratit anilibus ora;
Totaque velatos flauenti corpora villo
Miſit in has ſedes, nec non prius abſtulit vſum
Verborum, & natæ dira in periuria linguæ,
Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit.

lib. 14. metam.

B

Conueniunt tamen omnes Hiſtorici prædictas inſulas à ſimiarum habitatione nuncupatas fuiſſe. Plinius tamen non à ſimiarum copia, ſed à figulinis dolijs cognominatas fuiſſe ingenuè fatetur, quoniam dolium Græcis πίθος dicitur. Item Pithecuſæ erant tres Vrbes in Africa propriè dicta, vt ſcribit Diodorus Siculus, in quibus ſimiæ magna in veneratione habebantur. In Libya quoquè iuxta Carthaginem portus eſt, auctore Stephano, qui πιθήκων κόλπος ideſt ſimiarum ſinus dicitur.

C

PHYSIOGNOMONICA.

INter omnia animalia in mollitiem, & prodigum luxum propenſa ſimia poſtremum locum occupare non videtur. Idcirco Phyſiognomonici, homines vitijs irretitos, & intemperantes, iuxta ſententiam Portæ, ad ſimias referunt. Verùm, vt omnia ad hoc caput ſpectantia melius innoteſcant, ſingulas partes breuiter percurremus. In primis igitur ſi cum Porta contemplemur hominis faciem, in qua omnia oſſa, vt in ſimijs conſpiciantur, per hanc, homines laborioſos timidos, & inſulſos iudicabimus, hoſquè cum eodem auctore, ad naturam aſinorum, ceruorum, & ſimiarum reducemus. Deinde parua facies, ex eodem auctore, qualem in ſimijs intuemur, prauos mores redarguit; Quamus Rhaſis, & Conciliator ex facie puſilla, homines timidos, callidos, adulatores, & illiberales arguant. Qui paruos habent oculos ſimiarum modo puſillanimi ſunt, verſuti, & maligni; nam, & torpedo oculis puſillis eſt prædita, & vaframento non caret; ſi veritatem Porta faſſus eſt. Huius aſſerti cauſam præclariſſimus vir Guglielmus Gratarola aſſignat; nimirum quia paucitas materiæ oculorum in humido proportionato dominium ſiccitatis, & melancholiæ aduſtæ ſignificat, hac de cauſa paruis oculis inſigniti ſemper metum, & calliditatem ſimul nanciſcuntur. Inſuper, ſi conſideremus aures paruas quales ſimiarum, his præditos, fures, ſtolidos, & effœminatos comperiemus, vt ſcripſit Ariſtoteles ad Alexandrũ. In phyſiognomonicis verò hos ingenio ſimijs reſpondere promulgauit, quaſi tales ſint malorum morum, fures, & libidinoſi: ideo Galenus in illo libro, qui inſcribitur. *Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur.* Quaſi ſtabiliens ſententiam Ariſtotelis, paruas aures prauorum morum indices eſſe atteſtatus eſt. Alij phyſiognomonici, vt Polemon, & Adamantius paruis auribus præditos malignos, & veteratores indigitarunt. Aſſertorum cauſam Gulielmus Gratarola tradit, dum aſſeuerat puſillas aures, quales ſimiarum ex pauca materia cholerica, & virtute cerebri imbecilla dimanare, inde ſpiritus ſubtilis oritur; quæ omnia ingenium ad malas operationes proclive deſignant. Super-

D

lib. 4. Phyſiog. hum. cap. 20.

lib. 2. phiſio.

lib. 3. Phyſio. c. 1.

in lib. phyſ. o. cap. 12.

Iunc

E sunt in facie nasus, & genæ considerandæ. Nasus cum simus sit ad simias referendus est. Itaquè Polemon scripsit simo naso præditos, fures & lasciuos esse, illiusquè ratio fundatur in dictis Aristotelis, qui in problematibus tradidit, simitatem luxuriæ indicem esse; cum crispitudo capillorum, & simitas sita sit in crassitudine, crassitudo, non sine duritie constat, & durities à calidiori sanguine dimanat, & materiem inutilem excrescere minus patitur, & os ex huiusmodi materia integ ratur, & cartilago non nisi ossis naturâ participat, hincquè non sine causa diminutio nasi originem trahit. Genæ graciles rugis anilibus insignitæ, qualibus simiæ sunt refertæ, malignitatem versutiam, & inuidiam ostendere solent, vt Polemon, & Adamantius testificati sunt, qui auctores vlteriùs progredientes dorsum meditantur, & paruum in homine, quale in fellibus, & simijs obseruatur, timiditatem arguere volunt. Demum ex Gulielmo Gratarola, qui coxas habent excesas, rugosas, & tenui cute circumamictas simiarum malignitate potiuntur.

F

PROVERBIA.

QVæ à simijs desumûtur prouerbia ad duo præcipua capita, nempè ad astutiam, & ad turpitudinem animalis referri possunt. Ratione primi. Solet dici *Simia non capitur laqueo*. Quod adagium profertur in homines callidos, & versipelles, qui ad mouendum aliorum animum multo astu irrepunt, sed ipsi in fraudem allici minimè possunt. Hoc videtur affine illi, quod recitat Suidas in illos, qui semel cladem acceperunt *Simius vetulus capitur quidem, sed tarde*. Huius tamen adagij, vt multi volunt, auctor fuit Diogenes Laertius. Carmen autem græcum sic se habet.

Τέρων ἀίθηκος οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ
Ἁλίσκεται μέν, μόγις χρόνου δ' ἁλίσκεται.

Idest.

Laqueo vetuſtus ſimius non prehenditur,

G *Capitur quidem ille, capitur autem ſerius.*

Cum hoc maximam habet conuenientiam illud, quod pronunciat Manutius in Adagijs. *Anus simia ſero quidem:* Idest simia vetus tandem capitur, diciturquè de illo, qui cum alios diù eluserit tandem dat pœnas: *Aſinus inter ſimias*. Spectat hoc ad homines stolidos, qui cum nasutis, & contumeliosis versari, & rixari volunt, de quo in historia Asini fusè actum fuit. Ratione turpitudinis ab hac bestia multa prouerbia dimanant, cum à natura nihil in deformitate venustius, & absolutius fingi potuerit, solet igitur hoc adagium promulgari. *Tragica ſimia*. Cum simiæ vestibus ornatæ tanquam histriones circumferantur, in illos, qui honoribus immeritò cumulantur, vel in illos, qui in ingenti diuitiarum pelago alicuius rei indigent. Huius prouerbij meminit Philostratus in Aristide, & D. Hieronymus in Epistolis ostendit hoc ab impijs atq. Ethnicis in christicolas proferri solere. Poterit etiam hoc adagium accommodari illis, qui barba, & indumento philosophum agunt, cætera autem cultui non respondent. Ab hoc non est alienum illud. *Simia barbata*. Quapropter ad rem Plinius in epistolis narrat, quòd quidam, contumeliæ gratia, Stoicorũ simius dictus fuit, qui barba potius, & pallio, quam moribus Stoicum præse ferebat. Non multum ab hoc recedit aliud πίθηκος ἐν πορφύρᾳ. Nimirùm. *Simia in purpura*. Quod potest in varios trahi sensus; primò attinebit ad illos, qui licèt magnifico cultu exornentur, tamen quales sint, ab ipso aspectu, & moribus cognoscuntur, vel conueniet hominibus indignis, qui citrà meritum aliqua dignitate decorantur. Cum prædicto hoc affinem habet conuenientiam. *Simia eſt etiam ſi aurea geſtet. Inſignia*.

H Fuit memoratum à Luciano in illos, qui ob fortunæ ornamentum nequaquam ingenium mutant. Huic accedit illud recitatum à Platone, & ad Heraclium auctorem relatum. *Simia pulcherrima deformis eſt*. Et propriè potest de illis rebus pronunciari, quæ in suo genere vitio non carent. Sequitur illud recitatum à Galeno in historia de vsu partium. *Simia apud pueros pulchra*. Quo ostenditur mira puer orum simplicitas, cum omnium similiarum pulcherrima turpitudine non careat. Quare hoc diligenter à iudicibus examinandum esset, qui prima facie lites dirimunt, viri enim prudentes non prima solum fronte inspecta res approbare, vel reprobare, sed, re accuratius cognita, iudicare debent.

Prouerbia turpitudines ſimiæ reſpicientia

lib. 1. c. 22.

Postre-

Postremò à simiæ turpitudine ortum traxit illud, *Simia fucata*. Quod efferendum est de aliqua rugosa anu, quæ fucorum mangonio, & meretricio cultu, lectæ venustatis mulierem æmulari conatur. Præter dictorum ordinem duo restant recensenda. Primum est. *Hercules, & Simia*. Quod de rebus minimè congruentibus promere possumus; nam simia dolis valet, & Hercules viribus potitur. Secundum est, quod apud nos per ora vulgi circumfertur. *Salebus simiæ as alienum soluere*. Hoc enunciatur de illis, qui interposita fide aliquid emunt, & statuto solutionis tempore verbis tantùm creditoribus blandiuntur. Desumptum est adagium à circulatoribus, qui in foro simiarum choreis, & gesticulationibus spectantem populum remorantur. A

PROBLEMATA.

lib. 3. B

IRia in historia Simiarum problemata inuestigari solent; Primum est cur homo, & simia manus habeant; cæteræ autem animantes his carent. Respondet rerum naturalium periti, quia manus est organum organorum, vt Aristoteles in tractatu de anima affirmauit, atque hoc organo eget homo quippe qui erectus proficiscatur. Quoniam autem simia, & ipsa aliquando stat, & more hominis graditur; idcirco admirari desinimus, si natura illi quoquè manus concesserit. Secundò de simia quæritur, cur natura ei mammas in pectore procreauerit, cæteris autem brutis animantibus in partibus inferioribus dederit. Respondetur, quia simia, & homo manus habent, quibus fœtum à terra eleuare, & vberibus adaptare possunt. Tertium est quando quæritur, cur simiæ, & aliæ quadrupedes vini potionibus assuetæ, vnguibus careant; quidam viri docti non sine ratione opinantur, hoc à natura vini originem trahere, quod discussoria virtute polleat, consequenterquè ad emolliendum sit efficax; hinc euenit, vt qui meri, nimis largo potui indulgent, resolutis neruis, facilè in paralysim dilabantur. Vngues autem sunt, vel neruorum clausulæ, vt voluit Plinius, vel caro concreta, & quasi in callum obducta, vt alij existimarunt; itaq. fit, vt sit verisimile, q vino accedente, & emolliantur, & resoluãtur. C

EMBLEMATA, & Symbola.

Embl. 77. lib. 8. c. 54.

QVoniam, vt plurimùm recitatio emblematum, legentium animos mirandum in modum solet exhilarare; non piguit nos in præsentia nonnulla à simiarum proprietatibus desumpta enarrare. Inter hæc primas tenet illud Camerarij relatum in libro Emblematum ex animalibus, in quo simia fœtum amplectens figuratur cum hoc titulo. COECVS AMOR SOBOLIS. Huic argumentum dederunt simiæ proprietates à Plinio exaratæ, nimirũ, quia hæ bestiæ sobole tantoperè delectantur, vt catulos stringendo aliquando enecent. Ideo hoc emblema nimiæ parentum erga liberos indulgentiæ adaptatur; quæ filijs sæpissimè exitiosa esse solet. Vnde Æsopus in fabulis sic canebat: D

Exitium nati parit indulgentia parentum.

lib. 5.

Quare Plato agens de legibus, non immeritò scribebat omnem amantem circa rem amatam cæcum fieri. Camerarius igitur, ad rem, subscribit emblemati hoc distichon.

Est eum, & amare vecet, suffocat simia amando
Simiolum. Exemplum hoc à fugitate parens.

lib. 2. embl.

Paradinus quoquè in symbolis heroicis quasi roborans Camerarij sententiam, eandem picturam eodem titulo coronatam exhibet. Reusnerus quoquè huc respiciens effigiauit simiam alterum catulorum brachijs sustinentem, & alterum lateri matris inhærentem cum hac inscriptione. COECVS AMOR PROLIS. Vt ex impatientia amoris simiarum in filios discant patres, in educatione natorum, non esse tàm profusi, vt nunquàm eos ad bonam frugem perducere possint. Omnia igitur infrascriptis versibus eleganter exposuit.

Simia

Simia similos edit si fœta gemellos,
Protinùs haud cura nutrit vtrumq; pari.
Ponè latus matris semper, quem negligit, hæret;
Quem fouet, hunc vnus gestat vbiq; fuus;
Dumq; fonet gremio, nimium complexa premendo
Enecat, indigno fœtus amore perit.
Spretus at incolumis manet ille, diu q; superstes,
Fit demùm matri charior inde suæ.
Cœcus amor prolis, nimium, qui amat, odit iniquus,
Et secùm celeri morte perire facit;
Dùm nimis impatienter amans vitium omne benignus
Approbat, & rectum, quod facit, omne putat.
Blandus amor patrum, matrumquè domestica cura
Corrumpit natos, quos genuere, bonos
Esse foris præstat iuuenem, solere labores,
Viuere diluculum, quàm sine laude domi.

Prætereà ex simiarum ludis, & gesticulationibus pulcherrimum emblematis argumentum legitur in picta Poesi, vbi simius vestibus indutus coràm populò ad sonum citharæ saltans delineatur cum hoc titulo. VIRO INDECORA SALTATIO. Quoniam si vir, vt alicui placeat, in frequenti spectantium corona saltet, cæteri postmodum ridentes ei illudunt. His accedit, quòd nemo ferè vnquàm sobrius saltare soleat. Huius autem emblematis argumentum infrascriptis carminibus sic exponitur.

Personat aurata cithara crinitus Iopas,
Cum risu spectans sexus vterq; sedet.
Simius & media saltat vestitus in aula,
Sic hominem simulans, vt videatur homo.
Tamquè sibi ipse placet saltans, homo credat vt esse,
Ridiculus cunctis simius attamen est:
Dedecorosa hæc est hominis saltantis imago,
C lunes sub crotalo dum monet, atquè pedes.
Dat motus incompositos, numero meditatur
Respondere pari conuenientè pede,
Dum studet, ac vni stultæ placuisse puellæ;
Ridendum se alijs omnibus exhibuit.
Siquis, vt ignarus sit consuetudinis huius,
Insanire putet, quem videt hoc agere.

Deniquè Paulus Maccius vir, qui nostra ætate nihil non eruditè, & ornatè scribit in suo emblematum libro ad detegendam malorum Præsidum malitiam, simiam in alta arbore poma legentem effigiat cum hoc titulo. IN MALOS PRÆSIDES. Postmodùm eleganti tetrasticho id totum declarat hunc in modum. *Embl. 22.*

Simia, quæ grauidos conscendis in arbore ramos,
Grataquè de summo vertice poma legit.
Præsidis iniusti est species, cur è quò magis illa,
Quò magis hic scandunt, plura pudenda patent.

Ad finem simia in scriptis eorum, qui memoriam artificiosam profitentur, hominis symbolum esse perhibetur, quoniam hoc animal ex Russellio stat, sedet, & multas alias functiones humanas æmulatur, & exercet.

HIEROGLYPHICA.

INfinitæ proprietates simijs à natura congenitæ multis etiam hieroglyphicis ansam præbuerunt. Quapropter Aegyptij in infensos collatam hereditatem significaturi, simiam simiolo blandientem, auctore Pierio, depingebant; argumento à partu simiæ desumpto, quæ ex duobus, quos enititur, chariorem interdum adeò complectitur, vt ipsum suffocet, itaq; vsque nolit beneuolentiam in fœtum inuisum conuertere cogitur. Deinde per figuram *li. 6. hierogl.*

huius

huius animalis Pierius impudentiam hieroglyphicè oſtendi poſſe opinatur. Siquidem A
ſimia partes, quas verecundia occultari inbet, continua ſeſſione depilatas habeat, quæ
nates ita denudatæ intuentibus turpe ſpectaculum exhibent; præterquamquod mares,
frequenti etiam ſpectantium theatro, aſſidua pudendi tractatione laſciuiant. Amplius
Homo vitia diſſimulans. Aegyptij demonſtraturi hominem vitia diſſimulantem, nec non turpitudinem domeſticam occultantem, ſimiam micturientem pingebant; hæc enim beſtia tali inſtinctu naturali eſt prædita, vt quotieſcumquè lotium reddiderit, hoc excrementum (quod & feles in alui fœcibus præſtant) terra, vel alia quapiam re ſuperingeſta obruat. Inſuper,
homo improbus. ſi doctrinam Pierij ſequamur, per iconem ſimiæ, hominem improbum, nefarium, & nullius virtutis denotare poterimus: tum quia apud Ciceronem in epiſtolis, ſimius pro homine nihili poſitus inuenitur, tum etiam quia Dion hiſtoricus dicere ſolebat obtrectatores non pluris, quàm ſimias facio. Præter dicta, Ricciardus in commentarijs ſymbolicis ſcriptis mandauit, ad denotandum hominem ratione carentem, ſimiam hieroglyphicè delineandam eſſe, quoniam hæc bellua, humana forma excepta, nihil hominis habeat; imò ad exprimendam imitationem, icon ſimiæ conferre poteſt; cum quicquid à fieri B
videat, imiterur, itaut venatoribus interdum capturæ anſam præbeat. Hinc pictura ſimię
curioſitas damnoſa. imitantis laqueos doloſos, quibus ipſa irretitur, curioſitatem damnoſam eſſe demonſtrat. Deinde, ex eodem Ricciardo, per figuram ſimiæ leoni obiectæ, denotatur tyranno non adulandum, ſed cedendum eſſe; quoniam ſimia adulationem, & leo tyrannidem deſignat. At, per leonem vorantem ſimiam, Aegyptij ſacerdotes febris remedium innuebant, propter rationes, quas in capite de leone adduximus. In ealce recenſebimus, quod de hieroglyphicis ſimiæ narrat Ricciardus ex ſententia Ioannis Angeli in aſtrolabio plano, nimirùm quòd ſimia ſedens ſupra lupum indicat gradum vndecimum Sagittarij, & hominem, qui alteri facilè dominabitur, & ſimia ſe ipſam in ſpeculo intuens, denotat vigeſimum gradum Capricorni, & hominem laudato pauone ſuperbiorem.

APOLOGI.

C

CVm apud fabulatores, tres de Simia apologi reperiantur, illos hic recenſere operæ pretium eſſe duximus; vt non ſolum noſtra hiſtoria, ſed etiam moralis doctrina perficiatur. Primus eſt, cum priſcis temporibus apud nauigantes conſuetum eſſet, vel catulos melitenſes, vel ſimios, in longæ nauigationis ſolamen, adduci; Quidam ſecum in naui ſimium vehebat; cum
Delphini. & ſimij fabul. autem, ad promontorium Atticum peruenisſet, oborta tempeſtate, nauis ſubmerſa eſt, ideoquè omnibus natantibus, natabat, & ſimius. Interea Delphinus ipſum conſpicatus, & hominem eſſe ratus, ipſum dorſo eleuans, ad terram perduxit. Simium autem in littus Atheuienſium delatum Delphinus interrogauit, nùm eſſet genere Athenienſis: cui ſimius, & claris parentibus progenitum eſſe affirmauit; denuò rogauit ipſum an Piræum ſciret (erat autem Piræus portus in Attica) ſimius ratus Delphinum de homine loqui, reſpondit ei amicum eſſe; tunc Delphinus tanto mendacio indignatus illicò ſimium ſubmerſit. Ex apologo diſcere oportet, quòd homines veritatem ignorantes non debèt
D
conari mendacijs alios decipere; quoniam magna vis eſt veritatis, quæ contra omnium ingeniorum calliditatem, contraquè fictas hominum inſidias ſemper ſe ipſam defendit. Secundus eſt, cum olim Iupiter, edicto, brutis animantibus imperaſſet, vt omnes cum ſuis, breui temporis interpoſita mora, coram ipſo comparerent, vt in tam numeroſa earum ſorum familia, eleganti forma magis conſpicabiles eligere, & iudicare poſſet. Omnes igi-
ſimia catulos ſuos pulcherrimos exiſtimat. tur tanti Regis mandato obtemperantes accurrerunt. Interim ſimia ſuos oſtendens Ioui em in riſum ſolutum fuiſſe obſeruauit; tunc conuerſa ad cæteras animantes, hæc verba protuliſſe perhibetur. Ecce, ò animantes, quòd Iupiter, meis conſpectis catulis, multo riſu pulmonem agitauit, quoniam inter tot brutorum natos meis venuſtiores non eſt conſpicatus. Apologus docet, quòd ſuum vnicuiquè (licet non ſit) pulchrum eſſe videtur. Tertius eſt. Cum ſimius vulpem oblonga cauda præditam obſeruaſſet; illam audacter ſic allocutus eſt. Demiror ſummoperè tuæ caudæ longitudinem, quæ potius tibi oneri, quàm vtilitati eſſe poteſt; propterea cum abundes, quo ego careo, ſine vllo incommodo ad meas tegendas nates illius ſaltem dimidiam partem mihi impar-

ture

E tire posses. Vulpes quodammodo irata sic respondisse fertur.

Malo verras humum, quam sit tibi causa decoris,
Quòd tegat immundas res benè munda nates.

Docet Apologus, quod auari, etiamsi in immensò diuitiarum pelago natent, ne tantillũ quidem illarum pauperibus tribuere volunt; cum tamen, quod nobis superest alijs, & præcipuè egenis gratoanimo donandum esset, quoniam Ouidius ad rem canit.

Quas dederis solas semper habebis opes.

MORALIA, & MYSTICA.

F. NVllum est animal in rerum natura, quod melius Dæmoni assimilari possit, quàm simia; quocirca Riccardus, in commentarijs symbolicis, simiam animal dæmoniacum appellabat, idquè inde colligit, quia cum non possit veros actus humanos exercere, illos saltèm imitatur. Pariter Diabolus, cum non possit diuinas operationes moliri, illas tamen omni conatu simulat. Vnde non iniuria Dæmon simia Dei poterit nuncupari; nam Deus ex osse viri mulierem formauit. Diabolus ex Ecclesiæ, Dominiquè ossibus molles, & effœminatos formare studet; quod præstat, dùm viros nempè Doctores, & Præsules, qui tanquam ossa robur aliorum esse debent, in fœminas vertit, illos reddens molles, & effœminatos. Hæc fuit sententia Hugonis Cardinalis, qui supra verba Psalmographi. *Dinumerauerunt omnia ossa mea.* Hæc habet. *Fortes in corpore meo dicit Christus, vel Ecclesia ad paucitatem redux erunt, itaut de facili numerari possint, plerig, ex ossibus caro facti sunt, nam de Ossibus Domini, vel Ecclesia facta est caro Diaboli. Diabolus enim quasi simia contrafecit Dominum. Dominus enim de osse fecit mulierem, & Diabolus de ossibus Domini fecit molles, & effœminatos.* His addamus, quod simia fœdum est animal aspectu, & triste animal effectu, ex quo nihil nisi tædium sperare possumus; Quicquid enim domi reperit, aut spargit, aut corrumpit. Ideo Diabolum verum simiæ æmulum huius conditionis esse atG testari cogimur. A Dæmone ad peccantes iam licet transitum facere, qui, multis in rebus, simias æmulantur. Etenim simiæ induunt venantium caleeos; & adeò cruribus alligant, vt ijs impeditæ facilè capiantur. Sciendum est simias esse peccantes, Dæmones esse venatores, & caleeamenta periucundas huius mundi delectationes. Quamobrem, si peccantes mundanis prosperitatibus adeò irretiantur, vt illas citò deserere nequeant, superuenientibus venatoribus, nempè Dæmonibus, de improuiso comprehenduntur. Ampliùs simia fœta fugiens à venatore, vt dictum fuit superiùs, catulorum alterum in vlnis, alterum dorso gestat, sed, venatore premente, quem amplectitur deponit, & postea pondere adhærentis dorso, qui non facilè potest excuti, oppressa à venatore tandem vincitur: pari ratione peccans, qui lubricum vitæ huius iter non integrè, & puriter agit, tanquam simia duos filios nempè mundum, & peccatum habet, runc si accidat, vt venator, idest Dæmon talem hominem persequatur, ipse charioremfilium idest mundum deserel inquit; alterum verò dorso adhærentem, ideſt peccatum non exeutit; quade re graui illius pondere succumbens, Diaboli præda euadit. Insuper si peccantes in specie contemplemur; prima facie incidemus in Hæreticos, qui tanquam simiæ, quasdãH falsas rationes afferunt, quæ verisimilitudinem præseferunt: imò, vt inquit Lauretus in sylua allegoriarum, in externis etiam operationibus sanctos imitantur Itaque D. Chrysostomus scripsit simiam habere quidem hominis membra, in cunctisquè hominem imitari; non propterea simiam vocandam esse hominem, Similimodo hæresis simia nuncupanda est; nam omnia Ecclesiæ habet, & imitatur mysteria, sed tamen Ecclesiæ esse non feruntur. Hinc ad hypocritas transcundum est; nam si cieures simiæ suos fœtus enixæ illos omnibus ostendunt, ij quoquè filios, ideſt bona opera, coram omnibus pariunt, idquè ex industria præstant, quoniam sem exercitijs spiritualibus occupatos videri delectantur, cum tamen eorum oppositum esset præstandum, iuxta illud Matthæi. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Præterquamquòd in regione Indica ex Plinio vagantur quædam simiæ candidæ, vt enarratum fuit, quas incolę venantur, & comedũt; tales sunt hypocritæ, qui in India, nempè in hoc terrarum orbe per religionem, & bonitatem fictam candidi iudicantur, sed postmodùm, per mortem à Dæmonibus capti

Dæmon cur simia Dei dicatur.

Psalm. 21.

Simia peccantibus assimilatur.

Homil. 19. in c. 7. Mat.

cap. 6.

per-

Detractores. perpetuò deuorantur. Accedunt Detractores à ſimijs non diſſimiles: ſiquidem hæ omnibus rebus, & etiam immunditijs veſcuntur, imò capita humana, ſcrutando, & pediculos inuenientes vorant; illi aliorum opera inquirendo, & aliena vitia perſcrutando omnia in os ponunt, deinde quotidiè famæ proximi detrahentes vario ſimultatum genere, dictiſquè odioſiſſimus in omnes debacchantur. Sequuntur adulatores, qui etiam ſimijs *Adulatores.* comparari poſſunt, cum hoc tamen diſcrimine, quia ſimia, dum homines imitari conatur, ſæpè capitur, ſed aſſentator idem præſtans, cæteros allicit, atquè comprehendit. Amplius ſunt quædam ſimiæ ſpecioſa, & venuſta forma præditæ, moribus autem, & geſticulationibus ſemper inquietæ, quæ iuuenes eleganti forma inſignitos, & inquietos repræſentant; quoniam horũ prima ætas palàm eſt ad omnes libidines diuulgata. Trãſferri etiam poteſt ſimiarum comparatio ad arrogantes, quia narrat Berchorius in Reductorio morali ſimiam quamdam in ſutrina omnia diſſipatem animaduertiſſe à ſutore guttur gladij dorſo fricari, ideo ipſa, aſſumpto gladio, non dorſo, ſed acie proprium guttur fricando ſecuit, & ſe ipſam peremit. Arrogantes procul dubio huius ſimiæ conditionem aſſequuntur, qui dum inſolenter aliena munia exercere conantur, tandem totũ deſtruunt, & ſe ipſos perimunt. Poſthæc, conſiderandi ſunt ambitione peccantes; hi enim præter modum, honorem, & gloriam appetentes ad ſimias comparandi ſunt, quæ pulchrarum veſtium apparatu exornatæ, & circumlatæ omnium circumſpectione lætantur. Idcirco ad hoc alludens Spinula ſic ſcribebat.

lib. 2. epig.

Simius, & turpis lætatur conſpici in oſtro
Regis, & ornatu ſe putat eſſe Iouem.

Ambitioni proxima eſt philautia, quam veluti pernicioſam doctrina moralis, & chriſtiana docet. Quare vir quidam litteratiſſimus cum epiſtolas accuratius à ſe ſcriptas perlegerer, ſe vereri dicebat, ne in vitium ſimiarum incideret, quæ cum natos omnium animalium turpiſſimos pariant, illos tamen omnium formoſiſſimos eſſe arbitrantur. Itaquè optimo iure quidam poeta canebat.

Simia turpiculos catulos putat eſſe decores,
Non ſecus egregium quilibet auctor opus.

Reuſnerus quoquè in Paradiſo poetico idem ſignificare videtur, dum inquit.

Admirata putat formoſum ſimia fœtum.
Nempè ſolet pulchrum cuiq; placere ſuum.

Antequam huius moralis curriculi metam conſtituamus, debemus etiam Auarorum meminiſſe, qui ob duplicem cauſam, in hiſtoria Simiarum recenſentur. Primò, quoniam ſimia columnæ alligata illam cuſtodire videtur, cum tamen totum ſit oppoſitum, ſimia enim ab illa ſeruatur; pari ratione Auarus multis diuitijs opulentatus prædictam ſimiam imitari videtur; etenim ipſe diuitias non ſeruat, ſed diuitiæ illum ita ligant, vt ad bonas operationes exercendas proficiſci non poſſit. Secundò, ſimia hac gaudet proprietate, vt ſuperius expoſuimus, quòd luna noua exultet, & luna caua triſtetur. Similiter diuites auari in Neomænia, ſcilicet tempore iuuentutis, quo omnia proſpera ſuccedebant, & diuitiæ in dies augebantur, toti in lætitiam fundebantur. At, decreſcente luna, ideſt aduentante ſenij, vel mortis tempore, ineffabili mœrore perfunduntur, tum quia nihil diuitiarum percuntes ſecum deferre poſſunt, tum quia tales, vt plurimum hæreditatem ſubeunt, qui quotidianis comeſſationibus, alea, luxu, nocturniſquè potationibus cunctas diuitias abſumunt. Quapropter Gabriel Simeon, in libro Inſignium heroicorum, & moralium, ad rem, depinxit ſimiam ſuprà feneſtram domus cuiuſdam fœneratoris ſedentem, & pecunias in viam proijcientem cum hoc Dicto. MALE PARTA, MALE DILABVNTVR. Narrat enim fuiſſe quemdam vſurarium, qui non parùm ſpei pecunijs adijciens, quotidie ſolus in cubiculo illas pertractabat; ſimia autem, quæ ibidem alebatur, ſæpiùs id totum per rimam oſtij obſeruauerat, & quadam die, cum fœnerator pranſum iuiſſet, per feneſtram in cubiculum ingrediens, ſalienſquè ſupra tabulam, more auari, ingentem auri, & argenti farraginem pertractare cœpit, & paulò poſt in feneſtrã tranſiliens monetas per viam tranſeuntibus proiecit. Hac de cauſa in dictorum robur poſſumus cum Ouidio cane re.

Auari ſimijs aſſimilantur.

Non habet euentus ſordida prada bonos.

Qui igitur facultatum, & opum copia pollent, non debent eis multum fiduciæ addere, ſed ſimiæ cuidam ſimiles eſſe, quæ, auctore Berchorio, tota præter faciem villis redundat, oculos

E oculos habet acutos, mammas in pectore, manus, & pedes, & quia habet calcaneum hominum modo erecta graditur. Sint igitur prædicti diuites villosi per diuitias, sed faciem, ideſt intentionem, & conſcientiam ſine villis, ideſt citra opum cogitationem habeant. Item mammas nempè ſummam erga egenos miſericordiam, pedes ideſt affectionem, manus ideſt operationem, & erigendo ſe ad æternorum contemplationem, recti incedere dicantur, oculos acutos per diſcretionem, & denique calcaneum ideſt finem vitæ more hominis, & non more belluæ aſſequantur.

SOMNIA, PRÆSAGIA, Prodigia.

F

NEro equum, quo maximè delectabatur, poſteriore corporis parte, in ſimiæ ſpeciem abijſſe per quietem videre ſibi viſus eſt propterea illa ferocitas equi in ſimiæ ludibrium quaſi degeneraſſe videbatur. Hinc Suetonius exitium Neronis hoc portendiſſe teſtificatur. illam verò opinionem Cardani de ſimijs per ſomnum viſis, quæ dolos; & amicos ſimulatos prædicere ſolent, tanquam ludicram & ſpernendam omittimus. Solebant etiam Ethnici ex omnibus ferè rebus aliquid ominandi occaſionem captare. Quare, Luciano teſte, ſi quis domo manè egrediens ſimiam vidiſſet; indè minimè proſperas illius diei actiones præſagiebant. At, quod ſcribit Paracelſus de his animalibus, rationi magis conſonum eſſe videtur; nimirùm ſi ſimia ſecùs ægrotantem grauj morbo oppreſſum deſeratur, illumquè olfaciens confeſtim abhorreat, illius obitum prænunciari. Similiter ſi aliquod tantum membrum olfecerit, & ſtatim reſiluerit, indè G corruptionem illius membri arguendam eſſe aſtruit. Quamquàm hoc etiam ſine partis corruptione, & ægrotantis interitu poſſit accidere, quoniam ſimia tetrum odorem ab infirmo dimanantem, quodam inſtinctu naturali, naribus perferre non poſſit. Ad prodigia, ſi animum appellamus. Celeberrimum fuit illud ſimiæ, quam Rex Moloſſorum in delicijs habebat; illa enim, cum Spartiatæ de victoria ſcitantes oraculum petiiſſent, legatiquè vas illud, in quo ſortes erant, deposuiſſent, vrnam euertit, ſorteſquè diſſipauit. Negant autem Hiſtorici, vt Cicero de diuinatione refert, Lacedemonijs nullum oſtentum hoc triſtius accidiſſe.

In lib. de præſag.

MONSTRA.

H RAdigijs monſtra eſſe affinia omnes auctores conſpiranter affirmant, quamobrem, expoſitis ſimiarum prodigijs, ad monſtra accedemus; quorum multa ſunt, quę ſimiarum figuram aliqua ex parte repreſentant. Duo tantùm in præſentia aliqua animaduerſione digna proponemus. Alterius icònem exhibet Gesnerus, quod captum fuit anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo in Ditione Epiſcopi Salceburgenſis iuxta ſaltum, quem Hanesbergum vocant; ſed, cum ad cibum ſumendum nullo modo allici poſſet, paucos poſt dies expirauit. Fuit id prædictum colore giluo ad flauum inclinante, faciem habebat humanam, pedes poſteriores prioribus diſſimiles, caudamque inſtar cercopitheci. Alterius meminit Schenchius in hiſtoria monſtrorum, quod natum eſt in vico Zeitern à Bruxelle per ſpatium mille paſſuum diſtante Epiſcopatus Spirenſis anno milleſimo quingenteſimo nono, die autem vigeſima tertia Auguſti; vbi Prætoris vxor rure domum veniens angore partus vexata, & epileptico paroxiſmo correpta, circa vndecimam noctis horam fœtum enixa eſt, quę cum nouem horis continuis acceſſione epilepſię detineretur, tandem animam efflauit. Infans erat horrendi aſpectus biceps, capitibuſquè ſimiarum prædictus, pars reliqua corporis proportione reſpon-

debat infanti benè compacto, exceptis brachijs, quæ mutila, & manca videbantur, pedes deniquè erant ſimiarum, & non hominis. A

SIMVLACRA, Statuæ.

PEruulgati moris fuit apud Priſcos, in templis Deorum illa animalium ſimulacra collocare, quæ Dijs chara vel ſacrata eſſe opinabantur. Hac de cauſa, ſimiæ tanquam Mineruæ dicatæ icon in eius templo conſpiciebatur, vel, vt voluit Gyraldus, in templo Dianæ Sardianę regionis, propè Colaen lacum, in cuius celebritate ſimiæ ſaltare dicebantur. Aegyptij quoquè licèt templa ex marmore, & auro elaborata haberent, in illis tamen Deorum imago ridicula nempè Ibis, vel crocodilus, vel ſimia ſeruabatur. Nequè hoc eſt mirandum, quoniâ Diodorus Siculus tradidit, in Pithecuſis non modò ſimiarum ſimulacra ſeruari, ſed huiuſmodi beſtijs, tanquam Dijs, præſtantiſſimum honorem haberi; Quandoquidem hæ vnà cum hominibus viuant, & abſquè omni metu cibum ab omnibus ſumant. Imò illic parentes ſuis filijs à ſimijs, quemadmodùm aliæ Nationes à Dijs nomina imponunt. Deindè, qui ſimiam mactat, tanquam impium flagitium cõmittat, ei pœna extremi ſupplicij eſt conſtituta. Quapropter apud hos populos hoc prouerbium ſolet pronunciari de illis, qui occiſi ſunt. *Simiæ ſanguinem profudiſſe.* Hic ritus colendi ſimias vſq. in nouum orbem penetrauit; Siquidem Mapheus, in hiſtoria Indica, ſcriptis mandauit, in illis regionibus non ſolum homines, ſed etiam bruta ſingulari quodam honore affici. Ibi igitur auctor pulcherrimum fanum ſimiæ dicatum obſeruauit. Sed aliud mirandum narrat Ioannes Hugo, in ſuo Itinerario, ſcilicet in Scylon Inſula fuiſſe montem *Picò d'Adam*, ſiue montem Adam nuncupatum, in cuius vertice domus ad inſtar cœnobij ampla conſpiciebatur, Idoli *Pagodi* dicti magnæ æſtimationis templum, in quo aliquando ſimiæ dens auro, & argento incluſus magna ſolennitate cultus fuit. Cæterum Luſitani anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto cum inſulam expeditione bellica vaſtaſſent, illecti etiam ſpe maioris lucri, templum illud ſpoliare aggreſſi, nihil, præter arculam gemmis, & auro exornatam, in qua cuſtodiebatur famoſus ſimiæ dens, inuenerunt; huncquè, magno omnium Regum mœrore, abſtulerunt; qui poſtea pro dentis redemptione legatos cum oblatione ſeptingentorum millia ducatorum ad Luſitanos miſerunt. Ceterùm Archiepiſcopos *Don Gaſpar* Id vetuit, dicens, non conuenire Chriſticolis, accepto pretio, deteſtabilem cultum fouere. Itaquè dentis ſimiæ igne cremati cinis per fluctus marinos ſparſus fuit. Modò ad ſimulacra, in quibus icon ſimiæ requiritur, pictoribus cognitu valdè neceſſaria, contemplationem conuertemus, ideo Ripa in ſecunda parte Iconologiæ ad exprimendam imitationem figurabat mulierẽ dextra manu faſciculum peniculorum, & ſiniſtra laruam tenentem, & ſecus pedes ſimiam habentem; nam penicilli artis imitatricis inſtrumenta denorant, larua autem, & ſimia imitationem humanarum actionum oſtendunt. Deindè pictores, ex ſententia eiuſdem Ripæ, ad indicandam perſuaſionem effigiare debent mulierem cum lingua oculata in capite, ambabus manibus ſtringentem funem, cui alligata ſit beſtia habens tria capita nempè canis, felis, & ſimiæ; cum tria in egente perſuaſione requiri videantur; ſcilicet benevolentia, quæ à facie canis oſtenditur, attentio, quæ ab aſpectu felis dimanat, cum ſit animal in ſuis actionibus diligentiſſimum, & deniquè docilitas, quæ vultu ſimiæ ſignificatur, de cuius docilitate alibi apertius, & clarius effati ſumus. Præterea in ſignificanda fallaci aſtutia, idem Ripa delineauit mulierem vulpina pelle amictam, & ſimiam in vlnis ferentem: cum ambo hæc animalia, & fucum faciant, & multo aſtu ſemper irrepant. Amplius, ex eodem auctore, icon infœlicitatis habetur, in qua exprimenda mulier laceris veſtibus induta paſſis capillis, brachijſquè ſimiam ſtringens figuratur; quoniam ſimiam eſſe vile, & abiectum animal Phyſiologi reputant. Exhibetur quoquè ab ipſo, imago comædiæ veteris, in qua anus cano capite

lacc-

B

C

D

lib. 10.

lib. 1.

Fanum ſimiæ vbi.

Dens ſimiæ vbi cultus.

Imitatio quomodo pingatur.

Perſuaſionis pictura.

lib. 1. iconolog.

E lacerato indumento vestita conspicitur, eodàm ipsa simiæ figura est; quæ cistam serpentibus plenam vetulæ porrigit. Hic delineatur simia, ad patefaciendam fœdam imitationem, per quam altena vitia manifestantur, quæ per angues in cista existentes denotantur. Postremò ad exprimendos quinquè sensus Rupa pinxit accipitrem, canem, leporē, falconem, & simiam, huicquè postremæ bestiæ sensum tactus assignauit, quoniam licèt sensus tactus per vniuersum corpus diffunditur, Excellentissimus tamen a medicis in manibus constituitur, idcirco simia ibi figuratur, quoniam hæc bellua ratione manuū, digitorum, & vngujum homini valdè assimilatur. Ex altera parte fuerunt nonnulli per quam studiosi, qui ad repræsentandos quinquè sensus iuuenem araneo, vulture, apro, lynce, & simia circumdatum delineatunt, simiæquè sensum gustus attribuerunt, iuxta illud distichon in historia lyncis recitatum. *Simiæ sensum tactus repræsentat*

Nos aper auditu, lynx visu, simia gustu,
Vultur odoratu, superat ij, aranea tactu.

F Ad finem, statuarum simiam referentium sermonem parsimoniæ verborum perstringemus, quoniam illi, qui diù Romæ versati sunt fortè plurimas ex marmore, & ex heraclio lapide simiæ statuas in palatio Cesiorum, in Xysto Farnesiorum, & multis alijs in locis obseruarunt.

VSVS IN CIBIS, & Medicina.

G PRopulos quosdam Africæ *Zabeces, & Zygantes* nuncupatos, non solum minio semetipsos inficere, sed etiam simiarum carnibus vesci prodidit Herodotus. Rhasis autem horum animalium carnem frigidam, & austeram iudicauit, consequenterque pessimos humores in humano corpore generare affirmauit. Est quidem veritati consonum, ex eodem Rhasi, quod simiæ cor assum, & cum melicrato potum intellectum acuat, & memoriæ conferat. Idq. colligit Porta ex facilitate discendi, qua pollet hoc animal propterea, ob hanc signaturam ingenio fauere, & obliuionem fugare arbitratur, deinde, quia simia fusci sit coloris ad melancholiam expugnandam valere, cordis pulsum pellere, audaciam augere, & quartanas profligare idem Porta existimat. Quamuis alibi in febre exterminanda non simę cor, sed sanguinem commendauerit. *lib. 4.* *lib. 1. Phytogn. c. 17.* *lib. 3. Phytog. c. 11.*

VSVS IN VARIIS.

H INdi vtuntur simijs ad collectionem piperis, vt scribit Philostratus. Nàm ipsi accedunt ad arbores natas in parte infima montis, fructusquè ab illis decerpunt, & piper in quasdam areas ad id paratas sub arboribus tanquam rem neglectam congerunt. Simiæ talia desuper aspicientes, ingruente nocte, Indorum opus imitaræ super partem montis hominibus inaccessam gradientes, aulsos arborum ramulos in prædictas areas conijciunt; At, vbi dies illuxerit, Indi aceruos piperis asportant, quos nihil laborantes, sed dormientes acquisiuerunt. Quamobrem non debemus vlla admiratione teneri, si Indi canibus, & armis huiusmodi simias ab insultu leonum, & aliarum ferarum tueantur. Nostra ætate, multi sunt Circumforanei, qui simias cicures, & edoctas ducunt, &, ipsis in publicis plateis saltantibus, à spectatoribus multas pecunias corradunt. Ad rem, Ioannes Leo in descriptione Africæ recitat in Fessa vrbe Africana esse huiusmodi vile genus hominum, qui vicatim simias saltantes deducunt, anguibus colla, & brachia inuoluunt, & per chiromantiam mulieribus sortem prædicere profitẽ- *lib. 3. de vit. Apol. cap. 1.* *lib. 3.*

tur. Hodie, hic Bononiæ, quando equiria celebrantur, inualuit vſus imponendi ſimias ſedentes ſupra acres equos, qui curſu in ſpem brauij contendunt, tum quia inanes currere renuunt, tùm quia cum ſimia, loco pueri equitantis, agiliores, & perniciores euadũt. Rei anatomicæ Profeſſores in defectu humani cadaueris ſimijs vtuntur, & quoniam harum multæ ſunt ſpecies Doctiſſimus Fallopius commendat illas, quæ ſine cauda ſedent, & facies habent latas ad inſtar hominum. Rhaſis, & Vuecherius corde à ſimia recenter auulſo vtuntur ad incutienda dormientibus terriculamenta, illud enim capiti quieſcẽtis ſupponunt, qui poſtmodum nil niſi Feras, & res formidoloſas per ſomnum cernit. Demum habemus in deſcriptione Guineæ, pelles ſimiarum, & Cercopithecorum ab Indis appendi ſolere ſtorijs ex libro arborum factis, quibus pudenda tegunt.

In commẽt. de off. c. 4.

A

DE CERCOPITHECO.

B

Caput VI.

SYNONIMA EORVMQVE Etymum.

CVm ad ſimiarum genus Cercopitheci referendi ſint, optimo iure, hoc in loco nomina, illorum naturam, & differentias, veluti in quadam tabula, delineabimus. Ratione nominis, hæc beſtia Cercopithecus, quaſi ſimia caudata appellatur: nam in græcis libris κέρκος caudam, & πίθηκος Simiã deſignat. Poſſet etiã κερκόφορος nominari, licèt hoc vocabulum omni caudato animali attribui poſſit. Idcirco hæc nomina cepus, & cercops, quæ apud auctores leguntur, potius ad Cercopithecum, quam ad ſimiã attinent. Hodie Itali hoc animal nuncupant *Gatto maimone*. Catum, quia more cati caudam gerat maimonem verò vocabulo à Græcis detorto quibus ſimia μαϊμὼ dicitur, à verbo μιμέομαι imitor. Hac ratione ductus forte Albertus deſcripſit Simiam caudatam, illamquè mamonetum appellauit, & ab Italis Spingam nominari tradidit. Verùm, vt optimè notat Geſnerus, nomen hoc eſt corruptum, voluit enim Sphyngem dicere, cum ſphynx animal ſit Aegypti, & à multis idem cum Cercopitheco eſſe perhibeatur. Sed pictores, & ſculptores ex parte anteriori mulierem, & ex poſteriori leonem fingentes, figuram naturalem huius animalis corruperunt. Cepus igitur in genere Cercopithecum ſignificat, Theodorus Gaza vertit Cebum. Legitur ab aliis κῆβος, vel κήβλος, alijs κῆτος, ſed rectius κῖτος legi debet. Non deſunt, qui legũt Cephum fortè à voce græca κῦφος leuis, quia hoc animal, ob nimiam leuitatem, mira agilitate in diuerſas partes ſaliat. At Diodorus Siculus Cephum Aegyptiorum Regem vocat, quem Herodotus Cephrenem cognominauit. Nonnulli arbitrati ſunt rationem, cur Cercopithecum alij Cephum, alij Cebum nominent, hanc fuiſſe peculiarem, quia nomen hoc ab hæbreis, quibus ſimia dicitur Koph, detorſerint. Syluaticus Maionium dicit, & ſimiam interpretatur, voce corrupta, voluit enim, more Italorum, Maimonem voeare. Gallis dicitur Marmot, quaſi Marmona, ideſt maris Simia, Mona enim Hiſpanis Simia eſt. Germanis vocatur Meergarz, ideſt catus marinus, nam quæcumquè peregrina ſunt, marina ſolent appellari. Anglis Marmoſet. Deniq. in nonnullis Italiæ locis non ſolum Gatti maimoni, ſed etiam Michi, & Bettucij nuncupantur.

Cercopith. quare dicatur Gatto maimone. lib. 22. de Anim.

Spinga quid ſit.

Maionius quid ſit.

C

D

GE-

E

GENVS, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

TAnta est Cercopithecorum varietas, vt memoriam penè confundere videatur. Verumtamen, in historia Americę, tria tantum genera obseruãtur. Primùm dicitur Kei, quod ad nos perfertur. Secundum Ackakei, quod cateruatim super arbores salit, magnosq. per syluas clamores edit. Tertium Pricei, quod rufum, & barbatum est, more capri. Si Cercopithecorum magnitudinem contemplemur, meritò illos in maiores, & minores distribuere poterimus: cum scribat Megastenes, referente Aeliano, in Prasiana Indorum regio-
F ne, simias vagari maximis canibus non inferiores, caudamquè quinquè cubitorum longã habere. Simile animal se vidisse fatetur Petrus Martyr, quod in aprum à venatoribus tractum insilijt, & oblonga cauda collum circumligans confestim suffocauit. Postmodũ in vtroquè genere tàm maiorum, quam minorum aliqui barbati reperiuntur. Si consideremus colorem; legitur in historia naturali Indię occidentalis, quòd Cercopitheci mirandum in modum variant, quia nonnulli nigricant, quibusdam color est cinereus, alijs cęsius, alijs varius. Scaliger aliquos nigros cum maculis albis, alios giluos, alios furuos, alios fuluos, omnes tamen agiles, & maleficos obseruauit. Plinius scripsit, apud Orseos simias albas habitari; Strabo tamen non apud Orseos, sed apud Prasios Cercopithecos albos versari tradidit. Ratione caudę hę bestię inter se discrepant, quia alię longioro, alię breuiore cauda referte sunt. Ad finem ratione etiam odoris distinguuntur, nam scripsit Scaliger in exercitationibus, & Clusius in Exoticis horum nonnullos benè olere, qui omnium sunt ingeniosissimi, hi igitur, qui hac peculiari odoris nota insigniuntur, erunt fortè, quos in Italia moschinos ab odore moschi nuncupamus; imo mercatores, qui à loco natali illos in diuersas regiones deferunt, omnes Cercopithecos huius gene-
G ris simulem spirare odorem testificantur. Antequam ad rariores Cercopithecorum species examinandas accedamus, nonnulla ad descriptionem spectantia ponderanda sunt, quę in historia animalium prorulit Aristoteles, dùm scripsit Cebum esse animal ex simiarum genere caudam habens, quod partim hominem, partim quadrupedem belluam imitatur. His verbis addit Aelianus, quòd Cercopithecus nõ solũ caudã habet ad differentiam simiarum, sed etiam collum crassum, & breue propterea illud catenula, vel fune non vincitur, quoniam laqueus facilè elaberetur, & bestia fugeret, & hæc est ratio, propter quam, Cercopitheci per ilia, & non per collum vincti custodiuntur. I. Exhibetur hoc in loco icon Cercopitheci barbati cum prunis amygdalinis, qui nisi sit Callitrix, saltem est ei congener, sic enim Hermolaus huiusmodi Cercopitheci speciem à barbitio appellat; id enim Gręci τριχα vocant, sed animaduertendum est, quòd in casu recto καλλιθριξ per θ pronunciari debet, in casibus autem obliquis per τ effertur. Plinius hanc belluam callitrichen vocaram, negat viuere posse in alio Cęlo, quàm Aethiopico, vbi generatur. II. Prędicto animali congener esse videtur, alius Cercopithecus barbiger.
H Cuius figuram damus cum pipere Lobellij. III. Visa est nobis pulchra Cercopitheci species facie senis, cauda lõgissima nigra, quapropter placuit illius figuram apprimè delineatam, quę articocalum manu gestat, ante lectoris oculos repręsentare. IIII. Noluimus omittere iconem Cercopitheci formę rarę, quĩ, vt notat Gesnerus, facie eruribus, & membro virili hominem ęmulatur. Quamobrem quis hominem agrestem appellare posset; Imò, inter alios Cercopithecos, stando magis perseuerat, pueros, ac mulieres amat, non secùs ac homines suę regionis, conaturquè si vincula effugerit, palàm cum illis concumbere; ferum est animal, sed tantę industrię, vt homines aliqui minùs ingenio valere dicantur. Κῆπος ideſt Cepus est alia Cercopitheci species, & quamuis superius dictum sit hoc nomen, ad genus Cercopithecorum spectare, tamen propriè ad hanc speciem in colorum varietate ab alijs discrepantem attinet: hęc enim adeò insignis spectatur, vt hortus diuersis floribus consitus esse videatur; vnde Pythagoras dixit, esse terrenum quoddam animal iuxta mare rubrum, & Cepum ideſt hortum nominari, quoniam tanquam hortus varijs coloribus distinguatur. Proponit Clusius

lib. 7. c. 20. Decad. 3. lib. 4.

lib. 4.

exerc. 213.

Cercopithecі odoriferi.

lib. 2. cap. 8.

Callithix.

Cercopith. facie senis.

Cercopith. formæ rarę

Cepus.

I. CERCOPITHECVS CALLITHRIX DICTVS cum prunis amygdalinis.

in Exoticis iconem cuiuſdam Cercopitheci ab alijs non obſeruati, qui magnitudine vulgares ſuperabat, nigris villis erat tecta bellua, quibus fuſcus color erat admixtus, pectus, venter, & crurum anterior pars longioribus villis, illiſque albis erat obſita, ex mento barba cana in mucronem deſinens dodrantalis longitudinis pendebat. Cauda valdè lõga erat, cuius extrema pars in villoſum floccum deſinebat, perinde ac leonis cauda: quam notam in nullo Cercopithecorum genere obſeruauit. An ſit Cartholipis ad mẽtem Feſti, cum, referente Geſnero, huiuſmodi Cercopithecorum ſpecies poſtremam

caudæ

II. CERCOPITHECVS BARBIGER ALTER
cum pipere Lobel.

caudæ partem admodum villosam habeat. Huius generis elegantiorem speciem habemus in publico Musæo pictam, cuius corpus pilis valdè tersis, & nitidis est tectum, anteriorem pectoris, & ventris partem habet albā, barbā quoq. incanam, cauda in floccum non desinit, sed similis formæ cum alijs Cercopithecis, est tamen longissima Hæc pictura delineata fuit ex viuo animali, quod Reuerendus nobilis atque amplissimus D. Ioannes Christophorus Neusterter, aliàs Stumer dictus Moguntinensis, & Herbipolensis Canonicus Vlyssipone in Germaniam secum vexit; Hæc autem bestia á prolixa barba *Barbilias.*

Bar-

III. CERCOPITHECVS FACIE SENIS FRVCTVM Cinaræ manu geſtans.

IIII. CERCOPITHECVS FORMAE RARAE.

Barbilias vocabatur, & originem à China ducebat, vescebatur omnis generis rebus etiam venenatis, vt araneis, bibebat quicquid illi porrigebatur, subindeque è vino inebriabat; erat magnæ agilitatis, tanquam simia totos dies inquieta, omnesque generis voces effingebat. Neminem ita odio habebat, ac deformes vetulas. Erat tandem elegantiorum morum, vt anima' ratione præditum esse videretur Cuiusdam alius speciei, quæ pusilla est, meminit Ioannes Lerus in historia Americæ nigriquè est coloris maxima ex parte in syluis versans, & potissimum in illis arboribus insidere solet, quæ siliquas nostris fabis similes producit; ijs enim libentissimè vescitur. Meminit quoquè Clusius cap. 10.

sius in Exoticis pusilli Cercopitheci noui maioris Sciuri, qui in Brasilia Cercopithecus *Sagouin* dicitur. Rostrum, & capitis pars anterior leoninam quodammodo refert, fusco colore, cui rubedo quædam permixta est; aures albicantibus villis ei sunt hirsutæ, quibus ruber color etiam est admixtus; guttur, & pectus longioribus villis, partim fuscis, partim albis cooperta habet, reliqui pili per corpus sparsi nigri, & albi radiatim à dorso ad ventrem dispositi sunt. Caudam quoquè, quæ longa est, pilis similis coloris alternatim tectam gerit. A

MORES, INGENIVM.

Ingenium.

Cercopitheci mira prudentia, & agilitate de arbore, in arborem transilitur, nam caudis tanquam manibus vtuntur ramo se implicantes, & quo volùt se eiaculantur; imò, quibus cauda est longior, solertia etiam, & vires sùt insignes, nam in Brasilia, vbi copiosi sunt Cercopitheci, vt refert Ioseph Iesuita, de arbore, in arborem transeunt; tamen etsi arbores non sint cõtiguæ; etenim alteri cauda hærent, & in alteram semetipsos proijciunt. Deinde hæ bestiæ adultæ iunioribus, quæ ex arbore, in arborem nequeunt transire viã sternunt hoc modo; nam alterius arboris ramum cauda tanquàm manu arripiunt, manibus verò alterius ramum apprehendunt, atquè ita vtraquè arbore retenta, quasi quodam peracto ponte iuniores Cercopitheci per stratam viam sine periculo transeunt. Præterea sunt miræ docilitatis; nam, vt legitur in historia naturali Indiæ Occidentalis, Cartagenæ in Palatio Gubernatoris Ingeniosius Cercopithecus alebatur, quem ad vinum emendum emittere solebant; hic altera manu lagenam, altera verò pretium vini ferebat, ex cuius manibus pecuniam extorquere nemo poterat, nisi lagena prius vino repleta. Deinde à pueris obuijs delusus, vasc depositio, lapides apprehendens in sannatores iaciebat, & quàmquam Cercopitheci, natura sua, vini sint auidissimi, tamen hic citra veniam domini nunquàm lagenam aperiebat. Præterea, quia Cercopitheci sunt bestiæ vaferrimæ, & omnibus gesticulando illudunt; hinc Græci verbum κερκωπίζειν formarunt, quod illudere significat, quamuis etiam ab animalibus, quæ κέρκον id est caudam mouendo adulantur hoc verbum posset deduci. Vnde postea homines dolosi, impostores, & adulatores Cercopes nominantur. B C

Docilitas. lib. 4. c. 39.

LOCVS VICTVS.

Æthiopia, iuxta sententiam Plinij, Cercopithecos nigris capitibus, pilo asinino, cæterisquè dissimiles generat. In syluestribus locis Insulæ Ianæ, copiosi vagantur, & in Prouincia Congi, vt legitur in descriptione Guineæ, multi versantur, qui eicurari multas facetias histrionicas mimico gestu concinnant. Historia Peruana multos Cercopithecos, sed inter se valdè diuersos exhibet. Præterea ex Aeliano in regionibus Galecuthinis multi sunt Cercopitheci, & viliissimo venduntur pretio, quoniam agricolis illius territorij sunt magno oneri, dum arbores iuglandium conscendunt, & liquorem, ex quo vinum confici solet, discipant, & vasa, quibus ille liquor excipitur euertunt. Nam Incolæ ex nuce Indica adhuc viridi aquam potui suauissimam colligunt. Cæterùm animaducrtendum est, quòd hæ bestiæ libentiùs loca montana incolunt; quocirca Strabo in sylua Indica, supra Emodos montes, numerosos Cercopithecos, & magnos esse scribit. Deinde non procul ab *Aden* Vrbe Arabiæ editissimus mons est, qui Cercopithecis abũdat. Denique in omnibus montanis locis Continentis magnus harum bestiarum numerus visitur, vt habetur in historia naturali Indiæ Occidentalis: Si victum consideremus, sciendum est Cercopithecos omnibus ferè esculentis vesci, quibus simiæ, sed quando desiderio carnis premuntur, tunc, carnibus deficientibus propriam caudam arrodere dicuntur. D

lib. 2. c. 7.

lib. 15.

lib. 4. c. 39.

C A-

E

CAPIENDI RATIO.

QVamuis Cercopitheci ijsdem artificijs, & fallacijs, quibus simiæ, comprehendi possint; attamen ex historia nauigationis in Brasiliam colligimus, quòd Barbari huiusmodi bestias hoc modo venantur. Cum arcubus, & sagittis, per syluas à Cercopithecis frequentatas, vagantur, interim modò in adultas, modo in iuniores iacula emittunt, illasque ab arboribus deijciunt, atque ita saucias dummodò læthali vulnere non sint affectæ, domum ferunt, postmodum illas sanatas, (citò enim talia vulnera ad cicatricem perducuntur) cicurant, & cicuratas cum mercibus commutant. Itaquè alij mercatores in diuersas partes illas

F ducunt, & diuendunt.

ANTIPATHIA.

INter cercopithecos, & simias magnum odium, bellumque frequens intercedere scribit Auctor de natura rerum, additque, licèt cercopitheci viribus non præualeant, astutijs, & bellandi animo simijs præferendos esse. Ampliùs tales bestiæ crocodilos acerbissimo odio prosequuntur, itaut nec eminùs pellis crocodileæ conspectum perferre possint, nam, vt huiusmodi visionem vitent per ignem, & aquam effugerent. In huius sententiæ confirmationem tradit Petrus Gyllius in Aelianum cum pellis quædam crocodili paleis repleta ex fenestra per longum interuallum cercopitheeis ostenderetur ipsos cum clamore, tremore, & alui deiectione, cum tamen vinculis essent constricti, euadere conatos fuisse.

G

MORALIA.

BErchorius in Reductorio morali numerosam simiarum familiam cõtemplatus vnam speciem nempè cercopithecum malitijs, & dolis alijs antecellere vnà cum rerum naturalium peritis arbitratus est. Pariter inter homines, esse quosdam peccantes huius naturæ obseruauit, qui caudam longã more cercopithecorum habere dicuntur, dum longum vitæ curriculum sperantes, exporrecta fronte epulis, & potationibus inseruiunt, mortisque meditationẽ postponunt, contra sacræ paginæ documentum. *Memor esto quoniam mors non tardabit.* Ecclesiast. 14. Quamobrem isti tanquam tot cercopitheci ex meris dolis, technis, & fucis compositi, omniumque colluuione vitiorum contaminati cæteris deteriores esse perhibentur. *lib. 10.*

SIMVLACRA.

H

HOnoris immodici titulo Arabes olim cercopithecum prosecuti. Cœlo. dicarunt, & illius opem in rebus aduersis implorantes, sæpiùs simulacrum illius venerati sunt; si veritatem Gyraldus fassus est. Non autem omnibus in locis Arabiæ cercopithecus colebatur, sed tantũ ad Memnonis sepulchrũ, ei æternus honor decernebatur. Vnde Iuuenalis huc respiciens cecinit. *Syntag. 1.*

Effigies sacri nitet aurea cercopitheci.

Balbus scriptor Italicus, in suo Itinerario in Indiam Orientalem, refert se obseruasse in via, quà itur à Mecao ad Pegu, multa idola, quæ incolis *Pagods* dicuntur cum multis alijs animalium, & præcipuè cercopithecorum staruis. Imò circa templa, quæ lingua Indica *Varrelle* appellantur, multi cercopitheci alligati seruantur, quoniam Indi huiusmodi bestias diuinas esse opinantur, hac potissimum ratione ducti, quoniam manus, & pedes ad instar hominum habeant; & hæc est peculiaris causa, propter quam Indici montes tam numerosa harum bestiarum familia sint repleti. *Satyr. 15.*

VSVS

A

VSVS IN CIBIS.

IN tertia parte historiæ Indiæ Lusitanicæ legitur, quòd in syluis illarum regionum variæ cercopithecorum species vagantur, omniumquè carnes apud illos ediles esse feruntur. Imò, quando aliqui ægra valetudine oppressi decumbunt, statim ad carnem cercopithecorum tanquam ad sacrā anchoram confugiunt, quoniam incolæ aduersus omne morbi genus hāc efficacem esse existimant; idcirco illam infirmis exhibent, vt melius se habeant, & valetudinem confirmēt.

VSVS IN LVDIS.

B

CVm omni vitæ instituto sui iusus concedantur, & studijs etiam ipsis aliquid iocosi nonnunquam permittatur, non erit admiratione dignum, si Prisci cercopithecis, & alijs animalibus huius generis animum suum reficerent, & relaxarent, dum has bestias elegantioribus indumentis vestiebant, vt spectantes ad risum citius prouocarent. Vnde Martialis alludens ad quoddam vestis genus, quod apud Santonicos Galliæ populos erat in frequenti vsu sic cecinit.

lib.14. epig.128. *Gallia Santonico vestit te bardacuculla,*
Cercopitheorum pcuula nuper erat.

Præterea non defuerunt etiam nonnulli, qui non solum ex prædictis bestijs ludentibus summam voluptatem percipiebant, sed etiam summis affectibus illos prosequebantur; quemadmodum hodie muliores catellos Melitenses in delicijs habent. Id non fuit incognitum Martiali dum scripsit.

lib.7. epig. 86. *Publius exigua si flagrat amore catella* C
Si Cronius similem Cercopithecon amat.

Nostra ætate cercopitheci per ilia vincti, quemadmodum, & etiam simiæ in atrio, vel Xysto Magnatum custodiri solent, qui suis gesticulationibus aulicos remorantur.

DE CYNOCEPHALO.

Caput VII.

ÆQVIVOCA.

CVm Cynocephali, ex mente Aristotelis, in historia animalium, vt in capite de simia exposuimus, ad tertium simiarum genus referendi sint; nūc locus de his agendi opportunus esse videtur. Verùm quoniam hæc vox (cynocephalus) æquiuocatione laborare dicitur; propterea distinctione illam plagiam faciemus Cynocephalus igitur, non tantùm significat bestiam, de qua in præsentia verba fieri statutum est, sed etiam illud hominum genus, cui Megasthenes, & alij auctores canum caput assignarunt. Tales autem hómines latratum edere, pellibus Ferarum indui, deindè anguibus venatu, & aucupio vesci feruntur. Hi, secundùm Albertum, incolunt vastam illam Aegypti solitudinem sesus viam ad Aethiopiam spectantem, cuius solitudinis iter nonnisi septem dierum spatio peragi potest. Quod hominum genus si sit in rerum natura, nec ne, nostra non interest de hoc in præsenti loco disputare. Amplius hoc vocabulum (Cynocephalus) nomen est adiectiuum, quod denotat capite canino præditum, nec non impudentissimæ audaciæ nebulonem, quare in hoc sensu Cleon apud Aristophanem Cynocephalus, id est proteruus, impudens, & rapax cognominatur.

in Equit.

SY-

E

SYNONIMA.
corumquè Etymum.

CYnocephalus Græcis κυνοκέφαλος à Theodoro Gaza apud Aristotelẽ vertitur caniceps, quasi κυνὸς κεφαλὴ ideſt canis caput dicatur. Geſnerus in appendice quadrupedum animaduertit hoc animal à nonnullis Tartarinum vocari ſortè, quia ex Tartaria primùm aduectum ſit. Aeliano non immeritò κυνοπρόσωπος nominatur, quia hæc beſtia faciem caninam exhibeat. Volunt Auctores non proletarij, vt Geſnerus, hanc ſimiæ ſpeciem eſſe illam, quæ ab Ariſtotele, in hiſtorijs animalium χοιροκέφαλος ideſt ſimia porcaria dicitur. Kiber F Auicennæ, & Breca vulgo in Mecha hanc belluam nominari multi autumant; Quamuis Alij hæc duo poſtremæ nomina etiam cercopitheco attribuant. Gallis ſecundùm Belonium Magot dicitur, alioquin vulgò Gallis Babion, & Italis Babuino indigitatur.

DIFFERENTIÆ.
Deſcriptio.

EAdem penè forma cynocephalus eſt inſignitus, qua ſimia caudata; Quocirca propter hanc ſimilitudinem ipſe quoquè cercopithecus appellatur. G At in corporatura cynocephalus maior eſt, validior, & efferacior, faciemquè caninam à natura adeptus eſt, vnde illius nomen dimanauit, quemadmodum in iconibus, quas exhibemus, licet intueri. Doctiſſimus vir Cluſius in Exoticis dat iconem cuiuſdam animalis, quod re vera ad cynocephalos potius, quàm ad cercopitheeos reduci debet. Corpus totum, (vt ipſe refert) à capitis vertice ad fœmora vſquè longis villis erat obſitum cineracei coloris, poſticam corporis partem cum cruribus eiuſdem coloris villis breuioribus tamen tectam habebat, caudãquè breuiorem, quàm cercopithecus gerebat. Roſtrum longum, nudum extima parte obtuſum, inſtar roſtri canini erat. Nates glabras, prorſuſquè depiles & ſanguineo colore refertas habebat, tanquam cutis ab illis detracta fuiſſet. Pedes in quinquè digitos erant fiſſi, & curuis vnguibus armati. Ad hanc ſpeciem cynocephali accedere videntur quædam animalia in magnitudine ceruicem æquantia, & in parte anteriori hirſuta inſtar leonis, quæ gregatim incedunt in quodam monte ſecùs locum *Calote* nuncupatũ, vt Aluarez in æthiopico itinere obſeruauit. Iacobus Vitriacus, in hiſtoria orientis, memorat cynocephalos magnæ corporaturæ ceruicem equinam habentes, qui flammis, H quas ore ſpirant, homines interimere dicuntur. Quod autem genus animalis hic vir doctus intellexerit, nunc re ipſa neſcimus exprimere.

CYNOCEPHALVS MAS CVM ANETHO,
quod Cynocephali genitura Botanicis dicitur.

CYNOCEPHALVS ALTER
cum herba Cynocephalea.

NATVRA, MORES, Ingenium.

IN numero animalium, quæ facilè succensent, & excandescunt, & vehementer aduersus calumniatores in iram effunduntur, Cynocephali collocari debent, quoniam his iracundiæ prærogatiuis à natura sunt dotati. Secundò tanquam hirci nunquam à petulantia sunt alieni; præterquamquòd, teste Plinio, simijs sunt efferatiores. Hac de causa refert Albertus, eorum mores graues, & duros esse. Deindè instinctu quodam naturali ducti, Aeliano auctore, tempore æquinoctij non solum singulis horis, dici, atquè noctis mingunt, verùm etiam clamorem quemdam edunt. Imò Orus Apollo addit Cynocephalos talem habere cum luna consensum, vt in interlunio mas mœrore affectus quoppiam non intueatur, neque comedat, sed quasi Lunæ raptum lugens, faciem in terram deijciat. Fœmina quoquè nocte illuni, nusquam oculos contorquens non modò eadem cum mare patitur, verum quoq. è genitali sanguinem emittit. Vicissim Lunæ exorienti manus in cœlum attollentes congratulantur. Quamobrem Aegyptij in sacris Cynocephalos nutriebant, vt inde exactum tempus synodi luminarium scire posset. Tandem, si ad ingenium harum belluarum animus dirigatur; scripsit Strabo, has bestias non minùs, quàm elephãtes ad ingenium humanum accedere. Tradit etiam Aelianus quòd Cynocephali simuli sunt humani gestus, & si infanti admoueris vbera, ei mulgenda præbent, sed Gyllius aliter legit, nempè si eorum catulos adhùc paruulos mulieris vberibus admoueris, ipsi tanquã pueri lac exugent. Cœlius quoquè scriptum reliquit Cynocephalos in Aegypto tali solertia ingenij valere vt discant ad quemlibet epistolas deferre, & Bellonius multos in Cairo Cynocephalos obseruauit, qui taliter erant edocti, vt singulos in aliquo circulo spectatores adirent manu protensa, nummos sibi in illa numerari innuentes, quos post modum ad suum Herum perferebant.

lib. 6. c. 50.

lib. 15.

l. 2. obs. c. 52

A

B

C

VOX.

SImiarum, Cercopithecorum, & Cynocephalorum voces tàm rudes, & variæ sunt, vt difficilimum sit etiam per onomatopœiam vnicuiquè propriam vocem assignare. Propterea Aelianus de Cynocephalis verba faciens, scriptis mandauit, illos determinatam vocem non emittere, sed aliquãdò acutè stridere, ideò illis attribuere videtur ingratum sonum, qualis in forium cardinibus, & curruum rotis malè iunctis, auribus percipi solet. Ouidius ab Aeliani sententia non recedens, quando verba facit de simijs Pithecusas habitantibus, earum vocem raucum stridorem interpretabatur, dùm canebat.

lib. 6. c. 48.

Posse queri tantùm rauco stridore reliquit.

lib. 14. Met.

Alibi tamen idem Aelianus Cynocephalos Indicum sermonem intelligere, nihil tamen loqui, sed vlulare tradidit. Orus Apollo in Hieroglyphicis quodammodò hanc opinionem stabiliebat dum diebus æquinoctij singulis horis Cynocephalos latrare pronunciabat.

lib. 4.

D

LOCVS CIBVS.

IN fides adhibenda est Solino, in Aethiopiæ partibus Cynocephali sunt frequentissimi. At Strabo in regione Arabiæ à Dira vsque ad Austri cornu, & præcipuè in vltimo promontorio Sphynges, & Cynocephalos collocat. Aelianus quoquè Continentem post Barygazam pertingentem ad Austrum Dachinabadem vocari scripsit, supra quam regio mediterranea versùs Orientem montes magnos habet, in quibus Cynocephalorum variæ species vagantur. Herodotus denique loquens de regione, quam Aratores in Libya

versus

versus Occidentem habitant, tradidit illam valdè montariam, & nemorosam esse, nec
E non à multis Cynocephalis incoli. Demùm hæ bestiæ esculenta, quæ aliæ simiæ, appetunt. Imò, teste Aeliano, si repererint fructus testaceis inuolucris clausos, eiusmodi sunt nuces, & amygdalæ, illicò intima esse edulia, extima verò reijcienda esse intelligũt. Vini potionem non recusant: carnibus, vel assis, vel elixis vescuntur; verumtamen illis, quæ culinæ artibus rectè sunt apparatæ, summoperè delectantur. Viciſſim, ex non accuratè elixis, vt refert Aelianus, valdè offenduntur. *Vinum amant.*

HIEROGLYPHICA.

NVllum fuit vnquam animal apud Aegyptios, quod maiorem hieroglyphicorum numerum exprimere posset, quàm cynocephalus. Huius enim bellua iconibus varijs modo delineatis cælestia, & terrestria ferè omnia denotabant. Primitus, per figuram cynocephali stantis, sacerdotes Aegyptij primum à syzigia ortum lunæ significabant; cum hoc animal in Neomænia lætum, versus orientem lunam se erigat. Ex altera parte pro exprimendo tempore silentis lunæ, cynocephalum resupinatum figurabãt; cum cynocephalus tàm mas, quàm fœmina, tempore interlunij, annotante Pierio, ingentinicerore afflictentur. Insuper cynocephalũ sedentẽ pingebãt, quotiescũq. æquinoctiũ vtrũq. demõstrare vole bãt; quoniam hanc belluã, solę æquatorẽ tangẽte, duodeniis vicibus die, totidemquè nocte mingere obseruarunt. Hæc autem fuit ratio, propter quam Aegyptij in omnibus horologijs, seu clepsydris cynocephali effigiem adsculperent. De hoc fortè animali locutus est Trimegistus, qui, cum in Aegypto versaretur, quoddam animal sacrũ, & Serapidi dicatum conspicatus est, quod duodecies toto die, pari interposito tempore, excrementa potus profundebat. Amplius, figura cynocephali, totus terrarum orbis ab Aegyptijs hieroglyphicè intelligebatur, quoniam duæ, & sexaginta primariæ habitabilis terræ regiones constituuntur magna cura, & diligentia obseruarunt totidem esse partes in hoc animali morientę, quæ singulæ quotidiè pereunt, & mox secundo supra sexagesimum die reliquum animalis corpus interire. Si ad hieroglyphica minus principalia mentem intendamus, incidemus in Ægyptium sacerdotem, qui, & ipse, per cynocephalum amplexantem piscem, ostendebatur. Aegyptij enim sacerdotes neque piscẽ, neque panẽ ex piscibus confectũ vescebantur, ad differentiam sacerdotum externarum nationum, qui pisces comedebant, similiter cynocephalus neque piscem, nec aliquid ex pisce confectum appetit. Præter sacerdotem, icone cynocephali vrinatorem intelligebant, quandoquidem, vt animaduertit Orus Apollo, solus cynocephalus inter cætera animalia intrepidus & sine vllo timoris indicio natat. Cæterùm, cum superius exaratum sit, in natura huius animalis ponderanda, ipsum facilimè irarum motus concipere iuxta assertum Theocriti:

li. 6. hierog.

Totus terrarum orbis quomodo denotaretur

Καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥίζαν καθῆται.

Idest,

Semper acerba illi pronatibus assidet ira.

Huic proprietati nixa Aegyptus ad designandam iracundiam, huius bestiæ iconem exhibebat. Ad finem, literæ quoquè per simulacrum cynocephali ab Aegyptijs sacerdotibus intelligebantur; nam quoddam harum bestiarum genus litterarum cognitionem callere existimabant. Quocirca statimatquè cynocephalus in templum introducebatur, vt, eorum ritu, educaretur, & coleretur; sacerdos illi calamum, & sepiam apponebat exploraturus, num esset ex eo genere, quod pro cultu recipere debebant.

Ira hieroglyphicum.

DENOMINATA.

NOnnullas plantas à cynocephalo denominationem adeptas fuisse comperimus, & præcipuè in antiquis Dioscoridis nomenclaturis, in capite de Psyllio ipsum cynocephalion nuncupatum fuisse legimus; forsitan, quia figura folliculi, in quo semina includuntur capiti cynocephalorum sit conformis. Præterea si examinemus varia anethi nomina, quæ in antiquo Dioscoridis codice le-

 guntur.

guntur. Anethum cynocephali genituram vel, ſecundum alios, cynocephali capillum vocatum fuiſſe obſeruabimus. Demùm antirrhinum aruenſe maius, quod eſt antirrhinũ primum Matthioli, Cordus in Dioſcoridem cynocephaleam vocauit; forte quia huius herbæ, flos, vel ſemen, ratione figuræ, caput cynocephali repræſentet. A

MORALIA.

ESſe quaſdam beſtias de ſimiarum genere dentes, & caput canis habentes, reliquo autem corpore, ſimias æmulantes, hoc ex enarratis tam notũ eſt, quàm vt plurain id verba ſumenda ſint; huiuſmodi belluis, Berchorio auctore, in reductorio morali valdè ſimiles ſunt hypocritæ, qui ſimulari homines eſſe perhibentur, quoniam ſimulatum per quàm ſtudioſi, & ab ipſa veritate abhorrentes, ſemper quid veritati ſimile præſeferunt. Hi caput intentionis, ſcilicet quoad morſum, & latratum detractionis, ad inſtar canum habent, ad quod alludens Martialis dicebat. B

Adlatres licet vſq; nos, & vſquè,
Et gannitibus improbis laceſſas.

Detractores cynocephalum. Propterea detractores caninum caput habere dicuntur. Quoniam, more canum latratu violentæ linguæ omni tempore in famam proximi debacchantur. Amplius tanquam canes rabie correpti oculis ardentibus, labijs ſpumantibus, voce immani, toto deniq; corporis habitu luorem, & odium teſtantur. Denique mote cynocephalorum acutè ſtridentium ſtridulè numis, ac ſtrepitu moleſto ſemper calumniantur.

SIMVLACRA.

HErmopolitani ſimulacrum cynocephali ſingulari quodam honore afficiebant, vt Strabo atteſtatus eſt. Imò vnà cum Mercurij ſimulacro cynocephali iconem in templo collocabant, quoniam Mercurio tanquam litterarum omnium inuentori hoc animal conſecrarunt, nam putabant cynocephalum, vt in hieroglyphicis declaratum fuit, litterarum cognitionem habere. Hac forſitan ratione moti Botanici, in priſcis Dioſcoridis nomenclaturis, anethum non ſolum genituram cynocephali, ſed etiam genitutam Mercurij indigitarunt. Hinc nonnulli cynocephalum eumdem cum Deo Mercurio reputarunt. Tertullianus tamen, & D. Auguſtinus cynocephalum pro Anubi Deo Aegyptiorum, quoniam capite eſſet canino, poſuerunt. Hoc vnum eſt, olim apud Aegyptios fuiſſe ne fas huic beſtiæ quicquam honoris denegare; vel quia hoc animal naturam propemodùm humano generi proximam haberet, vel quia ſecundùm alios, Oſyris ex hoc animalium genere ſummam voluptatem percepiſſet, vt noſtra etiam ætate plurimis contingit; hac de cauſa Cicero nebulonem Vedium luxuriæ carpit, quia ſibi obuiam factus cũ rheda equis iuncta ſecum veheret cynocephalum. Alij tandem eruditi viri de veneratione cynocephalorum in Aegypto hanc eſſe indubitatam veritatem exiſtimarunt; ſcilicet, cum Aegyptij circumciſionis ritum ſuſcepiſſent, & animaduertiſſent cynocephalos circumciſos naſci; diuinitùs hoc animantium genus ipſis contigiſſe arbitrati ſunt. Quamuis autem Abraham ſignum circumciſionis populo ſuo dederit, vt ab Aegyptijs diſtingueretur; verumtamẽ tractu temporis Aegyptus quoquè prædictum circumciſionis inſtitutum recepit. Antequam ſimulacrorum tractatui finem imponamus; prætermittere nolumus ſimulacrum Academiæ, in quo cynocephalus, auctore Ripa, figuratur. Etenim delineauit mulierem ſedentem in loco varijs arboribus conſito, aureis ſertis coronatam, dextra manu limam tenentem cum hoc Dicto. DETRAHIT, ATQVE POLIT. Cum multis libris, & ſecùs pedes cynocephalum pinxit; propteraquòd, quemadmodum hoc animal tempore equinoctij ſingulis horis vocem edit, pari ratione Academicus hanc belluam imitans omnes horas tum diurnas, tùm nocturnas enumerare debet, & maiorem earum partem in ſtudijs conſumere. C D

Anubis Deus Aegypti.

In 1. par. Icon. Academiæ ſimulacrũ.

EM-

E

EMBLEMATA, & SYMBOLA.

IN libro emblematum, & symbolorum ex animalibus delineatur à Camerario cynocephalus, qui iunctis palmis Lunam adorat cum hoc titulo. IS EGO. Quia proprietas huius animalis nota est ex superius dictis, quòd, luna silente, tristetur, & exeutiat, & postea ad illius exortum exultet, & visionem recuperet. Quo symbolo quidam vir vsus fuit, vt erga suam coniugem nomine Dianam, quæ apud poetas luna vocatur, immensum amorem declararet; ideo Camerarius hoc emblema coniugibus applicare voluit, dum cecinit. *Embl. 76.*

Luna cynocephalo visum exhilaratq; admitq;
Sunt, & coniugibus mutua fata bonis.

Hinc fortè Ioann: Andreas Palatius, in suo tractatu Insigniũ, desũpsit argumentũ illius phrenoschematis, quo vir quidã nobilis inexhaustũ erga Deliã amorẽ significabat. Effigiauit enim cynocephalũ ante lunã genuflexũ cũ hoc Dicto. SEMPER EGO. Volebat enim innuere se constantiùs, & synceriùs Deliã, quã cynocephalũ lunã adamare. Aegidius Sadelerus inter symbola, quæ sanctã crucẽ respiciũt, pinxit cynocephalũ intuentẽ lunã hac inscriptione coronatũ. IN LVMINE TVO. Idẽ auctor paulò inferius inter eadem sacra symbola exhibuit iconem cynocephali catenã vincti cum hoc circumscripto titulo. EXACVERVNT DENTES SVOS Hæc sunt, quæ de emblematibus, & symbolis ad cynocephalum attinentibus digna animaduersione iudicauimus.

F

VSVS IN VARIIS.

APud Nomades Africæ populos, inter Zeugitaniam regionem, & Mauritaniam sitos, inualuit consuetudo Ferarum lacte semetipsos nutriendi. Vnde non iniuria Ἀλακτοφάγοι, nempè lactiuori appellari possent: de his loquens Reusnerus non cynocephalorum carnibus, sed eorum, & aliarum etiam Ferarum lacte tantùm victitasse scribit, dum inquit.

G

Lacte Nomadum gentem vixisse ferino,
Et mulgere truces sæpè cynocephalos,

Præterea cynocephali alium habent vsum apud professores anatomicos, nam Galenus, in aggressionibus anatomicis, cynocephalis tanquam rostro longiore, & dentibus caninis prominentibus præditis, necnon quia erecti minus consistunt, minusquè hominibus sint similes, secundum loeum post simias in administratione anatomica assignat. *lib. 1. de anat. adm. cap. 2.*

DE PAPIONE.
Cap. VIII.

H

SYNONIMA, DESCRIPTIO, & historia tota.

HOc animal à Gesnero Papio, & à Germanis Pauyon dicitur. Nos nomen à voce Babion detortum existimamus, quæ vox, vt expositum fuit in capite antecedenti, Cynocephalum significat, quoniam hoc animal, ratione rostri, cum cynocephalo maximam similitudinem habere videatur. Græcis posset nuncupari arctopitheeos, quoniam, re ipsa, figura huius bestiæ aspectum vrsi, & simiæ referat. Quapropter non est a ratione alienum, si Gesnerus hanc belluam ad simiarum genera reducat. Albertus Magnus meminit cuiusdam animalis sub nomine Papionis, quod vulpibus est maius, lupinis moribus imbutum, emittens vocem adeò sonorè, vt eminus etiã exaudiatur, cadaueribusq; vescitur, quæ proprietas ad Hyenã, & nõ Papionẽ attinere videtur. Itẽ Iacobus Vitriacus, in historia Oriẽtis, nomine papionis canes quosdã syluestres lupis acriores cõtinuò clamãtes intelligit; q, vt ingenuè fatcamur, ab hac historia sũt arcẽdi. Si igitur genuinã huius animantis descriptionẽ desi- *lib. 22. de Anim. cap. 18.*

deramus

deramus, habemus Gesnerum, qui scripsit hoc animal esse magnum hirsutum, horrendo capite, brevibus cruribus, cauda ferè vulpina, sed admodum brevi, & plerumquè A erecta, pedes sunt humanis similes, & proceritati corporis minimè respondentes, quemadmodum in figura, quæ hic exhibetur, lector contemplari poterit. Quidam circumforanei, qui Indos se esse profitebantur, vt tradit Gesnerus, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, ex solitudinibus Indiæ in Germaniam hoc animal duxerunt, & in Suevia potissimum, magno adducentium questu, ab infinitis conspectum est. Natura sua hoc animal est salacissimum; imò ritu simiarum, aspectis etiam mulieribus, facile in libidinem soluitur. Fœmina geminos, nempè marem, & fœminam, vnica paritura, vt plurimùm eniti solet. Vescitur potissimum pomis, pyris, & alijs arborum frugibus; ideoquè esuriens arbores conscendit, fructusq; excutit. Aliquando etiam panem, & vinum pro potu appetit. Si viderit elephantem nihil curat; cætera autem animalia, cum ea perferre non possit, totis viribus repellere conatur.

PAPIO, SEV ARCTOPITHECVS CVM PYRO LOB.

A

DE

DE FERA VPALIMICV PAPIONEM. Caput IX.

CVm Fera Vpalimicu Papionem, & vocatur a Cercopithecum æmuletur, hunc locum in ordine ad alias bestias optima de causa assignare decreuimus. Est igitur hæc bellua Cercopitheci Aethiopici magnitudine: illius pellis quasi cocco tincta rubet, maculis aliquot in locis conspersa; capite rotundo instar globi. Pedes habet rotundos, & latos nocuis unguibus vacuos. Mauri huius animalis carnem assam verberatam, vt tenerior euadat, comedere solent. Demum quibus cibarijs, & condimentis delectetur adhuc dubium est, cum hoc animal raro viuere dicatur. Ideirco icon illius in gratiam lectoris hic datur.

FERAE VPALIMICV EFFIGIES.

DE

DE IGNAVO CLVSII.
Cap. X.

SYNONIMA.

BEllua, quæ in antecedenti capite aere viuere dicebatur, reuocauit in memoriam aliam bestiam prædictæ fortè congenerem, quam Clusius, in Exoricis post tractatum Simiarum recensens, Ignauum appellauit. Hoc animal Hispanica lingua vocatur *Perillo ligero*. Quas voces Clusius caniculam agilem interpretatur, loquendo tamen per antiphrasim, quoniam est animal omnium ignauissimum; nam adeò lentè mouetur, vt, ad conficiendum itet, tantùm quinquaginta passuum; integro die illi opus sit. Ideò primi Christicolæ, qui hoc animal conspexerunt, nomen eius naturæ prorsus contrarium illi imposuerunt, scilicet, ipsum agile nuncupantes. Non est igitur mirandum, si Lusitani hoc animal Pigritiam vocauerint, vt Ioannes Petrus Mapheus in historia Indica testificatur. In Brasiliana regione hæc bestia, vel ei congener Hante, vel Haij nominatur. *lib. 2.*

DESCRIPTIO.

HOc animal in magnitudine simile est Africano simio leucophei coloris, faciem, & caput infanti simile habet; pilosum totum est ad instar vrsi iunioris, tres digiti ei sunt pro singulis pedibus cum vnguibus longissimis, qui spinas piscium æmulantur; cauda tandem breuis est. Clarissimus vir Carolus Clusius duobus in locis perfectam huius bestiæ descriptionem attulit, nimirum in libro quinto Exoticorum, & in Auctario. Verùm satius erit recitare illam, quæ in Auctario legitur, quoniam clarior, & magis veritati conformis est. *Hac bestia à collo ad extremam dorsi partem paulo plus quam quatuordecim vncias longa. Collum sex vncias longum erat, & quatuor crassum comprehensis etiam villis. Anteriora crura ad pedum (quos planos habebat instar simiarum) vsq; flexuram septem vncias longitudinem superabant. Posteriora sex cum semisse dumtaxat longa. Anteriores pedes à flexura ad vngues vsq; tres vncias erant longi, & posteriores eiusdem penè longitudinis, singuli tribus contignis vnguibus binas vncias cum semisse longis, albis, & valdè mucronatis præditi, prona parte instar arcus elatis, supina verò carinatis. Corpus densissimi, pilis erat obsitum partim nigri partim cinericei coloris. Caput exiguum breuibus pilis subrufis obsitum cum mento, & gutturis parte. Rostro simiam quodammodo referebat, simus q; naribus, exiguis dentibus satis tamen latis, sed cum rictum amplum non habeat vix credere possumus, vt mordere possit.* Ponderata diligenter Clusij descriptione lectori perpendendum est, an hoc animal conueniat cum illo, de quo verba fecit Andreas Theuetus in historia Americæ, quod Hay siue Hauthi vocat, illi simiæ facie, & ternos in singulis pedibus acutos vngues assignat. Imò & Lerius plerumque in arboribus versari scripsit. Cumque à nemine quidquam edere conspectum sit; ea de causa aere viuere, plerique opinati sunt. *cap. 52.* *In hist. Amer. c. 10.*

VOX.

SCribunt Historici, hoc animal emittere suspiria, more infamis gementis. Verum Clusius litteris mandauit, vocem huius bestiæ à reliquorum animalium voce valdè differre, quoniam canendo per inreualla, sex voces solummodò profert, vnam altiori tono, quàm alteram semper diminuendo. itaut, prima sit altioris toni, quàm reliquæ; Quemadmodùm si quis caneret la, sol, fa, mi, re, vt, sic huiusmodi animal simili tono pronunciat Ha, Ha, ha, ha, ha,

E ha, ha. Quare si primus musices inuentor hoc animal nouisset, procul dubiò diceremus ipsum ab hac bestia modum proferendi prædictas sex voces, didicisse. Animaduertendum est, q̃ nocte sex illas voces repetendo, per modica interualla cantat. Interdiù nunquam cantare auditur. Quamobrèm Clusius, quia hæc bestia obscuritate, & tenebris delectetur, & quia oculos exiguos habeat, non iniuria hoc esse animal nocturnum, arbitratur. *Inuentor musices.*

CIBVS.

F Viedus narrat, se aliquando domi seruasse hoc animal, & quantùm conijcere potuit, nunquam vlla re vesci obseruauit. Ideò aere viuere existimauit, quoniam caput, & os ad eam partem semper obuertit, vnde ventus spirat. Ioseph Acosta, in historia naturali, & morali Indiæ occidentalis, meminit huius animalis, vel saltem huic congeneris, & formicis nutriri tradidit. Cum autem hoc animal instinctu naturali palos, vel arbores conscendere semper aueat, & cum in altissimis earum ramis diù morari conspiciatur, multi fuerunt huius opinionis, folijs arborum victitare. Theuetus quoquè in historia Americana, siue hanc belluam, siue huic similem memoret; refert se per spatium viginti dierum, domi ipsam detinuisse, & nunquàm, aut bibere, aut edere deprehendisse, & randem eanibus lacerandam exhibuisse. Incolæ tradunt nutriri quibusdam folijs delicatis arborum, quas lingua vernacula Ambut appellant. Deniq. in prædictorum confirmationem Io: Petrus Maffeus in historia Indica hæc habet. *Ibi est animal inusitata effigie, & natura, quod lento ventris adipe verrit humum, neq; unquam in pedes exurgit, & tam tardè mouetur, vt quindecim diebus ad lapidis iactum continuò tractu vix procedat, victitat arborum foliis, & in earũ cacuminibus degit. Quarum in ascensu biduum circiter, & tantumdèm in descensu ponit, neq; verò adhortationibus tantùm, aut minis, sed ne plagis quidem fustibusue bestiam de insita ga* G *ditate demouebis.* *lib. 4. c. 38.* *lib. 2.* *lib 2.*

DE TAXO.

Cap. XI.

ÆQVIVOCA.

H Ab historia vulpis ad examinandam Taxi naturam, vt accederemus, ordinis quidem ratio expostulabat, quoniam in magnitudine, & astu hæ duæ animantes nimirum vulpes, & taxus similes esse feruntur. Præterquamquòd ratione cryptarum, quas incolunt, inter se sæpissimè præliantur. Attamen, quoniam post vulpem simiulpa ad simiarum contemplationem nos deduxit; nunc rationi consentaneum esse opinamur taxi historiam breuibus verbis perstringere, nè diù somnios animalis naturam meditantes, somno corripiemur, cum de illo huiusmodi carmen efferatur. *Animal somniculosum.*

Hoc fatur irriguo gaudet tegere sese sonno.

Non erit igitur à ratione alienum prima facie æquiuocationes explanare; nam taxus, apud Plinium, & Matthiolum, arbor est, quæ Dioscoridi σπλαξ dicitur in Cyrne insula, quam hodie Corsicam vocant, frequentissima, apibusquè summoperè inimica. Vnde Virgilius huius non ignarus canebat. *Taxus arbor.* *Eccleg. 9.*

Sic tua Cyrneas fugiant examina Taxos.

Præter taxum arborem quædam planta est verbascum, & taxus barbatus dicta, quæ, ex Porta, ob tomentum album, quò folia eius induuntur, taxo animali similis esse dicitur. Deindè taxus est fluuius per Thraciæ meditullium labens, si Ortelius in Thesauro geographico veritatem fassus est. Cæterùm non solum flumen, sed etiam insula olim à *lib. 4. phyt. cap. 8.* *Taxus flumen.*

populis Parij habitata, hodie Theſalia nuncupata, ſub taxi nomine circumfertur, vt Benedictus Bordonus in libro inſularum retulit. Verùm, quia animal, de quo in præſenti capite verba fiunt, non ſolum taxi, ſed etiam Melis nomine inſignitur, animaduertendum eſt, quòd vox, (Melis,) aliquando haſtam ex ligno mali paratam, ad mentem Feſti, ſignificat, cùm Græci μηλέαν malum arborem vocent. At vocabulum, Melis, quod poſtea creſcit in caſu obliquo flumen eſt Ioniæ Smyrnam abluens, ad cuius tipas Homerus natus eſſe perhibetur.

Melis vox aquatica.

A

SYNONIMA, & Etymum.

B

HÆc beſtia ſomniculoſa ab omnibus nuperis auctoribus Taxus, & à Lonicero Taxo Taxonis nuncupatur. Alberto & alijs Antiquioribus, vt annotat Publius December, vocatus fuit Daxus, quaſi hirſutus; vocabulo à Græcis fortè detorto, quibus δασὺς hirſutus, & villoſus cognominatur. Aliter dicitur Meles, ſeu Melis, vtroquè enim modo in caſu recto effertur, quemadmodum feles, atquè felis, eſtquè fœminini generis apud Grammaticos. Verumtamen Nuperi quidam Melem, nec non etiam felem maſculino genere proferunt. Apud Græcos nullum proprium nomen huius animalis reperitur, & quamuis in Dictionario Calepini legatur μιλὶς. Sciendum eſt hanc vocem temporis progreſſu huic Dictionario ab aliquo ſeiolo inſertam fuiſſe. Bartolomeus cognomento Anglicus, hoc animal vocat Melum. Alij meloſum animal. Iſidorus Melonem, & Melotum, aut propter membrorum rotunditatem, quam hæc beſtia ob naturalē pinguitudinem præſeferat, cùm Græcis μῆλα membrū ſignificet; aut quia hoc animal mella ſummoperè appetat. Verùm ſi hæc etymologia eſſet à Græcis deſumenda; ſatius foret illam a voce μηλόω deriuare, quæ vox curam, & induſtriam denotat; cum taxus in fabricandis ſoneis maximam curā, & ſolertem induſtriam adhibeat, vt ſuo loco exponetur. Geſnerus in quodam me dico libro hanc vocem, Helus, pro Mele animali inuenit; ſed hoc nomen incuria typographi factum fuiſſe iure optimo arbitratur. Iam omnes Auctores hodiè conueniunt Melem, & Taxum vnum, & idem animal ſignificare, præter Salmaſium, qui, in annotationibus ad Solinum, ſcriptis mandauit, Melem Veterum eſſe putorium, aut fuſcinam, quam Vulgus foinam vocat; ſuamquè opinionem fundat in dictis Varronis, quipræcipiebat ſepta leporarij optimè claudenda eſſe, ne Meles, aut feles, aliæuè beſtiæ intrare poſſent; Quapropter ex genere ſelium Melem fuiſſe opinatur, eum taxus, ritu ſelis, irrepere nequeat. Idcirco aliquàm potiùs muſtelarum ſpeciem per Melem intellexit. Geſnerus putauit Varronem ad Meles arcendos ſepta leporarij muniuiſſe, quoniam intra hæc ſepta aliquando aluearia apum conſeruantur, quibus Meles, ſeu Taxi mirandum in modum inſidiantur. Non defuerunt alij viri docti, qui Melem Antiquorum glirem, animal paritèr ſomniculoſum conſtituerunt, ſed falluntur, quoniam glires ad inſtar murium aſcendunt, Meles autem hoc præſtare minimè poſſunt. Taxus apud Hæbreos quam nomenclaturam ſit adeptus, adhùc ignoratur; nam licèt in Exodo legantur hæc verba. *Operient arcam pelle Tachaſch.* & multi legant *pelle Taxorum*; attamen Septuaginta, & D. Hieronymus pellem hanc hyacinthinam vertūt. Præterea cum pellis taxi, neque elegans, neque pretioſa ſit, potiùs credendum eſt per pellem prædictam intelligendam eſſe pellem venuſtam, nimirùm animalis magnæ æſtimationis, vt Lyncis, Pardi, & ſimilium. Italis dicitur Taſſo. Rhetis Italicè loquentibus Taſch, Gallis Taſſon, vel Taiſſon, Taixon, aut Teſſon, & quandoq; à colore pilorum Griſart. Aliqui Lutetiæ, vt Geſnerus refert, Bedouo appellant. Hiſpanicè vocatur Taſugo, aut Texon. Germanicè Tachs. Illyricè Gezuuecz. Apud Anglos varia ſortitur nomina, quæ omnia hoc in loco recenſere, ſuperfluum eſſe iudicamus.

lib. 12. orig.

Helus quid.

Cap. 25. & 26.

C

D

DIF-

DIFFERENTIÆ, & Descriptio.

OLaus Magnus agens de natura animalium, duplicem Taxorum differentiã constituit, vnam speciem vocat domesticam, & valdè ludicrã, alteram verò syluestrem, & rigidioribus setis munitam. Rursùs hoc animal in porcinum, & caninum distinguit. Taxum caninum pedes digitatos, & suillum pedes bisulcos habere testatur: hæc postrema distinctio ex libro de animalibus Alberti Magni desumpta esse videtur, vbi ratione pedum, differentia Taxorum consideratur. Verum quidèm est à Physiologis has duas Taxorum species obseruatas fuisse, quas Bruyerus ambas in agro Matisconensi accepisse affirmauit. Deinde Normanus quidam narrauit Gesnero se aliquando vtrumq. Taxorum genus venando comprehendisse. Propterea Gesnerus tradebat ambas Taxorum species rostri figura, & victu non autem pedibus inter se discrepare, dum alteri rictum caninum, alteri verò porcinum attribuit; addit q. Taxum caninum, more canum, cadaueribus vesci, nec nõ ijs cibis, quibus canes delectantur, & Taxum suillum radicibus, fructibus, & tandẽ illis omnibus, quæ sues appetunt. Hanc sententiam Bargeus procul dubio amplexus est, dum scripsit,

lib. 18. c. 19

lib. 22.

li. 13. de re cib. & ap. 30.

li. 4. Cyneg.

——— duplex genus effera proles,
Vtraq; fus illi, canis hisce similima vultu est.

Inter nuperos auctores solus Carolus Stephanus clarè, & distinctè de his duabus Taxorum speciebus pertractat, dum porcinos subalbidos, & corporea mole caninis maiores constituit; imò hos circa ostium cauernæ, paruã prius rostro parata fouea, alui fæces deponere testificatur, cum tamen canini in loco à crypta valdè remoto, ventris excrementa egerant, & suas foueas sine multis cuniculis in locis potius fabulosis fodiant, ad differentiam Taxi porcini, qui cauernas cum multis cuniculis in quocunq. solo rostro fabricant. In regione Americana, quoddam animal nomine Heyrat vagatur, quod nomen bestiam mellis auidissimam significat, huiusmodi animal est colore castaneo, & magnitudine cati, & quotidie opificium apum inquirens in arboribus versatur. Ideò si Taxus arbores conscendere posset, hanc bestiam Taxo congenerem esse arbitraremur. Iuxta descriptionem Taxus sordida, villosa, atq. rigida pelle coloris leucophæi, acutissimis dentibus, & dorso lato esse traditur. Albertus ad mentem nonnullorum, huic animali crura sinistri lateris breuiora assignat; vnde postea fit, vt Taxi pedibus dextris per orbitas rotarum currentes, à venatoribus illos persequentibus facilè euadant. Albertus tamen in huiusmodi bestijs hoc non obseruasse ingenuè fatetur. Quod nos etiam veritati consonum esse existimamus, quia nemo crura inæqualia in Taxis, qui venales sæpè exponuntur in emporijs, conspicatus est. Sunt quidem hæ bestiæ obscuri, & cineracei colotis, vt retulit Natalis Comitum in Tractatu de venatione, dum inquit.

Canini, & porcini Taxi differentia.

Crura sinistri lateris Taxi breuiora.

lib. 4.

Corporis est species felis, cineriq. propinqua,
Nec maior Vulpe est, diuisaq. planta.

Cæterùm in magnitudine superat felem, & ad Vulpis naturam accedit, sed Vulpe humilior esse videtur, vt Olaus Magnus optimè asseuerat, quoniam tibias breuiores habeat. Præterea Taxus pilos plures habet albos, quàm nigros, caput eius in medio nigrum est, in lateribus album, nostra autem ætate hoc animal adeò notum est, vt in exponenda illius descriptione, pluribus verbis non sit opus. Verumtamen in gratiam legentium vtriusque speciei iconem hoc in loco apponere libuit.

TAXI CANINI FOETVS CVM APIBVS, & crabronibus, quibus inſidiatur.

TAXI SVILLI ICON IN MVSAEO publico reperta cum Taxi marini nomine.

NATVRA, MORES, Ingenium.



li. 6. Agric. cap. 39. Arolus Stephanus taxis pellem valdè densam, & duram assignat, qua cuicumque ictui resistere posse nihil diffiteetur. Nasum verò illis imbecillimum attribuit; quam ob causam ex leui etiam percussione naribus illata, confestim pereunt. Hinc omnem debemus pellere admirationem, si Plinius dicat, has bestias distenta, & sufflata cute, morsibus canum, & ictibus hominum reluctari; hanc sententiam roborat Natalis Comitum hoc distichon.

li. 8. c. 28.

li. 4. de gen.

Hinc cute sublata plagas è corpore Taxus
Arcet, & in fossas gaudet penetrare cauatas.

Hac eadem ratione motus Reusnerus, in Paradiso poetico, taxum suas proprietates enarrantem introducebat, inter quas prædicta à Plinio recitata recensetur his versibus.

Mellis amans, lucisq; fugax Melis aspera mordax,
Suffiata morsus accipe pelle canum.

Quare prædictis auctoritatibus fortè nixus Olaus Magnus protulit taxos à canibus, & ab alijs Feris vexatos, semetipsos resupinare, deinde dentibus, atquè pedibus repugnare. His addamus taxos iustinctu quodā naturali nunquā procul à propria cauerna vagari, vt, statimatquè venantium strepitum, aut canum latratum senserint, festinanter ad proprios cuniculos, confugere possint. Id Bargeus eleganter describit his versibus.

lib. 4. Cynaget.

Nec verò procul occulta deerrare latebra
Consueruntq; clarasq; palam se credere luci.
Verùm hortos subeunt cultos, & proxima si quæ sit
Vinea, cum septem ostensat nox alta triones.
Indè adeò quoniam cursu, crebrosq; recursus
Haud incunt; subitò cæcas adiere latebras
Si tenuem aurarum strepitum, si pressa virenti
Præsensere canem vestigia quærere in herba.

Præterea Bartolomeus Anglicus agens de proprietatibus animalium, taxum inter illas belluas collocauit, quæ, vrgente bruma, se abscondunt. Idcirco Carolus Stephanus in agriculturæ libro litteris mandabat, Taxos à frigore summopere abhorrere, itaut, si hoc animal in cubiculum, vbi sit accensus ignis, adducatur, illicò bestia igni appropinquans, supra prunas cubare conspiciatur. Igitur brumali impendente solstitio, hos in latebris occultatos talis obrepit somnus, vt more glirium dormiant, cū hoc tamē discrimine, teste Georgio Agricola, vt glires tota hyeme, taxi autem non toto hoc tempore soporentur. Est quidē verū, quòd taxi in numero eorū animantiū collocantur, quæ immodico saginātur sōno. Quamobrē notauit Gesnerus hominē valdè corpulentū, instar taxi obesum nuncupari. Quòd autē crescente Luna, huius animalis adeps augeatur, & decrescēte adeò minuatur, vt in interlunio bellua capta pinguitudine priua inueniatur, vt multi Auctores antiqui retulerunt, hoc adhuc nō est diligēter exploratū. Deniq; taxorū morsibus venenū inesse, Albertus statuit: hæc autē opinio à veritate nō valdē recedit, cū tradat Auctor de natura rerum, taxorū esse morsus exitiales, quia crabronibus, & bestijs repētibus venenatis vescātur. Si ad ingeniū taxi consideratio nostra dirigatur, non esse exiguum, quicquid est in eo ingenij, reperiemus, non solū quia, vt dixit Albertus, cicurari facilis sit, & ludis libēter indulgeat, sed etiā quia subterraneos specus mirabili artificio cōfingat. Nā, vt animaduertit Olaus Magnus, ignauū inter ipsos, tanquā effossæ terræ vectorē constituūt, & supra ipsū supinū extensis cruribus terra accumulatur, deindè per pedes mordicus apprehensos, extra antrū ab alijs in remotum locum educitur; idque toties repetitur donec latebræ latitudo habitatoribus sufficere possit. Deindè tantam palearum, & foliorum quantitatem pro sternendo sibimet lecto vnica vice pedibus, & capite intra foueam ducūt, quantā homo sub bracchio deferre nō posset. Prædictis addit Plinius latibula cū duobus ostijs ab ipsis fabricari, & flante Australi vēto, in gressum meridionalem, & spirante Aquilone, oppositum foramen ab ipsis occludi. In alio quoque solertiam ingenij ostendit taxus, vt prodit Anglicus, scilicet in colligendo

Somni differentia inter Taxos, & glires.

lib. 18. c. 18

E gendo pro hyeme victu, deinde mare, & fœmina in latibulis morantibus, mas dubitãs, nè congregata victus quantitas vsquè ad tempus vernum perduret, nè fœmina ad satietatem comedat, prohibere dicitur. Est quidèm verum, & à neotericis venatoribus obseruatum, quòd Taxi diù viuunt, & senio aduentante excœcantur, tuncquè ex fouea ad pastum non exeuntes, inuicèm se nutriunt, nam si femella oculorum vsu careat, à mare nutritur, & vicissim si mas laborauerit, à fœmella alitur. Postremò innatam ingenij facilitatem monstrat, quando in colle eminentiori existens, sentiatquè venatores, vt eorum capturam euadat, pedes anteriores supra caput ponit, corporequè in globum redacto, more vrsorum, de prærupta rupe deorsum se præcipitat. Quare sæpius nobis placuit taxum ratione morũ, ratione sçuitiæ, & ratione aspectus, vrsum humilẽ appellare. *loco cit.*

LOCVS CIBVS.

F Hoc notius est, quàm vt debeat exponi, in omnibus Italiæ syluosis, & præcipuè montosis locis taxos vagari. Quapropter Gesnerus tradit non solùm Lucanos, verùm etiam Siculos, & reliquas oras Regni Neapolitani, huiusmodi animantibus redundare. Deindè in Helueticis, & Alpinis regionibus, taxi plerumquè capiuntur, quoniam, ex mente Bargei, vt plurimum montanis hisce locis summoperè delectantur; ideò canit hunc in modum. *lib. 1. Cynaget.*

Quid tibi commemorem? sæpè ijsdem in montibus aut has
Aut has lucifuga Meles habuere cauernas.

Si contemplemur cibaria, quibus taxi aluntur, hæc varia esse comperiemus; nam prodidit Albertus, hybetno tempore ipsos ad pastum exire, & per loca nemorosa vagari; cumquè ob pedùm breuitatem non sint ad venandum veloces, erabronibus, & vermibus victitare. Stumpfius addit, raxum loca pomorum, & vuarum feracia mirum in modum amare, & frequentare; Ideoquè horum esu autumno potissimùm pinguefieri. Bargeus quoquè non modò prædictam de cibis taxorum sententiam confirmat, verumquoquè scribit, omne cibi genus vulpibus conferens, ipsis etiam conuenire, dum inquit. G *lib. 4. cynaget.*

——— Bragem infandam liuentibus vuis
Dant noctu, & ventrem pomis benè olentibus explent,
Et Plerumq; tamen dapibus vescuntur ijsdem
Cum vulpe, & longo pinguescunt corpora somno.

Cæterùm Carolus Stephanus Scriptor Italicus litteris mandauit, taxos libentius cuniculorum, quàm aliarum bestiarum carne nutriri, deinde anseribus, pullis, & alijs huius generis auibus; hisquè magis caninos, quàm porcinos delectari astruit, cum porcini radicibus, & fructibus potius, quàm alijs cibis vescantur. *lib. 6. Agric. cap. 39.*

PARTVS.

H DE taxorum fœtura tria inquiti solent. Primitùs quot diebus, vel mensibus fœminæ vtero gerant, deinde quo tempore potissimùm enitantur, & tandem quot catulos vnica paritura in lucem edant. Circa primi disquisitionem, nos labor agitare non debet, cum Bargeus laconica vtens breuitate scripserit, taxos fœminas (cum hæ animantes in multis assimilentur vulpibus) fœtus suos more vulpium in vtero gerere, & cum luna ternos orbes cõpleuerit, parere. Id autem, post vulpium fœturam diligenter expositam, eleganter expressit his carminibus. *lib. 4. Cynaget.*

His quoq; post totidem Soles rata tempora partus
Nocturni fures, dulcissima pignora matrum
Nascuntur fœtus.

Verùm de numero prolis, & de tempore fœturæ Natalis Comitum in suo venationis libro id cursim, & breuiter attingens, dixit, taxum fœminam, aduentante autumno, quandoquè duos, & interdùm tres catulos fœtare. Quod, vt omnibus manifestatium euadat, versus illius hoc in loco recensere non piguit. *lib. 4.*

——————————— *gemellos* A
Fœmina ſæpè parit, nunc tres, cum pomifer annus
Venit, & autumnus pallentes frigore frondes,
Decutit.

CAPIENDI RATIO.

AD coercendos taxos bifariam incedendum eſſe, monet Natalis Comitum, dum pedicas parat, & canes ad hanc venationem inſtruit. Sed animaduertit, ne ſolus canis ad perſequendum taxum dimittatur, quoniam illæſus non recedet, ſic igitur inquit. B

Trux animal pedicis capitur, laqueoq; tenaci,
Atq; canis rapidis laceratur morſibus, illa
Si canis occurrat ſolus certamine victus,
Sanguinolentus abit, detrectans pralia dura.

Ideo Galli, vt annotat Geſnerus, præparant quoddam pedicæ genus, quod vocãt *Hauſepied.* pro vulpibus, & taxis illaqueandis valdè idoneum. Bargeus verò, non ſolùm notat has animantes laqueis eſſe irretiendas, verùm quoquè tempus opportunum, & locũ in quo pedicæ ſint nectendæ, docet hunc in modum.

lib. 6. cyneg.

Nec minus obſcuras quotiès venabere Meles,
Contemplare ſuo cum lumine cuncta retexit
Aurato fulgens curru Latonia Phœbe;
Atq; ante ingreſſum latebra contende tenaces
Vinclorum pedicas, & in ipſo limine nodos.
Deinde acres immitte canes, quà ſentibus aſpris,
Horret ager, telluſq; vepres educit acutas.
Namq; illa non longè aberunt, ſubitoq; pauore C
Perculſa referent ad certa cubilia greſſus,
Et ſe ſe occultis laqueis inuectere pergent.

Quoniam autem taxi laqueis impliciti, confeſtim laqueos errodentes, à pedicis ſe expediunt, monet Bargeus, quòd venator beſtiam nodis impeditam feſtinanter debet aggredi, & interficere, his verſibus.

Quin limbos, terreteſq; plagas, & retia ſæua
Dilacerat, quotiès caſſes malè pronida tu arcĩos
Iucidit, & morſu laqueos errodit iniquos.
Hinc inde acceleraus, tu dura fragmine quercus
Cominùs aggredere, & nocturnam interfice peſtem.

lib. 6 Agric. cap. 42.

Inter nuperos auctores, Carolus Stephanus Taxorum venationem ex profeſſo examinans, illam difficiliorem venatione leporum prædicat; quoniam taxi multa latibula profundiora, anguſtiora, multiſquè cuniculis referta habeant. Quapropter, ex mente prædicti auctoris, taxorum venatores ſecum homines ligonibus, & bipalijs munitos, nec non ſex canes humiles vulgo *Baſſetti* ducant oportet, & colla canum collaribus cũ tintinnabulis cingant, antequã illos ad taxorũ cauernas dimittant. Prius autẽ diligẽter fouearũ ſitus eſt conſiderãdus; alioquin opera luderetur. Etenim quãdo latibulũ horũ animantiũ in prærupto mõte inuenitur, sẽper canibus per infernũ foramẽ ingreſſus eſt cõcedẽdus; vt taxi ad partẽ ſuperiorẽ pellantur, vbi cauernæ non ſunt ita profundæ, nec; difficulter aperiri poſſunt. Verùm, canibus habitationes taxorum ingredientibus, venatores confeſtim, vel ligone, vel alio valido inſtrumento ſummitatem cauernæ pereutere debẽt, vt belluæ à centro diſgregatæ, interiores partes petãt. Interea canes fouearũ oſtia cuſtodientes, taxos ad locos anguſtos pellent. Quoniam verò taxi vulpinis aſtibus referti, aliquando in latebrarum triuijs formidinem canibus latrantibus incutientes, intrepidi morãtur; tuno venatores terebra cauernam aperiant oportet, ſcilicet vbi voces canum præſentiuntur, etſi fieri poteſt, tali artificio pro canum tutela, vt ipſi à taxis ſeparentur, nam quandoquè in vno tantùm latibulo ſex, aut ſeptem taxi ſtabulantur. Quo diligenter peracto, ligonibus, & bipalijs latebra aſſatim, eſt

Quomodo per canes fiat venatio taxorum. D

dila-

E dilatanda, & permittendum est, vt canes in locum apertum ad committendam cum taxis acerrimam pugnam ingrediantur, dummodò taxi terrā non operiantur, qua tecti, libentèr manent, vt canum impetum effugiant. Tunc enim forcipibus per maxillam inferiorem sunt extrahendi, alioquin per aliam corporis partem forcipe apprehensi, & canes, & venatores lacerarent. Aliqui taxos forcipe ex foueis extractos, & in sacco positos, & in locum muris circumdatum delatos, canibus laniandos dimittunt. Interim venatores huius acerrimi prælij spectatores, optimis ocreis induantur, quoniam hæ bestiæ ritu aprorum in canes, & in homines rabidè sæuiunt. *Forcipe vtendum est.*

ANTIPATHIA.

F VErbis exprimi nequaquam potest, quàm acerbum inter lupos, & taxos dissidium versetur, & quàm grauis inter ipsos ratione latibulorum conflictatio oboriatur; nam vulpes, cum inuisos taxos violentia á cauernis extrudere nequeant; statim ad astum confugiunt, diligenterquè obseruant tempus, quo taxi ad pastum exeunt, tuncquè eorum cauernas subeuntes alui, & vesicæ excrementis inquinant, omnesquè subterraneos cuniculos tetro odore replèt. Quarè taxi reuersi, cum non possint similem fœtorem perferre, abeunt, & alia latibula inuiti parare conantur. Hæc habet Bartolomeus cognomento Anglicus in libro de animantium proprietatibus. Qui autem plura de hac antipathia scire cupit (vt arctemus sermonem ad breuitatem) ad caput de vulpe confugiat, vbi de horum animalium dissensu vbertim pertractatum fuit. *Vulpes taxorū hostes.*

EPITHETA.

G CVm superius diuulgatum sit, taxum esse animal, cuius artus sopor facilè occupat, non erit modò indagandum, cur nonnulli taxum somniculosum dixerint; imò etiam καθυπνος cognominari posset; cum hoc epitheton applicetur ei, qui graui somno opprimitur. Præterea hæc bellua, siue ob diuturnum somnum, siue, quia opima præda vescatur, ob pinguitudinem obesa, opima, & pinguis indigitatur. Tandèm, quoniam hoc animal acutissimis præditū sit dentibus, & etiam aduersus homines illud ad iram incitantes, vt paulò ante expositū fuit, omnem sæuitiam exerceat; iure optimo aliqui auctores Taxum mordacem, acerbum, & asperum nuncuparunt.

DENOMINATA, & Cognominata.

H CVm bellua, de qua in præsenti agitur, meles, & taxus ab auctoribus nominetur; duo etiam denominatorum, & cognominatorum genera recensenda erunt. In primis collaria, quibus canes aduersus luporum, & aliarum Ferarū impetum muniuntur, Milla, quasi Melia, vel Melina dicuntur, quia eum primum formari cœperunt, ex pelle Melis, nempè taxi, tanquam dura, & hispida fabrefacta fuerunt; quicquid alij dicant de denominatione facta á multitudine clauorum, quibus huiusmodi collaria armantur. Præterea nomen adiectiuum (Melinus) quod ex Mele animali originem trahit, vt pinguedo melina, de qua suo loco verba fient, gaudet penultima syllaba longa; nam nomen (Melinus) quod ex malis, nempè pomis cydoniis est, vt oleum melinum penultimam syllabam breuem habet. Lenerocutā quoquè Fera est, quæ aliqua ex parte á Mele denominationem sortiri videtur, cum, ex Plinio, caput Melinum habeat; quamuis Solinus Camelinum dixerit. Insuper Melota apud latinos Auctores pellem setosam Melis significat; alioquin Græci, cum hoc animal non nominauerint, per Melotam, pellem ouis intelligunt; ijs enim μηλωτὴ proprie *Milla quæ* *Melota quid*

ouina

ouina pellis à voce μῆλον ouis nuncupatur. Melotes etiam, vt declarat Geſnerus, pera A
eſt à collo vſquè ad lumbos pendens, quæ ex pellibus melium ſarcinatur. Modò ſi Co-
gnominata à taxo meditemur, conſultò omittemus Taxianam inſulam in ſinu Perſico
ſitam, Taxiam vrbem Indiæ intra Gangem, nec non Taxilem Indiæ Regem, qui egre-
gia munera aurea, & argentea Alexandro Magno obtuliſſe dicitur, quoniã adhuc igno-
Familia à Taxis cognominata. ratur, vtrum hæc à taxo propriam denominationem adepta ſint. Ad nota igitur acce-
dentes, prima facie incidemus in nobiliſſimam Ferrariæ familiam Taxonorum, quam
Braſauolus ab hoc animali cognominatam fuiſſe autumat. Deindè à Taxis cognomina-
tæ familiæ multæ enumerari poſſent, à quibus homines non infimi ſubſellij dimana-
runt, vt Fauſtinus Taxus Venetus Ordinis Sancti Franciſci Obſeruantiæ, qui celeber-
rimum opus de conuerſione peccantis, nec non aliud volumen ſermonum in laudem
Deiparæ Virginis, auris vitalibus commiſit. Præterea Bernardus Taxus poeta inſignis, B
in quem Spinula alludens ad cognomen, & ad taxum arborem, concinauit hoc diſtichõ.

lib. 2. Epigr. *Cum Taxus lethum mortalibus afferat omnis*
Eſt dulcis fructus Taxe benigne tuus.

Deniquè à Bernardo poſtea proſilijt Torquatus Taxus, Italicorum poetarũ coryphæus,
qui tantum in Hetruſca poeſi fecit progreſſum, vt cunctos fermè, qui doctrina claru-
erunt, mereretur habere laudatores. De quo non ſine ratione Spinula ſic cecinit.

lib. 3. Epigr. *Manlius vt torquem fortis tibi Galle coronam*
Hetruſcis Taxus vatibus eripuit.

MORALIA.

lib. 10. Reduct. mor. cap. 97.

OMnis doctrina moralis, à proprietatibus taxi deſumpta, reſpicit viros, qui
virtutem & integritatem ſequuntur. Nam teſte Berchorio, ſi Taxi, viſis
canibus, anhelitum continentes, pellem ſuam ſetoſam, & hiſpidam ex-
tendunt, qua eorum morſibus reſiſtunt. Sic homines in probitate perſe- C
cti, habitu aſpero, qualem Sancti induebantur, muniti, dùm obſeruant
canes, ideſt illos, qui elanculum abſentibus obloquuntur, anhelitum continent, ideſt
vindictæ appetitum, & iracundiam reprimunt, & cutem præclara patientia extenden-
tes, morſibus detractorum, & latratibus iniuriarum placidè reluctantur. Amplius, ſi ta-
xi in latibulis plures habentibus exitus verſantes, ſemper illum, vnde inquietior Cœli
ſtatus prouenit, obturare ſolent: pariter homines ſuam habentes conſcientiæ cauernã,
pluribus appetituum, & affectionum foraminibus refertam, dum probitati ſtudent, ſem-
per illud foramen claudere nitantur, per quod mundani affectus tempeſtas intrare po-
teſt. Quoniam in rebus ſecundis futurarum infœlicitatem, & in rebus aduerſis futurarũ
Homines perfecti Taxi cur dicantur. proſperitatem meditari debemus: iuxta illud Danielis. *Cæpiſti cogitare quid futurum eſ-
ſet poſt hæc.* Inſuper, taxus cibos in cauernis pro hyberno tempore congregare perhi-
betur, in quorum defectu ſomnus ei pro cibo eſt. Homines integri, & in virtute perfe-
cti, more taxorum in proprijs habitationibus diuitias tantùm ad ſuſtentandam vitam
accumulant, quæ ſi imminuantur, aut deficiant, ad ſomnum contemplationis confu-
giunt, quia contemplando, æternæ beatitudinis cibos deguſtant. Vel dicamus, quòd D
homines probi in conſcientiæ penetralibus cibos, ideſt omne perfectionum genus ag-
gregare debent, vt poſtmodum, aduentante mortis hyeme, & illis nutriri, & ſomno
immenſæ, & æternæ gloriæ pingueſcere poſſint. Præterea, ex recitata huius animalis
hiſtoria, manifeſtum eſt, taxorum magnam aduerſitatem cum vulpibus eſſe; nam hæ la-
tebras illorum fœcibus, & lotio polluunt, vt à taxis derelictas poſſint occupare. Simi-
liter Præſes incontaminatæ integritatis taxo comparari poteſt, cui vulpes nimirùm im-
Præſes quãdo Taxo cõparandus. probus ſubditus aduerſatur; hic ſtercore infamiæ detrahendo honori, & famæ optimi
Præſidis, illius habitationem contemerat. Vndè poſteà Præſes velit, nolit, & digni-
tatem, & munus, quod integrè, & perfectè obibat, derelinquere cogitur, vt poſtea ab
improba, & impia Vulpe occupetur. Poſſumus etiam ſic ratiocinari, quòd taxus ſit Chri-
Taxus quomodo Chriſtus dicitur ſtus, & latibulum eius ſit cor humanum, quod, quando vulpes nempè Diabolus diuitia-
rum, & deliciarum fœcibus, & vitiorum fœtore contaminauit, Chriſtus omne criminũ
genus abominans, tanquam immundum deſerit. Ideoquè optima de cauſa ſcribebat

Pſal-

psalmographus. *Cor mundum crea in me Deus.* Præterquamquod habemus in prouerbijs. *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum, habebit amicum regem.* Ad finem notum est ex superiùs expositis huius animalis proprietatibus, taxum marem, & fœminam hybernæ fami consulentes, multa cibaria in antris congerere. Verùm, algore hyemis vrgente, mas dubitans, nè cibaria congesta vsquè ad ver perdurent, non permittit, vt fœmina illis saturetur. At illa, mare inscio, clanculum in cauerna exiens, & per aliud ostium ingrediens, omnes cibos dissipat, atquè consumit: taxi mares ad auaros comparari possunt, qui magnam pecuniæ copiam congesserunt, & cum vereantur, nè vsquè ad putrimum vitæ limitem sibimet sufficiant, nequè pauperibus, nequè etiam consanguineis egenis illarum quidquam impartire volunt. Interea fur clanculum accedens, breui tempore illud aufert, & dissipat, quod auari multorum annorum spatio congregarunt. Alij hanc similitudinem indiscretæ carnis afflictioni applicare cupiunt; quoniam spiritum, & carnem ità se se habere opinantur, quemadmodum taxus mas, & fœmina in cauernis, vrgente bruma, circa cibaria se gerunt; nam quando spiritus plus subtrahit carni, quàm opus sit, enneruatur, & crimina incurrit. 22.

EMBLEMATA, & Symbola.

INter emblemata ab animalibus desumpta, vnum ad hanc historiã spectãs, apud Camerarium comperimus, vbi pinxit taxum intuentem vulpem, quæ eius latebram occupauerat, cum hoc titulo. QVOD PETIS ALTER HABET. Huius emblematis argumentum desumptum est à taxo animali, quo ad pastum exeunte, Vulpes illius foueam occupat, ideo taxus domum reuertens, ob fœtorem fœcum Vulpis, cogitur illam hospiti insolenti habitandam relinquere. Hoc exemplo admonemur, vt vigilantia, & diligentiares nostras conseruemus, ne aliorum fraudibus eripiantur, iuxta sententiam Ouidianam. *Embl.* 57.

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.

Idcirco Camerarius propositi emblematis picturæ subscribit distichon, quod sic se habet.

Quæ tua sunt serua, nè sors hoc occupet alter,
Nec temerè excipias quemlibet hospitio.

Non tamen his verbis adduci debemus, vt credamus studium hospitalitatis esse postponendum, quoniam hæc virtus omnibus, & potissimum Christianis conuenire debet, cum Paulus Apostolus in epistola ad Romanos, hanc virtutem summopere commendet. Præterquamquòd exploratissimum est hospitij munus, pro re admodum Sacrosancta ab Ethnicis, & potissimùm Romanis habitum fuisse; vndè postea Iouem Xenium constituerunt, quod manifestè constat apud Homerum. *cap.* 2.

Ζευς ξενιος μητωρ ικετάων τε ξείνων τε.

Idest.

Supplicum, & hospitũ vindex est Iuppiter ipse.

Præterea symbola ponderantibus succurrit cuiusdam opinio, qui effigiauit taxum hac inscriptione coronatũ. ERIPIMVS VITÆ, QVICQVID SOMNO TRADIMVS. Hoc autè ratio suadet, cũ taxus sit bellua, quæ somno nimis indulgeat; qua etiã Ripa in sua Iconologia ad somnum figurandum vtitur, delineans hominem corpulentum, pellibus taxi indutum, sub vitium vuis maturis onustarum vmbraculo super lecto ex papaueribus stato cubantem, quamuis ex Picturis Doni habeamus pro somni simulacro, hominem inter taxos, & glires dormientem, cum hæc omnia animalia ad somnum maximè propensa esse dicantur. *parte* 3.

VSVS

A

VSVS IN CIBIS.

.6.

lib.13.de re cib.cap.30.

PLatina agens de culinæ artificijs, non solùm glires, verùm etiam taxos in instructa mensarum magnificentia reponit, & taxorum carnes hystricis carnibus non multum dissimiles esse arbitratur. Sanonarola verò in libro de re cibaria, carnem taxi in qualitate carni syluestris porci assimilabat, illam tamen taxi paulò humidiorem reputabat. Bruyerus etiam carnem taxorum esse edilem non negat, nihilominus saporem ferum, & nescioquid virosum redolere astruit, & potissimùm quando taxi ante capturam à canibus exagitati fuerunt. Hodiè in Italia, Germania, & alijs etiam regionibus, taxorum carnes inter insignes epularum apparatus collocantur, & præcipuè, si taxi post maturam vindemiam capti fuerint, quia tunc optimè adipati reperiuntur. Imò addit Gesnerus apud Germanos, carnem taxi vt plurimùm vnà cum pyris coqui solere, sic enim concinnata gustui magis gratificatur. B

VSVS IN MEDICINA.

NOn paucam Medici ex hoc animali possunt frugem demetere, cum omnes ferè eius partes variis ægritudinibus præcipuam vtilitatem afferant. Nã cerebrum taxi cum oleo coctum omnes dolores mitigat, & iecur ad mentem Plinij ex aqua, oris grauitatem emendat. At testiculos cum mulle coctos Aesculapius Veneri sopitæ exhibet. Dentem verò, vel pedem sinistrum ad memoriam iuuandam Albertus bracchio dextro hominis alligari iubet. Cæterùm inter alias taxi partes, pinguedo in medicina plurimos habet vsus, cui Brasauarolus faeultatem valdè emollientem attribuit. Iacobus tamẽ Syluius adipem Melium, & Felinum inter taurinum, & suillum, tanquam media quadam temperatura prædium, constituit. Sed experientia docet huiusmodi adipem in comparatione ad taurinum, & suillum, maiorem calefaciendi, & digerendi facultatem participare. Circa hanc pinguedinem ab Alberto difficultas non spernenda excitatur, nimirùm cur pinguedo taxi multum ad ægritudines conducat, cum tamen animalis morsus venenatus esse perhibeatur, dissoluit dubium, dicens, hoc inde nasci, quoniam hoc animal crabronibus, & alijs reptilibus venenatis vescatur; ideoquè dentes inficiuntur; sed alimentum postea perfectam passum concoctionem; in pinguedinem varijs affectionibus salubrem conuertitur. Quapropter hic adeps, teste Agricola, inunctus, & infusus, nempè per Clysteres nephriticos dolores mitigat. Vuecherius quoquè describens vnguenta manus vsualia ad calculum expellendum, vnguentum recipiens pinguedinem taxi proponit. Ar Aesculapius huius adipis inũctionem in febrientibus factam, non infrugiferam esse existimat. Vndè Quintus Serenus febrium remedia examinans, prædictam inunctionem non D postponit, dum inquit.

Pinguedo vtilis. C

lib.2. antid. spec.

Nec spernendus adeps dederit quem bestia Melis.

Præterea taxi pinguedinem mammarum scissuris plurimum prodesse opinatur Vuecherius, dùm describit vnguentũ ad id idoneum, quod vnciam semissem huius pinguedinis recipit. Amplius, in compositionibus arthriticis, Leonellus Fauentinus adipem huius bestiæ cum magno patientis adiumento miscet. Hinc nonnulli ad ischiadem parant ceratum hunc in modum. Sumunt terebenthinæ drachmas tres, pinguedinis taxi vnciam dimidiam, & in vase fictili supra prunas posito, omnia comiscent; cui addunt thuris, vernicis, colophoniæ, singularum drachmas duas, sanguinis draconis, vnciam vnam, euphorbij drachmam vnam, ceræ nouæ libram vnam, omnia denuò misceant, & iuxta præcepta artis, ceratum effingunt. Nequè virtus huius pinguedinis latuit veterinarios, qui in contractis belluarum neruis emolliendis, taxi, & canis axungia vtuntur. Vuecherius tamen in curandis membris contractis, potius oleum taxi, quam adipem commendat; imò & parandi rationem docet, dum sumit taxum, detracto corio, abscisso capite, pedibus, & interaneis reiectis, in olla inferius perforata collocat, quam postea alteri ollæ

loco cit.

lib.2. antid. spec.

impo-

A imponit; ollam inferiorem in terra abscondit, & vtramque optimè claudit, ne quidquam possit respirare. Postmodum ignem ex carbonibus circa ollam accendit, cuius ui pinguedo superioris ollæ in inferiorem distillet; hoc enim erit oleum Taxi, quod in doloribus iuncturarum, & in vitiligine auferenda, insignem habebit prærogatiuam. Hoc deinde oleum in balsami viscì pomorum compositionem, secundùm descriptionem Quercetani ingreditur. Accedit sanguis Taxi perpendendus, qui post pinguedinem aliquibus affectibus non vulgariter prodest. Carolus Bouillus nunc sanguinem exciccatum, & in puluerem redactum, mirum in modum lepræ mederi attestatur. Deinde peste correptis non mediocriter conducere, multi auctores affirmant. Brumfelsius sanguinem Taxonis cum sale, & cornibus animalium in tali casu distillat. At Lonicerus diebus tantùm canicularibus, hunc sanguinem vitricis organis sublimat, deinde liquoris exeuntis pestilentia grassante, drachmas duas præscribit. Russellius etiam remedium prædicto

Oleum Taxi quomodo paretur.

Sanguis Taxi.

lib. 2. de sec.

B affine commemorat, sumit enim drachmas duas sanguinis humani, & sanguinis Taxi vtriusque exiccati, huncq. puluerè cum drachma puluris tunicæ, dictamni, tormentillæ, morsus diaboli, camphuræ commiscet, deinde huius medicaminis aduersus pestem drachmam, cum aqua scabiosæ propinat. Tandem addit Gesnerus, se in libro manuscripto tale præsidium inuenisse, quod, pestilentia inclementer sæuiente, sælici cum successu adhiberi potest, & recipit sanguinem Taxi recentem, terram Armenam, crocum, tormentillam. Sicca omnia terantur, huiusq. medicamenti magnitudo fabæ cum quarta parte denarij aurei in tenuissimam scobem lima redacti, ieiuno stomacho sumitur, deinde eodem tempore herba flammula iuxta bubonem alliganda est. Ad finem ex hoc animali in cinerem redacto, pro aliquo affectu commoditatis plurimum prodire solet. Vnde Quin-

C.nis Taxi.

tus Sercnus in supprimendo sanguine, vndequaq. implacabiliter dimanante, cinerem Taxi summoperè commendat, dum inquit.

Vritur interdum raptus de robore cortex,
Et cinis ex calido prodest epota lyæo,
C *Quorum cinis, aut cochlearum, aut deniq. Melis.*

Verùm non solum cinis, sed etiam decoctum huius animalis erit ex vsu medico: quoniam Plinius Melis, cuculi, & hirundinis decoctum, ad morsus canis rabidi mirum in modum valere asseuerantius dixit.

VSVS IN VARIIS.

Scribit Carolus Stephanus, quod venatores, vt eorum canes venationi Taxorum affuefiant, captum Taxum iugulant, sanguinem colligunt, & hepar extrahunt, deinde vnà cum caseo hæc omnia in sartagine frixa, canibus edenda præbent. Præterea narrat Gesnerus, vt pili albi in equis subnascantur, priores euellendos, postea locum melle crudo, & adipe Taxi illiniendum esse. At Isidorus tradit, olim quoddam genus vestis ex pellibus Taxorum cœpisse consui, quæ ab humeris vsque ad lumbos pendebat. Verùm, temporis progressu,

lib. 6. agric. c. 40.

lib. 19. orig. cap. 24.

D homines pellem etiam caprinam ad hunc vsum traxerunt. De hoc fortè indumento verba fecit Olaus Magnus, quando aduersus iniuriam frigidi aeris, & pluuias, similem habitum memorat. Imò D. Paulus id videtor confirmare, scribens ad Hæbreos his verbis *circuierunt in melotis, & pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti*. Sed Olaus Magnus,

cap. 11.

non solùm prædicti habitus meminit, sed etiam thecarum pharetræ, tàm venatoriæ, quàm militaris, quæ ex pellibus rigidis Taxi conficiuntur, vt sagittæ à pluuia illæsæ conseruari possint. Bruyerus, non solùm pharetras, sed etiam collaria canum, pellibus Taxorum, tanquàm asperis, & morsibus ferarum facilè resistentibus, integritati tradit. Quamuis alij dicant, id fieri aduersus fascinationem, & rabiem canum, quadam consuetudine apud venatores receptum fuisse. Ideo Gratius cecinit.

——— collaribus ergo,
Sunt qui lucifugæ crista inducere Melis
Iuffere, aut sacris conserta monilia conchis.

Sunt etiam qui scribant, Plinium, & Frontinum literis mandasse Scuta Meliũ pellibus olim tecta fuisse, vt validiùs in prælio ictibus reluctarentur, sed quoniam id apud prædictos auctores non legimus; ideircò hoc asseueranter affirmare non audemus.

DE

DE CASTORE.

Cap. XII.

ÆQVIVOCA.

Iſtoriæ Taxi contemplatio menti noſtræ naturam Caſtoris inſinuauit, qui prima facie, ratione corporaturæ, & figurâ Taxi æmulatur, & in propriis ædificandis domicilijs Taxorum induſtriam, & imitatur, & ſuperat. Verùm primitus ſciendum eſt, Caſtorem olim fuiſſe nomen filij Lædæ, fratris Pollucis ex Ioue; qui ambo in Geminorum ſignum transfigurati, tanquàm duo numina ab Antiquitate colebantur. Imò in caſu multitudinis, hi Caſtores dicebantur. Vnde leguntur in Actis Apoſtolorum hæc verba. *cap.28.* *Nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in Inſula hyemauerat, cui erat Inſigne Caſtorum.* Gloſſa ordinaria, per hoc Caſtorum Inſigne, Caſtoris, & Pollucis ſimulacrum exponit. *lib.20.c.17* Præterea Caſtor fuit nomen antiquiſſimi medici (teſte Plinio) qui Piperitim herbam aduerſus morbum comitialem valere docuit. Caſtor etiam quidam poculi Faber apud *lib.7.Epigr.* Athenæum legitur. Caſtor fuit vir quidam pauper, in quem Martialis monoſticho inuehit. Noſtra etiam ætate Caſtor Durantes fuit medicus celeberrimus, cuius multa opera extant. Præter homines, & beſtiam, de qua in præſentia verba fiunt: hoc nomẽ (Caſtor) alijs etiam belluis conuenire perhibetur; nam legimus in obſeruationibus Belloni, *lib.11.Dipnoſoph.* eſſe quamdam Mergi ſpeciem, Caſtorem, ſeu fibrum nuncupatã, quoniam, ritu fibri quadrupedis, maxima pernicie in piſces graſſetur. Amplius in Iaua vagantur mures odorati, quos multi Caſtores appellant, vt in prima parte nauigationis in Indiam orientalẽ ſcriptum comperimus. Tandem Calepinus ad montem Feſti ſcribit, quòd Fiber ſit genus veſpæ quadrupes incitatiſſimum. Verùm in textu mendum eſſe procul dubio opinamur, tùm quia Feſtus ſic legit. *Fiber eſt genus beſtiæ quadrupedis*; tùm quia nullum genus veſpæ quadrupes reperitur, cum omnia inſecta ſex pedibus, aut pluribus à natura donata ſint.

SYNONIMA, EORVMQVE Etymum.

Caſtorum filiorum Lædæ à Ioue in forma Cygni compreſſæ, etymologiam modo non rimamur, quam vnuſquiſque apud Ioannem Goropium legere poteſt, ſed illam Caſtoris quadrupedis animantis, circa pas ſtaminũ præcipuè ſtabulantis, qui, auctore Iſidoro, à caſtrando nominatur; nam intelligens ſe ob teſtes expeti, viſis venatoribus, confeſtim eos dentibus euellit, & abijciens, vitam redimit. *lib.12. orig. cap.2.* Hunc communem etymi errorem ſecutus eſt M.T. Cicero pro Aemilio Scauro, quando dixit. *Redimunt ſe ea parte corporis, propter quàm maximè expetuntur.* Alij arbitrari ſunt, non à caſtrando nomen adeptum eſſe, ſed quia ob caſtrationem Caſtor principaliter inquiratur. Id autem veritati cõſonum eſſe negat Plinius ex ſententia Sextij medici, qui huic animali paruos teſtes, & ſpinæ adhærentes attribuit & non ſine Caſtoris morte adimi poſſe affirmauit. Inualuit tamen opinio apud vulgum hoc animal ad primum venatorum conſpectum ſtatim ſemetipſum caſtrare. Hinc poetæ iocandi anſam arripuerunt, vt Iuuenalis, qui in quemdam, qui ſemetipſum euiraſſet, ſic cecinit.

Satyr.12. ——— *imitatus Caſtora qui ſe*
Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damnum
Teſticulorum, adeò medicatum intelligit inguen.

Nos igitur, & caſtrationem, & alia Latinorum etyma omittentes, huius animalis etymologiam,

E logiam, iuxta Græcorum sententiam, laconica breuitate perstringemus. Græcis enim vocatur κάστωρ, quasi γάστωρ, cum sit ventricosum animal παρὰ τὸ γαστήρ; ὑπογάστριον γὰρ τὸ ζῶον, καὶ σχεδὸν ὅλον κοιλία. Etymologus, & Varinus hoc nomen sic exponunt, quia castor totus propemodùm nihil, quàm venter sit; nam oblongo est corpore, cuius maxima pars in ventrē consumitur. Plinius, & Varro hoc animal Fibrum nominant quoniam circa extremas fluminū ripas assiduè versari soleat; Fibrum enim Antiqui extremū appellabant, vndè in vestimentis fimbriæ, quasi Fibræ, ideſt extremæ partes vocantur. De hoc paucula Beroaldus in Apuleium delibat. Cæterùm Salmasius in Solinum alterius fuisse opinionis comperitur, cum hoc nomen à Græcis vocibus deriuet. Nam hæc vox βίβρος Græca est, ab Hesychio tener, & mollis exponitur, sed eadem vox in lingua Aeolica φίβρος quemadmodum, & βίρμος φίρμος pronunciatur. Hinc optima ratione Fibrum à mollitie pilorum denominatum fuisse existimat. Imò contra Varronis, & Plinij sententiam vestium fibras, seu fimbrias à mollitie pilorum Fibri proprium nomen inuenisse atteſtatur; nam quod in vestium extremitatibus ornamenti gratia assuebatur; cum F molle esset, & ex filamentis tenuibus constaret, Aeoles φίβρον nuncupabant. Insuper cum fuerint, qui extremas fluminum oras, lytras apud Priscos vocatas fuisse asseuerarent, Castorem circa illas versantem, lytram, seu lutram cognominare voluerunt. Verùm hoc animal à Lutra toto genere discrepare in subsequenti capite ostendemus, His accedit nomen Canis pontici, quo Isidorus Castorem decorauit, sed apud Syluaticum κύων ποταμιος, ideſt Canis fluuiatilis legitur. Hinc nonnulli hoc nomen, quòd Lutræ rectiùs conuenit, Castori competere statuerunt. Verùm huius erroris causam à congruentia horum duorum nominum (Potamius, & Ponticus) Gesnerus dimanasse putauit; quoniam Castor Canis quidem Ponticus, non autem potamius, ideſt fluuiatilis, appellandus est. Sunt qui Castorem, cum sit naturæ amphibiæ, semipiscē indigitauerint. Bellonius esse latacem Aristotelis asseuerantiùs dixit, cum tamen Aristoteles Castorē à Latace manifestè distinguat. Demùm Castor non immeritò ὄρχις nominari posset: cum hoc vocabulo animal quadrupes, & herba ab Hesychio, & Varino denotentur. Om G nibus exploratissimum est, quòd herba hæc nulla alia esse possit, quàm orchis, nempè testiculus apud Dioscoridem; deindè à veritate etiam non est alienum, quòd huiusmodi animal quadrupes possit esse Castor, cuius testes in infinitis ferè medicamentis locum habent. Si nomen huius animalis in lingua Hebraica inquiratur. Habemus apud Isaiam hoc vocabulum Kipod, & quidam Castorem interpretantur, verumtamèn hæc vox echinum terrestrem significat, vt in illius historia explicabitur. Insuper legitur in sacris paginis hæc vox Anakah, quam nonnulli ericium, alij hirundinē, Auctor cōcordātiarum reptile volans, Munsterus Fibrum, nempè Castorem exponit. Apud nos dicitur Castore. In nonnullis Italiæ locis Brinaro, nomine fortè detorto à Gallis, quibus Breure vocatur. Hinc fortè orietur causa, propter quam aliqui castorium Beueriſſum appellauerint, vt Ascensius in commentarijs ad Persium animaduertit, Germanis Biber, Anglis Beuer, Illyrijs Bobr. Quæ nomina à Fibro voce latina deducta esse videntur. Syluaticus plurima nomina Castoris, & Castorei in libris Arabum recensēt, quorum multa, & scriptura, & orthographia tantùm differunt. Leguntur etiam apud Syluaticum Amphima, & Amsinia voces forsan corruptæ ab amphibio, ad quod genus animantis castor H refertur. Auicennas Geidedestar, aliàs Giendibestar. Albertus profert hanc Barbaram vocem, Iamyekyz, & per hanc Castorem designat; verùm hæc vox, teste Gesnero, fortassis Illyrica est.

Etymum Græcum.

Fimbriæ vnde dictæ

loc. cit.

li. 8. de hist. anim. cap. 5.

cap. 34.

Leuit. c. 11.

DIFFERENTIÆ, DESCRIPTIO.

VIlæ ab auctoribus insignes proprietates colligi possunt, quæ castores à se inuicem toto genere discriminent. Verumtamen Scythæ maiorem differentiam, vt recitat Iulius Pomponius, in colorum diuersitate collocatam esse, putant; dùm castorum alios nigriores, alios rufescentes, alios denique vtriusque coloris participes constituunt. Ideò nigros tanquàm Dominos, cæteros q. veluti seruos esse, & nigros ab alijs coli obseruarunt. His breuiter

notatis, ad descriptionem animum dirigentes, vnà cum Rondeletio statuemus, Castorem esse animal amphibium, quod capite, oculis, & dentibus murem, lingua furem; maxillis leporem, & rostro canem barbatum repræsentat. Elegantem tamen huius bestiæ descriptionem affert Natalis Comitum, his versibus. A

li. 4. de ven.

Corpora quanta canis sunt Castoris, armaque dentes,
Cauda refert piscem, qua gaudet fluminis vnda.
Horrendus qui cum morsus secat omnia; fuscus
Est color, & pars est totius plurima venter.

Cæterùm nostra interest, præcipuas huius bestiæ notas ad descriptionem attinentes, sigillatim examinare. Itaque inchoantes à colore, dicimus ad mentem Syluij Castorem pilo esse supernè canino, alibi verò Lutræ. Renodeus Castorem esse prædictum toto ex albo cinereo in dorso nigricante, similemq. esse Lutræ, excepta cauda, testificatur. Sunt qui Fibrum, auctore Alberto, Taxoin colore comparant; sed in Castore pilus est subtilior, & ex cinereo ad nigredinem declinans. Imò quò pellis nigrior, eò pretiosior esse perhibetur. Si considerentur dentes hi sunt acutissimi, quibus tanquam gladio ad sectionem lignorum vtitur; anteriores verò rubore aliquo referti esse conspiciuntur. Pedes huius animalis priores à posteribus in figura valdè diferepant; illi enim similes sunt pedibus simiæ, vel vt alij volunt, pedibus caninis; hi non dissimiles sunt anserinis, cum inter digitos membrana quædam interiecta sit, priores tamen, & posteriores quinque digitis constare dicuntur. Nam prouida natura huic bestiæ anteriores pedes ad gradiendum, & ad foucas sibimet excauandas, posteriores ad natandum idoneos assignauit. Syluius pedes priores Castoris anserinos, & posteriores caninos descripsit. At Gesnerus librariorum lapsum fuisse arbitratur. Ad summum, Castor Lutræ similimus est in pilis, præterquã in cauda, quam pisci similem esse Plinius prædicat. Verùm hic animaduertendum est, quòd cauda Castoris piscium caudam non æmulatur, sed tantùm & colorem, & odorem piscium refert. Bellonius caudam Castoris sic descripsit.

li. 3. de mat. med.

B

in hist. aqu.

Cauda in maiori Castore sesquipedalis est, senos digitos lata, duos crassa, quatuor interdũ librarum pondo, ad margines in tenuitatem desinens, membrana glabra, & liuida contecta, super quam lineæ quædam squamas piscium mentientes, incredibili artificio depicta sunt. C

Præter hæc Castor in inguinibus geminos habet tumores, oui anserini magnitudine, scilicet, vnicum vtrinque membrana sua concluſum. Inter hos tumores mentula resident, loquendo de maribus, in fœminis autem est pudendum. Hi tumores testes non sunt, sed folliculi membrana contecti; in quorum medio obseruantur meatus, ex quibus liquor pinguis, & ceroſus exudat, quem Castor sæpiùs admoto ore, lambens exugit; hoc postmodùm veluti oleo, quas potest corporis contangere partes, oblinit, non aliter, quàm aues quædam, quibus suprà podicem vesicula est, liquorem pinguem, & oleo similem continens, quem rostro exhauriunt, & omnes pennas à maioribus ad minimas perungunt, nè sub dio morantes madefieri possint. Hos Castoris tumores testes non esse indè colligimus, quià ab his ad mentulam nullus meatus pateat; præterquamquòd testes intus reperiuntur. Hoc nostrum assertum exemplo leporum possumus corroborare, quibus tumor glandulæ prominentis modo in vtroque inguine nest, habens intus meatum instar capreoli intortum, ex quo liquor effluit. Hos tumores cum in omnibus leporibus vulgus obseruauerit; lepores omnes mares simùl, & fœminas esse credidit. Eosdem tumores residere in inguinibus bestiæ mosehi, credẽdum est, à quibus illud pus odoratum dimanare solet.

Tumores castoris.

An sint testes.

D

CASTOR.

ANATOMICA.

EXaminata Castoris descriptio ad doctrinam anatomicam nobis facilem aditum patefecit, ideò contemplando cranium, quòd adhùc integrum in Musæo olim Auctoris, nunc Illustriss. Senat. Bonon. conseruatur; in illo obseruantur, dentes prominentes, longi, lati, aduncique in vtraque maxilla, bini coniuncti, qui munere ineisorum fungunturi. Inferiores extrà maxillam prominent in extremitate interiori, obliqua veluti sectione cuneiformi magis, magisque attenuantur; vt acies extrema aciem cultri imitetur, Colore eis ineſt secundũ partem exteriorem ex flauo rufus, quibus non solùm ad propriam tutelam, sed etiam ad secanda ligna Castor quotidiè vtitur. Alterum genus dentium in ore intimo residet, vbi conspiciuntur molares, vtramque maxillam munientes; hi breues sunt asperi in superficie, & plicis quibusdam eminentibus, ceù rugis præditi, qui ad cortices arborum cominuendos, aptissimi esse videntur. Præterea Castorem ex Rondeletio in partibus internis porco magis, quàm alteri animali persimilem prædicamus; scilicet in lingua, corde, ventriculo, intestinis, & hepate in quinque lobos diuiso. Fel sub minoribus iecoris lobis latitat. Splen paruus pro magnitudine corporis iudicatur. Renes magni tanquã vituli anniculi, & copiosa pinguedine obducti conspiciuntur. Vesica suillæ similis, testes parui, & spinæ adhærentes sunt, itàut, Castore viuo superstite, auelli minimè queant. Fœmina ex Matthiolo vno tantùm meatu & parit, & ex[illegible]rit, & mingit, vteri, & vesicæ ceruicibus illuc concurrentibus. Postremò quid de Castorei anatome sentiendum sit, colligere possumus ex Gesnero, qui Castoreum vnius libræ ex fibro in suis regionibus capto, diligenter secauit, reperitq. substantiam in folliculo flauam, solidam, ceræ similem, acrem, & minimè terream, qualis in fictitio Castoreo, vt plurimùm obseruari solet. Idcirco scripsit, satius esse aliquandò nostrate Castoreo, quàm exotico in medicamentis vti. Ampliùs, in prædicto Castoreo disecto Gesnerus genitale comperit, quod vnico constabat ossiculo. Inuenit quoque in vtroque tumore alium folliculum, continentem substantiam melleam, & fœtidam, instar putrescentis casei. De hoc autem interiori folliculo fortè verba fecit Dioscorides ad calcem capitis de Castoreo scribẽs. Oportet autem, dissecta cute, Castoreum auferre, vnà cùm membrana, quæ humorem melleum continet. Sunt qui affirmant (referente Gesnero) ex fœminis etiam Castoreũ haberi posse, sed adeò exiguum, vt vix ad vnciam ponderis accedat. Bellonius quoq. vt naturam, formam, & substantiam Castorei inuestigaret, aliquãdò Castoreum aperuit, in illoq. calculos oui magnitudine, inuenit. Hoc autem in admirationem nos non debet trahere, quoniam tale Castoreum, cuius anatomen Bellonius exercuit, adulteratione non carebat, cùm à mercatoribus, arena, carne, & pinguedine Castoris, vt plurimum vitietur, Itaque pharmacopolæ in Castoreo emendo, diligentem cautionem adhibere debent.

Dentes Castorũ.

Castor sui similis.

Castorei Anatomen.

In hist. Aq.

NATVRA, MORES, Ingenium.

TAlem Castoribus natura ingenuit proprietatem ex Alberto, & alijs auctoribus, vt quem momorderint, non desinant, nisi priùs ossium fragorem sentiant. Hinc Gesnerus colligit hoc animal valdè mordax, & noxium, nõ nisi magna cum difficultate, mansuefieri posse. Oppositum scribit Iulius Pomponius Sabinus, dùm animaduertit Castores facilè cicurari; imò addit, quando domialuntur, tantum eis ineſſe pudorem, vt domum neque stercore, neque vrina inquinare velint, & cum egredi non possint, tandiù conqueruntur, & clamant, donèc illis exeundi potestas fiat, Deindè fœmina hoc peculiare habet à natura insitum, vt sobolem incredibili amore prosequatur Quocirca illud mirum est, quòd de Castore fœmina narrauit Gulielmus Pelicerius Episcopus Monspelienſis, quæ, catulis ereptis, conclu-

Cicures Castores quid agant.

E concluſa portis firmiſſimis, eroſis, & clauis euulſis, & pateſacto aditu, ex alto loco præcipitem ſe dedit. Inſuper caſtor ritu ſimiarum, vel ſciurorum, pedibus anterioribus tanquàm manibus ori cibum admouet, vt ramos, & arborum cortices, quibus veſcēs, ſtypticus euadit; licèt hoc illi accidat, vt multi volunt, quoniàm parùm fellis ad inteſtina influat; cum illud frequenti vomitu eijciat. Hac de cauſa partes poſteriores ſæpiùs in aqua madefaciens, alui duritiei medetur. Tandèm multi auctores litteris mādarunt, caſtorem naturali inſtinctu, viſis venatoribus, vt vitæ conſulat, ſe eunuchare, quemadmodum ceciniit Baptiſta Mantuanus hunc in modum.

Sic perhibent Fibrum quotiès per Pontica rura,
Se videt vrgeri canibus, tarduſq. ſequentum
Vulnere ſe petere, obſcenaſq. reliquere partes.

Quapropter in libro de nuce Ouidio adſcripto, nux ad caſtorem comparatur; nam veluti caſtor eunuchatus à venatoribus ampliùs non expetitur; paritèr arbor hæc fructibus
F priua, à viatoribus ſaxis non petetur. Sic igitur ab auctore nux ad loquendum introducitur. *Cur nux arbor caſtoris comparetur.*

Atque vtinàm ſubita raperent mea poma procella,
Vel poſſem fructus excutere ipſa meos.
Sic vbi detracta eſt à te tibi cauſa periclis
Quod ſupereſt tutum Pontice Caſtor habet.

Reuſnerus quoque in Paradiſo poetico hanc proprietatem à natura caſtoribus ingenitā fuiſſe, aſſeuerauit, dum ſic cecinit.

Mordicus ipſe ſibi medicata virilia vellit
Inſidias vafer hac effugit arte Fiber.

Amplius ratione huius proprietatis idem Auctor caſtorem comparat cum nauta omnes merces in pelagus proijciente, vt propriæ ſaluti conſulere valeat, dùm inquit.

Pro cara cupio teſtes abſcindere vita.
G *Nè pereat nimium nauita iactatus onus.*

Dioſcorides tamèn, & Sextius quidam antiquus auctor apud Plinium, vt aliàs recitauimus; necnon multi auctores nuperi prædictam à caſtore proprietatem, explodūt, cum, ſinè euidenti vitæ diſcrimine, teſtes à caſtore auferri nequeant. Alij ſcripſerūt, hāc opinionem apud omnes facilè euulgatam fuiſſe, quoniam caſtor canibus perſequentibus, & ventrem obuerſum, & teſtes oſtendat, quorū odoris grauitate affecti, illicò aufugiāt. Aelianus ſcriptū reliquit, hoc indè originē traxiſſe, quia caſtor in conſpectu venatorum partem deſideratam tàm aſtutè comprimat, & occultet, vt ſectatores perbellè deciat. *lib. 13 c. 47.* In ſolertia ingenij hoc animal plurimùm valere ex eo colligendum eſt, quia, referentibus Alberto, & multis alijs auctoribus, in vehendis lignis ad ſuas habitationes caſtores ſuper vnius reſupinati ventrem, ligna imponant, & nè labātur, inter crura artificiosè cōponant, deindè beſtiam onuſtam mordicus per crura ad locum deſtinatum trahant. Qui reſupinantur ſecundùm nonnullorum mentē, vèl ſunt peregrini, vel ſenectute cōfecti, & ad ſecanda ligna minimè idonei. Hi autèm à venatoribus optimè cognoſcuntur, nā recitat Albertus ſe intellexiſſe à quodam perito venatore, horum caſtorum tergus mi- H randum in modum glabreſcere. Hæc autem fabuloſa eſſe viderētur, niſi Olaus Magnus id aſſeuerantiùs diceret, & niſi exemplum murium alpinorum haberemus, qui hoc modo ſenum in ſuos cuniculos conuehunt. Aliud ingenium aſſignat Iulius Pomponius Sabinus ex obſeruatione Scytharum, qui caſtores in nigros, & Dominos, deinde in prędictos alio colore, & ſeruos diſtinxerunt; qui poſtremi poma legunt, & cortices cędunt, poſtmodùm duo iunguntur, ſupra quorū dorſum alij, ex bacillis, veluti cratē conficiūt, deindè poma, & cortices ſuperimponunt, & qui onus ſubiere, pari greſſu vſq. ad domicilium proſciſcuntur, vbi ſtatim exonerantur. Acris quoq; ingenij ſpecimen præſeferunt caſtores rufeſcentes, qui Scythis ſerui nuncupantur; cū in captura nigriorū, & dominorū tanto mœrore afficiantur, vt luctū & greſſu, & facie indicare videantur. Quandò igitur caſtores ad cædenda ligna ſe conferunt, ſemper eadem ſemita à fluuio ad arborem gradiuntur, arboremquè, quam elegerunt, ſecandam pro ædificio, & decorticandam pro eſca, non priùs relinquunt; quàm totam dentibus diſſecuerint, & propè caſuram, tanto ingenio ſunt referti, vt ſingulis ictibus ſuſpiciant, nè improuidi opprimantur. Tandem in ædificijs conſtruendis tanta ingenij dexteritate vtuntur, vt quan-

Caſtores vtuli quomodo cognoſcantur.

Caſtoris ingenium.

doquè in loco eminentiori, quandoquè in decliniori iuxta amnis futuram inundationem fabricent. Hoc agricolæ, ex Olao Magno, diligenter obseruantinam conspicientes primùm Castoris ædificium, in montibus, & conspicati secundùm, in vallibus serũt. Similem obseruationem esse apud Ægyptios in historia crocodili exponemus. Ad finẽ tàm solers, & prouidus castor esse perhibetur, vt auctore Valeriano, mutet domicilium pridiè, quam fluminis aqua augeatur. Audiuimus quidem à philiatris Germanis, quòd hoc animal ligna secat, illaq. ad flumen defert, vt aliquam aquæ portionem sepiat, nè aduentante diuturna æstatis siccitate, propria fouea sine aqua remaneat, cum partes posteriores castoris assidua humectatione indigeant. A

lib. 13.

VOX. COITVS. PARTVS.

B

MIra est natura vocis fibri, quam Iulius Pomponius Sabinus, cum per onomatopœiam exprimere non posset, scriptis mandauit, quòd vocem edens castor, vagitum infantis aprimè repræsentat. Præterea inter Auctores, qui de natura animalium verba fecerunt, solus Natalis Comitum de tempore congressus, & partus huius animalis sermonem habuit. Quocirca protulit hæc animalia, ineunte æstate, in libidinem solui, quo tempore Delphini constellatio vnà cum Sagittario occidit. Postmodùm tempus parituræ finem autumni esse statuit, quia tunc ab arboribus folia labũtur, versus autem huius clarissimi viri sic se habẽt.

——cum primùm pallescunt frigore frondes,
Cernuntur catuli. Cum clari tollitur vndis.
Delphini signum, Veneris capiuntur amore.

LOCVS.

C

Exer. 215. in hist. Aq.

SCaliger in exercitationibus contra Cardanum testatũ reliquit, quòd Burgundiones circà Matronam fluuium multos castores venantur, eorumq. testes, & pelles ad Vesuntiorum emporium deferunt. His addit Belonius, quòd non solùm Burgũdiones, sed etiam Lotharingi, atque Austrij multos castores coercent, & cicurant. Frequentiores tamen Bruyerus apud Sequanos in agro Cabilonensi collocat. Imò, iuxta sententiam Olai magni, castores libentissimè aquas Septentrionales frequentant, quoniam quietiores sint, quàm aquæ Rheni, vel Danubij, quæ assiduo strepitu, & naugiantium labore agitantur; præterquàquòd regio Aquilonaris, & infinitis fluuiis, & innumeris arboribus, ad castorum ædificia valdè idoneis, redundat. Hinc tamen non fit, inquit Scaliger, quin circa Danubiũ multi castores stabulentur; vbi à Germanis Biberi transpositis elementis appellantur. Heluetia, ex Gesnero, multos alit castores circa Arulam, Vsam, & Lomagũ flumina versantes. Hi enim magnorum fluuiorum ripis summoperè delectantur. Reliqua etiam Germania his bestijs abundat, nec non Sclauorum regio, Polonia, Russia, & Prussia, vt voluit Albertus; Affirmat Gesnerus, hoc animal nasci etiam in Italia, vbi potissimùm Padus in mare se exonerat; quod si sit verum nec nè, nondùm certiores facti sumus. Tandem circa fluuios Ponti, nec non in paludibus Hispaniæ humidam vitam degunt. At castoreum, quod ex his postremis colligitur ad mentem Renodei, nullo modo virtute comparandum est ad castoreum Ponticum Galatæ. Quapropter Virgilius enumerans loca, ex quibus res pretiosæ deferuntur; excellentissimum Castoreum ex Ponto asportari recitauit hunc in modum.

Quibus fluuijs delectentur.

lib. 18. c. 4.

li. 3. de mat. med.

lib. 1. Georg.

D

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi
At Chalybes nudi ferrum, virosaquè Pontus
Castorea.

Denique ne sermonis prolixitate tædia generemus, sciendum est, vbicunque viuat castor, ipsum semper amphibium esse, ideſt, partim in vndis, partim in terra degere; iuxta illud Baptistæ Mantuani.

Latrafi

E *Lutraq; piscatrix, terraq; habitator, & vnde Fiber.*

Qua de causa Bellonius in historia Aquatilium testabatur, fibrum cauernas non procul à litore seligere; à quibus posteà ipse exiliens protinus in mare, vel proximum fluuium ad victum conquirendum mergitur. Hoc doctrinæ Aristotelis repugnare videtur, qui in historia animalium scriptis mandauit, nullum animal quæ rupes, præter phocã, in mari victũ quęritare. Huic asserto Aristotelis adhęrẽs Aelianus protulit, fibrũ quidẽ in vtraq. sede viuere; cũ diù in amne abditus, noctu verò in terris ætatẽ agat. Quare nõ immeritò poterimus vnà cũ Bouffueto ita carminibus ad historiã Aquatilium Rõdeletij fic canere. *lib. 8. c. 5.* *lib. 13. c. 47*

Ancipitis vitæ Castor nunc vivit in amne,
Nunc spretis terras ille frequentat aquis.

VICTVS.

F

Mnes rerum naturalium scrutatores in hoc cõueniunt, qnòd castores corticibus arborum circa aquas crescentium, vescantur, & præcipuè salicum, vndè Plautus ad hoc alludens, dicebat. *Sic me subes, quasi fiber salicem.* Syluius scripsit, castores infestare alnos, populos, & salices, sed potissimũ illud salicis genus, quod platiphillon à Botanicis nuncupatur, ob insignẽ huius arboris amarorem, cùm hæc animalia alimento valdè amaro delectentur. Verùm Ornus non est omittenda, quæ ad escam fibrorum idonea esse perhibetur. Huius meminit Bouffuetus in carminibus ad historiam Aquatilium Rondeletij hunc in modum.

Sæpè ergò horrificis erosa dentibus orno
Exfatiat ventrem fronde repletque suum.

Hoc enim animal non solùm corticibus, sed etiam folijs arborum prædictarum, pro cibo in delicijs habet. Hinc fit posteà, vt castorum caro degustata quamdam amaritudinem sapiat. Albertus autèm non modo arborum cortices, & frondes, sed etiam pisces ad castorum vitam sustentandam necessarios esse, asseuerauit; quam opinionem nonnulli au-
G ctoritate Dioscoridis fouent, qui agens de castore, asseruit hãc belluam amphibiam esse, consequentèrq. piscibus, & cancris vitam alere; cum tamen sensus Dioscoridis sit talis, scilicet, castorem esse animal ambiguæ vitæ, nec non vnà cum piscibus, & cancris victum capescere; nàm iuxta rei veritatem castores corticibus, & folijs arborum, & quandoq; etiam pomis nutriuntur. Id autem esse verissimum experimento comperit Gulielmus Pelicerius Episcopus Monspelensis, qui castoribus, quos alebat, frequenter pisces viuos, & mortuos exhibuit, quos ipsi castores, nec etiam olfacere voluerunt. *li. 2 de mat. med. c. 23.*

CAPIENDI RATIO.

Istoriam fabulosam illam esse, omnes Physiologi confirmant, in qua castores accedente venatore, semetipsos eunuchare, & sic euadere feruntur, consequenterquè si hi in alium venatorem incidant, ventrem obuersum testibus carentem ostendere. Aliqui auctores tanquàm exploratum recitant, in plaga Septentrionali, quando brumale solstitium aquas caudam castoris madefacientes congelat, multas huius generis bestias comprehendi; nam caudam vi frigoris inter aquas constrictam, cum castores extrahere nequeant, tunc à venatoribus facilè interficiuntur. Ex altera parte hanc opinionem falsam esse, multi auctores asserunt. Scribunt enim, vigente bruma, ad mouendas aquas, ne circà caudã congelentur, lutram à castoribus cogi, cuius etiam pendet fides veritatis. Hoc quidèm certum est, apud Albertum, lutram à castore expelli, & quandoq. occidi. Habemus ex libro de natura rerum venationem castorũ hoc modò exerceri. Venator canẽ ad hanc venationem instructũ habens, illum ad loca palustria & à castoribus frequentata ducit, canis peritus aquam ingrediens, versus foueas castorũ natat, quas intrans, morsibus castorem expellere conatur; sed bellua cani nullo modo cedit, donèc castoris habitatio à venatoribus dispertur. Cęterũ Gesnerus aliã venandi rationẽ assignat: Venatores partẽ cauernæ superiorẽ perforant, deindè per illud foramen paruum canẽ ad fugandum castorem immit- *Venatio castoris fit canibus.*

immittunt; quem fugientem venatores fuſtibus armati mactant. Præter hunc modum laqueis quoq; ad hanc belluam coercendam vti poſſunt, ad mentem Natalis Comitum, qui de captura caſtoris ſic canit. A

Alia capiendi ratio.

Hunc captum laqueis tenſis piſcoſa ſecundum
Flumina.

Hoc autem à ratione alienum eſſe non videtur, quoniam Geſnerus intellexit à viris fide dignis, caſtores in Pruſſia non ſolùm laqueis, ſed etiam naſſis coerceri; quoniam corticibus arborum ineſcati in illas ingrediuntur, deindè conſumpto alimento, cum egreſſus non pateat, facilè ſuffocantur. Demùm minoribus etiam bombardis impeti poſſũt, nam, cùm caſtores diù vrinari nequeant, quin, reſpirationis cauſa, caput ab aqua exerãt, vel ſclopis mactantur, vel haſtilibus transfiguntur. Braſauolus naugãs Caſtorẽ in aquis conſpicatus, piloſum quemdam piſcem eſſe opinabatur, ſed paulò poſt cognouit ipſum eſſe caſtorem, quandò vnus ex nautis, qui ſtans in prora contum ferreum gerebat, caſtorem ab vndis caput ſæpe exerentem confixit. B

DENOMINATA, & COGNOMINATA.

MEmìnit Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis Sancti Caſtorij translati à Leone Quarto è cœmeterio in Vrbem, necnõ Caſtorij cuiuſdam magiſtri militum. Ortelius in Theſauro geographico commemorat caſtoriam circa Bulgariam vrbem dictam apud Cedrenum, necnon caſtorum lucum ad duodecimum lapidem à Cremona diſtantem, quem Oroſius Caſtoris locũ vocitauit. De quibus omnibus nondùm liquidò conſtat, an à caſtore animali denominationem fortita ſint. Legimus quidèm apud Textorem, in officina, Antonium cognomento caſtorem centeſimum ætatis annum excedentem, mente, memoriaq; adhùc vigentẽ, vitam à valetudine inoffenſam ſemper egiſſe. Antonium quoq; cognomento caſtorem in facultate Botanica, virum inſignem Matthiolus in epiſtola nuncupatoria miris laudibus proſequitur. Auſonius etiam Victorium cognomine caſtorem, qui olim Grammaticorum laborioſos canones excuſſit, poſteritatis monimento dignũ iudicauit. Non deſunt animalia, à caſtore denominationem ducentia; nã Aelianus, interprete Gillio, Caſtorides auibus adnumerauit. Alij caſtorides, vel caſtoreos quoſdam canes venaticos cognominarunt, de quibus ſuo loco verba fient. Oppianus inſuper meminit caſtoridum animantium, quæ, cum ſint amphibiæ, in litoribus congrediuntur, & tàm dirum, & inauſpicatum edunt vlulatum, vt quiſquis illum audierit, ſibi aliquam impendere calamitatẽ exiſtimauerit. Phocam ſimilem eſſe caſtori, non quoad faciem, ſed quoad virtutem, multi prædicant, quon am illius coagulum ex Galeno omnes caſtorei vires exerceat. In mari Occano Norvegiæ quoddam animal magnitudine bouis verſatur, ab incolis Mors appellatum, quod cum caſtore magnam ſimilitudinem habere perhibetur. Non abſimile forſan huic fuit illud monſtrum diuina virtute expugnatum, quod Baptiſta Mantuanus in vita Sanctæ Marthæ recenſet his verſibus. D

Tom. 2.

Animalia.

li. 1. de piſc.

li. 10. de ſimpl. med. fac.

Finitimos tibi monſtrum fluuiale diebus
Vaſtabat campos, lanians in flumine nautas,
Submergenſq; ratei; cui forma ſimillima Fibro.

Plantæ.

Præter hæc, multæ plantæ ſolent ab animalibus denominari, ſed Geſnerus in hac hiſtoria meminit ſolius ariſtolochiæ longæ, quam Germani Biberwurtz, nimirum caſtoris radicem cognominant: huius poſteà denominationis rationem Geſnerus non aſſignat. Nomen adiectuum, Fibrinus à Fibro, nempè à caſtore deductum fuiſſe, omnibus in confeſſo eſt, vt pellis fibrina, Græcis verò καστόρεος dicitur, vt ὄρχεις καστόρεοι apud Heſychiũ. Iſidorus per fibrinum lanam mollem caſtorum intellexit, quæ poſtea ad varios vſus trahitur vt ſuo loco exponetur. Deniq. caſtoreum eſt omne illud, quod pharmacopœi pro teſtibus caſtoris in parãdis medicamẽtis adhibẽt. Verũ animaduertere oportet, nè hac voce caſtorei ab ipſa veritate depellamur; quoniã Vartomani interpres (teſte Scaligero) hoc vocabulũ perperàm, & inepte exponit, dũ caſtoreũ pro moſcho vertit. Parìter quidã Ludouicus Patricius Rom in ſua hiſtoria meminit caſtorei, deinde illi, omnes conditiones moſcho cõuenientes, attribuit. Lector igitur, diligẽti cautione vti debet, nè hac

lib. 19. orig. cap. 27.

Caſtoreum nomen eſt æquiuoc.

cuo,

duo inter se toto genere discrepantia, si mul confundantur. Præterea Suidas, & Varinus Castoreum tincturæ genus esse, perhibent, neriq. ex conchilio, quod nonnulli onychem vocitant. Quoniam autem in huius conchilij adustione Castorei odor exire solet: hinc facilè fieri potuit, vt hanc tincturam, ratione odoris, Castoreum nuncupauerint. Insuper admodum demirarinon desinemus, cur crocum in antiquis Dioscoridis nomenclaturis Castorei nomine fuerit insignitum. Illud autem tripudij, vel armatæ saltationis genus Castoreum dictum, & memoratum a Cœlio Rhodigino, non à Castore animali denominatur, sed à Dioscuris fratribus, nempè Castore, & Polluce. qui superatis Gigantibus, hunc saltandi modum, tanquàm lætitiæ symbolum, inuenisse feruntur. Hinc fortè manauit Castoreum carmen, quòd à tibicinibus incini solebat, vt Plutarchus in Lycurgo recitauit, *lib. 9. lect antiq. ca. 8*

MORALIA.

EX ponderata huius animalis natura, manifestarùm euasit Castorem secùs aquarum decursus habitationem cũ multis domicilijs architectari. Deus Castor Diuinus poterit appellari, qui propriam domum, nimirùm Ecclesiam, iuxtà fluuium imbecillitatis, & fragilitatis humani generis ædificauit, eiq. adiunxit varia Religiosorum ordinum domicilia, vt peccantes, vi gente vitiorum redundantia, possint vbiliber Deo, se se Religiosam in seruitutem dicare; iuxtà illud Marthei. *cum vos persequentur in vna ciuitate, fugite in aliam.* Castor, ex physiologis, alia proprietate gaudet, dùm cõspecto venatore, se castrat; deinde aial est, quod in aqua cum piscibus, & in terra quandoque cum alijs animantibus ætatem agit. Talibus prærogatiuis, ex Berchorij sententia, Christicolæ religiosi præditi esse debẽr; nàm castitatem seruantes, semeripsos euirare dicuntur; cum triplex eunuchorum genus à D. Matrheo recenseatur. Alij eunuchi nascuntur, Alij fiunt ab hominibus, Alii se castrant propter Regnum Cœlorum; quos Christus Beatos appellauit; quarè in hoc tertio genere Religiosi collocandi sunt; qui postmodum corpore in terra cum hominibus, mente, & contemplatione cum piscibus, nempè cùm Angelis in aqua pietatis versari debent. Præterea cum Castores non solùm in aquis, & terra stabulentur, sed etiam gregatim viuentes, suam speciem valdè diligant, & ligna ad concinnãda latibula quotidiè cędant; Religiosi quoque tanquàm tot Castores debent, partim in aqua ob pietatem, partim in terra ob humilitatem, & mortis meditationem, habitare, deindè conuiuentes sola charitate pulsi vicissim se diligere, & tandèm ligna cędere, idèst homines improbos, & vitijs deditos, verbis per prædicationem, à sylua mundi auferre. Ampliùs Castorem ob pellem pretiosam venatores persequuntur. Ad rem pauperes Castores, raptores autèm, & auari optima de causa venatores indigitari poterunt, quoniàm hi in dies egenos persequuntur, donèc pellem eorum substantiæ temporalis abstulerint, Iuxtà illud Michææ. *Violenter tollis pellem eorum desuper eis*. Ex altera parte Castor, & Diabolo, & peccantibus assimilari poterit, Nam Castor est huius naturæ, vt quandò hominem, aut venatorem momorderit, non solùm carnem, sed etiam ossa frangat. Diabolus quoque est talis naturæ, vt non modò carnem, ideſt corpus peccantium, verùm quoque ossa, ideſt animam deuorare conatur. Homines etiam peccantes Castorem in aqua, & in terra viuentem æmulantur. Nàm cum piscibus in aqua voluptatum natant, postmodùm in terra cum hominibus ob superbiam elatis, aut eum auaris quotidie versantur. Imò cum Castor, ratione corporis, animal terrenum, & ratione caudæ piscẽ imitetur. Improbi homines, qui vitia, impendente etiam morte, nunquàm corrigunt, naturæ Castoris esse dicuntur, quià totum corpus tanquàm bestiæ in luxum soluunt, deindè caudam, ideſt finem vitæ in aquis deliciarum seruant. Præterea Castores dentibus sanguineo cõlore tinctis sunt muniti. Tales sunt detractores, qui verbis sanguineis detractionum proximi honorem, famam, & existimationem lædunt. Interest igitur peccantis, more Castorum, secùs flumen pietatis, & obseruantiæ in superos habitare; Iuxtà illud Psalmographi. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est, secùs decursus aquarum.* Ibique infimum, supremum, & medium conclaue ædificare; vt tanquàm Castor crescentibus

cap. 10.

lib. 10. Reduct. mor. cap. 25.

cap. 19.

Religiosi cur castores dicti.

cap. 3.

Detractores cur castores dicti.

tibus aduerſitatum aquis, ab infimo ad ſupernum gradatim aſcendere poſſit. Erunt ergò prædictæ ædiculæ Inferni, Purgatorij, & Paradiſi contẽplationes, per quas Chriſticola tanquàm per gradus, ad Deum aſcendere debet; nè à proſperitatum amne ſubmergatur, & in æternum pereat. Ad finem Caſtoreum eſt pretioſum quoddam medicamentum ad multas ægritudines profligandas idoneum; quod in doctrina morali nihil aliud, niſi caſtitatem auream deſignat; quæ hominem non modò caſtum, ſed etiam religioſiſſimũ, & pijſſimum efficit. Imò ſi Caſtorei medicina quantò recentior, tantò melior à medicis commendatur. Similiter iuuenes, potiùs quàm ſenes caſtimonia inſigniti, omni laudum genere, & publicis præconijs erunt celebrandi. Amplius, cum Caſtoreum ſit medicamentum, epilepticis conferens, lerhargicos excitans, venena expugnans, cõceptionem iuuans, & linguæ paralyſim ſoluens. Item caſtimonia Caſtorei æmula caduceos, nempè luxurioſos liberat, lethargicos, nimirum ad pietatem, & obſeruantiam in Deum impigros excitat, venenum æternæ prauitatis profligat, & paralyſim impudicæ linguę adeò diſſoluit, vt impoſterùm non niſi Diuina verba proferre valeat.

EMBLEMATA.

CAſtoris ſpontanea caſtratio multis auctoribus emblematum præbuit argumenta; Ideò Andreas Alciatus figurauit Caſtorem ſemetipſum dentibus eunuchantem, cum hoc titulo AERE QVANDOQVE SALVTEM REDIMENDAM, deindè ſubſcripſit tale hexaſtichon.

Embl. 152. *Et pedibus ſeguis, tumida, & prependulus aluo,*
Hac tamen insidias effugit arte Fiber.
Mordicus ipſe ſibi medicata virilia vellit,
Atque abijcit, ſeſe quærus ob illa peti.
Huius ab exemplo diſces non parcere rebus,
Et vitam vt redimas, hoſtibus æra dare.

Huius emblematis veritatem æſopico de Caſtore apologo poſſumus ſtabilire, qui ad inſinuandam hominibus prudentiam, prolatus fuit. Imò roborare exemplo Ariſtippi, qui cum in naui ſe cum Piratis verſari cognouiſſet, omnes ſuas pecunias, de induſtria, in mare proiecit, imprudenter ſeid feciſſe, ſimulans, præuiderat enim ſe ab illis, quibuſcum nauigabat, ſpoliatum, & propter pecuniam, in aquas præcipitem datum iri. Itaque, more Caſtoris, vt effectus abeſſet, cauſam ſuſtulit. Item Crates Thebanus, cùm theſaurum ſpontè perderet, in hæc verba prorupit. *Abite hinc malæ diuitiæ; nam ſatius eſt vos à me demergi, quàm ego à vobis.* Idem ferè colligere licèt ex Annalibus Conſtantini Manaſſis, vbi hæc habet. *Michaelus quidam Imperator, audita tyranni ferocia, ſponte throno imperiali ceſſit, & erga perſecutorem non aliter ſe se geſſit, atque Caſtor erga venatorem facere consueuit.* Camerarius etiam effigiauit Caſtorem, teſtes dentibus euulſos perſecutoribus

Embl. 93. proijcientem, cum tali inſcriptione. VLCISCI HAVD MELIVS. Hoc enim ſignificare volebat, quòd homines prudentes, propter ſuam ſalutem, nullam pecuniæ rationem habere debeant. Ideireò ſubſcripſit hoc diſtichon.

Vt viuat Caſtor, ſibi teſtes amputat ipſe.
Tu quoque, ſi qua nocent, abijce, tutus eris.

Paulus Iouius prædictum emblema pro ſymbolo vſurpauit cum titulo. ANANKH, quę vox neceſſitatem ſignificat; nam aliquando ob neceſſitatem damna tolerãda eſſe innuebat. Amplius, Camerarius aliam Caſtoris proprietatem meditans, depinxit hoc animal

Embl. 96. arboris truncum arrodens, cum hoc titulo. PERSEVERANDVM. Quo argumento nos ad conſtantiam, & perſeuerantiam in perferendis laboribus hortabatur exemplo Caſtoris, qui tàm aſſiduo morſu ligna ab arbore aufert, donèe tandèm cadat; Diſtichon autem ſubſcriptum eſt tale.

Quid non perficiat labor improbus? aſpicis, arbor
Vt cadat à morſu Caſtoris aſſiduo.

lib. 1. Hæc doctrina non valdè recedit ab aurea Lucretij ſententia, humanis mentibus tenaciter infigenda, dum inquit.

Nam leuiter quamuis quod crebro tunditur ictu
Vincitur in longo ſpatio, tamen atque labascit.

lib. 4. *epiſt.* Corroborari poteſt hoc aſſertum ex Seneca, quãdo ſcribit, *Nihil eſt quod non expugnet pertinax*

E *pertinax opera, & intenta, ac diligens cura*. Hùc quoque respicit versus ille prouerbialis Græcus Cherili apud Galenum, qui sic se habet. *lib. 3. de tēp.*

Πέτραν κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος πίπτουσ' ἀεί.

idest.

Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpè cadendo.

Præter hæc non deessent multa symbola, & phrenoschemata figuram Castoris respicientia, quæ à Perciuallo, & alijs scriptoribus Italicis euulgantur; sed quoniam ex illis modicam frugem demetere possumus, consultò omittenda esse, iudicamus.

HIEROGLYPHICA.

F AEgyptij sacerdotes cum vellent denotare hominem ob adulterij nequitiam pœnâ affectum, figuram Castoris ostendebãt, quoniam inualuit apud illos opinio, quòd Castor coram persecutoribus se castret; ideoq; adulteri eadem pœna affici solebant; nam præcissis testibus dimittebantur. Hac eadem ratione impulsi, iconem Castoris in propatulo collocabant, quotiescunq. hominem sibimet damna inferentem, repræsentare volebant. Prætered, ex Pierio, sunt qui atros, & festos dies per Castorem distinguant; itaut diem festum significaturi, anteriora huius animalis effigient. Etenim multi populi, qui nostræ pietatis ritu viuunt, partibus anteriotibus huius bestiæ pro carne vescuntur, posteriores autem loco piscis habent. Quocirca Castoris cauda prægrandis, & præpinguis piscis temperamento, & sapore prædita, estur diebus ieiunij, quibus caro interdicta est, qui dies à plerisquè nationibus atri appellantur. *part. 2.*

SIMVLACRA.

G NOn desunt Auctores, qui in variis rebus Castoris simulacro vsi sunt; sed inter hos Ripa scriptor Italicus, in sua Iconologia, ad Pacem figurandã, Castoris iconem adhibuit. Prima facie, delineauit mulierem sedentem, alcyonem auem gremio fouentem; illiquè figuram Castoris, testes dentibus euellentis, addidit. Placuit huic auctori, pingere alcyonem, quoniàm hæc auis tunc in litore maris nidulatur, quandò omni cessante vento, summa mari dominatur tranquillitas. Deindè effigiauit Castorem ad prælium euitandum se castrantem. Omnia enim animalia hoc à natura habent ingenitum, vt noscant commoda quæ amplecti, & nocentia, quæ debeant declinare. Quarè, ad rem, legitur in quadam epistola Saporis Regis ad Constantinum Imperatorem scripta, quòd exemplo Castoris ille vir egregius Imperatori suadere conabatur, vt dimissa Regni Asiatici bona parte, quieti, & incolumitati suæ consuleret.

VSVS IN CIBIS.

H INtellexit Gesnerus à viris fidedignis, qui carnes Castoris ederunt, illas non esse insuauis gustus, verumtamen in illis parandis, omnis diligentia coquis adhibenda est, vt illæ omnem viro sum odorem deponant. Quapropter illas prius elixare debẽt, deindè in sartagine assare vasis semper apertis, vt grauis odor exhalare possit, quòd etiam præstãdum est in alijs carnibus, quæ grauius redolent. Alij prædictas carnes cum edulijs coquunt, alij in pruinis torrent. Verùm animaduertendum est, carnes Castoris in temperatura à se inuicẽ discrepare, nàm partes anteriores huius belluæ calorem participant; posteriores verò; auctore Maiolo, tanta scatent frigiditate, vt ad instar testudinum terrestrium, ieiunij tempore admittantur. Per partes posteriores, caudam, & pedes Castoris intelligere debemus, sed illæ membranæ, digitos posteriorum pedum separantes, in delicijs mensarum exoptantur. Sunt qui caudas Castorum assas, & pauco gingibere conspersas, *Colloq. 7.*

men-

menſis apponant. Alij elixant, & denſiuſculo aliquo iure condiunt. Id confirmans A
Olaus Magnus dicebat peritos coquos veram caudæ,& poſteriorum pedũ caſtoris con
dituram non ignorare,vt in inſtructa epularum magnificentia locum habeant, & conui
uarum palato gratificentur. Geſnerus fatetur,ſe tantummodo caudam,& pedes poſte-
riores iure croceo conditos deguſtaſſe,quæ partes teneræ,& ſuaues cum eſſent,ſaporẽ
tamen carnium thunni, vel potiùs anguillæ præſeferebant, nam more anguillarum ro-
ctiùs apparantur,vbi priùs modicè ebullierint. His addit Bellonius,apud Lotharingos,
in hiſt. aqu. temporibus ieiunij,caudam caſtoris in delicijs eſſe,& ſaporem murenæ benè præpara-
tæ propemodùm referre.

VSVS IN MEDICINA.

CVm medica facultas vtilitatem immenſam ex Caſtoreo accipiat,non erit B
admiratione dignum,ſi Archigenes integrum de vſu Caſtorei librum con
ſcripſerit. Eligendum igitur eſt, Caſtoreum ad mentẽ Dioſcoridis mul
tis naturalibus tunicis circumdatum,liquore intus, veluti ceroſo, guſtu
acri,& odore graui. Cardanus agens de ſubtilitate, ei tantam attribuit
lib. 2. c. 23. acrimoniam,vt ex naribus plurium olfacientium ſanguinẽ elicere poſſit;quæ opinio nõ
lib. 10. immeritò à Scaligero damnatur; cum moſchum pro Caſtoreo ſumpſerit. Præterquam-
quod Dioſcorides promulgauit,Caſtoreum olfactum non ſanguinem,ſed ſternutationẽ
prouocare. Aliæ conditiones Caſtorei genuini à differentijs ſumendæ erunt. Meminit
quidẽ Nicolaus Myrepſus, interprete Fuchſio, in antidoto nephritica è ſexaginta rebus
trium Caſtorei ſpecierum,ſed quæ,& quales ſint non explicat. Quarè in Caſtoreo diſ-
ferentiæ tantummodo temporis erunt ponderandæ;nam,licèt ex Plateario virtus huius
medicamenti vſque ad ſeptennium ſit efficax; nihilominus quantò erit recentius, tantò
maiori erit adiumento. Imò,ex eodem Plateario,Caſtoreum extrahendum eſt ab ani- C
mali non feneſcente,ſed in vigore ſuæ ætatis conſiſtente;extractumq. vnà cum melleo
liquore,in illis tunicis contento,diligenter in vmbra exiccandum eſt. Præterea quan-
do vtendi Caſtoreo ſe ſe offert occaſio, medici, & pharmacopolæ oculati eſſe debẽt,
in comm. ad Dioſc. lib. 2. nè pro genuino vitiarum Caſtoreum adhibeant;quòniam ſcribit Matthiolus, ſe verum
Caſtoreum quandoq. habuiſſe,quòd magnitudine, colore,& odore a Caſtoreo pharma-
copolarum longè erat diſſimile. Ideò in memoria ſunt tenendæ conditiones optimi
Caſtorei,à Dioſcoride aſſignatæ,inter quas illa eſt potior,quòd vnicum habeat princi-
pium;nàm ſi in illo diuerſa obſeruetur origo,ſtatim ſuſpicio adulterationis orietur. Vt
igitur melius vitium huius medicamenti detegatur;notandum eſt ex Plinio, cum gũmi,
& ſale ammoniaco adulterationem fieri ſolere. Sed opinamur cum Geſnero, non eſſe
Caſtorei adulteratio. legendum apud Plinium (cum ſale ammoniaco) cum ſcribat Dioſcorides ſua ætate ſan
guine Caſtoris,ſale, & gummi, ſeu lacryma ammoniaci Caſtoreum vitiari. Paterarius
inquit,quòd nonnulli veſicam ſanguine,& neruis implent,addito puluere Caſtorei, ne
ſuus odor abſit. Alij ſanguinem,& terram permiſcent. Alij ſanguine n ſagapenum, D
Caſtoreum quodnam ſit venenatum. & neruos addunt,nec non piper,vt acrimoniã acquirat. Cæterùm hoc Caſtoreo adulte-
rato illud peius eſt,quod,ob temporis antiquitatem,vel putredinem,rancorem,& nigre-
dinem contrahit. Siquidem hoc, teſtibus Auicenna,& Matthiolo, veneni naturam ſa-
pit;non autem illud,quod ex Ponto affertur,venenatum dici poteſt ex Strabone; quo-
niam hunc errorem vox φαρμακώδης æquiuoca generauit,cum medicamentoſum,& ve-
nenatum denotet. Nigrum igitur Caſtoreum,rancidum, & putridum(cum veneni na-
turam induat) ſumptum furorem indùcit, linguam intumeſcentem, & febrem gignit,
in comm. ad Dioſc. lib. 6. c. 25. ſpatioquè vnius diei interimit. Matthiolus igitur ad expugnandum hoc veneni genus
vomitum prolicit,diamoron cum ſucco citrei mali præſcribit,& tanquàm peculiare an-
tidotum huius læthiferi Caſtorei,ſemen coriandri toſtum duarum drachmarum pon-
dere commendat. Antequàm ad vſum medicum Caſtorei examinandum,accedamus,duo
circa hoc medicamentum dubia excitantur. Primum eſt, an Caſtoreum, quo vſi ſunt
Antiqui, fuerit ex veris teſtibus huius animalis conflatum. Secundum eſt,an illud Ca-
ſtoreum,quod hodiè medicaminibus admiſcetur, eadem teſtium Caſtoris facultate po-
tiatur. Ratione primi,notandum eſt paſſim à Galeno ὄρχις καστορος, ideſt teſticuli Ca-

ſtoris,

A E storis, pro Castoreo vsurpari præterquãquod Sextius, apud Plinium paruos esse testes Castoris, & spinæ adhærentes, patefecit. Ratione secundi Castoreũ hodiernũ nõ esse testes Castoris; sola magnitudo conuincit, illi enim parui sunt, & magnitudinẽ testiũ gallorũ gallinaccorũ non excedunt; qua de causa nostrũ castoreũ erit confectũ ex tumoribus inguinũ huius animalis; quẽadmodũ in descriptione castoris manifestauimus. Potest quidẽ verti in disceptationẽ, an hi tumores eamdẽ testiũ virtutẽ participẽt. Breuiter igitur, quid sentiendũ sit, exponemus. Tumorũ liquorẽ liquidiorẽ, & tenuiorũ partiũ, quã liquorẽ testiũ esse existimamus; quod odoris, & saporis maior acrimonia declarat; ideoq; in remedijs extrinsecis huiusmodi liquor efficacior erit, in ijs verò, quæ assumuntur, vis minuenda pro ratione affectus. Itaq; opinamur, Antiquos tumorũ potius, quã testiũ liquorẽ medicamẽtis permiscuisse; vt ex liquoris eorũ consistẽtia, odore graui, & acri colligendũ est; quas omnes notas veriores esse in tumorũ, quã in testiũ liquore cõperimus. *Magnitudo testium castoris.*

Verũ, si accidat, vt vrgẽte necessitate, Castoreũ nõ reperiatur, quid agendũ est? Auicennas tantumdẽ acori, & dimidiũ piperis substituit; hocq; verũ castorei succedaneũ esse arbitratur. Actius, in defectu huius medicamẽti, testes canis fluuiatilis, nimirũ lutræ sumit, hosq; eamdẽ castorei facultatẽ participare asseuerat. His intellectis, non erit abs re infirmitates enumerare; quibus castoreũ summoperè conducit. Inchoando igitur à capite vnà cũ Porta statuimus, omnibus capitis morbis non mediocrẽ vtilitatẽ afferre; quandoquidẽ castor grãdiusculo capite præditus est, cõsequenterq; in morbis capitis, & signaturã, & magnã prærogatiuã habere videtur; Quapropter nõ est mirãdũ, si Dioscorides in morbo comitiali castoreũ cõmẽdet, & Plinius ad eamdẽ egritudinẽ arcendã, illud cũ aceto mulso exhibeat. Platearius in paralysi cuiuscũq; partis vinũ ex decoctione castorei, rutæ, saluiæ magno adiumento fore astruit. Aduersus lethargũ, eodẽ Plateario docente, ex castoreo cũ ruta in aceto acerrimo decocto, medicamenta erbina parantur, quæ prouocando sternutationẽ lethargo correptos excitant. Deinde vertigini cõmoditatis plurimùm affert, si caput castoreo cũ semine viticis ex aceto, vel rosaceo perungatur. Imò obliuioni chronicos morbos consequenti, secundum Actiũ, medetur, si oleo ex infusione castorei occiput post purgationẽ illiniatur. Amplius Porta nõ esse in frugiferũ, existimat; si castoreũ ad mẽtem Plinij, cũ melle Attico ad claritatẽ oculorũ in collyrijs misceatur; quoniã hoc animal noctu è latibulo exiens, per terrã vagatur. Ideò Galenus in sedãdis aurium, & oculorum doloribus, procreatis ab humoribus frigidis, & à spiritu flatulento, castoreum in collyrijs ad oculos, & in oleo ad aures extollit. Præterea Plinius in dolore dentiũ, modicũ olei ex castorei infusione auri partis dolentis infundit, neq; hoc videtur recedere à doctrina Hippocratis, qui, in vehementi dolore mitigando, maxillę vxoris Aspasij, castoreum, & piper in ore detinendũ præscripsit. Si ad morbos thoracis nosmet conuertamus; illis quoq; castoreum nõ mediocriter conducere inuenietur; quoniam ex hoc cũ exigua portione ammoniaci, & aceto mulso, asthmatici non parùm fructus sunt consecuturi. Galenus etiam scripsit, quòd veteres, aduersus palpitationem, medicamenta calefacientia, & extenuantia, & præsertim ex Castoreo cõfecta, adinuenerũt. *Castorei succedaneũ quid.* *lib. 3. phyt. cap. 38.* *lib. 3. phyt.* *lib. 13. met. med. c. vlt.* *lib. 7. epid.* *lib. de trem. palp. &c. c. 5.*

H Auicennas in cura singultus maximoperè laudat castoreum, tanquàm medicamentum habens maximam proportionem in hoc affectu; sed Galenus in hoc casu animaduertit, illud esse singulare præsidium, quotiescunq; conuulsio ex plenitudine, non autẽ ab inanitione originem trahat. Item Auicennas agens de remedijs affectioni colicæ conuenientibus, castoreum probat; quoniam status discutiat, crassos humores attenuet, & aluum solubiliorẽ aliquandò Galenus ad ciendam alui cathapotijs ex Castoreo vsus fuerit. Renes insuper, & partes annexæ malè affectæ, ex Castoreo incredibilẽ sũt receptæ vtilitatẽ. Primò quia scribit Galenus hoc, aduersus calculũ renũ, exhibẽdũ esse. Deindè hoc sopite veneri cõferre inde colligit Porta, quia castor circa lũbos testes habeat. Demũ Platearius, gonorrhœa infestãte, castoreũ decoctũ in succo viticis, & aceto cataplasmatis instar pectini, & locis genitalibus vtiliter applicat. Si dirigamus mentẽ ad vterũ; nulla ferè est affectio huius partis, quæ castoreo auferri non possit. Rondeletius ad iuuandã conceptionẽ suffimenta genus ex castoreo paratũ, commendat, & Hippocrates testatũ reliquit, quòd castoreũ dolores capitis per cõsensum ab vtero sedet. Galenus præfocationibus hystericis castoreũ potissimũ præscribit, & Plinius id cũ aceto, & pice olfaciendũ prębet; nec nõ etiã onychẽ; quia in adustione suffimẽ castorei emittat. Sũt q; in hoc casu pomũ ex castoreo parãt, & mulieribus olfactiẽdũ exhibẽt. Cõponitur autẽ ex ruta melli- *in lib. de sect. aduers. Eresi.* *in lib. de med. exper.* *lib. 3. phyt.* *li. 9. de cõp. med. sec. loc. cap. vlt.*

sophyllo, daneo, nigella, absynthio pontico, Castoreo, & assa fętida; quia non ingratũ, & saluberrimũ odorẽ spirat. Aliquandò tamẽ mulieres ex retro odore offendũtur, & præcipue quãdo in præfocationib⁹ talis odor partib⁹ inferioribus supponitur; vnde Lucretius canebat. *Castoreoquè graui mulier sopita recumbit.* A

lib. 1.

Præterea in affectibus vterinis hoc plurimum prodesse, scribit Dioscorides, si cum pulegio ad secundas, & menses prouocandos adhibeatur. His addit Hippocrates, Castoreum potum puerperij excremẽta purgare. Hinc colligendũ est, nullũ absurdũ à Plinio prolatũ fuisse, dum scriptis mandauit, mulierẽ supergradientẽ Castorem, vel Castoreũ, abortire. Præter hæc, habemus à Galeno, ad declinandas febris quartanæ periodos, nõ solũ diatrion pipereon, verũ etiã Castoreum murandũ in modũ valere. Præterquãquod ex Plinio, & Auicenna, fistulis, vlceribus malignis, & abscessibus medetur. Postremò Castoreum venenis etiã resistit; vnde Dioscorides illud cũ mentha, & ruta ad castigandũ ci cutæ venenũ, in vino propinat. Imò malã quoq; opij qualitatẽ optime corrigit; nã adeò calidum est medicamentũ, & subtiliũ partium, vt frigiditatẽ opij retundere valeat. Hac igitur ratione ductus Galenus, nullũ aliud præstãtius medicamentũ pro corrigẽdo opio, proponebat. Verũ, quod magis consideratione dignũ est, serpentiũ etiam, & aliarum bestiarũ virosam qualitatẽ emẽdat; nã, teste Dioscoride, aduersùs scorpiones in vino bibitur cõtra phalãgia, & araneos cũ mulso præbetur, ad virus lacertæ chalcidicæ cũ myrtite sumitur. In veneno cerastis exterminando cum panace, & ruta ex vino præscribitur, & denique ad cęterarũ bestiarum virus profligandũ, cum mero exhibetur. Plinius, in expugnando aconitorũ veneno, Castoreum cum lacte, & aqua, & in extinguendo elleborismo albi vitio, cũ aqua mulsa, & vino, summoperè probat. Omnes Castorei virtutes, & prærogatiuas hactenus ad mẽtem Dioscoridis, Hippocratis, Galeni, & Plinij recitatas, paucis versibus Bouissetus eleganter complexus est, quos in gratiam medicinæ studiosorũ hoc in loco recensere non piguit. B

li. 1. de mor. mul.

in li. de tre. palp. cap. 7.

lib. 6.

lib. 8. de cõp. med. sec. loc. cap. 3.

Castoreum dicunt, quod nunc vt cedit in vsus,
Sic fuit Antiquis φάρμακον hocce frequens.
Afflictis confert nervo, chorioq; relictum
A partu educit, menstrua idemq; mouet.
In morbis, testes, à frigiditate profectis
Prosunt, inq; illis, quos parit humiditas.
Ictibus obsistunt dirarum sæpè ferarum,
Omniaq; aduersum mixta venena valent.
Quos paralysis habet, pleriq; iuuantur ab illis,
Tam fuit in multis hæc medicina potens.
Quin & conuulsis prodest, si pondere drachma
Ægris cum mulso Castoreum exhibeas.
Deforis illud item ex oleo si forsan inunges,
Confert, vt lasis grata medela locis.
Additur ecthinus tandem, fitq; vtile inunctum,
Infestet miserum si pituita caput. C D

Castoreũ in qua medicamenta ingrediatur.

Cęterũ, ne imperfecta castorei historia euulgetur, nostra interest summatim enumerare medicamẽta cõposita, q̃ sine Castoreo parari nequeũt. Primitùs si Electuaria põderemus; inter hæc, procul dubiò primã sedẽ Theriaca magna Andromachi occupabit; de qua Galen. scribẽs ad Pisonẽ, sine castoreo parari nõ posse, docebat; ideoq; in secũda parte poematis hæc habentur.

Tendere dimidio, tùm quos tibi Castor ad Ilium
Ore secat tessel, impositi esse decet.

Deindè ingreditur Electuarium diacastoreum nuncupatũ, quod magnitudine nucllanę in paralysi, epilepsia, vertigine, & alijs passionibus capitis cũ vtilitate Patientis præscribitur. Vuecherius Diaolibanũ pro varijs affectibus capitis cũ castoreo parat. Athanasia, & Diamoschũ amarũ secundũ descriptionem Mesue, necnon Medicamentũ epilepticũ à Crollio descriptum, Castoreum recipiunt. Rondeletius habet aliud Electuarium cum Castoreo paratum, vteri doloribus valdè conferens. Sequuntur pilulæ, quarum multæ species absquè Castoreo non conficiuntur. Inter has primo loco recensendæ sunt pilulæ de Castoreo, quæ hystericis affectibus conducunt. Vuecherius pilulas epilepticas cum Castoreo, & alijs simplicibus caput respicientibus, componit. Insuper Castoreum

lib. 2. antid. spec.

Pilulæ.

E reū ingreditur pilulas de sagapeno, de opopanace, & multas alias species, in quibus recensendis nimis prolixi essemus. Accedunt aquæ; quamobrem Quercetanus aquā antipodagricam, Castoreum recipientem describit. Euonimus in Thesauro remediorū componit aquam stillatitiā quam cum Castoreo ad dec nā los arthritidis dolores commendat. Crollius in Basilica chymica habet aquam singularem ex Castoreo. & alijs simplicibus confectam, quæ mulieres hystericas mirum in modum subleuat. Vuecherius tandē, in omni compositione aquarum epilepticarum, Ca oreum reponit. Ingreditur etiam compositionem pulueris pro suppositorijs ex Florentino. Deniq. Extractum, Elixir, & Balsama varia, ex Castoreo, ad communem vtilitatem, concinantur. Quercetanus pro Extracto parando ad epilepsiam, & apoplexiam, infundit Castoreum in aqua melissæ, calendulæ, & pęonię, omniaq. in balneo per spatium quatuor, vel quinq. dierum macerat, colatumq. liquorem per euaporationē in Extractū reducit. Crollius describit Elixir vterinum, quòd medicamentum cum dimidia libra Castorei componitur; cuius scrupulum,
F in paroxismo hysterico, ad sydera extollit. Balsama verò cum Castoreo parata, ad paralysim, & alios morbos huius generis idonea, ab Vuecherio describuntur. Ad finem non desunt medicamenta extrinseca, vt olea, vnguenta, & cerata, quæ à Castoreo insignem virtutem acquirunt. In primis oleum de Castoreo simplex, ex Gesneri mente, sic paratur. Sumitur vncia Castorei, & in libra olei communis decoquitur, donec tertia pars absumatur & postea insperso Castorei puluere, ad vsum reponitur. Apud nuperos Auctores legitur descriptio olei de Castoreo compositi, quod, præter Castoreum, aromata, & multas lacrymas calefacientes recipit. Hoc patientes paralysin, tetanum, & alios morbos huius generis felici cum successu inunguntur. Si mens ad vnguenta dirigatur. Castoreum ingreditur vnguentum potabile Vuecherij, quod ijs, qui ceciderunt ab alto, exhibetur. Præterea vnguentum de bdelio ex descriptione Mesuę in affectis neruorum frigidis commendatur, vnguētum Quercetani ad partes conuulsas ex reple-
G tione, & vnguentum ad stimulandam venerem, ex Auicenna, sine Castoreo non cōponuntur. Demū ceratū pro doloribus diuturnis neruorū, & scirrhis dissipādis cū Castoreo, à Mesuę describitur. Hactenus de Castorei virtutibus: modò alias huius animalis partes, medico vsui famulantes, recensere oportet. Nonnulli aduersus morbum regium dentes Castoris poculis immittūt, quia ob lutei, vel rufi coloris signaturam; medicam vim illis ineſſe, credunt. Fel deinde Castoris humano generi non parùm vtilitatis est allaturum, si in tollendis suffusionibus adhibeatur, sic enim cecinit Bousſuetus, dum de Castoris felle verba fecit hunc in modum.

Aqua Castoreum recipientes.

Extracta.

lib. 2. antid. spec.

Oleum Castorei simp.

Vnguenta.

Cerata.

Suffusis oculis molli medicabere felle,
Felle statimq. aliquam sentiet ager opem.

Item, auctore eodem Bousſueto, ad stimulandam Venerem fel huius belluę alijs non cedit medicamentis, dum sic loquitur.

Fel Castoris ad quid.

Illud idem Venerem eredunt stimulare sopitam,
Et noxa esse tuo, casta Diana, gregi.

Sequitur coagulum Castoris considerandum, quod datum illis, qui morbo comitiali, vsq.
H ad desperationem medicorum, laborant; incredibili adiumento esse solet; quemadmodùm canit Bousſuetus, dum inquit.

Coagulum.

Quin etiam eiusdem plerumque coagula prosunt
Illis, qui læsa mente, animoq. cadunt.
Quosqan diuersis epilepsia distrahit horis,
Hac etenim est multis prompta medela malis.

Post hæc, vrina Castoris se se offert perpendenda, quæ ex Plinij sententia in sua vesica optimè seruari potest, & dari ijs, qui graui, vehementiq. veneno afflictantur; hinc Bousſuetus arripuit occasionem loquendi hunc in modum.

Vrina.

Obsilit mirè diris vrina venenis,
Et vera illorum creditur antidotus.

Cauda quoq huius belluæ nō solùm pro cęca diebus icimij inseruire potest, vt superiùs declaratum fuit; sed etiam ex vsu medico illam esse voluit Olaus Magnus; nā ijs data, qui ob saucia intestina elanguent, mirabilē medicinam præstare dixit. Pellis Castoris inter vsus medicos vltimo loco reponitur. Ex Plinio igitur cinis pellium castoriū eū pice liquida cōbustarū succo porri mollitus, sanguinē vndequaq. manantē, excellēter supprimit.

lib. 18. c. 4.

Pellis.

Hac etiã pelle paralyticos vtiliter vestiti, scribit Albertus; quemadmodùm ad mẽtem Plinij pellibus fibrinis podagricos calcearie ſt putile, vnde ad rẽ Bouſſuetus ſic cecinit. A

Ergo tegit articulos fibrina pelle podagra.
Quidam dixerunt esse salutiferum.

VSVS IN VARIIS.

Dentium vſus

VEnatores non modò Caſtorem coercent propter caudam, quæ ad eſcam eſt idonea, vel propter teſtes, qui in medicina inſignem habent prærogatiũam, vt hactenus explicatum fuit, verùm etiam propter pellem, & alias partes, quæ ad varios vſus, præter medicinales, vſurpãtur. In primis, dentibus Caſtoris de collo puerorum ſuſpenſis, nonnulli aiunt vim ineſſe, nè membrorum aliquod cadentes perfringant; quod, quia ratione careat, ſuperſtitioſum eſſe B arbitramur. Pinguedinem quamdam huius animalis, ex Geſneri ſententia, quidam piſcatores à pharmacopolis emunt, eamq. cum alijs rebus, ad ineſcãdos piſces, permiſcẽt.

Pinguedo ad quid.

Caſtoreum quoq. in multis habet locum. Plinius cum melle ad pſilothra commendat, dummodò pili priùs euellantur, quàm prædicto vnguine partes liniantur. Vegetius, inequis difficultate vrinæ laborantibus, ad Caſtoreum confugit, dùm à collo ad pedes equum linteaminibus cooperiri iubet, deindè ſuppoſitis viuis carbonibus, & addito Caſtoreo, talem parat ſuffitum, vt ad totum ventrem, & teſtes equi diffundatur, confiſtimquè, detractis carbonibus, equum linteaminibus inuolutum, deambulare præcipit, atquè

Pellis vſus.

hoc artificio vrinam equorum ſuppreſſam prouocat. Pellis deniq. ſuis non caret vſibus; nam Voluocem aliqui vocant animal prærodens pubeſcentes vuas, ad quod inconueniens declinandum agricolæ, teſte Plinio, falces exacutas Fibrina pelle detergunt, arq. putant. Bellonius ex Caſtorum pellibus veſtes, & chirothecas ad imbrium, & frigoris in-

li. 2. de mor. gen.

iuriam arcendam, conficit; ideò non præter rationem, Ioannes Bohemus ſcriptis mandauit, Gelonos populos, cum copia Caſtorum redundent, ex eorum pellibus rhenones ſarcinare, & induere. His addit Cromerus huiuſmodi pelles, non modò ad veſtes hyemales conficiendas, ſed etiam ad veſtium & pileorum fimbrias exornandas adhiberi. Ad rem canebat Bargeus hunc in modum. C

lib. 1. Polon.

li. 4. Syriad.

At procul expellunt pluuiamq. imbremq. cadentem
Arte laborata villoſo è Caſtore pelles.

Immò ex pilis mollioribus de ventre præſertim huius animalis pilei, & tibialia integrantur, quæ aquis mirandum in modum reſiſtunt. Bruyerus tradit, Germanos ex lana caſtoris pileos formare, quos poſteà Biſros, ideſt fibros nimirùm pileos de caſtoreo appellãt. Galeas quoq. pelle huius animalis tectas, & quandoq. latas fuiſſe, indè colligimus, quia Baptiſta Mantuanus ſic cecinit.

Sunt quibus amphibium pecus eſt pro caſſide Fiber.

D

DE LVTRA. Cap. XIII.

ÆQVIVOCA.

CVm Lutras è genere caſtorũ eſſe, referat Plinius, hęq. ad Bollonij mentẽ, dempta cauda, caſtoris formã repręſentẽt; à ratione minimè alienum eſſe videbitur, ſi poſt caſtoris hiſtoriam, ad Lutrę mores examinandos accèdamus. At nomen hoc (Lutra) cum neſcio quid ambiguitatis participet, curabimus, vt prima facie æquiuocatio manifeſtetur. In primis Lutram eſſe fluuium, apud Reuſnerum in ſuo Hodęporico, inuenimus, vbi ait.

Lutręq. relicto
Vangionum ſedes veteres, vrbemq. ſubimus.

lib. 18. lect. antiq. c. 40.

Lutra deindè fuit vaſis genus, quo olim vinum diluebatur, vel vas, in quo pocula abluebantur; vnde Cælius Rhodiginus putat ortũ eſſe illud verbũ latinum (elutriare) quod

vinum

E vinum, vel aliũ liquorẽ de vase in vas transferre significat. Lutra neutro genere, seu Lutrone, balnea olim vocabantur. Amplius Rhodigmus, hoc nomine, quandam Nymphã insignitam fuisse, perhibet. Demum Lutra, secundum aliquos, aquã immunda exponitur, nomine fortè à Græcis detorto, quòniam apud Eustathium λῦτρον aqua sordida legitur. Quamobrem Domitius in commentarijs ad Statium Papinium sic legit,

—— vadosa nescius Africa
Lutras adaptatus, insecis
Gurgibus puer innatasti.

lib. 4. Sylu.

Vt esset sensus, statim atq. attigit portum Romanum (Auctore in metaphora permanente) oblitus est aquarum immundarum Libyæ, & Tyberi innatauit; nimirũ barbariem libyeam deponens, linguam Romanam auxit. Tandèm si Lutra tanquam animal quadrupes nobis põderãda se se offerat, adhuc ambiguitate laborabimus; quoniam per Lutrã simpliciter dictam, intelligendum est animal, cuius historia in præsenti capite exaratur,
F sed per Lutram Nili, vel Aegypti Ichneumonem indicabimus, de quo in subsequenti capite verba fient.

SYNONIMA, & ETYMVM.

VEræ rationes mouerunt Varrõnem, vt Lutras etiam Lytras nuncuparet; nimirum, quia huiusmodi bestiæ arborum radices in ripis fluminum succidant, atque dissoluant. *ἀπὸ τῦ λύειν*, nempè à dissoluendo. Alij verò hanc Lutræ etymologiam *ἀπὸ τῦ λούειν*, nimirum à lauando deriuãrũt; quoniam Lutræ, piscem ad escam inuestigantes, frequenter in aqua se diluant. Ideo ab huiusmodi verbo Græco dimanarunt, *λουτήριον*, vasis genus, in quo calices, ex Polluce, abluebantur, & *λοῦτρον*, apud Galenum, balneum in
G morbis oculorum perutile. Albertus autem, Vincentius in speculo naturali, & alij qui Albertum secuti sunt, Luter pro Lutra scripserunt. Nicolaus Myrepsius vnguento duodecimo ad Arthritidem miscet adipem Dilytex, vbi fortè dubitãdum est, an Dilytes nomine Lutram intellexerit. Græcis *ἔνυδρις*, vel *ὔδρις* vocatur *ἀπὸ τῦ ὕδατος*, nimirum ab aqua, quoniam hæc bestia inter *ἔνυδρα ζῶα*, ideſt in aquis degẽtia, locum habeat. Animaduertit Salmasius in Solinũ, quòd lingua Aeolica *λύδρις* pro *ἔνυδρις* pronunciatur. Pariter Herodoto, & Hermolao Barbaro Enydris, vel Enhydris Lutra nominatur. At Plinius ſsub hoc nomine serpentẽ aquaticũ indicauit; alioquin Enydrus apud eũdem gẽma est, sic dicta, quia inclusam aquam retineat. Syluaticus ad Lutram denotandam hydriam pro Enydri, perperàm pronunciauit. Immò Anadriz, pro Enydris, apud Albertum legitur. Suidas Ictim ex genere mustelarum cum Enydri, nempè cum Lutra confundere videtur; dum Ictim Castori simile animal constituit. Theodorus Gaza Enydrim quadrupedem, & ipse, ad mentem Aristotelis, esse statuit, deinde Lutrin, non aut Lutram conuertit. Aetio hæc bellua non immeritò dicitur *κύων ποτάμιος*, ideſt canis fluuialis; quia Lutra, in morem canis, prædam inquirat in aquis. Apud scriptores Arabi-
H cos leguntur hæc nomina (catus aquæ, & catus paludis) quæ forsàn Lutras significabũt. Kipod Hebraicam vocem aliqui Lutram interpretantur, alij aliter, sed Echinum terrestrem denotare suo loco explicabitur. Italis, hoc animal Lodra, Lodria, & Ontra vocitatur. Gallis vne Loutre, Subaudis quibusdam vne Leure, Hispanis Nutria, Germanis, & Anglis Otter, Illyrijs Vuydra.

lib. 37. in comm. ad Arist.
lib. 8. hist. an. cap. 5.
lib. 2. c. 178.

FORMA, DESCRIPTIO.

BEllonius in historia Aquatilium retulit Lutram, excepta cauda, Castorem præsefert, nec non capite canino, & dentibus instar canis venatici esse præditam. Prætereà formam oris quadratam habet, hac de causa huiusmodi Ferę scilicet tàm Castor, quàm Lutra ob hanc oris figuram à Græcis *τετραγωνοπρόσωποι* cognominantur. Deinde habet aures Castoris, gracilliori, & longiori est corpore, oblongã teretem, & in fastigiũ desinentẽ caudam gerit.

Lutra quo Castori assimiletur.

Vulpinis ceteroribus, tamen paulò crassioribus, quibus magis in aqua, quàm in terra valet; habet enim pedes posteriores planos, & membrana cõmunitos, quemadmodũ in castore ponderauimus. Pelle minùs spissa, quàm castor, sed quenti & breui pilo consperſa, nõnihil ad castaneę colorẽ accedente, contegitur. Habemus in historia Indiæ Americę, quòd in fluentis illarum regionũ quædam bestia vagatur *Saricauteme* ab Incolis vocata, quod vocabulum belluam edilem, & gustui gratam significat. Hæc amphibia est partim in aqua, partim in terra vitam agens, non excedit magnitudinem felis, & pilo molli leucophæi coloris est prædita; immò pedes membranis quibusdam fulciuntur, vt in Lutris obseruatum fuit. In eadem historia commemoratur aliud animal nocturne *Sè* insignitis, quæ vox apud incolas aquam denotat; cum vt plurimum hæc bestia in aquis versetur. Huius pellis delicata est, & à venatoribus illarum regionum expetitur. Quocirca bestia eminus venatores conspicata, supra dorsum catulos collocans, caudaq. contegens, confestim aufugit. Quæ bestiarum species, an Lutris annumerandæ sint, aliquam dubitationem legentium mentibus afferunt.

lib. 2.

A

B

NATVRA, MORES, Ingenium.

IN D à natura Lutræ habent insitum, vt in vrinãdo per interualla aerem exertis naribus hauriant; alioquin in suffucationis periculum inciderent. Animal quidem est mordax, in viribus tamen corporis cum castore non comparandum; nam secundùm Albertum, licèt Lutra à Castore expellatur, & occidatur, falsum est, quod aiunt, Lutram à Castore cogi, vt hyeme aquam circa eius caudam moueat, nè congeletur. In antris artificiosè elaboratis, iuxta amnes stabulantur, in illisq. referente Gesnero, ex ramis, & virgis quoddam veluti rabulatum construunt, super quo (ne madefiant) noctu cubare solent. Amplius, tanta sagacitate à natura refertæ sunt, vt (Scaligero docente) per aliquot milliaria ex aquæ riuulo alicuius piscinæ odorem excipiant. Immo facilius auram secundo flumine hauriunt, sed ieiunæ cursum amnis superare possunt; piscibus autem saturatę, sine labore vnà cum aquæ fluxu delabuntur. Insupèr aliquam piscinam ingressæ, mira agilitate naturali, in meliores pisces capiendos feruntur, & quamuis omnes deuorare non possint, in omnes tamen suam seuitiam exercent. Quamobrem, qui in viridarijs piscinas habent, ab huiusmodi animalibus sibi debent cauere, quoniam in illis interdùm magnam piscium stragem edere solent. Denique sciendum est, Lutras non solùm semetipsas ad satietatem, sed etiam propriam cauernam piscibus replere; ex quorum corruptione, & ipsæ, & aer speluncam ambiens, tetrum odorem contrahunt; quocirca Gesnerus tradit, quòd in sua regione homo grauem odorem spirans, instar Lutrarum fetere dicitur. Præter hæc ingenij solertia, plurimùm Lutras valere inde collipit Albertus, quoniam hæ belluæ facilè cicurentur, & alacriter ad colluſiones se accingant. Vnde piscatores, & qui ex piscatu magnam percipiunt voluptatem, Lutram breui tempore cicurant, atque ita edocent vt, dato signo, aquas intrans, magnam piscium copiam in retia tensa ire cogat; quod experimentum non nisi magno Heri emolumento fieri solet. Quid simile narrat Olaus Magnus de Lutris in Suetia cicuratis apud Magnates, quæ, solo Coqui nutu, in piscinam proficiscentes, captos pisces ad ipsum deferunt, idquè toties repetunt, donec iussis Coqui fuerit satisfactum.

Exercit. 215

Aer vbi faciẽ corrumpatur.

C

D

lib. 18. c. 11

LOCVS

LVTRA

LOCVS, CIBVS.

lib.4. HErodotus in Melpomene, Gelonum regionem deſcribens, multis arboribus conſcitam, ingentiq. lacu, conſequenterq. Lutrarum copia refertam eſſe tradidit. Ideo Olaus Magnus horum animalium locum contemplans, ſcripris mandauit, plurimas Lutras circa Septentrionales aquas verſari, præſertim verò Suetiæ, Hellingiæ, Medelpadiæ, Iempthiæ, & vtriuſquè Bohemiæ. Deniq. vitam agunt in illis regionibus, quæ piſcoſis locis ſcatentiquare ex Geſnero Lutræ in Italia, Gallia, Germania, Heluetia, Anglia, & Scandinauia reperiuntur. Hermolaus Barbarus in ripa Boryſthenis, & tota Sarmatia frequentiores eſſe pro comperto affirmat. At Braſauolus aliquas in Italia, vbi Padus mari iungitur, & copioſiores in agro Neapolitano ſtabulari, liberius aſtruiq. Indianũ quoque (vt legimus in quarumdam regionum Indicarum deſcriptione) pelles Lutrarum habent, quas ſecundùm fluuios frequenter capiunt. Verùm animaduertendum eſt, quòd Lutræ non omnes aquas, ſed tantummodo piſculentas amant; iuxta illud Baptiſtæ Mantuani.

lib.18.c.12.

Piſcoſoq. verax habitans in gurgite Lutra.

Amphibiũ animal. Non tamen ſemper in aquis, ſed partim etiam in terra, more amphibiorum, vitam agit, & cauernas habitandas, iuxta huiuſmodi aquas effodit, quod Reuſnerus in Paradiſo poetico eleganter deſcribit hoc diſticho.

Me partim tellus, partim leuis educat vnda,
Piſce natat multo, ſed mea parua domus.

Poſtremò circa locum particularem à Lutris habitatum, vnum animaduerſione dignum notat Geſnerus, ſcilicet Lutras circa flumina, & lacus, Caſtores verò circa fluuios tãtùm verſari obſeruatum fuiſſe. Ex natura loci natalis huius belluæ, lector facilè poteſt venire in cognitionem naturæ ciborum, quibus Lutra veſcitur. Hæc igitur non modò piſcibus, vrgente fame, ſaturatur, ſed quandoq. in proprium ſpecum tantam piſcium copiã congregat; vt indè aeris infectio oriatur, non ſine magno eorum periculo, qui huiuſmodi beſtias indagant, & coercent. Bellonius in hiſtoria Aquatilium, non ſolùm prædicta confirmat; verùm quoq. addit Lutram magna ſolertia piſces venari, nam hæc magno impetu per aquas ruens piſces perterrefacit, illoſq. ad riparũ cauernulas adigit, vt cõmodius præda perfruatur. Prætereà confirmare videtur ſententiam Alberti dicentis Lutram tàm in aqua, quàm in terra venari; dum ſubiungit. Lutras aliquandò, fame ſtimulante, mollibus etiam herbarum cacuminibus veſci. Huic ſententiæ adſtipulatur Georgius Agricola, dum ait, Lutras non ſolum piſcibus, ſed etiam fructibus, & corticibus arborum nutriri, & hyberno etiam tempore à cauernis ad paſtum egredi.

lib.2.

CAPIENDI RATIO.

lib.1. SCribens hiſtoriam beſtiarum in aquatili ſede viuentium cuuſgauit Bellonius, quòd venatores per hyemem, defluxis plantarum foliis, inueſtigandarum Lutrarum, & catulorum ætate proiectiorum labor exagitat; artificia autem, quibus vtuntur, ſilentio inuoluit. Auctor de natura rerum tradidit Lutras quemadmodùm & Caſtores aliquãdò naſſis coerceri. Beſtia enim naſſam ingreſſa, & deuorato piſce, cum ad aerem hauriendum citò egredi, & naſſam diſcerpere non poſſit, breui temporis ſpatio ſuffocatur, atque hoc modo deprehenditur. Bargeus autem planè, & dilucidè loquens ſcriptis mandauit Lutras laqueis pedicis, atq. retibus capiendas eſſe, quæ in piſcinis, & alio loco à Lutris frequentato tendi debent, admonetquè venatores, vt ſint in mactandis Lutris accuratiſſimi, ſtatim atq. irretiuntur, alioquin laqueos, & retia confeſtim dilacerantes aufugerent. Canit igitur Poeta hunc in modum.

Laqueis irretiuntur.

Quid tibi nunc totos paſtantem piſcibus annos,
Arboris, & veteri ſubter radice latentem
Perſequar, & longo deſcribam carmine Lutram?

Teq.

E *Vtq. illam catulis, illam venemur opertis*
Insidijs, captamq. vero cadamus acuto,
Cum primum in laqueos pedica fusè aut rete lapsa est
Rete, quæ solido non vno pondere plumbi
Demissa vndantis intra vivaria, septi
Piscosam excludunt ripa interiore paludem.

Alij, ex sententia Gesneri, illud Silphij genus graue olens (assam fœtidam) nuncupatum in rara tindone ligât, & iuxta flumina, vel stagna, vel piscinas multis in locis suspendût; hoc enim tetro odore, Lutræ pereunt, & fugantur.

EMBLEMA.

F IN libro symbolorum, & Emblematum ex animalibus Camerarius figurauit Lutram pisces in aquis persequentem cum hoc titulo. SÆVIT IN OMNES. Quo argumento viuam tyrannicæ crudelitatis imaginem exprimere conatur, quæ nil, nisi cruentum, & nefarium spirat, omnibusq. est infesta; hac de causa Marc. Tul. Cicero in aureo libello de Amicitia dicebat. *Hæc est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentiæ potest esse fiducia.* Quamobrem Antisthenes philosophus, vt extat apud Stobeum, carnifices in pietate tyrannis præferebat, & rationem assignabat; quia à carnifice homines tantùm iniusti, à tyranno autem innocentes etiam interimuntur. Prædicto igitur emblemati Camerarius subscribit tale distichon. *Embl. 95.*

Plures Lutra necat pisces, quàm condat in alvum.
Sic rabie tumidus sæva tyrannus agit.

G

VSVS IN CIBIS.

CArnes Lutrarum à cibis excludendas esse decreuit Albertus, hac potissimum ratione ductus, quia frigida, & fœtida qualitate redundent. In Germania tamen ab aliquibus in cibum parari Hieronymus Tragus tradidit. Bruyerus quoque verba faciens de re cibaria, carnem Lutræ à rusticis mandi, asseuerantiùs dixit; deinde addidit huiusmodi carnem esse improbi, crassi, lenti, & pituitosi alimenti, consequenterq. in ventriculo difficilem concoctionē admittere; præterquamquòd hæc caro pisces mirum in modum redoleat. Quamobrem refert Gesnerus se intellexisse Carthusianis, qui aliarum quadrupedum carnes non attingunt, Lutræ carnibus non interdictum esse, quod si sit verum nec nè adhuc nobis ignotum est, cum nostræ regiones harum belluarum inopia laborent. His addamus tan quàm coronidem sententiam Olai Magni, qui carnes huius animalis potiùs ad aliarum H bestiarum venationem, quàm ad nutrimentum humanum idoneas esse iudicauit. *lib. 13. c. 31* *lib. 18. c. 11*

VSVS IN MEDICINA.

IVtram virtutibus medicis non carere multi Auctores non vulgares conspiranter affirmant. Ideo adnentem Holerij, Lutra decorticata, & simplicibus medicamentis digerentibus infarcta in veru exassatur, & pingue do virtute ignis distillans colligitur ad tollenda articulorum vitia perutilis. Immò sanguis etiam huius animalis (si credendum est Aeliano) cū aqua, & aceto mixtus neruis humanis intumescentibus conducit. Sed quid de Lutræ testibus dicendum est? Hos Cœlius Aurelianus in affectu epileptico iuxta aliorum sententiam mandi iubet, & postea huiusmodi præsidium non approbat. Verumtamen quidam viri Id experti comitialibus mirum in modum prodesse affirmant; Quapropter cum Castore communem habere facultatem Hermolaus in Dioscoridem promulgauit. Hanc opinionem Aetius cum fall discrepantia approbat, vt testes Lutræ in comparatione ad *Adeps.* *Sanguis.* *Testes Lutræ.*

testes

teſtes Caſtoris in prædictis affectibus expugnandis minùs efficaces eſſe perhibeantur. A
Cardanus tamen agens de rerum ſubtilitate Caſtorem, & Lutram in viribus medicis
non valdè diſcrepare inde colligit; quoniam hæc animalia ambo in ſedo aquatili viuen-
tia adeò calidæ ſint temperaturæ, & tenuium partium, & alimentorum frigidorum fœlicè
Hepar. concoctionem celebrare poſſint. Inſuper Lutræ iecur non eſt omittendum, quod in fur
no toſtum Geſnerus audiuit ad ſupprimendam dyſenteriam laudari. Prætercà pelles
Pilei ex Lutræ pellib. Lutræ aduerſus paralyſim, vertiginē, & capitis dolorē ſalubres fore polliceatur Alber-
tus; hac de cauſa Michael Herus fortè verbis Alberti innixus, pileos ex Lutrarū pellibus
concinnat, quibus paralyſim, vertiginem, & capitis dolorem patientes tecti non vulga-
rem vtilitatem percipiunt. Præter hæc, ex quorumdam Arabum ſcriptis collegimus;
ſedilia ex pellibus Lutrarum parata hæmorrhoidibus non mediocre emolumentum affer-
re. Tandem calecamenta ex pellibus harum beſtiarum confecta ad dolores pedum mi-
tigandos Actius, & Aelianus peridonea eſſe exiſtimarunt.

B

VSVS PELLIS.

Cripſit Bellonius in Aquatilium hiſtoria pelles Lutrarum (vrgente frigo-
re) maximo eſſe vſui, magnoq. pretio vendi ſolere; propterea venatores
magna ſagacitate, & induſtria Lutris inſidiari conantur. Cum igitur pi-
lus harum pellium molliſſimus ſit, nec per vetuſtatem nitorem amittat;
pellis hęc in pretio habetur, & in regione Geſneri ſingula pellis drachmis
argenteis ſeptem vel octo venditur. Olaus Magnus refert pelles Lutrarum apud gen-
tes ſeptentrionales eſſe in frequentiori vſu ob pili tenuitatem ad fimbrias veſtiū exor
nandas. Albertus verò non ſolùm ad fimbrias, ſed etiam ad ornatum circa collum ve-
Pelles Lutrarum ad quos vſus. ſtium virorum, & mulierum commendat. Prætereà, ex eodem Olao Magno, harum pel-
lium copia ad regiones Moſchouitarum, & Tartarorum defertur; quæ in illa frigidiori C
plaga ad humana indumenta ſarcinantur. In Braſiliana regione, vt habemus in hiſto-
rijs, ex pellibus Lutrarum cingula componuntur; quemadmodum Gelones populi, Au-
lib. 2. de Moribus gen. ctore Bohemo, ex Lutrarum pellibus Rhenones conſuunt. Verùm animaduertendum
eſt, quòd pelles Lutræ Caſtoris pellibus tanquàm præſtantiores, & nobiliores præferun
tur. Ideo Germani, teſte Geſnero, multis in locis pileos ex prædictis pellibus conficiūt
vel integros, vel qui ex panno conſtant, & inde ſulciunt. Apud nos hodie ex Lutræ
pellibus chirothecæ villoſæ ad aeris frigidioris iniuriam arcendam conſuuntur. Pellio-
nes etiam noſtri Lutræ pellem integram cum capite cauda, & pedibus accommodant,
Semimanica hyemalis partemquè interiorem pelle vulpina, vel agnina ſuleientes ſemimanicam hyemalem in-
tegrant, & diuendunt. Cæterùm antequam huic hiſtoriæ finem imponamus, ſciendum
eſt ex Olao Magno, pelles Lutrarum quandoquè fumo piceæ vitiari, vt maiorem nigre-
dinem adpiſcantur; quamobrem emptores in hoc debent eſſe cauti, quia ſimplici fictio
ne panno albo facta, adulteratio huius pellis detegitur.

D

DE ICHNEVMONE. Cap. XIV.

ÆQVIVOCA.

A B ordinis ratione non eſſe alienum opinamur, ſi poſt Lutram Ichneumo-
nis hiſtoriam recenſeamus; quoniam & ipſe inter animalia ἀμφιβιζωντα,
ideſt promiſcuè in acquis, & terra degentia reponatur, ideoq. à nonnullis
Lutra Aegypti nuncupatur. Prima fronte igitur ambiguitatem nominis
examinantes, apud Varinum Ichneumonem quadrupedis, & piſcis no-
lib. 5. c. 88. men eſſe inueniemus; ſed quinam piſcis ſit, non explicatur. Edoardus Vuotagens de
differentijs animalium, Ichneumonem ſerpentis genus eſſe pronunciauit; quod aliter

enydrum,

E Enydrum, Crocodili quoquè infensissimum hostem vocant; nam clandestinò occultatur sub herbâ, quam mox Crocodilus voraturus est; vt cùm ipsâ in profundum aluum delabatur; vbi, more Ichneumonis quadrupedis, viscera erodens Crocodilum interimat. Cælius Rhodiginus ad calcem capitis vigesimi scripsit mirandum esse, quod ex Aegyptiorum sententia Nicandri interpres refert, nimirum Ichneumonem Aquilæ speciē, & Herculi sacratam esse. Petrus Bellonius in suis obseruationibus Ichneumonem esse speciem vespæ asseuerauit, quæ phalangium odio capitaliter prosequens tandē superat; fortè hoc nomine insignita, quoniam odorato phalangia inquirat; non secus ac canes vestigia leporum, & Ichneumones quadrupedes Crocodilorum indagant; imò hæc vespa peremptum phalangium (vt aliqui volunt) in parietinas, vel aliud foramen defert, lutoquè oblinit, atq; ex hoc incubando suam speciem propagat. Qui plura de hac vespa videre cupit, historiam Insectorum adeat, vbi de illius natura vbertim actum fuit. *lib. 13. sect. antiq.* *lib. 2. c. 22.*

F

SYNONIMA, & Etymum.

ICHneumon nomen græcum est, & dicitur ἰχνεύμων παρὰ τὸ ἰχνεύειν ab inuestigando; quoniam hoc animal noxia diligenter inuestigans, alimenta à venenis optimè distinguere valeat; vnde ad rem Dracontius de hoc animali loquens canebat,

Prædicis sullum vtrum cuiuscunque venenū.

Sulli enim nomine porculum, nempè Ichneumonem intellexit; propterea à quibusdam Græcis recentioribus ὗλλος cognominatur; nam ὗς porcum, & suem significat, sicquè diminutiuum nomen erit ὗλλος, quod porculum, & sullum denotabit, quia hoc animal, more suis, rostrum in terra ad aliquid inuestigandum semper habeat. Hinc posteà Græcis antiquis ἰχνευμων, vel vt placuit Hesychio, ἰχνευτὴς, hinirùm inuestigator exponitur; licèt Albertus sullum vocari voluerit, quoniam pilos sullis similes induatur. At Bellonius in obseruationibus, scriptis mandauit, hodiè incolas Aegypti huius nominis (Ichneumon) oblitos murem Pharaonis, vel murem Aegypti appellare. Aelianus etiam refert, propter similitudinem, quam communem cum mure habet, murem Indicum Ichneumonē cognominari. Quidam hoc animal mustelæ potius quàm muris speciem constituentes, Damulam, nempè Donolam, ideſt mustelam Aegypti vocitarūt; quam quàm satius esset ad Lutrarum species hoc animal reducere. Marcellinus tamen & Solinus hydrum Ichneumonis speciem esse statuunt; quod optimè de causa Gesnero non arridet; cū hydrus, siue Lutra de qua in superiori capite sermo fuit habitus, plerisquè in regionibus reperiatur. Ichneumon verò est Lutra Aegypti peculiaris, quæ tantùm iuxtà Nilum versatur. Isidorus aliquandò Ichneumonem animal volatile (legendum tamen ex Gesnero
H fluuiatile) Crocodilo valdè inimicum nominauit. Niphus in commentarijs ad Aristotelem narrauit Albertum verbis Arabicis hallucinatum, quâdoquè Ichneumonem Ibim scilicet ciconiam vocitasse, Gesnerus quoquè animaduerit ipsum Albertum pro Ichneumone Anschycamum scripsisse. Imò, iuxta mentem eiusdem, Thyamon ab Auicenna nominatum fuisse. Auicennas quidem aliquandò scripsit aduersus omnia lumbricorum genera pilos animalis nominati Alcasim mirum in modum valere. Sed Bellunensis obseruat in codicibus castigatis non Alcasim sed Haramum legendum esse. Quodnam verò sit huiusmodi animal, se prorsus ignorare fatetur. Ioannes Manardus in epistolis medicinalibus nixus verbis Aeginetæ, quem Auicennas sequi solet, Alcasim Ichneumonem interpretatur; cum ipse Aegineta ad lumbricorum affectū pilos Ichneumonis sussitos idoneos esse promulgauerit. *li. 9. de hist. an. cap. 6.* *lib. 3. tra. 5. fen. 16. c. 16*

FORMA.

FORMA, DESCRIPTIO.

A

Vlti pilos Ichneumonis in colore pilis Lutræ similimos esse existimarũt quoniam Lutræ speciem hoc animal esse statuerunt. Verum non castanei coloris, vt Lutra, pilis reperitus esse dicitur cum Natalis Comitum illos ad nigredinem tendere testificetur, dum canit hunc in modum.

lib. 4. de ven.

Sed neque prateres te fluminis accola vastis;
Quod septem portis vmidum prorumpit in aequor
Ichneumon, villis niger est, & plurima cauda
Corpora parua, dolosq; ingens in corpore parvo.

lib. 2.

At Bellonius, in historia Aquatilium, Ichneumonem corpore melis, & eiusdem pili esse pronunciauit, pedibus nigris, capite oblongo, nare prominula, & iratæ mustelæ rictum B exprimente. Cæterum veterem huius animantis descriptionem ex Petro Gylio diligentissimo rerum naturalium indagatore (cui Maiolo referente) Ichneumonem cicurem habuit, ipsumq; mittens ad Cardinalem Armignacum, talia verba protulit. *Ichneumonem ad te mitto, quem murem Pharaonis, aly Aegyptiacum vulgò nominant; dimidio maior est quàm meles, sed longior & pilis diuersis longis, duris, colorem habentibus proprium multis animalibus Europæi communem, quem declarare non possum. Cauda teres, & longa est, rostrũ suillum, aures semper erectæ, oculi acerrimi, & viuacissimi.* Exquisitiorem etiam huius belluæ delineationem verbis expressam in Obseruationibus Bellonij contemplari possumus. Vbi Ichneumonem corporatura felis longiorem constituit, eiusq; pilos duplicis coloris, nempè albicantes, vel subflauos per interualla, & leucophæos, nec non duros instar pili lupini attribuit. Deindè illi rostrum nigrum, & instar rictus Furonis in genere mustelarum ceuminati assignat; auriculas breues, & rotundas, & crura nigra esse prædicat. Imò quinquè digitos in pedibus posterioribus collocat, quorum postremus ab C interiori parte perbreuis est. Cauda longa est, & crassa potissimum circa lumbos, & tandem testes, linguam & dentes felis habet. Præter hæc, necatum habet peramplum extra foramen excrementi, vndiquè pilis cinctum pudendo muliebri non dissimilem, quem, magnò vrgente æstu, clauso interim excrementi loco, aperire solet; hinc Scriptores indiscriminatim omnes, Ichneumones, & mares, & fœminas esse arbitrati sunt. Gesnerus in Appendice quadrupedum viuiparorum, iconem cuiusdam animalis exhibet, quam clarissimo Brasauolo sub nomine muris Indici acceptam refert, eamque veram Ichneumonis effigiem esse putabat. Sed postmodùm figuram Ichneumonis à Bellonio editam contemplatus, consilium mutauit, quoniam in cauda, & in barba ab Ichneumone discrepare videtur. Quare cum non sit Ichneumon, aliquam tamen bestiam ei congenerem esse opinabimur.

colloq. 7.

Cur Ichneumones mares simul & fœminæ reputentur.

NATVRA, MORES, Ingenium.

D

Vm Ichneumonibus natura hanc proprietatem congenuerit, vt more felium, & mustelarum mures, & serpentes perdant, & depopulentur; nulla prorsus admiratione teneri debemus, si Ægyptij muribus, & serpentibus vbertim lætantes, huiusmodi bestias, in priuatis ædibus educent. Imò Bellonius in Obseruationibus fatetur, se ad hunc finem catulos Ichneumonis in Alexandriæ emporio venales vidisse. Deindè animaduertit Gylius (Maiolo referente) quòd Ichneumon, ranquàm omnem molestiam absorbuerit, nunquam tristitiam facie testatur, sed assiduis collusionibus gaudens semper ad Ludicra paratus inuenitur. Quamobrem Plutarchus in Alexandro hæc habet. *Ipsestionem ob negocia quædam absentem per epistolam certiorem reddit in ludicro aduersus Ichneumonem certamine Perdicca hasta casu Craters femora sauciata fuisse.* Præterea hoc animal à frigore valdè abhorret; itaquè cieur in sinu vel in gremio foueri gaudet; sin secus vitandi frigoris gratia, ea-

colloq. 7.

pite

ICHNEVMON, SIVE LVTRA AEGYPTI.

Hpite intra genitalia abdito, ritu Echini terrestris, in pilam se contorquet. Sed, quod nos in magnam admirationem trahit, est effrenis illius audacia, etenim teste Bellonio, cõspecto eminus aliquo animali, pilos erigit, & tàm animosus est, vt magno etiam cani se opponere non dubitet, & in felem si inciderit, tribus dentium ictibus, illum strangulat. Prædictis addit Gyllius, quod capiẽs cibum assiduè fremit, & tingit ob immensam animi audaciam, itaùt omne animantium genus inuadat, vt equos, camelos, & serpentes maximos, quare non erit mirandum si Crocodilum etiam adoriri audeat. Ideo de tanta huius animantis audacia locutus est Oppianus, Bodino interprete hunc in modum. *Audacia Ichneumõnis.*

Ichneumon brevis est, verùm aquiparandus honore,
Et magna virtute Feris atrocibus vnus,
Corpore quòd lateat solertia tanta pusillo,
Quippe dolis vafris cristatos enecat angues,
Et Crocodilos immanes septemplice Nilo. *li. 3. Cyneg.*

Aelianus verò proprietates naturales Ichneumonum meditans, ipsos vtrinsquè sexus participes, & admodum pugnaces esse constituit; quapropter addit eos, qui in pugna inter se conserta victi fuerint, hac peculiari pœna affici, vt tanquam fœminæ muliebria patiantur; & viciſſim ab eis, qui dimicando superiores fuerunt, victos subigi; vt ob dimicationis insciti am, dolores partus sentiant, & ex patribus, qui ante fuerunt, matres euadãt. A

lib.6.de hist. an.cap.35.

Quod non esse verum ex allata huius animalis descriptione ad mentem Bellonij colligere possumus. Est quidèm veritati consonum, vt voluit Aristoteles, Ichneumones, & seles tot numero fœtus quot canes, eniti. Si noster sermo ad ingenij solertiam dirigatur; nullum animal maiori acrimonia ingenij præditum esse comperiemus. Hoc enim, ex Bel-

lib.2.ca.22

lonij Obseruationibus, aliquid prædaturum, se in pedes posteriores erigit, & vicinam conspicatum prædam, tranquillo per humum corporis tractu paulatim se promouet, & tandem magno impetu ad animal strangulandum se iaculatur. Quid? Aristotele auctore, hæc bestia conspectis hostibus, nimirùm aspide, vel alijs serpentibus, nunquàm

lib.9.de hist. an.cap.6.

illos prius aggrederetur, quàm, dato signo, alios socios ex sua specie conuocauerit. Hinc Orus Apollo in Hieroglyphicis, ad imbecillũ hominem denotandum, Ichneumonem animantem, tanquàm aliorũ auxilio indigentem, figurauit. Deniq; cum aspide dimicaturus, in luto prius volutatus in Sole apricatur, donèc lutum loricę munimentũ acquisiuerit. Si lutum defit, prius in aqua madefactus in puluere sæpè, multumq; se voluit, atq; ita ex improuisis rebus arma ad tutelam ingeniosè captat; vnde Plutarchus industriam huius animalis perpendens, dicere solebat, hanc bestiam præliaturam parùm ab induto thoracem ad pugnam milite discrepare; quoniam hæc aggressura hostem talem luto tunicam sibi comparat, vt loricata esse videatur. Postremò, quia ex Bellonio, instinctu naturali cognoscit se teneras nares, morsuiq; aspidum, & aliorum serpentum valde opportunas habere; idcircò solo caudæ flexu in acerrima dimicatione illas tuetur. B

Quomodo hæc bestia se loricet.

LOCVS, CIBVS.

lib 9.de hist. an.cap.5.

ARistoteles verba faciens de proprietatibus animalium, hanc bestiam Ichneumonem Aegypti nuncupauit, & Niphus in commentarijs addit ita vocari ab Aristotele, quoniam sola Aegyptus hanc belluam procreet. Cæterùm in aquis, vel in terra vitam ducat, variæ fuerunt doctissimorum virorum sententiæ. Vitruuius, scriptis mandauit, quòd ex altera montis Atlantis parte sint alia Nili capita ad Oceanum occidentalem profluentia, vbi Ich-

lib.8.ca.11.

neumones Crocodili, & aliæ bestiæ huius naturæ nascuntur. Strabo quoq; hanc belluam aquatilem constituere videtur, dum scripsit aspidem ab Ichneumone in flumen trahi, & suffocari, quæ opinio ex Nicandro in Theriacis desumpta est, vbi idem recitatur. Verumtamèn Salmasius in Solinum asserere nihil dubitauit argumenta allata non esse idonea ad probandum Ichneumonem esse animal aquatile; nam licèt in limo se volutet, & aspidem suffocet in amne; hinc tamen arguere non possumus hanc belluam in aquis semper morari, sed potius id solertiæ huius animalis attribuere debemus, quod obseruans se non posse alia via hostem opprimere, luto loricatum ad flumen, illum trahit. & quamuis Vitruuius, & alij scripserint cum Crocodilo in flumine vitam agere; attamen Crocodilis & alia amphibia partim in aquis, partim in terra versantur. Quocirca possumus attestari Ichneumonem ad amphibia potiùs, quàm ad aquatilia referendum

lib. 2.

esse præterquamquòd Bellonius in historia aquatilium promulgauerit, Veteres inter animantia amphibia Ichneumonem connumerasse, & bestiam litoralem penès Nilum, sicut Lutra nostris lacubus, & fluuijs est familiaris, constituisse. Gesnerus quoquè opinatur hoc animal esse amphibium, non solùm quia iuxta aquas moretur, sed etiam quia in illis quandoquè Lutræ instar, se mergat. Itaquè concludendum est non in fluuijs, sed circa illorum ripas, & præcipuè Niloticas commorari. Vnde Nemesianus cecinit. C

An sit bellua aquatilis. D

——*& placidis Ichneumona quærere ripis*
Inter arundineas segetes.

De

E De cibo huius animantis certiores facti sumus à Bellonio in Obseruationibus, quòd Ichneumon muribus, serpentibus, & indiscriminatim quibuslibet viuentibus, limace, lacerto, chamæleonte, ranis, & alijs huius generis vescatur. Verùm in primis aues, & potissimum gallinas appetit; quapropter Bellonius primùm, Ichneumonem inter ruinas arcis Alexandriæ obseruauit, qui captam gallinam magna iucunditate deuorabat. His addamus eorum sententiam, qui voluerunt hanc belluam carne hepatis Crocodilorum summoperè delectari; hac de causa sæpissimè illos in litore dormientes obseruat, vt per patulum ingrediens guttur ad comedendum desideratum viscus accedere possit. De hoc loquitur Oppianus, quando Bodino interprete sic canit. *Cibus animalis qualis sit.* *li. 3. Cyneg.*

Neglegit Ichneumon, dum fibras tabe fluentes
Lancinat, & securi accumbens epulatur opimo.
Optatis dapibus plusquàm satiatus Ichneumon
Absilit ex adyto linquens exangue cadauer.

PHYSIOGNOMONICA.

F

Latissimus vir Ioannes Baptista Porta, in suo tractatu Physiognomiæ humanæ, genuinam Ichneumonis effigiem ante legentium oculos repræsentat. Deinde in hoc animali peculiarem oculorum angustiam meditatur, qualem etiam in simijs, & vulpibus, & alijs animalibus huius generis obseruare licet, quæ animalia postmodum dolis, & astu referta sunt, & semper aliquid mali machinantur, vt Polemon, & Adamantius testificati sunt. Albertus verò pupillarum angustiam simijs, vulpibus, & vnionibus perperà assignauit; nam (corrigente Porta) non vniones, sed Ichneumones legere debemus. Insuper cum Ichneumones perdices, & coturnices, nec non etiam galli, ex Aristotele, & Aphrodiseo, animalia insidiosa, & turpi veneri dedita esse perhibeantur; Porta quoque homines prædicta pupillorum angustia refertos ad huiusmodi nefandum, & enorme vitium proclives obseruauit. Prædictis forte fundamentis doctrina Cardani roborata docet quod Ichneumones per quietem vsi deuorant homines, qui adeò hypocrisi delectantur, vt etiã apud amicos aliquid fingere soleant, & ad mouendum animum multo astu irrepant. Quã- *lib. 3. cap. 4.* *li. 1. de insõ. cap. 4.*

G uis quærendum esset à Cardano, quomodò quis dormiens Ichneumonem animal rarissimum, & Aegypto solummodò peculiare videre possit.

ANTIPATHIA.

Aristoteles agens de animantium dissidijs, litteris mandauit Ichneumones hostili odio in phalangia araneorum species conspirare. Sed Ælianus breuiter enarrauit Crocodilos potissimum huic belluæ vehementer infensos esse; propterea limis oculis illũ obseruat, donec somno oppressum intueatur; quia tunc per parulas ingrediens fauces illius, viscera erodens interimit. At, secundum Plinium, ad Crocodilum saturatum, & in

H litore iacentem trochilus vocatus in Italia Rex auium, ob sympathiã confugiens pabuli gratia, rostro, dentes, & fauces Crocodili diligenter expurgat; dum autem huiusmodi functio à trochilo peragitur, Ichneumon illicò in fauces Crocodili insiliens ad ipsum enecandum propetat. Alij historici, nulla trochili facta mentione, necem Crocodilo dormienti ab Ichneumone illatam commemorant; de hac loquens Oppianus Bodino interprete sic inquit. *lib. 9 hist. an. cap. 1.* *lib. 7. cap. 15* *Limis oculis intuetur.*

Callidus Ichneumon versutas instruit artes,
Obliquis oculis obseruat donec anhela
Bellua tranquillo somno perfuderit artus,
Et compertum habeat dormire sopore profundo,
Tùm demùm è cæno squallenti turbidus exit,
Latagq; peruadens temerarius inuolat ora. *lib. 3. Cyneg.*

Hinc miser à somno tandem experrisci tur alto
Saucius, ima ferens diram per viscera pestem.

Cum igitur omnibus exploratissimum sit Ichneumonem, instinctu naturali, Crocodilo odio acerbissimo insectari; asserendum etiam est, ex Aeliano, pro viribus, illius fecunditatem impedire, dum Crocodili oua secundum flumen parta frangendo perdit. Verum, quod magis mirandum est, illa postmodum non comedit, & propterea, illa ad communem Aegyptiorum vtilitatem, conterere videtur. Praeterea Ichneumon in aspidis etiam odium adducitur; illum verò ex Aristotele non prius aggreditur, quàm socios ad ferendam opem acciuerit. Alij dicunt quòd, nulla ope adiutus, aspidem per caudam in flumen trahit, & submergit. Verùm, ex Aeliano huiusmodi pugna sic se habet Ichneumon in arena, praeter caudam, & oculos, obrutus inimicum expectat, quem venientem gyro caudae prouocans, elato capite illius guttur mordicùs comprehendens conficit. De hac aspidis nece verba fecit Oppianus, Rodino interprete dum ait:

Ichneumon fœtos connocat.

Martius Ichneumon non conserit irrita bella,
Sed citò prosiliens fauces inuadit amaras,
Et malus anguem resolutum mandit acutis,
Frustrà lethiferum remouentem ex ore venenum.

Solet etiam Ichneumon, vt nonnulli voluerunt, ante huiusmodi dimicationem, luto se loricare, vt dictum fuit superius. Ideirco Baptista Mantuanus de Ichneumone hac armatura munito locutus est hunc in modum.

Ichneumon cute limosa pannosus, & asper.

Sed rectius id expressit Ricardus libro secundo Austriados dum cecinit.

Visus & Ichneumon liquida se mergere terra,
Et Phœbo siccare cutim nunc fœmina nunc vir.

Alij vt Domitius in Commentarijs ad Martialem in expositione illius versus.

li. 7. epig. 86

Delectat Marium si pernicio sus Ichneumon.

Protulerunt Ichneumonem animal Aegypti belligeraturum aduersus amphisbœnam prius luto in Sole siccato se munire; quod assertum sententiae omnium historicorum reluctari videtur; qui Ichneumonem, & aspidem, non autem Ichneumonem, & amphisbœnam odio capitali inter se dissidere tradiderunt. Quapropter Textor, & Aelianus emulgarunt ab Ichneumone non solum aspidem interimi, sed etiam oua eius diligenter inquiri frangi, & dispergi; quemadmodum de ouis Crocodili traditum est. Insuper addit Plinius tantam antipathiam inter hanc bestiam, & cæteros serpentes versari, vt homines aceto, in quo dissolutus fuerit cinis pellis Ichneumonum madefacti ab omnibus serpentibus euitentur. Denique hæc bellua (Auctore Bellonio in Obseruationibus) ventum maximè abominatur; propterea (ipso flante) accelerans gradum ad latibula quamprimum confugit.

CAPIENDI RATIO.

INter Auctores, qui opus de Feris, quæ venatu capiuntur, vitalibus auris commiserunt, neminem, praeter Natalem Comitum inuenimus, qui de captura Ichneumonum verba faceret, ille enim, in venatione huius animantis, non multùm laboris adhibendum, neque pernoctandum esse autumat, sed proponit pedicas, laqueos, & casses, quibus venator facilem bestiæ capturam assequi potest; alioquin Ichneumones canibus quandoquè coerceri, & leuibus sagittis occidi possunt. Audiamus igitur ipsum de venatione huius animalis canentem hunc in modum.

lib. 4. de ven.

impia fata
Huic pedicæ, laqueique ferunt, casses, canesque.
Fert cuncti is balista necem, si corpora ferrum
Opportuna petat, certamq; ferentia mortem.

EPI-

E

EPITHETA.

A Latinis auctoribus Ichneumon iure optimo solers nuncupari solet, quoniam ingenij acumen, & insignem adoperandum, & belligerandum dexteritatem adhibeat. Aliquādo etiam cautus dictus fuit, quia diligenti cautione ab insidijs hostium, & ictibus serpentum se tueatur. Talem prædicabat Ichneumonem Baptista Pius dùm cancbat.

Ni Nicolaï ferum canis Crocodilon Ichneumon
Diliget.

Pernicios̄us appellatus fuit à Martiali, & pariter à Græcis ὄλοος ideſt exitialis, & noxius, fortè quia multis animantibus, & præcipuè Aegypti serpentibus pernicie̅ afferat. Quare non est admiratione dignum, si ab aliquibus Græcis vocetur ἐριμάχος nimirùm cum serpentibus prælians, & optima de causa ita nominatur, teste Gesnero, quoniam non solùm contra aspidem, sed etiam aduersus cæteros serpentes belligerat. Interdum igitur ab Oppiano ἄρειος, vel ἄρινος, nempè martius, & bellicosus cognominatur. Alibi quoque ad mentem eiusdē Oppiani dictus fuit μεγαθυμὶς, aliter μεγαλοθυμὶς, nimirum magnis viribus præditus; cum animal tàm paruum tanta audacia maiores bestias adoriatur, vt paulo ante fuit expositum.

F

EMBLEMA.

I contemplēres emblemata ab animalibus desumpta, quæ doctissimus Camerarius scripsit, incidemus in emblema nonagesimum nonum, in quo Ichneumon in os hians crocodili dormientis ingrediens depingitur; cum hac inscriptione. NVSQVAM TVTA TYRANNIS. Auctor enim tyrannum cōparat Crocodilo, quæ in flumine Nilo hominibus, & cęteris animantibus minimè parcens iniusum exercet imperium, verumtamen à paruo, & neglecto animali, nimirùm ab Ichneumone interficitur. Pari ratione aliquando à vilissimo, & neglecto homine tyrannus è medio tollitur. Idcirco auctor subscribit huic emblemati distichon huius tenoris.

G

Quem minimè credas, properabit fata tyranno;
Exitio Ichneumon sic Crocodilo tibi est.

Qui huius argumenti plura scire desiderat, legat Xenophontem in Hiero, vbi tyrannum graphicè delineat.

MORALIA.

H

EX naturalibus Ichneumonis proprietatibus multa ad christianam, & moralem doctrinam spectantia Berchorius in Reductorio morali collegit, quæ vt perfecta huius animalis historia habeatur, hoc in loco recensere operæ pretium esse duximus. Ichneumon igitur ex superius rēcitatis, naturali instinctu, multo in serpentes, & præcipuè in aspidem odio permotus lorica ex luto fabrefacta munitus hostem adorieus interimit; deinde inuisum quoque Crocodilum in litore Niliaco sopore detentum aggreditur, & per fauces intrans, ventrē̅q; perforans illum euiscerat. In christiana, & morali doctrina Seruator, & liberator noster Christus Ichneumonis nomine potest indigitari, qui luto humani, & mortalis spolij loricatus aspidem nempè Diabolum superauit, deinde Crocodilum, scilicet Infernū intrās, illum exenterauit, dum sanctos Patres, quos absorbuerat, ex aluo tartarea eduxit. Iuxta illud Oseæ. *Ero mors tua ò mors, morsus tuus ero Inferne* Vel dicendū est quòd Christicolæ debent, more Ichneumonis, loricam ex luto meditationis mortis sibimet ipsis comparare, qua induti in prælio aduersus carnem, & aspidem infernalem semper triumphabūt.

lib. 10. c. 29.

Christus cur Ichneumō dicatur. cap. 13.

A

SIMVLACRA.

CVm Ichneumon inter illa animalia, quæ olim ab Aegyptijs colebantur, infimum locum non occupet; mirandum non erit, ſi illius ſimulacra paſſim conſpicicbantur, & ſi (auctore Ioanne Bohemo) huius animalis cadauera ſale condita, & odoriferis vnguentis linita, vt diutius ſeruarentur, nec nõ in ſindone inuoluta, in locis ſacris ſepeliebantur. Hanc ſententiam roborat Niphus in commentarijs ad hiſtoriam animalium Ariſtotelis, dum profert Aegyptios adorare Ichneumones, & eorum ſimulacra magni penderes quoniam Crocodilorum tori Aegypto infeſtorum ova conterant. Quamuis alij retulerint Ichneumones ab Aegyptijs conſecratos fuiſſe; quia prolem ſerpentum maximam illius regionis peſtem propagari non permitterent. Quamobrem legimus in Phrygij fabulatoris vita quòd Aeſopus, ad extorquendam à Rege Nectenabo cuiuſdam dicti veritatem, iuſſit pueris Ichneumonem cultum ab Aegyptijs tanquàm numen comprehendi, captumque in propatulo verberari, vt Aegyptij de ignominia tanto numini illata coram Rege conquererentur, quod poſteà ex ſententia ſuccеſſit. Aduertendum autem eſt quòd in aliquo textu græco vitę Aeſopicæ ἰχνεύμων, in alio autẽ αἴλουρος nempè felis legitur. Itaquè opinamur Scriptores proprietatibus horum animalium deceptos in hunc errorem incidiſſe; cum ambo ſcilicet tàm Ichneumon, quàm felis mures venentur; præterquamquòd (teſte Plinio) Ichneumon in magnitudine feli comparatur. At Ethnici, vt tradidit Volaterranus, Ichneumonem Latonæ, & Lucinæ dicatum, & ſacrum eſſe voluerunt. Deniq; ſimulacrum Ichneumonis apprimè cęlatum obſeruari poſſit (referente Petro Gylio) in baſi Coloſſi Niliaci in Vaticano, cauda erecta, & capite dormienti Crocodilo inſidians.

li. 1. de mor. gen.

lib. 6. c. 35.

B

lib. 15.

C

VSVS IN MEDICINA.

QVatuor ſunt in hoc animali digna, quæ à medicis conſiderentur, nimirùm lotium, fęces, cutis, & pili quæ omnia ad violentiam aliquorum morborum profligandam perutilia eſſe inueniuntur. Nam Marcellus Empyricus lotium Ichneumonis cum lacte vaccæ nigræ propinatum, in affectione colica, commodum, & ſalutare præſidium prædicat. Galenus agens de compoſitione medicamentorum ſecundùm locos, ex felis ſtercore cum aceto mixto, laborantes alopecia ampliſſimũ fructum eſſe conſecuturos promittit; ſed in Succedaneis Galeno deſcriptis, pro felis ſtercore, Ichneumonis fęces ſupponendas eſſe legimus. Ex cinere poſteà pellis Ichneumonum combuſtæ, non vulgare eliciemus emolumentum; ſi hoc diſſoluto in aceto, ſecundùm Plinij præceptum liniantur homines aduersùs ſerpẽtum morſus; quoniam adipem draconum, & pellem Ichneumonum omnia venenata fugiũt. Tandem pili huius animalis à medica facultate non ſunt arcendi: Quandoquidèm Paulus Aegineta aſſignans lumbricorum curationem, Ichneumonum pilos ad verminationem ſummoperè commendabat; dummodò illorum nidore verminoſi identidèm ſuffumigentur.

lib. 1.

D

lib. 4. c. 58.

D E

E

DE MVSTELIS, ET PRIMVM de Mustela vulgari. Cap. XV.

ÆQVIVOCA.

ICHneumonis historię Mustelarum tractatum annectendum esse iure merito censuimus; non modo, quia hæc ambo animalia ratione corporaturæ maximam inter se conuenientiam habere videatur, & ambo pro victu mures inquirant, sed etiam quoniam rictus Ichneumonis iratam mustelã repræsentare perhibeatur. Mustela igitur, seu Γαλῆ apud Græcos nomen est πολύσημον nempè multa significans. Nam Perottus scribit γαλῆν denotare mustelam. Erasmus vocem hanc modò felem, modò mustelam vertit, & Marcellus Virgilius Dioscoridis interpres γαλῆν mustelam exponit, deinde in alijs plerisquè locis promiscuè felem, & mustelam pro cato vsurpat. Extat quoquè opusculum γαλομυομαχία inscriptum, in quo γαλῆ pro fele sumitur. Idcircò colligendum est hoc vocabulo à Scriptoribus quandoquè plura, quandoquè pauciora significari. Verùm ab Auctoribus nuperis, nomine mustelæ, vel gales, non solum mustela domestica, & syluestris, sed etiam Aelurus, quædam piscis species, & alia multa intelliguntur. Albertus Galen alibi vulpem, alibi hædum, alibi speciem milui ineptè interpretatur. Carolus quidem Figulus in Dialogo de mustelis meminit cuiusdam auis, quæ voce Germanica Vueicter latinè mustela dicitur, quoniam mures mustelarum instar venetur; sed postea qualitates, & conditiones huius auis non describit. In genere piscium mustelus, & mustela recensentur, amboquè (vt opinamur) à mustela quadrupede, non ob colorem, sed ob corporis longitudinem nomen sortiuntur. His orbem piscem nonnulli addunt, quia hunc mustelam leuem indigitant. Lycophron Medusam vocauit γαλῆν nempè mustelam, quoniam post defectum caput Chrysaorem, & Pegasum edidorit, more mustelarum, quæ per os eniti perhibentur. Tandem mustela vocata fuit quædam ancilla Alemenæ matris Herculis, aliàs Galanthis dicta, quæ parturienti heræ, inuita Lucina, opem tulisse fertur; quàmuis alij à mustela quadrupede accurrente, partum Alcmenæ faciliorem redditum fuisse tradiderint.

F

G

Pisces mustela.

Mustela auis.

Ancilla Alcmenæ nomẽ.

SYNONIMA, EORVMQVE Etymum.

H

RAcis mustela γαλέη in prosa γαλῆ nominatur, fortè ἀπὸ τῦ γαλακτος, nimirùm à lacte vel à candore, quo hoc animal vel secundùm totum vel secundùm partem refertum sit. Etenim si fiat sermo de mustela vulgari, & proprie dicta; hæc semper secundùm guttur pectus, & ventrem albicat; aliquandò est tota candida, extremitate caudæ excepta, quam Armellinum appellant; hoc vocabulum, γαλῆ, quandoquè oxytonum, quandoquè circumflexũ apud Auctores legitur; sed vtrumquè Gesnerus nempè oxytonũ tanquàm primitiuũ, & circumflexum tanquam à γαλέη deriuatum admittit. Mustelam igitur dictam opinatur Isidorus tanquàm murem longum, cum telum à longitudine omnes lexicographi deductum esse referant. Alij hanc etymologiam deriuant à mus, & τῆλε, quod est longè. Cæterùm huiusmodi etymologias tanquam nugaces explodendas esse censemus. Carolus Figulus in dialogo de mustelis etymum magis rationi consonum assignat; dùm hoc nomen deducit à μῦς mus, & σύλλω idest ὑποσύλλω nimirùm contraho & surripio; cum mustela mures à cauernis ad se trahat, atquè surripiat; qua de causa mustelam duplici l. scribendam esse arbitratur. Licèt Festus per simplex l. vocem hanc profitendam esse autumet, cum nomina eiusdem terminationis cum mustela ad ipsius mentem, vt tutela, nitela,

lib. 12. orig. cap. 3.

lib.3.Herm. nitela,& medela eodem modo ſcribantur. Ioannes Goropius ingenioſius etymum à A
natura huius animalis deductum,& verbis Germanicis explicatum excogitauit. Nàm,
in lingua Teutonica,*Muyſen*,mures,&*Stelen* furari ſignificat,muſtela igitur quaſi Muy-
ſenſtelen nuncupatur,quaſi tacitè furetur; quod murium proprium eſſe pro comperto
habemus. Illi enim ſpectantia ad victum per taciti noctis ſilentia ſecretè indagant,&
furantur. Geſnerus magis hanc poſtremam etymologiam,quàm à Carolo Figulo alla-
tam commendare videtur, cum nullibi apud Græcos inuenerit, quòd verbum κλαπτειν
furari ſignificet. Verumtamen,vt Figuli partes tueamur,κλαπτειν multos ſortitur ſigni-
ficatus:primò mittere ſignificat,interdum verò contrahere, nimirum ad ſe trahere de-
notat,& in hoc vltimo ſenſu huiuſmodi verbum à Figulo ſumebatur. Accedendum eſt
modò ad examinanda varia nomina,quibus apud varias Nationes muſtela inſignitur.
cap.11. In hebraico textu Leuitici Choled legitur, & vox hæc ab omnibus interpretibus mu-
ſtela conuertitur:à Chaldæo transfertur Chulda,ab Arabe Caldah, à Perſa, Garba, à
Septuaginta,γαλη,& à D.Hieronymo Muſtela. Alioquin ab Alijs κυρβεα dicta eſt, & B
Natura mu ſtelæ. quamuis hoc nomen vulpi potiùs,ob animantis aſtutiam, conuenire ſuperius fuerit ex-
plicatum, attamen ab hac vulpina natura non multum recedit muſtela, cum vetſutijs &
dolis cætera animantia circumuenire ſoleat. Niniphi ſortè Nimfi apud ſyluaticum le-
gitur,quoniam νυμφίτζα,ideſt Nymphitza hodie,auctore Suida,à vulgo Græcorũ pro-
Fethis quid nunciatur. Reperitur etiam Fethis apud Albertum in Ariſtotelem de animalibus,quod
lib.9. vocabulum non aliud,quàm muſtelam indicare videtur,quoniam addit hoc animal mo-
re vulpium ingeniosè gallinas adoriri. Præterea apud Albertum pro muſtela habe tur
Hyrzus qd. etiam aliud barbarum vocabulum Hyrzus. At Geſnerus putat prædicta voce ab illo ſi-
gnificari leporem,cum proprietate ambobus animalibus communi Albertus fuerit dece
Animal ha- ptus:nam tàm lepus,quàm muſtela ſæpiſſimè catulos ſuos de loco ad locum transferãt.
beninum. Alibi quoquè Albertus quoddam animal Habeninum nominat, quod præliando vincit
animal dictum Pelagoz, hoc autem ab Auicenna nomine muris cæci nimirùm talpæ
circumfertur;propterea cum hæc à muſtela ſupetetur,Geſnerus per Habeninum muſte C
lam intelligere voluit. Ibanauge muſtela etiam dicitur, vt vetus Gloſſographus Aui-
cennæ exponit. Ibinuers conuertitur Belula apud ſyluaticum. Belula verò muſtelam
lib.13.de re deſignare videtur,voce à Gallis detorta,quibus,teſte Bruyero,hoc animal vocitatur Be
etb.cap.35. lera,quaſi bibens ouum,cum auium oua inquirens ſorbere ſoleat. Hiſpanis dicitur Co-
madreia,Germanis Vuiſel à ſono vocis,quem muſtela edit,vt voluit Agricola, Anglis
Vueſell,vel Vueſyll,Illyrijs Kolczauua. Italis Donola,quaſi Damula ſic dicta, vt pla-
cuit Iſidoro,quoniam capta de manu facilè auſugiat. Hic notandum eſt fuiſſe nonnul-
los qui Ichneumonem Damulam,ſiue Donolã appellauerint;cum tamen hæc nomencla-
tura propriè vulgari muſtelæ,non autem Ichneumoni competat. Quidam hodiè muſte-
lam Mygalen perperàm indigitarunt;nam Mygale murem araneum denotat. Verùm ij
morſu vtriuſquè animalis venenato,& pernicioſo hallucinati in prædictum errorem in-
ciderunt. Albertus quidem muſtelam tantùm marem Mygalem nũcupari aſſeueraut.
Hoc autem tanquàm falſum doctiſſimi viri explodunt,quoniam mus araneus, & mas, &
Embl.79. fœmina, nomine mygales,ſemper intelligitur. Reliquum eſt,vt de nominibus muſtelæ D
albæ aliquid in medium afferamus. Hæc ab Alciato mus albus nuncupatur, Alijs mus
laſitius, quoniam muſtela alba Polonis laſſica dicatur, vt animaduertit Geſnerus,
quamuis genus muſtelæ candidum in extremitate caudæ nigricans,cuius iconem hic da-
mus,alijs Polonis Gronoſtharij vocitetur. Anglis Mineuer per tranſpoſitionem litterа-
rum vocabuli Gallici Herminne. Vnde aliqui in Heluetia Hermelin,& Itali Armel-
Armelinus. linum muſtelam albam vocitant. Noſtri etiam pelliones paruam pellem albam in ex-
trema cauda nigricantem,ſub nomine Armellini,demonſtrant. Quapropter quidam ab
armillis etymum deſumpſiſſe exiſtimarunt,quoniam manicæ veſtium, armillæ inſtar,
pellibus horum animalium olim exornarentur. Nec ambigere debet quiſpiam dicen-
do Armellinos in genere murium,non autem muſtelarum à Priſcis collocatos fuiſſe,quo
niam Antiqui nomine murium(vt inquit Turnebus) non modò mures propriè dictos,
vetùm quoquè omnes minores Feras pelle cõmendabiles intellexerunt in quorum ge-
lib.14.epiſt. nere reponuntur Martes,Armellini,aliæquè huius generis muſtelæ, quæ alio nomine
mures longi cognominantur.Quamobrem Seneca ad rem ſcripſit hunc in modum. *Ma-
gna Scytharum pars tergis vulpium induitur, atq; murium,qua tactu mollia, & ventis ſunt
impenetrabilia.*

GE-

E

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Descriptio.

DLinius mustelarum appellatione,& Ictica, & Galen complexus duas species constituebat,alteram in domorum tectis errabundam,& domesticam, alteram in agris,& nemoribus versantem,& syluaticam cognominabat. Primam Matthiolus in commentarijs ad Dioscoridem,vulgarem, Cardanus, & Niphus vrbanam;secundam verò rusticam indigitarunt. Hanc postremam distinctionem Gesnerus non multum commendat, cùm mustela domestica non solùm circa domos vrbium,sed frequenter etiam circa habitationes agricolarum oberret. Deinde reprehendit Niphum,& Marcellum Virgilium, qui per mustelam vr-
F banam felem interpretati sunt. Isidorus à doctrina Plinij minimè recedens prædictam diuisionem amplectitur. At Textor in sua officina tres mustelarum species nempe Galen, Ictin,& Melem in rerum natura reperiri decreuit. *Tom. 2.* Carolus Figulus,in Dialogo de mustelis, duas differentias vulgaris mustelæ assignare videtur, dum alteram totam albã Hermellam,alteram secundùm ventrem,& pectus candidam Vuiselam appellat. Vtrum *Differentiæ mustelæ vulgaris.* postea mustela vulgaris tractu temporis in candidam degenerare possit,vt multi fatentur, alijs iudicandum relinquimus. Præter enumeratas multò plures mustelarum species in officinis pellionum ostenduntur,qui pelles Martium cãm fagorum tùm abietum, Putorij,& Zibellini ad pretiosas vestes fulciendas, & ad semimanicas hyemales parandas ex plaga septentrionali deferri curant. His addamus multas alias mustelinæ magnitudinis belluas,quas Auctores ad genus mustelarum referendas esse opinantur; sed quoniam exactam illarum descriptionem non assignarunt;hac de causa illas tantùm hoc in loco nominabimus. Albertus Magnus meminit cuiusdam,quam Rossolam, seù Guiselem vocat,cuius excrementum odoriferum est;idcoquè proprium fimum in vnum locũ *Rossula.*
G congerit,quasi naturali instinctu hunc hominibus prodesse nouerit. Alij ad genus mustelinum quadrupes digitatum varijs maculis insignitum, & salamandram dictum reducunt;fortè quia ob colorum varietatem salamandræ ex genere lacertorum assimiletur. Nostri Pelliones nigri,rutiliquè coloris paruam pellem ex regionibus frigidis delatam ostendunt,hancquè Rosoleum vel Romulum nuncupant. Alij Chiurcam inter mustelas connumerant. Alij Girellam muris genus in Austria magnitudine mustelæ,generi mustelarum adnumerant,sed conditiones horum animalium non describunt. Georgius Agricola in genere mustelarum Vormelę animantis Viuerra, seu Furone minoris meminit,& Cardanus Lardironi.Idem Cardanus Genettham quamdam mustelam esse statuit; sed de natura huius animalis statim post historiam mustelarum agetur. Deniq. Georgius Agricola mustelam vulgarem describens,in lateribus,& dorso rutilam, rarò subflauam,circa gutur semper albam,aliquandò totam candidam; sed rariùs,illam constituit. Idcircò tradidit Gesnerus mustelam domesticam subrubram esse aliquantulum ventre,& collo albis,deinde corpus tenue rotundum,& caudam breuem ei assignat.
H Albertus autem de mustela candida sermonem habens scriptis mandauit, Ermineum esse animal candidum figuræ mustelarum,& in extremitate caudæ nigerrimum, quemadmodum in præsenti icone licet intueri.

MVSTELA CANDIDA IN EXTREMA CAVDA NIGRICANS
cum pulegio, quod nonnullis Botanicis Galeopſis dicitur.

ANA-

E

ANATOMICA.

GAlenus in libris de Anatomica administratione Mustelas etiam ad anatomen idoneas esse prædicauit, dū illas se disecuisse fatetur; propterea in libro de Anatomia viuorum, omnes animantes effreni audacia Insignes paruo corde præditas esse veluti Mustelas obseruauit. Hoc Galeni assertum apud Scriptores non est extra omnem dubitationis ansam; quoniam ex Aristotele habemus mustelas corde magno à natura munitas fuisse. Non nulli viri docti respondent cor mustelarum ex mente Galeni intuentibus paruum esse, sed in cōparatione ad cętera animantia eiusdem magnitudinis ex Aristotelis sententia magnum esse pronunciandum est. Itaquè hac distinctione Galenum cum Aristotele conciliare conantur. Si contemplationem hanc ad mustelarū dentes dirigamus, inueniemus dentes priores breuiores esse, quàm in muribus. Vnde optimo iure scribebat Albertus Mustelas corporis figura muribus esse similes, dentesquè anteriores breues habere, quales in muribus non licet intueri. Ideò colligit Albertus, tùm propter hanc rationem, tùm quia mures infectantur, & enecant, Mustelas ad murium genus nullo modo reducendas esse. Vt igitur, quòd de dentibus hactenùs exposuimus omnibus manifestum euadat; libuit iconem cranij Mustelæ exhibere.

lib. 6. cap. 2.

Cor magnū in mustelis.

F

CRANIVM MVSTELAE.

VOX.

MVstelarum vocem tradit Gesnerus acutam esse, sibiloquè serpētum valdè similem; hac de re Germani à fono vocis huius animātis, nomen illius per onomatopęiam formarunt, vt in Synonimis enucleauimus. In speculo autem naturali Vincentij Mustelæ triuolare feruntur. Deniquè Auctor philomelæ in tractatu vocum omnium animantiū Mustelam dintrire perhibet, dum canit hunc in modum.

lib. 22. cap. 2

Mus auidus mintrat, velox mustelaq́ dintrit.

NATV-

NATVRA, MORES, Ingenium.

Vimus mustelæ qualis.

MVlti ſcribunt hoc à natura Muſtelis fuiſſe congenitum, vt, accedente brumali tempore, profundo ſomno corripiãtur: quod à veritate alienum eſſe Geſnerus fatetur; nam illi retulit quidam μεσόπυον, media hyeme, extra vrbem muſtelam albam viſam fuiſſe; præterquamquod vrgente etiã bruma circa priuatas habitationes Muſtelæ etiam vagari viſæ ſunt. Hoc igitur docet has beſtias ſomno non multùm indulgere. Præterea cuiuslibet Muſtelæ ſimũ nonnihil moſchum redolere Matthiolus pronunciauit, & potiſſimùm quando hæ animantes per agros, & per ſyluas liberam vitam agunt. Amplius hoc inſitum habent à natura, vt ratione ætatis varium colorem adipiſcantur; nam Phyſiologi referunt primo anno rufas, ſecundo, mixto colore, tertio tandem albedine refertas eſſe; quod aliqui verum eſſe inde exiſtimant, cum etiam homines ſenectuti appropinquantes canitiem induant propter pituitam, quæ, calore naturali decreſcente, copioſa in corporibus generatur. Item rerum naturalium ſcrutatores, id Muſtelis naturam indidiſſe promulgarunt, vt catulorum amiſſam viſionem quadam herba ad priſtinum ſtatum reducere valeant. Quocirca ſi credendum eſt Bartolomeo Anglico, Muſtelæ quadam planta catulis in caſ. 18. c. 72. uerna læſis medentur, & mortuos etiam ad vitam reuocant. Cæterùm animaduertendum eſt inter animalia Muſtelas facilè cicurari, & præcipuè quandò ad mentem Cardani, illarum dentes allio perfricãtur, quia impoſterùm quempiam mordicus apprehẽdere non audent, & cicuratæ colluſionibus quotidie indulgent. Itaquè T. Veſpeſianus Strozza in epicedio cuiuſdam cicuratæ Muſtelæ ad rem ſic cecinit.

Nil potuit puero te gratius eſſe, nec illi
Morte tua quicquam triſtius eſſe poteſt.
lib. 6. Erot. *Tu digitos blando tentabas improba morſu,*
Porrecto ludens ſemiſupina pede,
Et mollem è labijs noras ſorbere ſaliuam,
Et quiddam exiguo murmure dulce queri.

Amplius Muſtelæ exiguam quidem habent corporaturam, ſed tantis dolis, & verſutijs animus earum refertus eſt, vt animalia etiam ſeipſis maiora ſuperare valeant. Quamobrem Simonides apud Stobæum in ſermone, quo mulieres vituperantur, diuerſa mulierum ingenia recenſet, tandemquè concludit illud genus mulierum triſte eſſe, cuius ingenium Muſtelis aſſimilatur. Muſtelæ igitur primùm præſtantem ingenij ſolertiam oſtendunt, dum caueas duobus foraminibus munitas extruunt, quorum alterum Septentrionem, alterum verò meridiem ſpectat, vt venientibus pluuijs, & tempeſtatibus, feneſtram obturando occurrere poſſint. Deinde ſingulari amore proprios fœtus adeò proſequuntur, vt ſæpius in ſpatio diei naturalis illos de loco ad locum transferant, cum dubitent, ne ſurripiantur. Hinc factum eſt (teſte Ariſtotele) vt multi crediderint muſtelas ore parere, cui opinioni omnes poetæ adſtipulantur. Verùm non ſatis mirari debemus ſententiam Chriſtophori Encelij viri alioqui doctiſſimi, qui hãc vulgi opinionem probans literis mandauit ſepias, loligines, & ſquilas ore coire, & parere. Denique Muſtelam acuto natam ingenio indè colligendum eſt, quoniam cum ſerpentibus præliatura, ruta prius ſe munit, deindè audacter pugnam aggrediens palmam reportat. Huius rationem aſſignans Ariſtoteles dicebat, Muſtelam aduerſus ſerpentes rutam comedere, quoniam huius plantæ odor ſerpentibus infenſiſſimus eſſe perhibetur. Hinc medici non ſine ratione, hanc herbam venenorum alexipharmacum eſſe promulgarunt. Recitant etiam Phyſiologi omnes quidem ſerpentes, & etiam Baſiliſcum à Muſtela interimi, cum hoc tamen diſcrimine, vt, Baſiliſco interempto, ipſa etiam pereat.

lib. 3. de gen. an. cap. 6.

lib. 3. de nat. ſuſ. cap. 54.

lib. 9. de hiſt. an. c. 6.

LOCVS

E

LOCVS.

REtulit Strabo non longè ab ortu Nili in Mauritania Mustelas versari præ grandes, quæ à cæteris nonnisi in rictu eminentiori, & oblongiori discrepant. In territorio Tartesi vrbis extra columnas Herculis sitæ, maximas Mustelas nasci Suidas est auctor, vndè γαλῆ ταρτησία dicta est; sed quo pilo, vel quibus conditionibus gaudeat, ignoratur. Habemus etiam in prima parte historiæ nauigationis in Indiam orientalem, quòd multi Gercopithuci, & Mustelæ loca syluestria Insulæ Iauæ incolunt. Plinius in Poradeselene Insula Mustelas collocat, sed limites non transire asseuerat; addit què Albertus in Bœotiam delatas, aut perire, aut statim aufugere. Mustelæ albæ, seu Armellini ex regionibus Europæ ad Septentrionem sitis mittuntur, vbi maiori parte anni hyems, & frigus dominatur. Has Mustelas Gesnerus à Germanicis discrepare non putat, nisi in pilo, qui tenacius pellibus adhæresceret. Albo potissimum Russia (teste Erasmo Stella) suo Moscouia Cronio mari adiacens Mustelas albas, siue Armellinos mittit. Olaus Magnus Lanzeruccam Scandinauiæ syluam, cuius longitudo est ad octuaginta milliaria, Mustelis albis redundare scripsit. In regionibus montanis Germaniæ (vt annotauit Gesnerus) multæ Mustelæ æstate fuscæ, vel subrutilæ, & hyeme candidæ vagantur. Ad finem si loca particularia à Mustelis habitata inuestigemus, apud Albertum cauernas terræ fissuras petrarum, interdum fœnilia, & stabula ab ipsis inhabitari comperiemus, si

lib. 17.

Armellini vbi sint.

VICTVS.

REponi potest Mustela in numero eorum animantium, quæ omnibus ferè rebus victitant; nam primò pascitur serpentibus, insidiatur vespertilionibus, & vt plurimùm muribus vescitur, quos (vt inquit Porta) proprio halitu à foraminibus atq; cauernis extrahit. Deinde non vnum, sed omne murium genus, nimirum domesticos maiores, & minores, agrestes omnes, & talpas etiam deuorat; quoniam ob corporis gracilitatem angusta etiam foramina melius, quàm felis subire potest; illeq; mures multò plures, quàm ille absumit. Propterea multi rustici, & potissimum monticolæ (teste Stumpfio) loco felium ad mures destruendos Mustelas domi nutriunt. Nec Mustela murium pastu contenta, auibus quoquè insidias tendit; nam ex Aristotele, prudenter illas capit; iugulat enim quas ceperit, vt Lupus ouem. Vnde Oppianus, Bodino interprete, sic canebat.

lib. 7. phys. cap. 15.

Mustelas pectore vafras,
Quæq; domus propriæ nidos populantur iniquè.

li. 2. Cyneg.

Hoc quoquè non fuit ignotum Baptistæ Mantuano, qui ad rem cecinit hunc in modum.

Quid prædę Mustela ferat, Mustela volantum
Dira lues auium, nidos scrutatur, & ipsos
Sæpiùs absumit tenero cum pignore matres.

Plinius addit columbarijs quoq; Mustelas infensas esse, quoniã oua absorbent, & auibus etiam interemptorum sanguinem sugunt. Immò oua etiam gallinarum furantes, fracto putamine, vitellum cum albumine lambunt, gallinis autem (vt audiuimus à rusticis) nõ sunt infestæ, quod Stumpfius etiam confirmauit, qui scriptum reliquit, gallinas tantùm à mustelis syluestribus, nempè martibus, & putorijs iugulari. Aelianus addit quòd mustela defunctos inuadit, & eorũ oculos diripiès libenter absorbet. Ideò posthàc nulla tenebimur admiratione, quandò audiuerimus huiusmodi bestias in cœmeterijs circa mõnumenta errabundas reperiri. Demùm leporibus etiam insidiatur; nam ex Alberto post longam collusionem, leporem defatigatum iugulat. Quarè non est mirandum, si quidã rusticus Gesnero narrauerit, visam fuisse mustelam, quæ leporem aure teneret.

lib. 29. c. 4.

lib. 13. c. 17.

PARTVS.

INualuit opinio apud antiquos Muſtelas ore fœtare, cum ſæpius catulos ore ſuſceptos transferri obſeruaſſent. Idcirco Reuſnerus in Paradiſo poetico id exponens ſic aiebat,

Ore paris Muſtela rapax, & concipis aure;
Tu magnis auibus parunla terror eris.

Hanc opinionem primum Ariſtoteles, deinde Iſidorus, & alij clariſſimi viri refutarunt; cum Muſtelæ, vt cæteræ animãtes fidipedes, vtero ſint refertæ, nulluſquè in ſignis meatus ab ipſo ad os pateat, per quem fœtus in lucem exire poſſit. Verùm magnam errandi anſam priſcis auctoribus fortè attulit illa fabula Galanthidis ancillæ matris Herculis in Muſtelam transformatæ, quam recitat Ouidius. Scribens, ab Alcmena Herculem paritura & difficultate partus laborante, Lucinam, quæ parturientibus præeſſe dicebatur, inuocatam fuiſſe, Lucinamquè figuram anus indutam, Iunonis iuſſu partui non ad facilitatem, ſed ad difficultatem afferendam adfuiſſe; ideoquè illa manuum digitis cancellatim iunctis genua tenens iuxta ianuam Alcmenæ ſedebat; cum Galanthis Alcmenæ ancilla ſuſpicata eo geſtu Lucinam parturienti eſſe impedimento, accedens & quaſi gratias agens falsò ei nunciauit Alcmenam partu eſſe ſolutam: quòd cum Dea intellexiſſet ſurrexit; ſtatimquè Alcmena Herculẽ enixa eſt. Tunc Dea, ob hanc ludificationem, indignata Galanthidem in Muſtelam trãsfigurauit, ea tamen conditione, vt ore pareret, quo mentita fuerat. Verba igitur Ouidij ſic ſe habent.

Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt.
Ridentem, prenſamq; ipſius Dea ſæua capillis
Traxit, & è terra corpus releuare volentem
Arcuit, inque pedes mutauit brachia primos;
Strenuitas antiqua manet, nec terga colorem
Amiſere ſuum, forma eſt diuerſa priori.
Quæ quia mendaci parientem iuuerat ore,
Ore parit, noſtrasquè domos, vt & ante, frequentat.

lib. 9. Metamor.

Vel etiam fabula de Muſtelæ partura potuit diuanaſſe ex hiſtoria animalium Alberti, qui ſcripſit Damulam (ſiue poſteà hoc nomine capreæ quoddam genus, ſiue Muſtelam intellexerit) parientem ſtatim ſecundas, priuſquàm terram attingant deglutire; quamuis nulla prædictarum belluarum ſecundas deuoret. Galeotes tantùm ideſt ſtellio, nõ gale, ideſt Muſtela ſuam exuens ſenectutem deuorare dicitur, propterea fieri poteſt, vt Albertus galeotem cum gale confundens hallucinatus fuerit.

lib. 22.

CAPIENDI, & FVGANDI RATIO.

RAter laqueos, & retia, quibus Muſtelæ comprehendi poſſunt, multi cogni to ſpecu, in quo ipſæ ſtabulãtur, atquè fœtificant, manibus chirotheca fœtea munitis catulos vnà cum matribus facile coercent, & catenulis vinciunt. Si ſal ammoniacum, & frumentum, vel vt alij legunt) fermentum cum aliquo liquore diſſolutum, & circa loca à Muſtelis frequentata aſperſum, ab illiſq. voratum fuerit, teſte Porta, vel interibunt, vel illinc aufugient. Plinius (referente Porta loco citato) fel ſtellionum, vel chamæleontis in aqua diſſoluit, atquè hac ratione Muſtelas congregat, quæ poſtmodùm facilimè mactari poſſunt. Auicennas ad Muſtelas pellendas rutam adhibebat. Alij verò ſucco rutæ montanæ à gallinis Muſtelas arcent. Cardanus omne Muſtelarum genus nidore felis exuſti in fugam vertere profitetur. Deniq; Conſtantinus Cæſar in ſua agricultura Muſtelam viuam comprehẽdi, eiuſque caudam, & teſticulos amputari, viuamq; dimitti iubebat; ſicq; impoſterùm nullas Muſtelas in illa regione vagari pollicebatur.

lib. 15. Magnal.

lib. 12. ca. 3.

AN-

E

ANTIPATHIA.

ARistoteles verba faciens de dissidijs animantium, multa animalia Mustelæ valdè inimica recenset, & primò inter aues coruum, & cornicem, huiusquè antipathiæ assignans rationem dicebat, quoniam oua prædictarum auium à Mustelis absorbentur. Deindè gallinas capitali odio prosequitur; idcircò hæ, vt docti viri tradunt, audita Mustelarum voce, serè exanimantur, quamuis gallus aduersus ipsas acriter decertet. Præter aues quadrupedibus etiam Mustela præterieus timorem incutit; quapropter scribebat Aelianus, quòd omne iumentum Mustelam reformidat, & Textor addit suem quoquè Mustelis admodum inimicum esse. Sed quid dicemus de fele? cum Mustelæ necessariò in eius odium rapiantur; illas enim catus inuadit, ipsæ autem acriter se defendentes tandem euadunt. Postremò notandum est Mustelas hostili animo in serpentes seuire, sed F potissimum in eos, teste Alberto, qui muribus vescuntur. Iacobus Vitriacus, in historia Orientis, literis mandauit quòd Mustela capitali odio à cunctis serpentibus, sed præcipuè à basiliſco dissidet, quapropter homines illas immittunt in foueas, & fissuras basiliſci, vt illum fugientem Mustela coerceat, & mactet. Licèt Leuinus Lēnius dixerit à Mustela soliis rutæ armata basiliſcū in caueis delitiſcentē euocati, atq; conteri. Demū scien dū est huic bestiæ buſonē esse odioſiſſimū, contra quē, ramo rutæ munita, decertat, ipse autē odore rutę grauiter offensus illicò fugit. Verū in prælio aduersùs serpētes nō solū ad rutā, sed etiā ad ſonchū, tanquàm ad veneni alexipharmacū, Mustela confugit. Nam Antonius Gigas vir rerum naturalium petitiſſimus narrauit aliquādò ex relatione Guidozzi Guidarelli viri fide digni, & pharmacopolæ eruditi, hanc bestiam, ſoncho degustato, in pugna contra serpentes validiorem fieri; quod ipse proprijs oculis obseruauit, dū Maio mense, extra vrbem herbas quæritaret; vbi Mustela cum serpente certans sępè cicerbitam, vel ſonchum mandebat, quod cum sæpiùs reiteraret, & rursùm cum serpente dimicaret; serpens, cognito Mustelæ præsidio, herbam totam extirpauit. Vnde Mustela denuò ad suam antidotum, tanquàm ad asylum confugiens, ipso non inuento, à ser G pente dilacerata est.

lib. 9. de hij an. cap. 1.

tom. 2. off.

MVSTELÆ VENENVM, & Medela.

VStachius Rudius in tractatu de venenis Mustelam facilè rabiem concipere, & ab ea vehementer cruciari testificatur, vnde eius morsus, qui sem per est pernicioſus, tunc lethalis euadit. Quamobrem ab Aeliano interitus Aristitidis à Mustela demorsi proditus est litterarum monimentis. Aristitides autē fuit Luctensis morsus à Mustela, & præ morbi grauitate inter tiés dixit, multò sibi iucundiorē mortē futuram fuisse, si vel ex Leonis, vel ex Pardi, quā ex huiusmodi contemptæ bestiolæ morsu contigisset; idcirco ipse acerbiùs ignominiā H morsus, quàm ipsum obitum ferebat. Morsum igitur huius bestiæ, licèt rabie non afflictetur, venenoſa qualitate non carere partes demorsæ indicant, quæ statim liuorē quōdam contrahunt, deinde ex vberibus vaccarum à morsu hūius bestiæ sæpè consauciatis id colligendum est, quæ statim inflammatione corripiuntur. Immò grauis Mustelæ hālitus idem arguit, quem spirat eo potiſſimum tempore, quo ingentes irarum motus concipit. Auicennas igitur pondcrans Mustelæ venenum morsu animantibus communicatū symptomata etiam huiusmodi venenū concomitantia assignauit; dum dixit partes fauciatas veloci dolore affligi, & citò colorem fuscum adipiſci, nam à dentibus, & vnguibus animalium rapacium nonnihil venenoſi participantibus calor membri demorſi facilè extinguitur. Vnde ad præsidia statim confugiendum est. Nonnulli vbera vaccarum à dentibus huius bestiæ læsa, pelle ipsius Mustelæ fricant, & sanitati restituunt. Auicennas loco citato ad morsum Mustelæ præscribit emplestrum ex cæpa, & allijs compoſitum;

lib. 4.

lib. 13. de var. hist.

lib. 4. fen. 6. tract. 5.

nec non ex ficubus immaturis cum farina orobi partibus demorsis applicandum. A
Idem, in capite de eruca, syluestrem eruçam cum vino odorifero, tanquam Theriacam in morsu Mustelæ commendabat. Camerarius in vulneribus à dente Mustelæ inflictis laudat oleum, in quo prius Mustela suffocata computruerit, vel locum saucium arida huius animalis pelle adeò fricat, vt incalescat, & tãdem theriacam iumento vulnerato exhibet. Ad finem fel Mustelæ tantùm contra virus aspidis est efficax: alioquin scribit Rhasis esse lethiferum, nisi remedia maturè adhibeantur.

EPITHETA.

AVarijs effectibus, & affectibus Mustelas varia epitheta sortitas fuisse auctores non vulgares perhibent. Aliquando dicuntur γαλιάγχονες (vt animaduertit Porta) vel quia suaptè natura partes circa fluxuram cubiti gibbosas, & tumidiores habeant, vel ob aliquam ægritudinem, in quam sæpè incidant, hinc postea arguebat Porta hoc animal in morbis articularibus non vulgarem habere prærogatiuam. Columella Mustelas auidas appellabat, fortè quia in omne genus edulij libenter ferantur. Quapropter à Græcis Mustela non immeritò παμφάγος, ideſt omnia vorans nuncupata est; quamuis à venatione, & esu murium μυοκτόνος præcipuè vocitetur. Reperitur apud Græcos hoc nomen adiectiuum, ἀγριωπός, quod habẽtẽ agrestẽ aspectũ significare videtur; hac de re placuit viris doctis hoc epitheton Mustelis assignare. Tandem hæc bestia pauida à Latinis dicta est, quia homines reformidet, aliquandò introrepens, quia angusta sublimium etiam parietum foramina, venandi gratia, ingrediatur, & velox, quoniam mures quocunquè alacriter currentes sua velocitate assequatur.

lib. 3. Phyt. cap. 10. B

DENOMINATA.

C

CVm multa sint, quæ a nomine tùm Græco, tùm Latino Mustelæ denominationem fortiantur, ab animalibus primùm inchoantes dicimus, quòd apud Hesychium γαλιδεύς catulus felis exponitur, & Plinius, vt annotauimus in capite de Leone, catulos Leenę Mustelinos appellauit, quoniam carnes informes Mustelarum magnitudine in lucem prodeant. Apud Aristotelem γαλεοειδὲς genus Mustelinum legitur, & γαλέος Mustelus piscis propter longitudinem corporis à Mustela quadrupede denominationem hanc sibi comparauit. Γαλιώπης quoquè aliquando pro stellione, aliquando pro fele a Scriptoribus vsurpatur. Mygale quasi mus mustelinus vocatur, est autem mus araneus, nõ vt Amyntas apud Scholiastem Nicandri scribit, quòd μυγάλη, seu μυγαλῆ ἐκ μυὸς καὶ γαλῆς γένηται, ideſt non quia ex mure, & Mustela oriatur; hoc enim ritu dignum existimamus; cũ Mustela omni murium generi maximè insidietur; sed potius dicendum est murem araneum ideò mygalem nuncupatum, quoniam figuram à mure, & colorem à Mustela sibi comparauerit. Talpam quoquè animal mustelinum vocauit Hesychius, quia rostro instar Mustelæ prædita sit. Mures insuper in Cyrenaica regione, (teste Aristotele, *in* Mirabilibus) rictum Mustelæ habentes vagantur, qui iure optimo mustelini dici possent. His addit Albertus murem in Austria Zisselum dictum æquantem magnitudinem Mustelæ versari. Si ab animalibus ad plantas transitum faciamus, inueniemus in antiquis Dioscoridis nomenclaturis duas plantas, nimirum asplenium, & verbenacam sub nomine sanguinis Mustelæ, & pulegium sub nomine galeopsis circumferri. Alioquin galeopsis herba est folia producens vrticæ similima, ideoquè inter vrticas inertes recensetur. Verum quam ob causam nomen ab hoc animal inuenerit, non satis manifestum est. Aliqui Botanici asserũt quòd Mustelæ in profligando suo peculiari morbo ipsa vtuntur, vt canes cynopside. Alij opinantur galeopsim dictam,

lib. 2. de hist. anim. D

Galeopsis Planta sit.

quo-

E quoniam folia manibus trita γαλεης βδολον ideſt flatum ventris Muſtelæ, veſtis ſuo odore refectant; idcirco non iniuria ab aliquibus hæc planta γαλεοβδολον nominatur. Amplius præter animalia, & plantas, multa a colore Muſtelæ denominata eſſe videntur. Leginus enim apud Apuleium Muſtelatos peplos nempè pretioſas veſtes à ſimilitudine coloris muſtelini ita nuncupatas, quas Cælius Rhodiginus vela ex ſerico confecta ſubluuida maculis, lenticularum inſtar, conſperſa interpretabatur. Verùm huiuſmodi color ex Terentij aſſertis magis manifeſtabitur, qui Eunuchum quemdam colore muſtelino præditum nominauit, quem Monander apud Donatum in Eunucho Terentij χίρρωτα γαλεώτην vocauerat à lentiginoſo ſtellionis colore. Nonnulli Grammatici (teſte Turnebo) taxant Terentium, quòd Muſtela à ſtellione plurimùm diſcrepet; ſed debebant animaduertere γαλεώτην non modò ſtellionem, verùm quoquè Muſtelam ſignificare. Legitur enim apud Heſychium γαλεώτης, ὁ ἀσπάλαξ βάτης, καὶ ἰχθὺς, καὶ ζῶον χερσαῖον; quare illud animal lentiginoſi, & ſœdi coloris proculdubio Muſtelæ etiam nomine indigitatur. Extat quædam comœdia apud Plautum Muſtelaria inſcripta, vt nonnulli volunt, quoniam in ea quidam nomine Tranio introducatur, qui domum quamdam F ob debacchantes noctu in ea Muſtelas inhabitabilem fuiſſe commentus ſit. Sed doctiſſimus Io. Baptiſta Pius in commentarijs ad Plautum non Muſtelas, ſed mõſtra quædam tali domui infeſta fuiſſe perhibet, ideoque comœdiam hanc Monſtrelariam, & ad euitandam eacophoniam, Muſtelariam inſcriptam fuiſſe opinatur. Rectiùs quædam fabula Carcini poetæ inſcripta, Myes, Muſtelaria poſſet nuncupari, cum in ea Muſtela nocturnos mures ſtrangulans introducatur. Præterea quædam inſtrumenta à gale, ideſt à Muſtela denominantur, vt galea capitis munimentum ex variis animalium pellibus olim confectum, idcirco apud poetas galeæ interdum dictæ fuerunt λυτίαι, quia ex pellibus canum, λυκίαι, quia ex corio lyncum, & tandem γαλέαι, quia ex reginine Muſtelarum parari ſolerent. Quamuis vt plurimum ex Muſtelina pelle conficerentur, quemadmodum Lypſius in tractatu de militia Romana atreſtatus eſt. Neque hoc aſſertum ab Homeri doctrina multum recedit; præterea quod ipſe ab illa Muſtelæ ſpecie, quã ἴκτιδα vocant, galeam quandoquè ἰκτιδέην cognominauit. Amplius γαλέα à vulgaribus Lexicographis decipula exponitur, quamquam in hoc ſenſu γαλέα γρα dici debeat. Vetum aduertendum eſt hoc nomen vnicam non ſortiri ſignificationem, quandoquidẽ G Suidas, & Varinus χαλεαγραν ἀργανον τίμωρητικον, nempe inſtrumentum ad fontes plectendos interpretantur. Immò Varrus hoc vocabulo locum in quo Ferę includebantur, intellexit, & Pollux galeagram inter vaſorum genera collocauit. Liuius alicubi genus quoddam turris galeagram nominauit; hinc Dion hiſtoricus tradidit à Caligula plures in galeagram coniectos, atqnè necatos fuiſſe. Videtur tamen, propriè loquendo, galeagra decipulam ad Muſtelas capiendas denotare, quemadmodum Myagra inſtrumentum ad mures coercendos idoneum indicare ſolet. Cæterùm loca conſultò omittenda cenſemus, vt γαλέσιον nomen loci, & montis propè Epheſum, vt Suidas, & Varinus retulerunt; quamuis Stephanus Galleſium per duplex l. ſcribat, & vrbem Epheſi eſſe ſtatuat; ſiquidem num a Gale, ideſt muſtela denominentur, adhuc auctoribus eſt ignotum. Denique γαλεαγκωνα eſt quidem vox à voce γαλῆ deſumpta, & licet Cælius in opuſculo de rebus Aegyptiacis hoc nomen albicubitum exponat; nihilominus Galenus apud Hippocratem galeancones, nempe Muſtelaneos interpretatur eos, qui à primo natalis die humetos more Muſtelarum habent brewores.

Color Muſtelinus.

Muſtelaria Plauti cur ſic inſcripta

Galea cur ita dicta.

Galeagra quid ſit.

in lib. de artic.

H

ADAGIA.

NOnnulla prouerbia à quibuſdã Muſtelæ proprietatibus decerpta ſunt, quæ in hac hiſtoria poſteritatis memoriam promereri videntur. Primum eſt quando dicitur. *Muſtela rapacior.* Hoc profertur in illum, qui omnia deſiderat, vel in eum, qui natura ſua furax ſit, quoniam muſtela furis ſymbolum eſſe perhibetur, vt ſuo loco declarabitur. Legitur aliud prouerbium apud Etaſmum huius tenoris. *Muſtela fugiens peſſimè pedit.* Hoc pronun-

ciari soletin illos, qui ab aliquo negocio citra infamiam non recedunt. Indeque A
ortum est, quoniam mustela, quemadmodum, & felis adeò acrem ventris flatum
emittat, vt vix naribus perferri possit. Diogenianus attulit aliud memoria dignum,
scilicet γαλῆ σταρ, ideſt *Mustelæ sebum*, subaudiendo, *committis*; quamuis alij legant *felis*
lardum. Hoc promulgandum est in eos, quibus desiderata tribuuntur; cum hoc animal
sebo præcipuè delectetur. Vnde ad rem, hoc adagium erit proferendum, quando ho-
minem laudis auidissimum multis, & magnificis virtutũ titulis honestabimus, vel quan-
do hominem bibacem ad comporationes inuitabimus, vel tandem quando homines ad
ludum procliues ad ludendum incitabimus. Demum Diogenianus hoc etiam refert,
γαλῆν ἔχεις, ideſt *Mustelam habes*. Idquè enunciandum est in illos, quibus omnia mausspi-
cata contingunt; quoniam olim Prisci, mustelam domi habere, vel alere, infaustum esse
crediderunt; hoc prouerbium non multum recedit ab his. *Equum habet Scianum* vel *Au-*
rum habet Tolosanum.

PRÆSAGIA, AVGVRIA, B
Prodigia.

lib. 3. antiq. Rom.

IAm in prouerbijs dictum est, & mox ad mentem Ioannis Rosmi confir-
mabimus, quòd Ethnici inopinam Mustelæ visionem malorum omnis indiciũ
fuisse arbitrabantur. Immò addit Alexander ab Alexandro, quòd Mu-
stela, quemadmodum, & picus à sinistris veniens infaustissimum augurium
Antiquis prænunciabat. Hinc Plautus aliquando introduxit parasitum
sic loquentem. *Auspicio hodie optumo exiui foras, Mustela murem abstulit prater pedes.*
Sperabat enim ille miser Gnato dum à Mustela murem prò prandio captum vidisset,
quòd huius augurij beneficio ad cœnam apud Epignomum iuuenem facilè ingressurus
esset. Verùm cum Epignomus nihil præter verba daret, & in diem procrastinaret; pa-
rasitus hæc verba protulit. *Certum est à Mustelæ conspectu, nihil nisi mali præsagiendum*
lib. 16. cap. 68. *esse, quia nullam bestiam hac incertiorem noui, cum ipsa quotidie decies mutet locum.* Hoc
assertum à ratione alienum esse non putat Aelianus, dum refert mustelas, & mures rui-
nam alicuius domus præsagire, nam paulò antequam domus corruat, aliò migrãt. Item C
ex Aeliano Mustelæ, & mures stridentes vehementem tempestatem prænunciant. Vn-
de postea Cardanus, in suo ridiculo de insomnijs tractatu, protulit à Mustela per quie-
tem visa non nisi malum præsagiri, nimirum fures domesticos, & proditores, qui tamen
vitæ non sint insidiaturi. Tradidit quidem Heraclides (referente Gesnero) Polemar
chum quemdam periurum, qui classem Corinthiorum euaserat, noctu dormientem Mu-
stelarum morsibus infestari, & tandem ob desperationem sibi ipsi manum intulisse. Quare
lib. 3. dec. 2. ex mustelis semper malum augurium dimanauit, præter illud, quod Bonfinius in sua
historia Ladislao fratri Ducis Geysæ accidisse narrat. Nam cum Vngarorum Regis
Salomonis, & Geysæ Ducis copiæ propè Syluam Vaciam congressurę constitissent; La-
dislaus Ducis Geysæ frater cum equum apprehensa lancea conscendisset, & vertisset
in gyrum, veprem fortè inrer flectendum hasta tetigit, cui cum Mustela candida insedis-
set, veluti imminentis victoriæ nuncia per hastam in Ducis gremium delapsa est. Hinc D
Ladislaus, sumpto fœlici auspicio, animos militum confirmans certam victoriam polli-
citus est.

APOLOGI.

RHrygius fabulator, vt ostenderet quan doquè mutandum esse propositũ,
& ad nouum consilium fugiendum, vt imminentia pericula euitentur, fin-
xit vespertilionem coram Mustela, interdum auem, & interdum murem se
manifestantem. sed quoniam hic apologus ad historiam vespertilionis at-
tinere videtur; ideo, hoc prætermisso, illum recitabimus, in quo Aesopus
fabulatus est Mustelam in officinam Ferrariam intrante limam ibi collocatam adeò
circumlambisse, vt sanguis multus effueret, quo conspecto, Mustela opus prosequeba-

tur

E tur rata ex ferro aliquid abſtuliſſe, donec totam linguam abſumpſerit. Per hanc fabulam denotat eſſe nonnullos homines, qui in contentionibus, & rixis aliquando ſemetipſos offendunt. Inſuper, eodem auctore, quædam Muſtela ſenectute confecta cum, vt ſolebat in prima ætate, mures venari, & aſſequi non poſſet, in farinæ arca ſe abſcõdere deliberauit, ad quam mures ſinguli per anguſtã fiſſuram, pabuli gratia, ingrediebantur; ſic enim, vt ex ſententia ſucceſſit, mures abſque vllo labore aſſequi opinabatur. Docet Apologus ingenio opus eſſe, vbi vires corporeæ deficiunt. Deniquè contigit quondam, vt Muſtela, quæ mures cuiuſdam domus abſumpſerat, ab Hero domus decipula detineretur; hæc, quia totam habitationem à mutibus liberauerat, in tanti laboris præmium, & ipſa libertatem ex animo rogabat. Cui Herus reſpondit gratiarum actionem menti, & non operi teddendam eſſe; quaſi vellet inferre opus iuxta voluntatẽ operantis ponderandum. Vnde, licèt aliquis alterum præter conſilium officijs cumulauerit, inde tamen nullum meritum conſequetur; cum etiam hoſtis interdùm præter opinionem hoſtem beneficijs proſequatur; pari ratione Muſtela mures, quibus veſcebatur, enecans, præter propoſitum illi domui profuit. Id totum explicatur his verſibus.

F *Pręda viri, prędo ę murum Muſtela venatur,*
Da ventam, debes parcere, parce mihi.
Quòd earet hoſte domus, quòd abeſt à ſorde fatetur,
Eſſe meum pro me te rogat, ergo fave.
Seruitio me redde tuo, mihi redde laborit
Præmia, pro dono ſit mea vita mihi.
Ille refert operum debetur gratia menti,
Non operis gratum mens bona reddit opus.
Nemo licet profit, niſi vult prodeſſe meretur;
Nam prodeſſe poteſt hoſtis, obeſſe putans.
Cum mihi prodẽſſes, mihi non prodeſſe volebas,
Hoſtibus ipſa meis, & meus hoſtis eras.
Non mihi monſtra necans; ſed eras tu prouida ſoli;
Sic panem poteras rodere ſola meum.
Pane meo pinguis, mihi da pinguedinis vſum,
G *Damnis penso necem, digna perire peri.*
Nil decorat factum, niſi facti ſola voluntas,
Non operis fructum, ſed noto mentis opus.

HIEROGLYPHICA.

Egyptij, ex Pierio Valeriano, Muſtelam ad denotandum Haruſpicinæ ſymbolum effigiabant, non ſolùm quia huic animali aliquid vaticinij ineſſe opinarentur; ſed etiam quia in ſimulacro Thraſibuli Muſtela inſculpta eſſet, vt meminit Pauſanias; nã præter diſſectũ canẽ, ibi Muſtela quoquè dextrũ huius ſimulacri humerum obrepebat, & hæc omnia, & H ſingula diuinationis hieroglyphica eſſe ferebantur. Inſuper per iconem Muſtelæ, infortunium intelligebant, quoniam hoc animal infauſtum eſſe perhibeatur ijs, quorum domos inhabitat; ſiquidem domeſticis animalibus, ptęſertim verò auibus, tam altilibus, quàm nidum ſub tecto ſtruentibus inſidiatur. Deinde Orus Apollo auctor eſt per picturam huius animalis poſſe virag ines, nimirum mulieres negocia virilia exercentes, immò, & tribades deſignari; propterea quòd Muſtela genitali oſſeo prædita ſit. Tãdem Cęlius Calcagninus in libro de rebus Aegyptiacis tradidit, Muſtelæ figura natales ſermonis ſignificari; cum hoc animal per aures concipere, & per os parere dicatur, quemadmodum, & ſermo, qui per auditum concipitur, deindo per os, & linguam in lucem effunditur. *lib. 13.*

A

EMBLEMATA, & SYMBOLA.

CVm Mustelam alicui occurrentem ominosam fuisse putauerit Antiquitas, & nunc etiam apud quasdam nationes infelix habeatur omen, si in apparatu venationis Mustela nominetur; præterquamquod eius icon infortunium designat, vt manifestatum fuit in hieroglyphicis, hinc Andreas Alciatus desumpto argumento figurauit Mustelam homini ad negocia proficiscenti occurrentem cum hoc titulo, BONIS AVSPICIIS INCIPIENDVM.
Embl. 126. Nam Prisci faustis negocij suscipiendi principijs tantam vim inesse statuerunt, vt vix, iuxta eorum mentem, benè cadere possent, quæ infelix initium sortiebantur. Subscribit igitur tetrastichon huius tenoris.

Auspicys res capta malis, benè cedere uescit,
Felici qua sunt omine facta tuuant.
Quidquid agis, Mustela tibi si occurrat, omitte; B
Signa mala hæc fortis bestia parua gerit.

Hadrianus Iunius in suo libro emblematum aliam Mustelæ prontietatem contemplis
Embl. 18. delineauit hoc animal ore enitens, deinde hanc figuram huiusmodi titulo coronauit. AVDITO MVLTA, LOQVITOR. PAVCA. Nam fabulam de partu Mustelæ eatenùs debemus admittere, quatenus ad moralem doctrinam spectare videtur. Hinc homines prudentiam profitentes sunt percepturi multa in colloquijs audienda, pauca verò, & apportunè esse proferenda. In huius gratiam Auctor subscripsit hæc carmina.

Aure concipit, parit
Mustela fœtum postea in lucem ore
Aure dicta concipe
Diu, at recocta parciùs prome ore.

Camerarius meditans Mustelam ruta aduersus serpentes se munientem, pinxit hoc animal in conspectu serpentis decerpens rutam cum hac inscriptione. VT CAVTIVS PVGNET. Deinde subscripsit tale distichon.

Obfirmet fortis prudentia pectus in hostem,
Mustela veluti ruta dat antidotum. C

Hoc symbolũ Iouius assignauit Polemarcho Sforticæ Pallauicino cõtra Turcas sub Imperatore Ferdinãdo militãti, innuens prudentiã cũ fortitudine esse copulandã. Insuper cũ Camillus de Camillis, & Io. Bapt. Pittonus in suis scriptis Italicis, de Impresis vulgo dictis, referãt rẽ aliquãdo ita se habere, vt Mustela sponte in os bufonis ingrediatur; cũ tamẽ hoc apud veteres rerũ naturaliũ inuestigatores nullibi reperiatur annotatum. Hinc Camerarius in gratiã doctrinæ moralis effigiauit Mustelã in os bufonis ingredien
Emb. 80. tẽ cũ hoc titulo. CALLIDIOR ERRAT. Hoc autem symbolum apprimè quadrat in illos, qui in multis negocijs cautè, & prudenter se gerunt, interdum verò per cæcum impetum, vel ob voluptates, & amoris illecebras à virtutis tramite abducuntur. Quocircà Auctor subscripsit hoc distichon.

Cætera qui vincis, tibi cur dominata voluptas
Te haud improuisum mersit in exitium?

Hune autem affectum admodum impetuosum Seneca poeta elegãter descripsit in Medea his versibus saphicis. D

Cæcus est iguis stimulatus ira,
Nec regi curat, patiturq; frenos,
Haud timet mortem, capit ire in ipsos
Oburus ensis.

Embl. 81. Prætereà Mustela etiam candida multis emblematibus occasionem præbuit; nam Camerarius pictura Mustelam albam immunda luti illuuie circũdatam repræsentauit cum hac inscriptione. MORI MALO QVAM FÆDARI. Argumento desumpto à mi-
Mustelæ cãdidæ Emblemata. ra proprietate huius animalis, quod fame, & siti prius periret, & à venatoribus se capi permitteret, quàm suam pellem candidam aliqua impuritate inquinare, distichõ autem subscriptum ab auctore sic se habet.

Omni-

E

Omnibus antistat recti mens conscia rebus,
Hoc benè emi vita, tu quoquè crede, decus.

Hoc symbolum, teste Iouio, vsurpatum fuit à Ferdinando filio Alphonsi Regis primi Aragoniæ, & Neapolis propter Marinum de Marsiano Ducem Suessæ, illi quidem inimicum, sed sanguinis cognatione coniunctum, quem nunquàm suadentibus omnibus amicis, è medio tollere voluit; siquidem hoc symbolo innuebat se malle mori, quàm affinitū sanguine fœdari. Petrarcha quoquè meditans candorem huius animalis in delineādo castitatis vexillo, iconem Armellini, nempè Mustelæ candidæ in area viridi depinxit; ex altera parte Alciatus redarguens mollitiem, & lasciuiam nobilium quarumdam matronarum, quæ ad corporis ornatum raris animantium pellibus vestes suffultas ostentant; figurauit mulierem pellitis vestimentis decoratam cum iconibus rariorum mustelarum, nempè Mustelæ albæ, quam ipse murem album & Zibellini, quem murem sarmaticum appellat, & titulus emblematis est LASCIVIA. Deinde subscripsit tale hexastichon. *Embl. 79.*

F

Delicias, & mollitiem nunc creditur albus
Arguere, & ratio non sat aperta mihi est.
An quòd ei natura falax, & multa libido est
Ornat Romanas an quia pelle nurus?
Sarmaticum murem vocitant plerique Zibellum,
Et celebris suani est vnguine musæus Arabs.

PHRENOSCHEMATA.

QVidam vir non vulgari dexteritate ingenij conspicuus ex emblemate Alciati septuagesimo nono nuper recitato fortè colligens mustelam candidam in proluuium rei venereæ procliuem esse; vel quia ex rerum naturalium inuestigatoribus intellexerit, ab huiusmodi animantium genere post veneream mixtionem tetrum odorem dimanare; hinc sumpto argumēto, duos figurauit Armellinos, seu Mustelas albas simul congredientes cum hoc Dicto. G ALBAE SVNT, ET MALE' OLENT. Verùm aduertendum est quòd omnes politioris literaturæ viri in hanc sententiam descenderunt, vt in aliquo phrenoschemate fingendo verbis, & actibus inhonestis vti non liceat. Elegantius phrenoschema sibi finxit ille qui curam cuiusdam pupilli tutelarem subiens, vt ostenderet quanta animi sinceritate ad hoc munus obeundum se accingebat, exhibuit iconem Mustelæ candidæ in suum specus ingredientis cum hoc Dicto TVTO' INGREDIOR. Ioannes Andreas Palatius in suo Tractatu de Insignibus meminit cuiusdam ingenioſi viti, qui Mustelam ore parietem delineauit cum hoc Dicto SIC FOETVS. Fortè alludens ad hieroglyphicum Cælij Calcagnini de Natali sermonis, qui antequàm in lucem exeat, prius in mente diligenter examinandus est. Vincentius Russelius vir summa eruditione præstans forsan alludens ad emblema septuagèsimum noni Camerarij curauit effigiari Mustelam ore ramum rutæ gestantem coram bufone, qui aperto ore illam deglutire velle videtur, cum hoc Dicto AMAT VICTORIA CVRAM. Hoc phrenoschemate innuere volebat prudentia, & armis aduersus inimicos esse pugnandum, quo H niam bufo Mustelæ hostis, odore rutæ, torpescit, atque exanimatur.

MORALIA.

QVm scribāt phisiologi catulos mustelarum in specubus aduersa valetudine laborantes, & quandoquè etiam mortuos quadam herba à Parentibus ab ægritudine releuari, & ad vitam reuocari. Nos in præsentia Christum veram Mustelam prædicabimus, qui catulos suos nempè homines graui criminum violentia læsos sanauit, & suscitauit. Iuxta illud Oseæ. *Viuificabit nos per duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius.* Eoquè magis Christum Mustelæ assimulare nobis licebit; quatenus fel, & caro Mu- *cap. 6.*

telæ

ſtelæ contra aſpidem valet,& omne veneni genus expugnat. Quocirca fel etiam, & A
caro Chriſti,nimirùm iuſtitia,& miſericordia,ſeù rigor,& dulcedo ſunt medicina peccantium,dum Chriſtus alios correctione,alios miſericordia vſus,ſanitati reſtituit.Iuxta illud Pſalmographi. *Miſericordia,& veritas præcedent faciem tuam.* Ampliùs viri iuſti,
lib.10.Præduct. mor. cap.69. & religioſi à quibuſdam Muſtelæ proprietatibus minimè recedunt. Nam, teſte Berchorio,ſi Muſtela nuncupatur mus longus,& fœtus ſuos ſæpè de loco ad locum trãsfert, ſeque ruta aduersùs ſerpentes armat. Talis eſt probus, & pius Præſes; vocatur enim longus ob perſeuerantiam,fœtus ſuos nimirùm ſubditos,doctrina,& exemplo,de loco ad locũ nempè ab amore mundi ad amorem cœli,de crimine ad virtutem,de virtute ad gratiam,de gratia ad gloriam ducit. Deindè ſucco rutæ, ſcilicet memoria ſanguinis, & paſſionis Chriſti armatus aduersùs aſpidem,ideſt contra Diabolum tutò præliatur. Inſuper ſi Muſtela ſuoptè ingenio flexibilis,& agilis eſt,odore ſagax, ſomno libenter indulgens, dorſo rubto,& ventre albo prædita. Pari ratione qui ſemetipſum Deo in religioſam ſeruitutem dicauit,debet tanquàm Muſtela ſe flexibilem, ideſt ad ſanctum obſequium paratum,& ob pietatem ſagacem reddere,ſomno contemplationis libẽter indulgere,& tandem dorſum veſte charitatis rubicunda,& ventrem veſte caſtitatis cã- B
cap.5. dida cooperire. Iuxta illud Canticorum. *Dilectus meus candidus,& rubicundus.* Viceuerſa Muſtela etiam peccantibus comparari poteſt; quandoquidem ſi in rerum natura Muſtela tota alba,præter extremitatem caudæ nigricantem,reperitur. Similiter quidam ſunt homines toto vitæ curriculo ob conſcientiæ puritatem candidi;ſed poſtmodũ
Auari & fures cur Muſtelæ dicantur. finem vitæ,ſuo maximo damno,criminum ſœditate denigrant. Amplius ſi ad particulares peccantes noſter ſermo dirigatur;Muſtela ad fures, & auaros poteſt comparari. Ad fures,quatenus,cum ſit animal doloſum,furtiſquè valdè deditum, typum furię præſeferat. Ad auaros,quatenus auibus inſiedietur,& earum oua abſordeat. Auarus etiã ritu Muſtelæ pauperes inſidijs proſequitur,eorumquè oua, nimirùm facultates vſuris ſurripit. Idcirco ſi Muſtelæ combuſtæ cinis apud Plinium demorſis ab aſpide medetur; diues auarus tanquàm Muſtela mures,ideſt pauperes,perſequens, tãdem in fornace tartarea comburitur;quod nobis D.Lucas exemplo diuitis Epulonis manifeſtauit. *cap.16.* Propterea peccantes demorſi ab aſpide nempè à Diabolo per tentationes,cinere contemplationis mortis diuitum damnatorum,ſibimet ſanitatem reſtituere poſſunt. Deinde,cum Muſtelæ excellenti odoratu mures,& auiculas venentur; non immeritò hominum gulæ deditorum ſymbolum repreſentabunt,qui ſemper ſedent ſagina expleti,cõ- C
tinuò crapulam exhalantes, & libentiſſimè ad conuiuia ſe conferunt,vbi cum heluonibus ſemper verſantur; Iuxta illud Iob. *Vbicumquè fenſerit cadauer, ſtatim adeſt.* Ad finem qui euaginata lingua proximi famam petunt,tot Muſtelæ poſſunt indigitari; nam hæ ſerpentes odio habent,& auiculas perſequuntur,illi quoquè ſerpentes, nimirùm homines prudentes effuſiſſimis habenis inuadunt,nec non auiculas, ſcilicet homines ad contemplationem incumbentes propudioſo dedecore afficiunt, eorumquè oua, nempè bonas operationes diſſipare,& perdere conantur.

SIMVLACRA.

NVllibi Muſtelæ ſimulacrum magis frequens conſpiciebatur quàm apud D
Thebanos,qui Muſtelam in Herculis monumentum religioſiſſimè colebant. Id factum fuiſſe notat Clemens Alexandrinus, quia ipſi matrem
lib.7.ca.11. Herculis à Muſtela in partu adiutam fuiſſe credebant. Ad rem,Aelianus tradit ridendos quidem eſſe Aegyptios,qui varia animalium genera in Deos retulerunt,& ſacra religione coluerunt; ſed addit Thebanos natione Græcos riſum magis excitaſſe, cum Muſtelam in memoriam Alcmenę matris
in part.2 Herculis venerarentur. Qui alias huius animalis icones videre deſiderat, adeat Iconologiam Ripæ,vbi hic vir doctus ad figurandum Inſtinctum naturalem, depinxit iuuenem nudum velata facie cum ſimulacro Muſtelæ,quæ in os bufonis intrare conatur. Effigiauit iuuenem velata facie,cum inſtinctus naturalis non immutetur,& ab occulta, quaſi à velata cauſa dimanet; addidit ſimulacrum Muſtelæ, cum hæc naturali quadam proprietate ad bufonem,tanquàm ferrum ad magnetem,trahi perhibeatur. Idem Au-

ctor,

E ctor, in delineanda tutela contra omne inimicorum genus, finxit mulierem gemmato diademate coronatam cum suspenso ad collum coralio, cui etiam adiunxit simulacrum Mustelę ramum rutæ ore gestantis, cum manifestum sit in hac historia hoc animal aduersus serpentes, & bufones ruta se munire. Demùm ad malum omen significandum exhibuit iconem sentis veste xerampelini coloris indutæ, cum simulacro Mustelæ. Primò quia color xerampelinus proprius est foliorum in fine autumni ab arboribus delabentium, quæ imminentem brumam præsagiunt. Secundò quia ab Antiquis Mustela infaustum, & inauspicatum animal credebatur. *Par. 1. Icō.*

VSVS IN CIBIS.

MExicani, vt referunt historiæ, pauca habent animalia, quibus non vescantur. Nam serpentes, capite, & cauda abiectis, sorices, glires, & mustelas comedunt. Hoc autem non debemus admirari; quoniam Galenus Mustelæ carnem non damnauit; immò carnem Mustelinam sale conspersam, & exiccatam, in sapore, carnibus leporum similem constituit. Ideo in penuria annonæ huiusmodi caro non est inprobanda. Quare Fernandus Lopez, in historia Indica, narrat, tempore cuiusdam belli, milites captis decipula Mustelis, & in veru assatis pro alimento diù vsos fuisse. At omnia Mustelarum genera ne in cibo ab Hæbreis adhiberentur, Sacræ literæ vetuerunt; vel quia hoc animal dolis, & insidijs refertum, furti typum representet; vel quia, vt alij tradunt, hoc animal auribus concipere, & ore emitti perhibeatur; quo symbolo denotantur pessimi mores eorum, qui auribus quod percipiunt, illicò alijs ore patefaciunt, quamobrem Gyraldus etiam in historia Deorũ Sacerdotes Mustelæ carnem non esitare asseuerauit. F *li. 3. de Alifac.* *Leuit. c. 11.*

VSVS IN MEDICINA.

GOn modicam frugem ex omnibus Mustelæ partibus Medici, in varijs expugnandis morbis, demetere possunt. Siquidem inchoando à capite Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem scribebat tàm cameli, quàm Mustelæ cerebrum ficcatum præcipuam epilepticis afferre vtilitatem. Matthiolus verò in commentarijs ad Dioscoridem Mustelarum pulmonem ad omnes pulmonis affectiones efficacem esse confirmabat. Dioscorides iubebat Mustelæ ventriculum coriandro repleri, atquè inueteratum seruari; nam demorsis à serpentibus, & comitialibus auxiliatur. Hinc doctissimus Faloppius ventrem Mustelæ salitum, à propria substantia, venenis resistere asseruit. Præterea, si iecur adhibeatur, duobus principalibus affectibus, scilicet vertigini, & epilepsię non parum emolumenti est allaturum. In vertigine Sextus miscet iecur Mustelæ, & fel Leporis ad drachmas tres, addit Castorei drachmã vnam, Myrrhæ vnciam dimidiam, & cum aceto, & melle componit medicamentum. In epilepsia, quæ morbus lunaticus dicitur, quidam hepar huius animalis commendant, cum (teste Glyca) iecur Mustelæ decrescente Luna minuatur, eademquè crescente augeatur. Fel suis non caret virtutibus; siquidem Plinius fel omnium Mustelarum, sed præcipuè syluestrium contrà omnia veneficia commodum, & salutare prædicat. At Matthiolus felle Mustelarum cum succo fęniculi mixto, in auferendis oculorum nubeculis, & in cute emaculanda vtebatur. Partes etiã genitales huius animantis à medicina non sunt arcendæ, quoniam virga Mustelæ exiccata, ex Hali, demorsis à serpentibus exhibetur, & secundùm alios tanquam singulare præsidium stranguriæ adhibetur. Testiculi verò, & vterus more lapidis zettis fętum in vtero cohibere dicuntur, ne mulier abortiat. Sequitur sanguis, cuius virtutes plurimùm commoditatis humano corpori afferunt, Lonicerus sanguinem Mustelæ cum succo arnoglossæ mixtum in mitigando podagræ dolore extollit. Galenus, ad mentem Archigenis, meminit huius sanguinis, quo paroxidas illinit, vt citius, & facilius dissolui possint. Sed Dioscorides cinerem, & sanguinem huius belluæ pro dissipandis strumis proponit. Hinc Plinius, & Marcellus, ad strumas pellendas, carnem, & sanguinem Mu- H *li. 1. Annal.* *Testes, & vterus huius animalis ad quid.* *lib. 3. de cõp. med. sec. loc. ca. 2.*

stelæ

stelæ præscripserunt. Demùm fimum huius animalis melle exceptum, & cum farina lupinorum, vel fenugræci mixtum Matthiolus ad discutiendas strumas magnificeit. A

Mustelinum verò excrementum, quod suauem moschi spirat odorem, in malignis affectibus, & in corruptione aeris præstantissimum erit remedium, & verisimile est, quòd in moschi defectu, aucta tamen dosis quantitate, à medicis substitui possit. Postremò tota etiam Mustela ad multas ægritudines conducit. Primitus Dioscorides in curatione morsuum venenatorum Mustelam sale inueteratam, detractis tamen intestinis, commendat. Vnde Eustachius Rudius approbans Dioscoridis sententiam, aduersus venena drachmas duas Mustelæ exiccatæ in vino propinat. Deinde Actius summit paruum canem viuum probè saginatum, Mustelam pariter viuam, & in nouē sextarijs olei, & tribus libris butyri decoquit, postmodum in oleo percolato calidè partes arthritide laborantes imponi iubet. Amplius, quia Mustela visionem deperditam recuperare dicitur, nonnulli, ex Plinio, Mustelam excęcatam in aliquo vase claudunt vna cum anulis aureis, vel ferreis, donec animal pristinam visionem adeptum fuerit; & tunc huiusmodi anulos, tanquam amuleta, ad conseruandam visionem gestant. Ad finem tota Mustela comburitur, cuius cinis varijs affectibus magno est admmiculo; & quamuis Galenus, vt ipse recitat, nunquam Mustelam combusserit; tamen puluerem Mustelæ exiccatæ in morbo comitiali exhibuit. De cuius affectionis præsidio canens Quintus Serenus, sic inquit. B

lib. 3. de venen.

lib. 11. de sim. me d. fac.

Aptus Mustelæ cinis est, & hirundinis vnâ.

Galenus etiam præter morbum comitialem, huiusmodi puluerem in omni specie arthritidis commendat, quia valentem digerendi facultatem possideat. Hinc nonnulli Mustelam in fictili cremant ad podagram. Alij vt Plinius, & Marcellus in humeragra ex puluere Mustelæ, & sufficienti ceræ quantitate ceratum componunt. Placuit tamen nuperis auctoribus potius cinerem, quàm puluerem ex Mustela parare; ideo Matthiolus in commentarijs ad Dioscoridem cinere crematæ Mustelæ aqua subacto, & illito vehementes capitis dolores mulcet, & oculis caligantibus iniecto, suffusiones emendat. Notum est cinerem hirundinum in angina insignem habere prærogatiuam; Plinius tamen in tali morbo cinerem etiam Mustelæ adhibet. Marcellus autem ad catarrhum in fauces defeendentem (vt remedium magis singulare inuenisse videatur) Mustelam, die Ionis, luna decrescente, in olla rudi, ita cremat, vt in puluerem redigi possit; deinde hunc cinerem cum melle mixtum patientibus præbet. Quintus Serenus cinerem huius animalis in elephantiasi magno vsui futurum esse prædicat his versibus. C

Cinis Mustelæ.

Huic eris aduersus cedri de cortice succus,
Mustelæq; cinis, vel fusus sanguis abilla.

Idem Auctor in canis vlceribus cinerem huius bellux non infrugiferum esse animaduertit dum canit hunc in modum.

At si iam veteri succedit fistula morbo;
Mustelę cinere immisso purgabitur vlcus.

VSVS IN VARIIS.

OMnes Mustelę partes ad varia esse ex vsu auctores non vulgares tradiderunt. Ideò Mizaldus pauxillum cerebri Mustelæ coagulo permiscet, ne caseus imposterum à muribus erodatur. Kiranides testiculum Mustelæ sinistrum in corio mulæ ligat, & ἀτόκιον esse perhibet, vel ad idem testiculos Mustelæ, tempore interlunij, abscindit, bellua tamen viua dimissa, & mulieri exhibet. Viscera Mustelæ olim in amatorijs adhibita fuisse refert Volaterranus; idcirco Aelianus id confirmans asseruit, Priscos hac ratione ductos credidisse Mustelam ab Hecate nutritam, quoniam Dea hæc in amatorijs adhiberetur. Pedes insuper in varijs habent vsum, quoniam scripsit Albertus rem ridiculam, scilicet ad conceptionem tollendam calcaneum Mustelæ supra mulierem suspendi. At Porta semina rosæ cum feminibus sinapi, & pede Mustelæ intra ramos arboris infœcundæ suspendēs illam mirandum in modum recreat, & fęcundat. Cauda etiam huius animalis non est contemnenda; cum Plinius, & Aelianus Auctores sint, canes ijs non allatrare, qui cau- D

Cerebrum Mustelæ.

lib. 6. Phyt. cap. 4.

E dam Mustelæ secum portauerint. Sed quid dicemus de pelle? Albertus in pelle Mustelæ maris elaborata literas exarat; & Dæmoniacis alligat. Gesnerus tradit equum correptum à subito, & pernicioso morbo, quem Germani Tach appellant, portione pellis Mustelæ exhibita, à veterinarijs, liberari. Alij in simili casu Mustelę albæ caudam, quæ partim alba, partim nigra est, minutatim incisam in pabulo offerunt. Verùm animaduertendum est, an pelles Mustelarum albarum congruo tempore ab animalibus detractæ sint; quia refert Sigismundus, in historia rerum Moschouitarum, quòd huiusmodi pelles habent signa quædam circa caput, & caudam, ex quibus periti cognoscunt, an animal debito tempore captum fuerit; & dicét statim atq; captum est animal, ex eo pellis detrahatur, & inuertatur. ne attritis pilis deterior euadat, tamen habet quosdam pilos in capite, & cauda, ex quibus pellis bonitas cognoscitur. Verùm mercatores huiusmodi pilos euellunt, & emptores decipiunt. Præterea Mustela non solum viua, verùm quoquè in cinerem redacta ad varios usus usurpatur. Heliogabalus Imperator Mustelas ad ludos habebat, dum refert Lampridius ab ipso mille Mustelas exhibitas fuisse, vt magnificentiam vobis Romæ comprehenderent. Aucennas iussit eis, qui sibi ab animalibus venenatis metuũt, domi Mustelas, & Pauones ali, quoniam harum belluarum stridore, & clamore animantes venenosæ fugantur. Tandem ad venationem passerum, sturnorum, aliarumq; auicularum Mustelas domesticas nutriri in quibusdã Italiæ locis Petrus Crescentiensis testatur. Verùm ad hoc obeundum munus, Mustelam marem magis, quàm fœminam Albertus commendat. Quamuis Ictis melius idem præstare possit, vt suo loco explicabitur. Hoc spectans ad venationem passerum, & sturnorum opo domesticæ Mustelæ eleganter descripsit T. Vespasianus Stroza in epicedio cuiusdam Mustelæ hũc in modum.

Pellis Mustelę adęd.

Tu fera passerum pestis, sturnisq; fuisti
Quos habere odiosa tibi summa fuit.

Propterea in fine epicedij hos addit versus.

Hic Mustela tacet puerĩ dolor Herculis ingens,
Pro meritis Dryades hunc tibi dant tumulum.

Mustela ad uersus venenum valet.

Ad rem doctissimus Ferrarius in tractatu de cultura florum narrat, quòd, in exterminandis talpis, quidam mansuetas habebat Mustelas, quas in talparum latebras immittebat, vt incautos crassatores iugularet. Ad finẽ totius Mustelę etiã cinis variè adhibetur, quidam hunc cinerem edulijs gallinarum, & columbarum miscentes, Mustelas à columbarijs, & gallinarijs arcent. Alij semina cineribus Mustelę permixta per agros spargẽtes, mures a segetibus abigunt. Alij denique, auctore Eduardo Vuot, Mustelam in copiosa aqua feruefaciunt, quam decoctionem postea ad fugandos mures à campis feliciter adhibent.

lib. 3. cap. 3.

li. 5. de diff. an. cap. 76.

DE MVSTELA SYLVESTRI.

Cap. XVI.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA,

H

Etymum.

MVstela syluestris prima facie duas sortitur significationes, prima est vniuersalis, quando hoc nomine non solũ bestiam hãc, de qua in præsenti capite fit sermo, sed etiam Martẽ, Putorium, & Zibellinum complectimur. Secunda est significatio particularis, quando per Mustelã syluestrem, Furonem tantummodo intelligimus. Furo igitur, seu Mustela syluestris propriè dicta illa est, quę à Græcis Ictis, & à Latinis Viuerra nuncupatur. Nam si petamus Theodorum Gazam, ipse ex Aristotele pro Ictide Viuerrã vertit, Rhasis quoq; Ictidẽ Viuerram interpretatur. Vnde Gesnerus Furonem, & Viuerrã ab Ictide Græcorũ minimè discrepare optimo iure existimauit. Hanc Mustelæ speciem Barbari Furonem, vel Furum, alij Furunculum vel Furectum indigitarunt, aut quia more Furis, præ-

Viuerra, & Ictis.

dam noctu ſurripiat, vel à furuo, nempe obſcuro colore, quia ſubterraneos, & obſcuros cuniculos ingrediatur, & effodiat; quamobrem ab alijs etiam Furina fuit nuncupata. Sed aduertendum eſt apud Ethnicos Furinam fuiſſe Deam, in cuius honorem feriæ (teſte Cicerone) Furinalia dicebantur. Ad hanc Muſtelæ ſpeciem voracem, & Furonem vocatam videtur alluſiſſe Scaliger in ænigmatibus, quãdo ſcripſit. A

lib. 3. de nat. Deor.

Captaces animoſa capitq́, voratq́ voraces
Non tamen à genere hoc diſcrepat illa nimis.
Alterius generis vorat inſidioſa vorantem,
At furtum ſibi qua lumina nocte parat.
Non potuit vicibus natura ſagacius vti,
Cum Furum furax fur quoq́ fure cadit.

Græcis ἰκτὶς, & per aphæreſim κτὶς cognominatur, fortè ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν nimirùm ab aue huius nominis, cuius colorem pilus huius Muſtelæ æmulatur. Sed aduertendum eſt, ne cum ictino, ideſt miluo nomen huius belluæ confundamus; nam Græcis nullus ἰκτῖνος, atquè etiam ἰκτὶς nuncupatur. Denique hæc ſpecies Muſtelæ Viuerra Latinis ab effectu nominatur; quoniam vi verruncet, ideſt animantes à cuniculis expellat; ad quem vſum multis in locis Viuerra nutritur. Grapaldus hanc beſtiam pholitam vocitauit; Geſnerus autem pholeutam legendum eſſe arbitratur; cum apud Græcos φωλεὸς luſtrum, & latibulum Ferarum ſignificet; quæ loca ſæpiſſimè Viuerra frequentat. Quapropter hiſpanicum vulgus has beſtias pholeutas appellauit. Hæc bellua ſecundùm nonnullos Hebræis Oach dicitur; licèt alij hoc nomine non modo Furonem, ſed etiam Martem, & Cercopithecum exponant. Gallis Furette, Germanis Frett, Anglis Fret vocatur. B

DIFFERENTIÆ, Deſcriptio.

lib. 1.

SVnt qui Viuerræ multas differentias conſtituant nixi aſſertis Caroli Cluſij in Exoticis; vbi narrat in Inſula Zeilan ſerpentis genus coronatum vagari, ibiquè naſci animantis genus Viuerræ ſimile huic ſerpenti inimiciſſimum; quæ beſtia Viuerræ congener, quotieſcunquè aduerſus prædictũ ſerpentem eſt dimicatura, radicem ligni colubrini præmordet; quemadmodum Muſtela vulgaris rutam. Item Georgius Agricola in libro de animalibus ſubterraneis, poſt deſcriptionem Viuerræ, verba facit de animali Germanicè dicto Hameſter, quod nonnulli Cricetum nominant. Eſt enim animal iracundum, & mordax inſtar Viuerræ, maius paulò quàm domeſtica Muſtela. Pedes habet admodùm breues. Color dorſi eſt leporinus, ventris niger, & laterum rutilus. Hoc animal in omnibus aſſimilatur Viuerræ, præterquàm in victu; nam multa frumenti grana in ſpecum congerit. Ager Turingiæ huiuſmodi animalibus redundat ob copiam, & frumenti bonitatem. Idcircò aliquibus auctoribus placuit hoc animal Muribus, non autem Muſtelis adnumerare. Auctor de natura rerum in deſcribenda Viuerra retulit colorem ei eſſe inter album, & buxeum medium, & ventre albo; deindè magnitudinem paulò maiorem domeſtica Muſtela, & oculos rubicundos aſſignabat. Quocirca animal eſt audax, & truculentum, cũctis animantibus inimicum, & potiſſimum cuniculis, quos ſæpè gregatim ex ſuis antris pellit. Ariſtoteles in hiſtoria animalium literis mandauit, Ictidem eſſe corporaturæ catelli Melitenſis, in pilo verò, forma, albedine partis inferioris, & morum aſſutia Muſtelæ vulgari valdè ſimilem. C

lib. 9. & 49. 6. D

MV-

MVSTELA SYLVESTRIS

cum Galepsi vera.

A

NATVRA, COITVS, PARTVS.

VRones, vt rerum naturalium scrutatores retulerunt, facilè cicurantur, & domi fi alantur, in capsis ligneis plurimùm temporis dormiendo consumunt. Deinde ad iram si prouocentur, tunc excrementa alui admodum odorata egerunt. Præterea quando fœminæ intemperata libidine agitantur, nisi tunc mari commiscea ntur, inflatione correptæ pereũt. Coire autem more felium multi affirmant. Insuper fœminæ sunt fecundæ: nam septem, vel octo catulos vnica paritura edũt; dum tamen spatio quadraginta dierum vtero gesserint. Fœtus post partum spatio triginta dierum cœci sunt, & die quadragesimo post acceptam visionem ad venationem proficiscuntur.

LOCVS, CIBVS.

B

AGricola scriptis mãdauit hoc animalis genus inferioribus Germanis ignotum esse, quoniam rarissimè ad illos deferatur. Gesnerus verò auctor est Italiam, Galliam, & Germaniam Furone carere, nisi aliundè hęc Fera delata fuerit. Strabo inquit hanc Mustelam rusticam ab Africa exportari. Verùm in Anglia etiam versari multi perhibent; propterea Gesnerus admiratus est, quomodo hæc bellua in Anglia reperiatur, quã secundùm Strabonem Africa nutriat. Quoad victum hoc Mustelæ genus carne cuniculorum maximoperè delectatur. Quamobrem in Anglia, harum Mustelarum copia redundante, decipulis coercentur, & mactantur, ne deuorando cuniculos, eorum inopiam faciant. Insuper, vt nonnulli volunt, pisces etiam, & auica appetit; ideo Reusnerus canebat.

Anglia has nutrit.

Illa in aquis habitans pisces, venatur aues q.
Plus Furo, quàm venem, ledit vulnere.

Columbis quoquè ritu aliarum Mustelarum insidias tendit; Vnde ne columbarijs detrimentum afferat, caput lupi in eis suspenditur; licet posteà (Matthiolo teste) porius sanguine, quàm carnibus gaudeat. Demum cum hæc bestia, iuxta nonnullorum mẽtem, mellis sit auidissima, alucaribus maximum affert incommodum. Ideo hac ratione motus Textor hanc Mustelam melem fortè nuncupauit.

C

VSVS IN VENATIONE.

CArolus Figulus in Dialogo de Mustelis retulit Viuerras idoneas esse ad extrahendas de nidis parietum auiculas, & præcipuè quando aues in locis inaccessis nidulantur. Tradidit etiam Gesnerus in Gallia Narbonensi à nobilioribus Furones nutriri, vt deinde illis in cuniculorum venatione, vtantur. Hanc venationem describens Petrus Crescentiẽsis protulit, venatorem in coercendis cuniculis hoc modo incedere. Primum magno excitato strepitu pauidos cuniculos ad cryptas pellit; deinde circa foucarum ostia, vno tantùm excepto, reticula tendit; per quod Furonem quem habet cicurem cuniculorum inimicum immittit; prius tamen Furonis os vinculis claudit, nè cuniculos mordere, sed tantum propellere possit. Illi igitur omnes à cauernis expulsi retibus tandem involuuntur.

lib. 10. c. 35.

D

DE

DE PVTORIO.
Cap. XVII.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

INter Mustelas syluestres secundum locum occupat illa, quæ ab odore Putorium, vel Putorius nuncupatur; quoniam ab ore putidum halitum semper emittat; & quamuis omnia Mustelarum genera, quando irascuntur pessimè oleāt, tamen per Antonomasiā Putorij nomen huic conuenire videtur, cum non solùm hæc Mustela bile afflictata, sed etiam absque vlla ira cundiæ occasione, mirandum in modum puteat. Nonnulli hanc Mustelam Ictim appellarunt, sed, auctore Gesnero, Ichthim scribere voluerunt; quoniam Græcis ἰχθὺς piscis exponitur; cum Putorius inter alias Mustelæ species esu piscium summoperè delectetur. Hinc postea multi hoc nomen (Ichthim) corrumpentes, Itim, & Itissum Putorium cognominarunt. Itali ab odore fœtido quem spirat, Puzolo dicitur, Gallis Putois, Sabaudis Poutter, Dalmatis, & Bohemis Thchorz, Polonis Vydra, Anglis Sitche, Germanis Sitschpronunciatur. Opinamur hoc animal à Scaligero, in exercitationibus aduersùs Cardanum, eatum fœtentem appellatum fuisse, non solum quia hanc belluam inter Castores, & Lutras connumerauerit, aliasque animantes, quæ piscibus vi-ctitant, sed etiam quia retulerit quòd hic eatus fœtens in Gallia Putois dicatur; quod de Putorio à nobis paulò antè assertum fuit.

Odor teter huius Mustelæ.

DIFFERENTIÆ.
Descriptio.

ALbertus meminit cuiusdam Mustelæ, quam Noerzam vocant, magnitudine Martis. Hæc pilos ad colorem Lutræ accedentes gerit, syluas habitat, & semper in remotioribus nemorum penetralibus reperitur, & quoniam de se putidum odorem emittit; ideo nonnulli hanc bestiam speciem Itissi nempe Putorij esse statuerunt. Si ad descriptionem nosmet conuertamus; obseruabimus in Putorio caudam multò breuiorem, quàm in Marte, deinde reliquo corpore Marti valdè similem, paulò tamen maiorem. Circa collum Putorius angustior est, sed circa imum ventrem latior conspicitur in cauda, & cruribus nigrior, & ad latera flauior. Tegitur hoc animal pelle ex duplici pilorum ordine constante; alij enim sunt breuiores, alij verò longiores; breuiores flauitie & longiores nigredine sunt insignita; quapropter pellis hæc intuentibus gratum colorem communicare solet. Inter auctores rerum naturalium in describendo hoc animali quædam agitatur controuersia circa pedes. Scilicet verum crura sinistri lateris breuiora sint, vt à quibusdam de Taxo relatum fuit, quia partem affirmatiuam aliqui auctores tutati sunt. Verùm hoc à veritate valdè recedere autopsia declarat; nam in officinis pellionum multæ Putorij pelles quotidie ostenduntur, in quibus nulla pedum inæqualitas obseruatur.

Putorij descriptio.

PVTORIVS CVM RVTA, QVA OMNES MVSTELAE ADVERSVS Serpentes se defendunt.

MATV-

E

NATVRA, CIBVS, VSVS.

RVtorius, vt veritatem fateamur, naturam in largitione fuorũ odorum parũm liberalẽ expertus est, cum fœtidissimũ odorem semper spiret, vnde postea nomẽ inuenit, vt paulò ante enucleauimus. Hinc Germani (Gesnero auctore) quando fœdissimã meretricem significare volũt, eam tetro huius animantis odori comparare solent. Reusnerus igitur, in Paradiso poetico naturales Putorij proprietates perpendens canebat hunc in modum.

Putet, eleri, malè fœtens Putorius ira,
Gallinas morsu strangulat, ova rapit.

Quocircà ex doctrina Reusneri colligere possumus Albertum assecutum fuisse veritatem, quando scripsit Putorios, et Martaros muribus, & gallinis infestos esse, ideo incolunt horrea, stabula, aliaq; ædificia, in quibus galline versari solent. In Syrius etiam,
F auctore Agricola, libentissimè vagantur, vt auibus insidiẽtur, à quibus quemadmodum, & à gallinis statim caput auferunt, nè vllum clamorem edere possint, mdeq; sanguinẽ & ouа absorbent. Insuper more Lutrarum, quandoq; in ripis fluminum cauatis habitant, vt piscibus, quos etiam appetunt, insidias tendant. Sunt etiam qui affirmant ranas à Putorijs deuorari, neque hoc à veritate alienum videtur; cum rusticus quidam Gesnero narrauerit se inuenisse ranas in arboris cauitate, vbi Putorium occiderat. Pellis tantùm huius animalis est in vsu, sed pelliones laudant pelles animalis capti hyeme, quia minus fœtent, quam Putorij verno tempore capti grauissimè olent. His pellibus igitur elaboratis, pelliones vtuntur ad fulciendas vestes hyemales, & pariter ad femimanicas hyemales concinnãdas pro vilibus potissimum hominibus, quoniam huiusmodi pelles non sunt magnæ æstimationis, ideoquè vili venduntur pretio. *Auibus insidiatur.*

DE MARTE.

Cap. XVIII.

G

SYNONIMA, ET ETYMVM.

ARistoteles in historia animalium ponderans naturam Castoris, & Lutræ meminit Satyrij, propterea Niphus in commẽtarijs Satyrium interpretatur Martarum magnitudine cati cum pilis ad colorem fuluum tendentibus, & vulgò dici Foinam asseuerat. Sed hic animadu ertendum est. Foinam quidem Martem, sed omnem Martẽ Foinam appellari non posse quemadmodum in examinandis differentijs docebimus. Hæc bellua igitur a ferocia vocatur Martes, quia Martia, & bellicosa sit; cum Mars olim ab Ethnicis Deus Belli reputaretur, ideoq; Bellus etiam ab aliquibus fuit appellatus; vnde hæc quoquè bellua ipsis Nationibus Bellosa nominatur. Barbari recentiores hoc animal Martam vocant;
H & licèt hoc nomen proprie sit Hispanicum, tamen nonnullis Italis, Gallis, & Germanis Marta, Marturo, Martaro, & Martorello dicitur, Bononiensibus verò pellionibus Martine, Anglis Marder, Gallis Mandre, Polonis Kuna. Quapropter Cromerus in historia Poloniæ inter pelles cultui aptas Mardures, quas Poloni vocant Kunas recensebant. At Erasmus Stella in historia antiquitatum Borussiæ scribebat à Barbaris illius bestias de genere Mustelarum vocari Gainos, quas Germani Martes nominant. Quare idem Author in carmine elegiaco ad Federicum Principem sic cecinit, *lib. 8. c. 5.* *lib. 1.* *Gainus quid sit.*

Quæ tua pellis erit gratus, vesure Gainus
Nuda nisi, rigidum pellis, & inde gelu.

Matthias à Michou in sua historia refert Populos quosdam Sarmatiæ Europeæ ad pellendam aeris iniuriam pelles Zobellorum, & scisurorum consuere; propterea aliqui per Cusmos Martes intellexerunt, nec sine ratione, quoniam Ioannes Bohemus scripsit

reliquit

reliquit Incolas Hungariæ Scythicę, nil aliud pro tributo, quàm pelles scismorum, & Zobellorum Duci Moscouię pendere, cum Zibellini, & Martes pretiosis exuuijs induantur. A

DIFFERENTIÆ.

DVæ Martis species nostra ætate obseruantur iuxta exuuias, quas Pelliones in suis officinis venales habent. Altera pilo fuluo nigricante vestitur, excepta gutturis parte, quę albicat, & hanc Fainã nostri Pelliones vocant; nos Martem domesticã esse constituimus; est enim corporaturę felis, sed paulò longior; eruribus, vngulisq; breuioribus. Hęc per rura vagatur, gallinas iugulat, oua exhaurit, turres ascendit, columbas infestat, & denique omnes aues uexat. Altera species syluas semper incolit, eas rarissimè deserit. proprieq; Martes appellatur, differt autem à priore, quia induitur pilo clariore, & tactu molliore, guttur habet luteum, cuiusq; spolium à magnatibus expetitur. Sunt qui dicant (teste Matthiolo in comm. ad Dioscoridem) hanc postremam speciem in duas alias distribuendam esse, quarum vna in syluis fageis, quernis, & iligneis versatur, altera verò nemora tantùm picea, & abiegna incolit, quæ pulchriori pilo vestitur. Georgius etiam Agricola duas Martis species constituebat, & quoniam interdum eas sub tectis, interdum in spelæis versantes obseruabat; idcirco Martes tectorum, & saxorum indigitauit. Præter enumeratas Martium species, aliqui scribunt ad Podamnici lacus initium oppidum Brigantium nuncupatum situm esse; cui sylua Brigantina dicta adiacet, in qua Martes noctu lucentes esse perhibentur; quarum cognitio ad nostros pelliones nõdum peruenit. Verùm hanc speciem à prædictis minimè discrepare opinamur; cum horum animantium oculi ob spirituum copiam, more felium, splendorem emittere possint. B

Martis species quot sint.

ANATOMICA.

BEllua hæc dentes habet admiratione plenos, candidissimos inæquales, & asperos; idemque refert Gesnerus, qui in cranio Martis domesticę omnes diligenter obseruauit. Canini igitur in vtraque mandibula eminent, inter quos sex dentes exigui in altitudine tamen æquales interiecti sunt; qui incisorum munus obeunt; cum hac tamen differentia, quòd incisores mandibulæ inferioris perexigui sunt. Molares, seu maxillares sunt serrati, eorumque quidam figura triangulari insigniti, & vtrinque octo existunt; horum vltimi in superiori oris parte multò cæteris interius sunt, nempè in ipso palato. Quare dentes in cranio huius animalis triginta duo numerantur. Libuit autem non solùm cranium, sed integrum huius bestiæ sceleton exhibere, vt lector non modò cranium, & dentes, verùm quoque omnes vertebras, costas, & alia ossa diligenter obseruare possit. C

Dentes quot & quales.

NATVRA, LOCVS, CIBVS.

HOc animal satis benigne est naturæ, quia facilè circuratur, & circuratum cũ hominibus, alijsque belluis versãs hùc, atque illùc innoxiè diuagatur. Id testificatur Gesnerus, qui Martem habuit circum, canis, quo cum nutriebatur, anatissimam, quem in it inere etiam sequi solebat. Immò vinculis soluta circa vicinorum ædes vagabatur, & semper reuertebatur, supina quoque cati ritu ludebat. Verumtamen bellua hæc cum sit infida, nonnulli suadent, vt canini eius dentes amputentur; sic enim mordendo minorem noxam inferre potest. Excrementa huius animantis odorata esse scripsit Ruellius; quod postea Renodeus in historia materiæ medicæ confirmauit, dicens se obseruasse excrementa grandiorum Mustelarum, quas ob pugnacitatem Martes appellant, Moschum redolere. Si contemplemur locum natalem comperiemus regiones frigidas, & potissimùm Septentrionales & D

lib. 3.

Fimus Martium qualis.

Martibus



MARTIS SCELETON

Martibus coli; quamobrem Bargeus ſic canebat. A

——— *& captus Vrſę ſub ſydere Martes.*

lib.4. Syr. Matthias etiam à Michouagens de Sarmatia Europea, in Ruſſia copioſas pelles Mardarum, nempè Martium eſſe referebat. At ſi locus particularis vtriuſq; ſpeciei examinetur: Geſnerus tradit. Martis genera apud Heluetios, & in regionibus alpinis verſari; quamuis Martes domeſtica vulgo Faina dicta paſſim in omnibus ferè Europæ regionibus reperiatur, & præcipuè ſub magnorum ædificiorum, & templorum tectis, nec non in ſyluis circa fagos, à quibus nomen inuenit, cum multis Fagina, & nomine corrupto Fana nuncupetur. Frequens etiam eſt, Geſnero teſte, in Germaniæ alpibus, quę meridiē, & Italiam ſpectant; nam Martes propriè dictæ, quæ pelles habent pretioſas, vagantur tantùm in ea Germaniæ parte, quæ Septentrionem reſpicit, deinde in abietibus nō autem in fagis verſantur. Vndè quidam ruſticus retulit Geſnero, ſe in præralta abiete Martem cum quatuor catulis comprehendiſſe. Gallia Martibus abietum caret; ex Polonia quidem deferuntur, ſed colore fuſco diluto, qui color in Martibus minus commendatur; cum Martes habens colorem ex fuſco, & puniceo mixtum præferatur. De victu ſcribunt nonnulli, vt Ruellius, quòd Martes, præter eibum alijs Muſtelis conuenientem, frutices odoratos edunt; ideoquè excrementa odorifera reddunt. Geſnerus hanc opinionem explodit, cum Martes herbis, & fruticibus nunquam veſci intellexerit. Itaquè Alexander Aphrodiſienſis excrementa odorata horum animantium cibo qualicunquè ficciori, & ſimpliciori attribuebat. His addamus optimam, & perfectam in his animantibus ciborum coctionem, nam vbi tales coctiones celebrantur; ibi neceſſariò, grati, & iucundi odores producuntur.

Martes propriè dicta vbi.

lib. 2. cap. 1.

lib. 1. probl.

B

DENOMINATA.

Mortorella quæ planta.

YLuaticus herbam valerianam Martorellam appellat, nec non catariam ſylueſtrem, quia feles ea maximoperè delectentur, quemadmodum etiā gaudent calamētho maiori, quod etiam Matthiolus catariam cognominauit. Nos ælurion, græco vocabulo, à felibus denominare poſſumus, quia certum eſt hanc herbam felibus eſſe grata m, veluti Marturellam, ſiue valerianam Martibus; cum fortè harum ſpiritus recreet, atquè refocillet. Eſt alia planta, quā Monachi in Meſuem ſenugręcum ſyluſtre, alij neſam, alij taurinam vocāt. Manardus à quibuſdam Italis Gyarcam nuncupari ſcribit, Braſauolus verò Giarcam; hæc fortè eadem erit, quàm Marcellus Empiricus cicharbam nominat. Hanc igitur plantam prædictus nominibus inſignitam rutam caprariam eſſe, & Martanicam forſan à Martibus indigitari concludunt.

C

VSVS PELLIS.

EX illa portione pellis candidiſſimæ, quæ ſub gutture Martis domeſticæ reperitur, ex Geſnero in Germania, pilei admodum ſalutares capiti concinnantur. Apud nos ex portionibus albis huius pellis Fainæ, quam vocant ſimul conſutis, noſtri Pelliones veſtes hybernas ſuffulciunt, & ex reliqua pelle chirothecas villoſas componunt, quas ſingulas ſexdecim, & viginti libris monetæ Bononienſis vendunt. At ſemimanicam hyemalem ex pellibus Martium propriè dictarum conſutam non minus, quàm ſeptuagintis libris venundant, quoniam hæ pelles non niſi pretioſis veſtibus aſſuuntur; idcirco Reuſnerus in Paradiſo Poetico eecinit.

D

Pellibus inducit pretioſis pallia Martes.

Hae etiam ratione ductus Martialis non immeritò ſcripſit.

Venator capta Marte ſuperbus adeſt.

Non eſt igitur admiratione dignum, ſi pelles Martis magni pretij eſſe perhibeantur, & veſtimenta exornando, illa pretioſa efficiant, nam Bargeus hæc reſpiciens dicebat:

Non decerant molli, qua membra rigentia lana
Contegerent denſa pretioſo vellere Martes.

lib. 5 cyneg.

An-

E Andreas Teuethus in historia Americæ tradit, quòd mulieres de Canada quatuor, aut quinque pelles Martis consuunt, in quibus postea proprios infantes nuoluunt, & hæc de vsu huius pellis dicta sufficiant. *lib. 2.*

DE MVSTELA ZIBELLINA dicta. Cap. XIX.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

ARistoteles in historia animalium verba faciens de Castore, Lutra, & alijs animantibus amphibijs meminit Satherij; Niphus autem in commentarijs iuxta nonnullorum sententiam per Satherium Cebalum animal hirsutum, & pelle valdè pretiosa indutum exposuit. Hinc conijcere possumus & ratione nominis, & ratione pellis de Mustela Zibellina locutum fuisse, quam omnium Mustelarum nobilissimam esse prædicant. Poloni, quorum regio proxima est illis locis, vnde huiusmodi pelles pretiosæ ad varias regiones deferuntur; hoc animal Sobel nominant. Idcirco aliæ Nationes hanc belluam ratione similitudinis Mustelinæ, Mustelam sobelam, vel zobelam indigitarunt. Illyriæ etiã populi idem nomen cum Polonis retinent. At Cromero in historia Batauiæ non Mustelam sobelam, sed Scythicam vocitare placuit. Gallis, corrupta voce, Martes Soublines dicitur, fortè propter similitudinem, quàm habet cum Marte, nec sine ratione, quoniam fuerũt multi, qui hanc bestiam Martem Scythicam nominarunt. Alciatus in emblematibus hoc animal Murem Sarmaticum, & alij Murem Scythicum cognominarunt, sed, nostro iudicio, perperam; nam, cum hoc animal Mustelæ potius, quàm Muris figuram, & corporaturam æmuletur, Mustelam, vel Ictidem Scythicã, aut Sarmaticã appellare debuissent; *lib. 8. cap. 5.* F *Sobel animal quid sit* *Embl. 79.*

DESCRIPTIO, ET NATVRA.

G GEorgius Agricola hanc Mustelam paulò minorem Marte constituebat, & totam obscuro colore suluam, præter guttur, prædicabat, cui colorem cinereum attribuebat. Alij colorem huius Mustelæ subflauum & collum cinereum esse statuunt. Matthiolus in Commentarijs ad Dioscoridem minimè recedens à doctrina Agricolæ, & à germana veritate formam, & corporaturam huius pretiosæ Mustelæ cum Marte eamdem ferè, sed paulò minorẽ esse promulgauit; cum Zibellinus in comparatione ad Martem crura breuiora habeat. Hoc animal natura sua agile, & semper inquietum est; ideò Physiologi non dissimilem mobilitatem tegmini detracto inhærere autumant; propterea quòd obseruarũt pelles Zibellinas in imo capsæ repositas alijs vestibus, & pannis onustas post triduum plus minùs in summum ascendisse. Amplius aliam proprietatem in pilis huius Mustelæ inuenerunt; nam si manibus tractentur, aut fricentur semper æquales remanent, quod in cæteris Mustelis non contingit, siquidem illarum pili contrectati semper se erigunt. *Pellis Zibellina mira proprietas.* H

LOCVS, VICTVS.

OLaus Magnus in historia Septentrionaliũ literis mandauit, quòd Zobelli, & Marduri, id est Martes in frigidissimis nemoribus vitam degũt, sed Zobelli potissimùm in extremis Moscouitarum syluis versantur, propterea per immensum terræ & maris spatium ad alienigenas horum animantium pelles importantur. Verùm non solũ in Moschouia, sed etiam in Lithuania, alba Russia, & regionibus mari Cronio finitimis hæc animalia vagantur; Quamobrẽ Io. Bohemus in historia de moribus gentium recẽsens Lithuanorum diuitias, pelles Zibellinas *lib. 18. c. 15.* *lib. 3. c. 7.*

bellinas nominauit,& paulò inferius agens de Hungaria Scythica meminit pellium Zibellinarum,quibus prædictæ regiones redundant. Venduntur enim huiuſmodi pelles caro pretio,etiam in locis, in quibus capiuntur; hinc fit vt venatores ditiſſimi euadant. Inſuper in Lanceruca Scandinauiæ ſylua Muſtelæ etiam huius generis comprehenduntur,ſed præſtantiores ſunt Zibellini pelles,quas Tartari, & Lapones mittunt. Hac de re Cardanus in libro de rerum varietate commemorat hos Lapones populos ſub extremo Septentrione habitantes,qui pelles Zibellinas elegantiores ad varias regiones tranſmittunt. Deniq́, vt legitur in hiſtoria deſcriptionis Guineæ, prouincia Congi Zibellinorum copia ſcatet. A cibo harum animantium citò ſe expedit Olaus Magnus, dum inquit, Zibellas in aliquo ſaltu opaco ſemper latitare, & pro victu auiculis inſidiari. A

loc.cit.

DENOMINATA.

SVnt qui opinantur Zibellinorum ſectam ab animali Zibellino denominatã fuiſſe,fortè quia huius ſectæ auctorem pellibus huius animalis indutum incedere credebant. Verùm hanc ſectam ab hoc animante originem nõ traxiſſe colligere poſſumus ex hiſtoria chronica, quam Stephanus Guacius Italico ſermone conſcripſit,vbi tradit,Ruggerium olim Siciliæ Regem,cum dubitaret nè Conradus tertius Imperator in Italiã veniens eum Regno priuaret(Imperatores enim Regum Siciliæ ſemper inimici eſſe ferebantur) legatos ſuos in Germaniam miſiſſe,vt Guelphum Bauariæ Ducem aduerſus Imperatorem de bello ſolicitarent,quod ſtatim atquè paratum eſſe intellexit,magnam militum cõpiam,cũ nomine ſuo,tùm,vt res honeſtior videretur,etiam nomine Pontificis,cuius ſe tributarium eſſe profitebatur,in ſubſidium Duci Guelpho miſit,cum quo dimicaut Henricus Imperatoris filius,qui quoniam in loco Zibellino dicto, natus eſſet Zibellini etiam nomine gaudebat. Vnde Imperatoris exercitus in quocunq; certamine alta voce clamabat Zibellinum viuere,& viciſſim milites Guelphi Ducis viuere Guelphum;hinc prædictæ ſectæ non autem à Zibellino animali ortum duxerunt. B

VSVS PELLIS. C

lib.1.ca.56

lib.1.

MAr. Paulus Venetus ſermonem habens de veſtimentis Tartarorum ſcribebat ipſos Zibellinis vti,& alibi retulit,quòd magnifica tentoria in amplæ planitie venationis cauſa, pro magno Can Tartarorum conſtructa,intus pellibus Zibellinis exornantur. Legimus etiam in hiſtoria Sarmatiæ Aſianæ, Iurhos populos Scythiæ Duci Moſcouiæ eſſe ſubditos illiquè pro tributo pelles Zibellinas pendere. Alexander Guagninus de vſu pellium huius pretioſæ Muſtelæ ſcribit,quòd in Obdoriæ regione ad oſtia Oobbi fluminis quoddam antiquiſſimum Idolum in lapide cælatum conſpicitur,quod Moſcouitis Zolota Baba,ideſt aurea anus nuncupatur;eſt enim ſtatua mulieris vetulæ cum duobus pueris,quorum alterum gremio fouet,alterum verò quem illius nepotem fuiſſe perhibent,penès ſe ſtantem habet. Ibi hoc Idolum cultu latriæ venerantur, illiq; pretioſas pelles Zibellinas offerunt. Noſtra ætate huiuſmodi pelles ad ornandas nobiliorum fœminarum veſtes potiſſimum adhibentur;quandóquidem de hoc animali Reuſnerus in Paradiſo Poetico ſic cecinit. E D

Romanas ornas ſic benè pelle nurus.

Pretium pellis Zibellinæ.

Pelles enim Zibellinorum tantæ ſunt æſtimationis,atquè pretij,vt Paulus Venetus duo millia coronatorum pro factatura vnius veſtis non ſufficere pronunciauerit, & Georgius Agricola auctor eſt,ſe præſente quadraginta pelles huius Muſtelæ nullé coronatis aureis venditas fuiſſe. Nos hic Bononiæ in officina pellionis ſeminanicam hyemalem ex Zibellinis concinnatam quadringentis libris monetæ Bononienſis emptam fuiſſe cõſpeximus;quoniam huiuſmodi pelles pluris fiunt,quàm panni, quibus aurum intertexitur. Cæterùm,antequam finem huic tractatui imponamus,duo circa has pelles digna

eſſe

esse animadueršione arbitremur. Primum est conditio genuinæ pellis zibellinæ, secundum est modus præseruandi has pelles pretiosas, ne à blattis vexentur; Quoad primum refert Sigismundus in commentarijs de rebus Moscouitis, quòd perfecta pellis Zibellina debet gaudere his conditionibus, nimirum vt pili sint admodum longi, deinde, vt eorum color ad nigredinem potius, quàm ad alium colorem vergat; nam hæ conditiones animal congruo tempore captum fuisse arguunt. Quoad pellium conseruationem. tradit Olaus Magnus pelles zibellinas nullo modo Soli exponendas esse, quoniam magis consumuntur, quàm si per spatium vnius anni in vsu vestium adhiberentur. Deinde, cum ob pilorum longitudinem sępissimè à tineis infestentur, ad harum præseruationē duo esse necessaria opinatur. Primum vt pelles identidem moueantur, & concutiantur, deinde non nisi in ramis absinthij inuolutæ in capsis, vel armarijs condantur. *lib. 18. c. 15.*

DE MVSTELA AFRICANA. Cap. XX.

DOctissimus vir Carolus Clusius in Exoticorum historia verba facit de animalculo, quod Mustelam Africanam appellat, e iusquè iconem in gratiam legentium exhibet. Est autem hoc animal (ipso referente) maius glire. vel mure, sed in corporis forma Mustelam quodammodo repręsentat. Cauda longis pilis prædita sciurum æmulatur, illam enim attolit, sed minimè supra caput, more sciuri, retorquet. Quandoq; hoc animal comedens clunibus instar sciuri insidet, anterioribus pedibus cibum tenens. In vtraquè mandibula binis longioribus dentibus est præditum. Aures ferè orbiculares habet. Color pilorum mixtus est ex spadicco, fusco, & albo singulis coloribus à capite ad caudā secundū corporis longitudinem virgatim excurrentibus. Summa varietas obseruatur in cauda similibus coloribus radiatim distincta quando interdum illam instar caudæ Pauonis explicat. Pedes in quinquè digitos habet diuisos, quaternos antrorsum spectantes, eorumq; binos medios longiores, quintum breuem calcari non dissimilem retrorsum spectantem. Hæc bestia omni cibo obiecto indiscriminatim vescitur præsertim verò pane delectatur, non est admodum ferox, & facilè cicuratur, libereque absquè vinculo vagans sponte caueam repetit. Cum autem verisimile sit ex ea parte Africæ, quam Oceanus aluit, hanc bestiam deferri; propter ea clarissimo Clusio γαλὴν λιβυκὴν, nempè. Mustelam Libycam siue Africanam vocitare placuit. Cæterùm Ioannes Hugo agens de animalibus Indiæ scriptū reliquit, ibi animalia viuerris similia reperiri, quæ caudā habent sciuri, super arbores vagantur, pilis varijs exornantur, & ad delicias expetuntur. Vtrum modò huiusmodi animal possit dici congener Mustelæ Africanæ Clusij perito Lectori iudicandum relinquimus. *lib. 5. c. 17.*

DE GENETTA. Cap. XXI.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

STatim post historiā Mustelarum, Genettæ naturā scriptis mandare libuit, vt omnibus liquidò constaret hoc animal aliqua ex parte Mustelis assimilandum esse, non autem inter Mustelæ species recensendum; quemadmodum Cardanus in libro de rerum varietate memoriæ prodidit. Qua de causa Scaliger ipsum acerrimo reprehensionis sermone prosequitur; cum Genetta in comparatione ad Mustelas, nihil præter auriculas illis cōmune habeat. Nā in corpuratura magnā Lutrā æquare solet, quā magnitudinē Mustelæ nullo modo assequūtur. Cęterū pro Cardano dicēdū est, quòd fortè ratione pellis, hoc animal inter *Exerc. 210.* *Cardani definitio.*

Muſtelas recẽſuit;nã pellis huius animalis æquè,ac pellis alicuius Muſtelæ ſylueſtris eſt ęſtimationis;magnæ cũ ex his omnibus pretioſæ veſtes fulciãtur.Quibuſdã nomẽ huius belluæ Ginetha,alijs Genetta,aut Ginetta ſcribitur;cũ Ginocha apud Albertũ perperã pro Genetha legatur.Modò vnde ætymologia huius nominis deducẽda ſit,teſte Geſnero,nihil certi habemus;niſi velimus aſſerere locum natalem huic animanti nomẽ dediſſe. Defertur enim ex Hiſpania,vnde etiam equi in curſu velociſſimi Ianetti, vel Ginetti nuncupati habentur,de quibus in equi hiſtoria actum fuit. Quapropter & hæc beſtia à quodam fortè Hiſpaniæ loco,*Ginetto*,dicto ad nos conuehi poteſt;cum hoc animal Hiſpanicũ eſſe omnibus ſit in aperto. Ideo Pelliones ob ſimilitudinem,quam cum Cato habet,paſſim Catum Hiſpaniæ vocitant. Hinc etiam Germani (referente Geſnero) vocabulo ex Genetta,& Cato compoſito hanc belluam *Ein Genithcatz*, nempe Genethocatum vocant. Alij hoc animal felem Conſtantinopolitanam nominare maluerunt, nixi Obſeruationibus Bellonij,qui ſe Conſtantinopoli verſantem huiuſmodi animalium genus,per ædes,more felium,vagans conſpexiſſe tradidit. Tandem ſunt,qui hanc beſtiam Pantheram minorem,apud Oppianum,eſſe arbitrantur;non ſolum quia in magnitudine,& ingenio Pantheræ,reſpondeat,ſed etiam quia tàm Pantheræ,quàm Genettæ pellis odora eſſe perhibeatur.

lib.1.c.76.

DESCRIPTIO, & Differentiæ.

lib.19.c.58.

Incentius in Speculo naturali retulit Genettã eſſe belluam paulò maiorẽ vulpecula, ſed rectiùs,ad mentem Alberti, legere debemus vulpecula paulò minorem,cui color inter croceum, & nigrum cum maculis nigris ordine quodam diſpoſitis ineſt,illiquè manſuetudinem, niſi beſtia fuerit laceſſita,attribuit. Pellis igitur huius animalis, quam quibuſcunquè licet in officinis pellionum obſeruare,ex Geſnero,à capite ad extremam caudam plerumquè longa eſt dodrantes quatuor cũ palmo,cauda ſeorſum ſumpta duos dodrantes;reliquo enim corpori eſt ferè æqualis. Latitudo pellis ſecundùm medium extenſæ dodrantem æquat. Venter medius,& collum ſupinum eſt quaſi cinerei coloris. Caudam circuli nigri octo aliquando etiam plures, & totidem albicantes alternatim diſpoſiti exornant. Corpus totum maculis nigris eleganter diſtinguitur,nam reliquum fuſcum vel canum fuſco permixtum eſt. Demum tota pellis molli,& denſo pilo lanuginoſa non ingratum odorem ſpirat. Præterea Geſnerus in Appendice quadrupedum viuiparorum duas huius animalis ſpecies aſſignare videtur:dum conſert pellem Ginettæ à Bellonio exhibitæ cum illa,quam apud pelliones ipſe contemplatus eſt;in hac enim maculas diuerſas,& oblongiores obſeruauit. Veruntamen fieri poteſt,vt aliquando in vna pelle maculæ oblongiores,in alia verò rotundiores producantur,cum tamen pelles ad animantia eiuſdem generis attineant: niſi per pellem habentem maculas oblongas,pellem Cati ſylueſtris Ginettæ valdè ſimilis intelligere voluerit,de quo ſuo loco verba fient.

GINETTA BELLONII, FELIS SPECIES
Constantinopolitana quibusdam.

A

LOCVS, VSVS.

SCriptum reliquit Gesnerus, quòd pelles Ginettę Lugduno in Germaniam afferuntur. Nostri pelliones illas ex Hispania rāquam à loco natali horum animalium deferri asserunt. Horum opinioni fauet Cardanus, dū Ginettas Hispaniæ proprias animantes esse testificatur. Si locum particularem, quo præcipuè gaudet, consideremus, sciendum est hoc animal circa loca aquosa versari, vt inde victum querat, vt Vincentius in Speculo naturali promulgauit. Postremò animaduertendum est tegmen Ginettę connumerandum esse inter pelles nobiliores, ex quibus pretiosa indumenta fulciuntur. Quapropter optimade causa Cardanus nobilissima Lyncum, Mustelarum, & Ginettarum tegmina appellabat. Hodie nostri Pelliones semimanicam hyemalem ex pellibus Ginettæ consutam vigintiquinque & etiam triginta libris monetæ Bononiensis iuxta pellium bonitatem venundant.

Locus particularis.

B

DE ANIMALI ZIBETHI. Cap. XXII.

SYNONIMA.

PAuca de hoc animali carptim hic delibare operæpretium esse duximus, & eò magis quoniam hanc bestiam Mustelæ odoratæ nomine decorari cōperimus. Legimus enim in historia de Commodis incolarum Virginiæ hæc verba. *Iter facientes incidimus in Mustelam odoratam, quam vulgus Ciuettam appellat, ab indigena casam; indeque collegimus indegenarum etiam sermonibus confirmati illam Prouinciam huiusmodi bellua alere.* Nostra non intererit in præsentia prisca huius animalis nomina inuestigare; propterea quòd hāc belluam Antiquirati ignotam fuisse perhibent. Græci nuperi nomine peregrino Zapetion, & Ziberhum appellant, de cuius natura, & nomine non satis inter se conueniunt. Matthiolo in Dioscoridem animal zibethi dicitur. Scaligero ob cati fortè similitudinem Catus zibethicus, eius verò odoriferum excrementum zibethū nuncupatur. Hac etiam ratione Ludouicus Romanus narrat in Cambaia nasci feles zibethi, quos Gibellos vocant. Paulus Venetus fortè odoramentis deceptus hanc belluam catum moschi appellauit, dum pulchritudine conspicuum, & catimagnitudine esse tradidit; cum tamen notissimum sit animal moschi esse capreolum; animal verò zibethi ad Cati formam accedere in progressu huius historiæ ostendemus. Io. Hugo in suo Itinerario protulit has belluas in India Algallias, siue zibethos cognominari. Eius verba sunt hæc. *Optimum zibethi genus ex Guinea aduehitur sinceritate eximium; nascitur enim ex sudore Catorum, quos Indi Algallias, seu zibethos nuncupant.* Hinc hodiernum vulgus Siuettam vel Ciuettam hāc bestiam indigitat. Alij hoc animal esse murem peregrinum D. Hieronymi commenti sūt; quoniam D. Hieronymus ad Demetriadē muris peregrini meminerit, & Hermolaus in Dioscoridem prodidit hunc murem proculdubio esse illum, ex quo zibethum abraditur. Non defuerunt, qui ratione figuræ hoc animal Catum syluestrem, & qui ratione macularum Pantheram esse falsò crediderunt; vt Petrus Gyllius rerum naturalium diligens perscrutator, qui Gesnero Venetijs versanti hoc ziberhi animal Pantheræ genus esse asseuerantius dixit, hac potissimum ratione ductus, quia inter animantes quadrupedes solæ Pantheræ Priscis odoratæ esse ferebātur. Verūm illi aduertendum erat, quòd Antiqui Pantheras non hominibus, sed cæteris animalibus benè olere docuerunt. At zibethi animal non alijs animantibus, sed solis hominibus suauem odorem mittere perhibetur. Præterquamquod hę duę animantium species forma, & corporatura à se inuicem mirandum in modum dissident.

tom. 1. flor. Amer.

lib. 1. c. 20.

Exerc. 211.

lib. 4. nauig. cap. 2.

Optimū Zibethum vbi.

C

D

IOR-

E

FORMA, ET DESCRIPTIO.

REnodeus agens de materia medica literis mandauit hoc animal prædictũ esse rituoblongo instar Taxi, barbitium, & maxillas inferiores albas, corpus longum laterales ventris, partes albicantes, & dorsum ex obscuro cinereũ, maculis nigris consperſum habere. Quamuis autẽ multi hoc animal seli assimilent, quia noctu ex oculis splendorem emittat, linguam tamen vt felis non habet asperam. Deinde magnitudine felem domesticum superat, & asperis, rigidisquè pilis vestitur. Gesnerus autem magis accuratam descriptionem afferre videtur; dum tradit hoc animal dentibus, & pilis asperioribus armatum; à capite ad initium caudæ integrum hominis brachium adæquare, altitudinem crurum vsquè ad pedes ad crientem brachij reduci, magnitudinis esse ferè vulpinæ, & colore lupino maculis nigris respersо insignitum, sollicalumquè circa inguina gestare, in quo odoramentum, Zibethum nuncupatum, colligitur. Non defuerunt clarissimi vlri, qui contemplantes iconem huius animantis à Bellonio in obseruationibus exhibitam, nec non iconem datam à Gesnero, & à Clusio in Curis posterioribus, in hanc descenderunt sententiam, duas huius belluæ species assignandas esse; quatenus icon Bellonij ab alijs discrepare videatur. Verumtamen Cati Zibethici, seu Ciuettæ, quam ipsè Bellonius Hyenam veterum esse, magno errore, arbitratur, legitimam descriptionem attulit; iconem verò genuinam non adposuit; cum non satis exactè veram huius animalis formam repræsentet. Quapropter huius bestiæ duas species dari non est statuendum, sed tantummodo ad iconem Gesneri, vel Clusij respiciendum esse opinamur. Immò vt huius asserti veritas omnibus legentibus magis innotescat, ambas icones exhibere non piguit. *lib. 3. c. 16.* *Odoramentum vbi sit.*

F

NATVRA, & Mores.

G

TRadidit Cardanus, in volumine de rerum varietate, hoc animal ob ferã naturam nullo vnquam tempore mitescere. Verum hoc assertum à Scaligero acriter repudiatur; cum ipse plures animantes huius generis, & Romæ, & Mantuæ adeò mitificatos viderit, vt innoxiè ab hominibus supra humeros gestarentur. Renodeus quoquè verba faciens de materia medica retulit, hoc animal esse quidem Indicum, sed hodie apud Europeos valdè frequens, cicuratumquè ob seruari; cum Lutetiæ in multorum ædibus ipse contrectari impunè conspicatus fuerit. Ad rem Bellonius narrat in Obseruationibus quemdam virum nobilẽ, qui Alexandrię Florentinorum consulem agebat, habuisse Ciuettam ita mitem, & placidam, vt cum hominibus colludens nasum, aures, & labra dentibus sine noxa apprehenderet; posteà addit hanc ab ineunte ætate humano lacte educatam fuisse. *lib. 3. c. 16.* *lib. 2. c. 20.*

H

FELIS ZIBETHI CVM AELVROGONO
Magorum, ideſt bugloſſa.

ANI-

ANIMAL ZIBETHI, VEL HYENA VETERVM
BELLONII.

A

LOCVS, ET VICTVS.

SCriptum reliquit Cardanus Ginetham, & Zibethicam Feram ex Hiſpania deferri: Scaliger autẽ in exercitationibus ipſum acriter reprehendit; cum Ginetha quidem ex Hiſpania, tanquam à loco natali in Italiam, & in alias regiones importetur, Zibethicum verò animal, cũ in Pegu Indiæ, & Tarnaſſari gignatur, nullo modo Hiſpanicum poſſe appellari affirmat. Cæterùm vt veritatem fateamur, Cardanus hac in re excuſatione dignus eſſe videtur, cum multa animalia, aliaq; ſimplicia Hiſpanica nuncupentur; quatenus recto tramite ab Hiſpania in Italiã deferantur; cum tamen primò illuc ab India importentur: Faloppius etiã in tractatu de materia medica recitat, hoc animal aduehi ex Aegypto, vbi copioſũ partum enititur, & tamen Aegyptum non eſſe locum natalẽ huius animalis omnibus auctoribus eſt manifeſtum: cum hæc beſtia regiones calidiores incolat. Huius aſſerti teſtis eſt Ioannes Leo in hiſtoria Africæ, qui feles odoratos in ſyluis Aethiopiæ verſari fatetur. Matthiolus in Commentarijs ad Dioſcoridem hoc animal Venetijs ex Syria delatum vidit. Ludouicus Romanus in hiſtoria nauigationum, inter natalia loca huius beſtiæ Cambaiam recenſuit. Ioannes Hugo agens de opulentia, & felicitate Regni Chinæ felium Zibethi meminit, & paulò inferiùs addit, hæc animalia potiſſimum in Prouincia Congi haberi. Ibi enim mercatores illa eicurant, vt inde, quæſtus gratia, excrementum odoratum colligere poſſint. De victu animalis legimus apud Geſnerum, ipſum carnibus crudis delectari, & in ſyluis mures, ritu Muſtelarum, infectari. Iulius Cæſar Scaliger in exercitationibus contra Cardanum recitat ſe Romæ tres catos Zibethicos conſpexiſſe, qui apud Cardinalem Galeottum carne pipionum alebantur; propterea Faloppius in Tractatu de materia medica, optimo iure dicebat animalia Zibethi non ſine magno ſumptu nutriri, cum, præter narratos cibos, dulciaria, & orizam cum ouis comedant; nam quantò nobilius eis præbetur alimentum, tantò præſtantius, & ſuauius emittunt excrementum. Vtrum modò, præter nominata cibaria, alijs veſcatur, non liquidò conſtat. Inter Hiſtoricos Antonius Pigafetta, in ſuo Itinerario, protulit in China animal ſimile cato verſari, quod ſuccum odoriferum emittit, & lignum dulce, ibi Comaru nuncupatum comedit.

tap. vlt.

lib. 1. c. 20.

cap. 23.

211.

cap. vlt.

B

C

SVCCI ZIBETHICI NATVRA. & colligendi modus.

EXcrementum, quod ab hoc animali colligitur, ob fragrantiam à Ditioribus valde expetitur, & ob inſignes virtutes, & prærogatiuas à medicis ſummoperè celebratur. Eſt igitur odoramentum quoddam pingue craſſum, & saponi nigro ſimile. Nonnulli ſperma huius animalis eſſe voluerunt, ſed falluntur ex Scaligero, qui ſtrigmentum collectum cochlearj argenteo, aereo vel potius corneo ex partibus geniralibus animalis eſſe decreuit. At, ſecundùm Matthiolum, nil aliud eſt, niſi ſudor concreſcens inter animalis genitalia. Faloppius dixit hoc animal tàm marem, quàm fœminam habere loculum circa extremam abdominis partẽ intra fœmora, & huiuſmodi loculũ cauernis, & anfractibus redũdare, ex quibus ſuccus Zibethicus dimanat, qui primò eſt albus, deinde progreſſu temporis fit ſubluteus, & tandem nigreſcens euadit, & ſuauiorem, quàm moſchus odorem ſpirat.

Cuius ſit coloris.

D

Primis diebus non benè olet.

Primis diebus hoc odoramentum graue eſt, nareſquè mirandum in modum ferit; ſed cõcretum, & aeri expoſitum omne virus deponens ſuauitatem gratiſſimam acquirit. Idcirco Iulius Cæſar Scaliger exercitatione vndecima ſupra ducenteſſimam ladanum, & Zibethum, ratione odoris, affinia eſſe exiſtimauit; quoniam ladanum collectum, & ex Creta recens delatum, quemadmodum & Zibethum recenter abraſum, malè olet; ſed ambò purificata temporis tractu odoris grauitatem deponentia odoratui gratum odorem adipiſcuntur. Ioannes Leo, in hiſtoria Africæ, de hoc odorato excremento ſcriptum

E ptum reliquit quòd mercatores catulos zibethicos sibi comparant, quos lacte, furfure, & carne in cauis nutriunt, & liquorem odoratum bis, vel ter singulo die abstergunt, sed antequam ad opus se accingant, virgula prius animal leuiter verberando exagitat, vt vehementer percaueam motum maiorem zibethi copiam effundat. Nam Gesnero relatum fuit, singula quoque die, drachmam zibethi colligi posse. Hinc discendum est eorum sententiam non recedere à veritate, qui dixerunt, ante zibethi collectionem, curandum esse, vt animal in iracundiam præceps feratur. Alij, quibus minus credendum est, hoc animal certo anni tempore sponte incalescere, atque liquorem hunc odoriferum è genitali ciacular tradiderunt. Tandem hoc odorum excrementum collectum in vasu corneo melius, & diutiùs quàm in vase ex alia materia parato asseruari solet. Ad rem scribit Maiolus esse nobiles quosdam Vlyssipone, quorum annuus redditus solum ex zibetho ad mille, & quingentos aureos ascendit; quamobrem hoc excrementũ colligere, quàm frumentum serere maiori commodo illis esse perhibet. Id autem non ab alia causa dimanare existimamus, nisi quia lasciua hominum ornamenta eò peruenerunt, vt illos non pudeat ad augendum luxum, bestiarum excrementa adhibere. *colloq. 7.*

F

VSVS IN MEDICINA.

QVoniam Zibethicus liquor medicinę plurimùm commoditatis affert, antequàm de illius medico vsu sermonem habeamus; duo prius perpendenda esse opinamur, quorum alterum ad temperamentũ, alterũ verò ad electionem attinebit. Quoad primum. Cum hic succus temperatura valdè calida sit præditus, nullo modo exhibendus est ijs, qui capite calido sunt referti; immò loco huius, Rosę potius, & santala cũ exigua portione ambrę conuenire possunt. Quoad secundum scribit Porta in Magia naturali hunc succum diligenter examinandũ esse, an legitimus, vel vitiatus sit, cum hodie felle bubulo, styrace liquida, & melle crasico adulterari soleat. Verum propter fellis amarorem, & styracis odorem vitium gustu deteguntur. Si vires medicas huius stigmenti inquiramus, incidemus in Crollium, qui in libro de internis rerum signaturis enarrauit colicę affectioni multùm conferre. Idcirco Porta agens de experimentis medicis, in dolore colico recipit granum Zibethi, linit G patientis vmbilicum, superponens panem de clibano recens extractum, iubetq; ęgroto vt super ipsum cubet, priusquam panis frigescat; nam hoc singulari præsidio dolorem colicum mitescere nihil diffitetur. Crollius in Basilica chymica describit balsamum apoplecticum drachmas duas, & semis Zibethi recipiens, illudq; non solum in apoplexia, sed etiam in epilepsia, & vertigine commendat, dummodò extremitates narium, tempora, vertex, & palatum etiam patientis nocte, dieq; per interualla inungantur. In affectibus hystericis hoc medicamento ventriculum, & vmbilicum perlinit. At in vteri præfocationibus medicamen prædictum apponit pudendis, eodemq; tempore castoreũ, vel assam fętidam odorandam præbet. Matthiolus autem, in simili casu, portionem Zibethi cauernulę vmbilici imponens mulieres hystericas subleuat. Crollius deniq; componit odoriferum specificum, cui, præter multa simplicia, drachmas duas Zibethi addit, hocque propter odoris fragrantiam, animum deficientem mirum in modum reuocat. *lib. 8. mag. nat.* *In hysterici passionibus.*

H

VSVS IN VARIIS.

NOn pluribus complectemur huius animalis vsum, vt deinde ad eius stigmentum zibethum nuncupatum sermonem conuertamus. Iam notum est hanc belluam, vt plurimum in gratiam odoramenti cicurari. Propterea Gesnerus hanc vidit Venetijs apud quemdam mercatorem, qui zibethi colligendi causa illam educabat. At Ludouicus Romanus in sua historia ouualgauit, Regem Ioghæ per Indiam, religionis causa, peregrinantem inter alia animalia Gibellos, id est catos zibethi secum ducere. Cæterùm de zibetho Matthiolus, & Faloppius scribunt, quòd in sopita Venere excitãda, multa ex zibetho manabit vtilitas, & præcipuè, si eo præputium liniatur; nam mulier ad congressum maximè irritatur. *Venerę sopitę excitat.*

ritatur. Præterea Zibethum à Myropœis potissimum expetitur ad ea odoramenta com- A
ponenda, quę ipsi mixturas appellant. V.G. ex ladano, xyloaloe, & styrace, & Zibe-
tho odoratum pangunt pastillum ambarum griseum adeò mentientem, vt non defue-
rint viri eruditi, vt Fuchsius, qui hunc pastillum legitimum ambarum esse crediderunt.

Puluis zibethi qualis.

Quoniam autem Zibethum varijs vsibus conducit, non erit infrugiferum vnà cum My-
ropœis illud in puluerem redigere. Sumitur ergo vncia dimidia Sacchari candidi in pila
ænea in tenuissimum pollinem redacta, cui additur granum Zibethi, & facta diligenti
mixtione puluis Zibethi habetur. Præterea Zibethum miscetur etiam illi puluerì, quem
Cyprium nũcupant ad inspergendos florum fasciculos, & alia huius generis, vt gratiorẽ

Puluis Cyprius quomodo fiat.

olfacientibus odorem spirent. Puluis igitur Cyprius magistralis paratur hunc in modum:
Sumuntur rosę damascenę, cyperi Alexandrini, iris, xyloaloe, calamus aromaticus,
galanga, beniouin, cariophylli, omniaq; cum modico moschi, & Zibethi in puluerem
rediguntur. Porta verò in Magia naturali suum puluerem cyprium sic parat. Recipit

lib. 11.

muscum quernum moschum redolentem mensibus Decembri, Ianuario, & Februario B
collectum, quinquies lotum in aqua dulci, & in Sole siccatũ, deinde in Rhodostagmate,
per biduum infundit, & in Sole siccat; idemquè pluries reiterat, vt fragrantius exhalet
tandem siccatum in puluerem redactum, & sparsim supra incensum fumo odorato
superponit; idquè crebrius repetit, vt puluis malorem odorem combibat. Huius li-
bra accipitur, & cum modico moschi, & Zibethi in pila commiscetur, & ad vsum in vase

Sapo cum zibetho.

vitreo reconditur. Amplius ad præparandum saponem cum Zibetho, Myropœi faciunt
saponem purgatum, tritum, & insolatum cum rhodostagmate, eiquè addunt parum zibe-
thi, omniaquè in vase obturant, vt odor saponi melius communicetur. Ioannes Hugo
in suo Itinerario narrat, quòd Indi ex ambaro, moscho, & Zibetho, aliisquè speciebus
odoriferis multa concinnant, & præcipuè hæc omnia in pilulas manu gestandas co-
gunt, quas ambulantes, odoramenti gratia, circumferunt. Insuper suffitus suauiter redolen-

Suffitus ex Zibetho.

tes sic parantur. Sumantur citri, vel limonis cortices modico Zibethi perunctì; deinde
cariophyllis indicis, vel paxillis cinamomi transfixi, & in aqua rosarum seruefiant: nam
fumus inde exiens suauissimo odore totum cubiculum replere solet. Adhibetur etiam
Zibethum ad chirothecas grato odore imbuendas; quare nonnulli Myropœi sumunt
chirothecas nouas ex pelle capræ, vel capreoli per triduum in aquis odoratis madefa- C
ctas, deinde adipe omenti hædini tepido, modico zibethi, & oleo balanino interius, &

Loco cit.

exterius illas spongia diligenter liniunt. Porta verò in Magia naturali alium docet
modum. Recipit enim ireos partes octo, rosarum quatuor, santalorum vnam, agalo-
chi vnam cum dimidia, cinamomi mediam, omniaquè cum aqua rosarum in qua dissolu-
tum fuerit gummi tragacanthæ, supra marmor porphyriticum terit, quibus modicum
Zibethi addit, & spongia in prædicto liquore insuccata chirothecas diligenter imbut.

Chirotheca quomodo odorem Zibethi recipiant.

Immò ab aquis redolentibus Zibethum nullo modo est arcendum; quoniam Myropœi
ad conficiendas aquas, quas namphas, vel Angelorum vocant, præter multa simplicia
odorata, Zibethum etiam admittunt. Quocirca Euonimus, in Thesauro remediorum,
multas aquas odoras cum rosis, cariophyllis, agalocho, & modico Zibethi componit.
Porta in libro, qui omni ex parte iucundissimos spirat odores, cum rosis damascenis, flo-
ribus aurantij, cariophyllis, nucibus myristicis, & lilijs, chymicis organis, ponendo in D

Aqua Zibethi.

nare alembici parum Zibethi odoratissimam, & suauissimam aquam destillat. Docet etiã
idem Porta modum parandi aquam cum Zibetho, quæ omnes alias aquas commenda-
bit, & nobiliores reddet. Accipienda est aqua vitæ perfectissima, in qua parùm moschi,
& Zibethi dissoluatur; deinde aliquot dierum spatio in vase bene obturato, nè quidquã
expiret, Soli æstiuo exponatur. Postea huius aquæ gutta in quamcunq; aliam aquam
instillata, tota aqua fœtissimum, & iucundissimum odorem eructabit. Præter aquas, ex

Oleum Zibethi.

Zibetho oleum quoquè ad varios vsus extrahi potest, sed facilius per expressionem, quia
tunc sumuntur amygdalæ repurgatæ in senas, vel octonas partes gladio dissectæ, & in
pyxide plumbea spatio sex dierum cum Zibetho claudantur, deinde postquam odorem
Zibethi receperint, oleum ab illis prælo educetur odoratissimum. Per destillationem
verò maiori cum difficultate, sed multò pretiosius oleum habetur, quoniã Zibethum est
adeò tenuis essentiæ, vt vix tantillum caloris sustinere possit. Quapropter non omnia

li. 10. Magiæ.

organa chymica, sed illa tantùm, quæ describuntur, & delineantur a Porta, ad id perido
nea esse perhibentur. Tandem assignat etiam rationem extrahendi quintam essentiam

Zibethi;

E Zibethi; dū ſumit oleum balaninum, vel amygdalinum, & Zibethum, omniaq; in vitreo vaſe inſolat, vel in balneo denis diebus fouet, elapſo hoc tempore, totum à ſuis fęcibus exprimendo ſegregat; tunc q; quinta eſſentia in oleum abit. Vt autem hęc ab oleo ſeparetur; recipienda eſt aqua fontana bis, vel ter diſtillata cum prędicto oleo permiſcenda, agitanda, & in digeſtione ſpatio ſex dierum relinquenda eſt, poſtmodum per cineres ſublimanda; nam aqua cum eſſentia aſcendet, oleo inodoro in vaſis fundo reſidente, deinde aqua per balneum leniter diſtilletur; ſic enim, euaneſcente aqua, quinta eſſentia zibethi habens formam olei in fundo ſeparata remanebit. *Quinta eſſentia zibethi.*

DE LEPORE.
Cap. XXIII.

ÆQVIVOCA.

P

QVm in proximè antecedentibus natura animalium digitatorum, quę iucundiſſimum odorem ſpirant, ad Hiſtoricorum mentem relata ſit. Libuit pulcherrimam Leporis hiſtoriam annectere; quoniam nonnullę huius animantis ſpecies ab hiſtoricis odoriferæ recenſentur; quemadmodum in ponderandis differentijs manifeſtarium euadet. Hoc vocabulum (Lepus) apud Auctores non ſine ambiguitatis nota proferri ſolet; cum non ſolum in terris, ſed etiam in aquis, & in cœlis reperiatur. Itaquè, omiſſo terreſtris Leporis ſignificatu, de quo fuſim agēdum eſt, ſtatuimus in mari viuere animal nomine Leporis inſignitum, eò quia terreſtris Leporis faciem repręſentet, & Græcis λαγὸς θαλασσιος nuncupatur. Prætera Lepus eſt conſtellatio, de qua Clarauaceus enumerans ſydera auſtrina, ſic cecinit.

Hinc Piſtrix, mox Eridanus, quo flumine tota
Terra madet, cœlo cognitus inde Lepus. *lib. 1. Faſt.*

G & paulò inferius.

Cernit vtrumq; canem, Leporem petit alter, & vnco
Ore Feram ſequitur, mox tibi nauis adeſt.

Higinus hanc Leporis cœleſtis figuram exhibet, in cuius vtraq; aure ſingulam collocat ſtellam, in corpore paſſim diſpoſitas duas in pedibus prioribus ſingulas, itaut omnes numerum ſenarium conſtituant. Fabulantur Poetæ hūc Leporem à cane Orionis fugientem iaculis ſancium à Dijs in cœlum illatum fuiſſe. Idcirco Pamphilus Saxus hunc Leporem ſic introducit loquentem. *lib. 3.*

Quid cupiat, neſcit mundus dilectus amatus *lib. 5. epigr.*
Qui fueram, iaculis pulſus ad aſtra fui.

Alij dicunt hunc Leporem ob excellentem currendi velocitatem, locum inter cæteras conſtellationes inueniſſe. Tertiam denique rationem afferemus, quando de partu huius animalis verba faciemus. Vnde Firmicius narrat, quòd nati ſub hoc ſydere tanta corporis leuitate ſunt præditi, vt in currendo aues volantes ſuperare videantur; & ſi
H accidat, vt Mars hoc ſydus aſpiciat, tunc homines ſtadiodromi fiunt; ſi verò Luna cum Marte tunc pyctomacarij, ideſt pugiles excellentes euadunt, veluti erāt illi, qui in arena theatri Romani decertabant. Apud Græcos etiam Lepus æquiuocatione nō caret; nā λαγὸς nēpe lagus pater fuit Ptolomæi ſnecceſſoris Alexandri, de quo Lucanus canit.

Nobilitat Pharij proles clariſſima Lagi. *lib. 10.*

Tandem, licèt Lepus, & Lepos in caſu recto ratione cadentiæ diſcrepent, in obliquis poſtea caſibus conuenire, & æquiuocatione laborare viderentur, niſi lepus ſecundam ſyllabam breuem, & Lepos productam haberet. Quamobrem Reuſnerus ad hoc alludens in Paradiſo Poetico cecinit hunc in modum.

Non ſatis Aonios quod dat tibi Muſa Lepores;
Dat Lepores etiam virgo Diana ſuos.

SYNO-

SYNONIMA, ET ETYMVM.

A

lib.12. ISidorus in libris originum Leporem ob currendi celeritatem quaſi leuipedem dici aſſeuerauit. Sipontinus verò hanc etymologiam non ad leuitatem, ſed ad ſonum retulit; quoniam Lepus molliſſimè incedens, propter villoſos pedes, non audiatur. Pontanus in ſymbolis ad ſecundum Georgicorum Virgilij huius animalis etymum ab antiqua voce græca deriuare arbitratur; quã Aeoles Bœotij vtebãtur, quoniam hoc animal λαγωρον indigitabãt. Græcis vocatur λαγωὸς, eſtque generis maſculini, legitur etiam λάγνος, immò λαγως voce Attica, & λαγὸς voce Ionica, vt docet Euſtathius: Quamuis apud Heſychium, & Varinum λαγὼς per omega Lepus terreſtris, & per omicron Lepus marinus, vel fluuiatilis eſſe perhibeatur. Alioquin Lepus terreſtris λαγὼς χερσαῖος cum ſua differentia pronunciari poteſt. Variam etymi græci originem Auctores etiam varij protulerũt. Nonnullis dicitur λαγωὸς ἀπὸ τῦ λάσθαι, nempe à videndo, cum hoc animal etiam dormiens oculos non claudat. Alij deducunt hanc vocem à λα particula epitatica habente vim augendi ſignificatum, & à voce ὦς vel ὠὸς, οὠός auris: cum Lepus longiores, & ampliores aures habeat, quàm moles corporis expoſtulare videatur. Præterea, quia λάγνος, ſiue λάγνος apud Heſychium, & Suidam laſciuus, & ſalax exponitur, & Euſtathius ſcribit λάγνον dici videri per ſyncopem, quaſi λάγονον nempè admodum fœcundum, & ſeminc refertum. Nos hinc Leporis etymologiam deducere poterimus, cum ſalacitas, & fœcunditas huic animanti optimè conueniat. Aliquibus Græcis Lepus nominatur πτωξ. alijs τάχυς, ſed de his vocibus vbertim in Epitheris agetur. Cretenſes iuxta Heſychij, & Varini ſententiã Lepores κνιφὰς appellant: Ariſtoteles, & alij Leporem Daſypum nuncuparunt; quoniam pronam, & ſupinam pedis partem villoſam habeat. Multi hoc nomen cuniculo tantùm aſſignarunt. Verùm cum tam Lepus, quàm cuniculus villoſitate pedum gaudeat, vtriſquè tamen competere poterit. Sed Auctores ſæpe ſæpius hæc nomina confundunt, & Daſypi nomen cuniculo potius, quàm Leporι attribuunt. Albertus Leporem Trochum Ariſtotelis interpretatus eſt, idquè ex eo colligimus, quia Ariſtoteles in hiſtoria generationis animalium explodens eorum opinionem, qui vtrumquè ſexum animantibus aſſignabant, hyenæ, & trochi meminit. Niphus autem in Commentarijs tradit, quòd Albertus per trochum Leporem intellexit; cum apud vulgum inualuerit opinio, Leporem vtroquè ſexu præditum eſſe. Hebraicè Lepus dicitur Arnebet fœminini generis, hocq; vocabulo omnes Iudæi nihil quàm Leporem intellexerunt: D. Hieronymus non aliter vertit Septuaginta Interpretes interdum Cherogryllium, interdum Daſypodem interpretantur. Sed cherogryllium nonaliud, quam Echinum eſſe in proprio capite oſtendemus. Chaldæus pro Arnebet legit Arneba. Arabs Ernab. Perſa Kargos. At vocabulum Hebraicum Schaphan, quod habetur in Prouerbijs, D. Hieronymus lepuſculum vertit. Apud Auicennam Lepus vocatur Arnebberi, apud Syluaticum Arnaberri, Arnebus, & Arneben. Apud Saracenicos Arneph. Italicè Lepre, eſtq; generis fœminini, Gallicè Lieure; Hiſpanicè Liebre, Germanicè Haſe, Anglicè Anhaſe. Illyricè Zagiez.

Quomodo ſcribatur apud Græcos.

Nomen Leporis apud Cretenſes.

lib.3.c.30.

B

C

D

DESCRIPTIO, & DIFFERENTIÆ.

VInquè ſunt præcipua, quæ aliquam differentiam in hoc animali exhibere videntur, nimirum color, magnitudo, & paruitas, pinguedo, odor, & locus. Ratione primi, legimus apud Oppianum, interprete Bodino, Leporum alios eſſe cyaneos, alios in ſolis terrarũ nigris fuſcos, alios in rubris terris rutilos hunc in modum.

——non omnibus eſt color idem;
Nam quoſdam videas pullos nigricantibus aruis,
Hos fuſcos, illos mimo tellure rubente
Flauentes, alios penitus rutilante colore.

Cuiedus

Oniedus in summario Indiæ Occidentalis scriptis mandauit in illis regionibus vagari
E Lepores, quorum dorsum leporini est coloris, reliquo corpore albo cum lateribus leuco phœis. Plinius in historia naturali tradidit, Lepores albos in alpibus inueniri, eiusq; opinioni adstipulatur Matthiolus, qui Lepores candicantes in summis vallis Ananiæ montibus frequentes obseruauit. Hanc opinionem roborare videtur Olaus Magnus; dum post autumnale æquinoctium, primo præsertim niuium casu, Lepores pilum album induere asseuerat. Renodeus verò agens de materia medica à prædictorum sententia recedens, niuium tempore intuentibus tantummodò videri testificatur. At Bruyerus in tractatu de re cibaria id niuibus non esse attribuendum opinatur, quoniam ipse albos Lepores & Perdices æstiuis etiam diebus conspicatus est. Aristoteles in libro de coloribus Leporem album agnouit. Gesnerus quoquè candidum vidit Leporem eum pilis in summitate aurium nigris, carnemquè cæteris teneriorem expertus est. Leporum alborum meminit etiam Hermolaus, dum hos rarò Romam perferri scripsit. Apud Scaligerum, in exercitationibus contra Cardanum, in Alobrogum alpibus Perdices, & Lepores albos vagari feruntur. Calphurnius de his etiam mentionem fecit in Bucolicis hunc in modum.

lib. 18. c. 55

lib. 18. c. 8

F *——— vidi genus omne Ferarum,*
Hic niueos Lepores, & non sine cornibus apros. *Eclog. 7.*

Deniquè T. Vespasianus Stroza in Eroticis de Lepore albo sic canebat.

Paruus erat, totoquè nitens in corpore candor,
Maandri niueos exuperabat aues.

His addamus Varronis assertum, qui tria Leporum genera esse statuit; vnum Italicum primis pedibus humilioribus dorso pullo, & ventre albo; secundum Gallicum, idquè vt plurimum candidum, quale alpes etiam Noricæ passim progignunt; tertium hispanicum; quod cuniculos tantùm complectitur. A magnitudine secunda Leporum differentia desumitur. Ideirco Platina magnos Lepores vulgares, paruos verò cuniculos esse arbitratur. Hæc opinio Gesnero optima de causa minimè placuit, quoniam re vera in genere Leporum propriè dictorum magnitudo, & paruitas obseruatur; etenim Iulius Pollux quosdam Lepores, à regione fortè, Elymęos appellat, qui vulpium corporaturâ adæquant; deinde in Gallia transalpina, & in Macedonia Lepores permagni, in Italia, & in Hispania mediocris magnitudinis esse perhibentur. Bruyerus in Aegypto minores Lepores, quàm in Græcia versari protulit; id autem minori alimentorum copiæ attribuendum esse statuit; nec sine ratione, cum scriptum reliquerit Niphus Pisis Lepores esse magnos, alibi verò minores, quoniam illic copiosior cibus reperiatur. Pinguedo etiam aliquod affert discrimen; quia clarissimus Manardus in Panonia inferiore Lepores pinguiores, & sapidiores Italicis obseruauit. Si accedamus ad odorem; quoddam est genus Leporis, quod non temerè Moschia appellatur, cuius vestigia talem moschi odorem spirant, vt canes persequentes in furorem agantur. Nequè ob id vlla debemus admiratione teneri; cum canes temperamenti calidissimi facilè ab odore vehementi assici possint. Ad rem Amatus Lusitanus tradit animal facie, & magnitudine Leporis in India vagari, quod incolæ tamdiù baculis cædunt, vt diem vltimum obeat, mortuum pelle nudant, & carnem ob ictus liuidam conterunt, manibusquè quasi ad pastam redigunt, quam in pellibus eiusdem animantis inclusam moschum nominant. A loco tandem reliquæ Leporum differentiæ dimanant; nam Porta scribit alios esse montanos, alios campestres, alios palustres, montanosquè à cæteris nigritia, magnitudi-
H ne, ferocia, & densiore pilo discrepare. Auicennas Leporem syluestrem pro terrestri cognominat; sed forsitan ad Leporis marini distinctionem id præstat. Circa descriptionem diù non immorabimur; cum de animali omnibus noto verba fiant. Oculos enim habet cilijs carentes ex Polluce, labia perpetuò mouet, pilisquè in bucca, & sub pedibus est refertus; vt Aristoteles in historia animalium animaduertit. Dorsum habet pullum, secundùm alios epipercnum, quia perene species oliuæ, nec acetbæ, nec omnino nigrescentis esse perhibetur. Albertus addit Leporem tam marem, quàm fœminam sub cauda quibusdam lineis notari, quæ iuxta annorum numerum multiplicantur; quod assertum parùm adhuc exploratum est. Oppianus, Bodino interprete, ab huius animantis descriptione breuiter se expedit his versibus.

Tria Leporũ genera.

lib. 13. de re cib. cap. 24.

lib. 2. Phyt. cap. 3.

Leporum color.

lib. 3. de ven.

Corpus eis breue, cauda, pedeſq; breues, cutis hirta, A
Auriculæ longæ, cernix arguta, pedumq;.
Diſpar eſt ratio.

Xenophon ſcriptis mandauit quòd omnes Leporis partes, ſi rectè conſiderentur, ad celeritatem motus compoſitæ conſpiciuntur; quoniam caput Leporum eſt agile, breue, & rotundum, aures ſunt ſublimes, collum anguſtum, rotundum, molle, oblongum; quæ tres poſtremę conditiones etiam in collo canis agilis commendantur. Scapulas habet rectas non arctas, ſed ſatis laxas, & ſolutas ad motum. Crura leuia ſunt, ſed priora exiguo interuallo diſtincta, & poſteriora infra genua inſtar literæ græcæ Λ ſunt diuaricata. Idcirco homo ſimili vitio laborans lambda cognominari ſolet. Lepus tandem habet pectus non carnoſum, ſpinam teretem, ventrem depreſſum, & totum corpus flexile.

Collum Leporis, & canis quale.

ANATOMICA.

EXaminatis partibus externis huius belluæ, accurrata etiam diligentia partes internas debemus perſcrutari. In primis corde maximo Lepus fuit donatus, cum omnibus animalibus timidis talia corda natura impertita ſit. Præterea ſcripſit Plinius, Lepores circa Briletũ, & Thernem, & in Cherſoneſo ad Propontidem vagantes duplici iecore refertos eſſe; immò, ſi aliò transferantur, illorum alterum abſumi. Verùm aure Plinium id etiam tradidit Ariſtoteles in hiſtoria de partibus animalium, vbi hoc Leporum genus pluribus in locis, ſed præcipuè in Sycino agro circa Bolbam lacum verſari teſtificatus eſt. Edoardus Vuot in libro de differentijs animalium clariſſimorum virorum nempè Ariſtotelis, & Plinij ſententiam circa hoc ponderans protulit veriſſimum eſſe nonnullis in locis Lepores reperiri, quorum hepar adeò fiſſum eſt, vt duplicati iecoris faciem repreſentare videatur. Demum inter animantia terreſtria vtrinquè dentata vnicumq; habentia ventrem, ſolus Lepus coagulum habere dicitur, quæ ſententia Ariſtotelicæ doctrinæ in hiſtoria de partibus animalium eſt conformis. Reliqua verò ad oſſium ſtructuram attinentia, breuitati ſtudentes hoc in loco recenſere non opportunum eſſe iudicauimus; cum prudens lector in ſceleto hic picto omnia diligenter contemplari poſſit.

B

lib. 11. c. 37

lib. 3. c. 37.

lib. 3. c. 15.

C

NATVRA, MORES, Ingenium.

NAturã huic animanti excellẽtẽ videndi facultatẽ ingeneraſſe omnes ferè Auctores confirmant, & præcipuè Plutarchus in Sympoſiacis, qui Leporem ſenſoriorum excellẽtia præſtare docuit. Siquidem huius Feræ oculi indefeſſi ſunt, cum tam in ſomno, quàm in vigilia aperti maneãt. Vnde Reuſnerus in Paradiſo Poetico de viſione huius animalis ſic loquitur.

Eſſe quid hoc dicam, quòd non tua lumina condis,
Languida ſi dulci membra quiete leuas.

D

Viſionem autem huius belluæ minimè acutam eſſe multis de cauſis monſtrat Cælius. Primò quia animal oculis exporrectis præditum nec non palpebris adeò præciſis, vt pupillis munimentum præbere nequeant, neceſſariò hebetem viſionem habet. Præterquam quòd Lepus eſt bellua ſomno valdè dedita; ideoq; tantũ abeſt, vt diuturnus ſomnus, viſui aliquod commodum, vt potius maximum incommodum, ac detrimentum afferat. Auditu quidem acerrimo Lepores refertos eſſe credendum eſt; natura enim ſaluti timidorum animalium proſpiciens, cum viribus non valeant, auditus præſtantiam communicauit; vt audito etiam leui inſidiantium tumultu, fuga ſibi conſulerent. Quapropter Lepores longis auribus, & apertis circa frontem inſigniti ſunt; iuxta illud.

lib. 26. lect. antiq. c. 31.

Auritos

Auritor docuit Lepores procul eſſe fugaces. A

Norunt igitur naturali inſtinctu moniti inſidias canum,& venatorum velociſſimo curſu euitare. Quare Scaliger in Thaumantia ſe Leporibus comparans dicebat.

Vtquè canum Lepus inſidias exterritus hauſit,
Aucupites acuis tàm fuga anhela pedes.

Additquè Bargeus,quòd Lepores à natura moniti currendo ſemper altiora petunt,& ſi perueniunt ad fluuios,ipſos tranant,atquè hoc aſtu canum capturã euadũt. Sic igitur inquit.

lib.3.cyneg.

Ergo vbi iam tempus, latebra procul exit, & acri,
Aequora lata fuga, ſummiq; aſperrima montis,
Saxa legit, ceſſere canes, ipſiq; ſequentum
Vix acie poſſunt oculi ſeruare ruentem,
Tranantemquè lacus, & magni flumina Amani.

Inſuper auribus non ſolum ad audiendum,ſed ijs tanquam incitamento ad curſum vti-
Aures ad quid. tur,quandoquidem veluti leonibus cauda ad vires excitandas magno eſt adiumento; pariter aures leporibus ad curſum magno ſunt incitamento;nam currentes auribus motum dirigunt,& moderantur. Deinde ſi cupido ſomni illos inuadit, nè cauernæ locus deprehendi poſſit,hàc,illacquè diù diſcurrentes,& veſtigia prius deturbantes, tandem B magno ſaltu in cauum proſiliunt; vbi decumbentes fœmen ilibus ſubijciunt cruribus prioribus vt plurimùm iunctis, & auribus ſupra vtroquè humero demiſſis. Verùm à caucis exeuntes,ſerenis potiſſimum diebus,libentiſſimè apricantur. Hoc autem declarabat Bargeus his verſibus.

loco cit.

——————— nubila latus
Cum pepulit Boreas, totuſquè inclaruit aer,
Aprici radios nunquam ſprenere calentes,
Sed ſimul ac pulcher terris affulſit Apollo,
Exponunt tepido vorantia corpora Soli,
Inſtauranturquè ſuos neruis torpentibus artus.

Volaterranus aliam Leporum naturalem proprietatem adducit;nimirum ipſos loci natalis eſſe amantiſſimos;ideoquè cum mas,& fœmina in aliquo nemore ſtabulantur, ſo-
Loci natalis Lepus amãtiſſimus. lummodò Lopores ab ipſis progenitos ibi commorari, externos verò illuc accedere non permittunt. Quocirca verum erit illud venantium aſſertum; quòd, quando in ali- C quo nemore maior Leporum copia coercetur,in dies magis,atquè magis Lepores ibi cõſpiciuntur.Idq; ab alia cauſa non dimanat,niſi quia tunc Lepores peregrini, indigenis extinctis,illuc confluunt. Habent etiam Lepores à natura hoc inſitum, vt nemini noceant, & facilè cicurentur,quamobrem in libro tertio Anthologij Græci pulcherrimum legitur epithaphium Meleagri in Leporem,qui catulus adhuc captus, cicuratus & herbis altus tandem nimis obeſatus interijt. Immò & T.Veſpaſianus Stroza in Eroticis de Lepore cicurato verba faciens ſic cecinit.

lib. 2.

Paulatim poſitoq; metu miteſcere cepit,
Et Dominę teneros accubat ante pedes,
Et modò protenta virides ceruice corollas
Accipit, ac tergum mollitur aure premit.
Et modò formoſa lambens ferroſcula dextra,
Porrecta auida nunc capit ore dapes.

Cæterùm animaduertendum eſt,quòd ſylueſtribus animantibus natura talem proprie- D tatem ingenerauit,vt etiam domi per longum temporis ſpatiũ educati, & manſuefacti, leui data occaſione,vincula effugiant,& ad priſtinos mores redeant;hoc recitat T. Veſpaſianus Stroza in Eroticis hunc in modum.

loc.cit.

Dicite Io Nympha nemorum ſecreta colentes,
Candidus effugiens quà Lepus egit iter.
Perfidus aurata ſubduxit colla catena,
Ipſaq;, cum ſancta, vincula rupta, fide.

Ad finem Lepus naturaliter non pingueſcit, cum verò ſub tectis alitur, quandoquè ex Alberto Ren illius dexter ſebo operitur, & interit.

Sunt

Sunt tamen aliqui, qui ex viuario Leporem in caueis includunt, atquè breui tempore saginant. Ratio autem, propter quam Lepores in syluis non pinguescant, à nimia animalis formidine dimanare videtur; quandoquidem audito quocunq; foliorum strepitu illicò Lepores sedem mutant, atq; ita assiduus horum animalium motus obesitatem impedit. Si igitur veritati est consonum, quod à Plinio traditum est, nimirum Leporem furdum citius pinguescere, poterimus Leporum furditatem, nec non simul ac facilè pinguedinem arte procurare, nempè meatum auditorium cera obturare, vt Lepus citius adipatus palatui gratificari possit. Demùm hoc animal solertia ingenij plurimùm valet, quæ in tribus demonstrare solet. Primò in cubili sibi fabricando; nam Aeliano teste, cum frigus mitandum in modum abominetur hyeme impendente, cubilia in locis apricis constituit; æstate verò in locis ad Aquilonem sitis cubat. Secundò Lepores in victu sibi comparando inatam ingenij præstantiam ostendunt: quoniam ad pabula longinqua semper proficiscuntur, non solum quia cibi peregrini desiderio teneantur; sed etiam vt longo itinere se exercentes, pedum celeritatem firment. Tertiò tandem in venatione acris ingenij specimen trifariam præseferunt. Primitus, ex Aeliano, Lepus à canibus, atquè venatoribus fugiens; eorum cursum diligenter obseruat; nam si ad persequendum sint tardi, & segnes, tunc ipse etiam lento gradu, ne vires deficiant, properat. Sin canes iter accelerantes conspiciat, ipse quoque citatissimo cursu fertur. At, si accidat, vt longo interuallo canes, & venatores relinquat, tunc ad aliquem ascendens tumulum, & in pedes posteriores se se erigens, tanquam ex aliqua specula insectantium certamen respicit, eosquè in cursu debiles deridet. Deindè ad fallendos venatores alio ingenio vtitur, nam per flexuosas incedens vias omnes frutices, & stirpes euitat, ne pili ijs adhærentes canibus prætereuntibus aliquem odorem præbere possint. Hoc eleganter expressit Bargeus his versibus.

Mens animalis.

lib. 7. c. 36.

Leporum astutia.

lib. 3. cyneg.

Lata tamen vacuo quoties sua pascua ventre,
Aut pleno repetunt secreta cubilia, certum
Vna sepè via peragunt iter, atq; ita nusquam
Libera consueto vestigia tramite flectunt.
Quamuis multiplices (seu sint propè pabula, seu sint
Inde procul latebræ) quibus incessere, sequuntur
Mæandros, cursusquè suos, crebrosquè recursus,
Inquè orbem flexamquè viam, quam nulla genista
Occupat, & nullus spinis paliurus acutis,
Insistunt, timidisquè cauent (ut scilicet asius,
Et vafri ingenij fallacia) nec vbi mollis
Hæreat affixus pressa ad virgulta capillus,
Objiciatquè sanè notum de corpore odorem.

Denique Lepus à venatore agitata inter glebas, quę sunt eiusdem cum Lepore coloris, ingeniosè latitans, capturam euadere solet iuxta illud.

Quem fuga non rapit ore canum, non occulit vmbra,
Concolor immotum sub lane terra tegit.

loc. cit.

Bargeus quoquè hunc ingeniosum Leporis dolum conatur exprimere hunc in modum.

——aut gleba recens, quam nuper arator
Inuertit, nondum illa æstu concocta, latentes
Concolor, & dorso pellis, & concolor armis
Tutata est.

VOX, ÆTAS, SEXVS,

A

PHiloſophus in phyſiognomonicis liberè aſſeuerauit animalia fortia veluti canē,& taurum grauem vocem edere, animalia verò timida ſcilicet Leporem, & Ceruum vocem acutam emittere. Quare ex Ariſtotelis ſententia Leporibus vocem non niſi acutam poterimus aſſignare. Fuerunt alij rerum naturaliū indagatores, qui vocem leporum ſimilem voci felium eſſe ſtatuerunt. At philomelæ Auctor, in recenſendis animalium vocibus, Lepori gemitum, ſeu infantium eiulantium vocem attribuere videtur; dum ſic canit.

Glaucitat, & eiulat, at Lepores vagiunt.

Verūm animaduertendum eſt quòd verbum hoc, vagire, apud Auctores non vulgares primam ſyllabam producit, vnde Ouidius in Faſtis canebat.

Intus vt infanti vagiat ore puer.

Aetas leporum. Circa ætatem Leporis Archelaus auctor eſt, quot ſunt cauernæ ſecus foramen excrementorum, totidem eſſe ætatis annos. Sed Albertus ex Auicenna ſcribit non cauernas, ſed fiſſuras, vel potius, vt alij legunt, lineas ſub cauda obſeruari; quemadmodum in deſcriptione Leporis à nobis exaratum fuit. At ſatius eſt cum nuperis phyſiologis affirmare Lepores vſquè ad ſeptennium, vel vt alij volunt, ad decennium vitam prorogare, & præcipuè mares; nam fœminas breuiorem vitam ducere affirmant. Deniq; de ſexu Leporum agitatam apud Auctores quæſtionem Ariſtoteles in hiſtoria animalium ſicco pede pertranſit. Niphus in Commentarijs vnum ſolum Leporem marem, vnum fœminam, & vnum vtroquè ſexu inſignitum ſe obſeruaſſe teſtatur. Archelaus etiam auctor fuit, cuius ſententiæ multi adſtipulantur, Lepores vtroquè ſexu præditos eſſe, ideoquè tàm numeroſam Leporum eſſe prolem, quoniam tàm mares, quàm fœminæ, non ſecus ac eſſent androgyni concipiunt. Cæterùm hæc falſa opinio inde orta eſſe videtur, quoniam in genere Leporum tàm mares, quàm fœminæ ad inguina duobus tumoribus ſunt referti, qui teſtes apprimè repræſentant; è quibus liquor quidam veluti ex folliculis Caſtoris effluit. Hanc autem quæſtionem in hiſtoria Caſtoris examinauimus. Carolus Stephanus in tractatu de Agricultura docuit præceptum in Leporū ſexu diſtinguendo ſeruandum. Nam fœmina, ad mentem illius, capite oblongiore, corporatura craſſiore auribus oblongioribus, & pilo dorſi leucopheo ad nigredinem vergente inſignitur. Immò Lepus fœmina canibus perſequentibus, ſuam regionem currendo ſemper circumambit, & per eundem locum pluries tranſit. Lepus mas humoros habet rubentes, in quorum medio pili oblongiores obſeruantur. Illi caput breuius, & obtuſius, pili barbæ, & palpebræ longiores, aures denique breuiores, & latiores inſunt. At (Canibus eum perſequentibus) ipſe recto itineri ſe committens, quandoquè ad decem millia paſſuum currit.

lib. 6. c. 36.

B

C

COITVS, PARTVS.

D

lib. 6. c. 33. CIrca congreſſum animalium duo ſolent à Phyſiologis inueſtigari, primò motus, deinde tempus. Quoad primum ſcripſit Ariſtoteles in hiſtoria animalium aſſignatum fuiſſe præceptum vniuerſale; nempe omnia animantia retrò vrinam excernentia, auerſa etiam congredi. Ideoquè ſubiungit Lepores neceſſariò auerſos commiſceri; quoniam eorum membrū genitale à natura in partibus poſterioribus procreatum eſt. Vndè cum mas, & fœmina lotium eodem modo reddant; multi fœminas à maribus diſtinguere neſciuerunt. Quoad tempus Xenophon, & Pollux Lepores vtrno potiſſimum tempore congredi ſtatuerunt. Itaquè tali tempore, eorum veſtigia admodum confuſa eſſe perhibentur; licèt etiam quocumquè anni tempore in luxuriam ſoluantur. Quamobrem Ariſtoteles teſtatum reliquit, Lepores poſt primum congreſſum ſuperfętare; cum hoc animal valdè hirſutū maxima etiam ſeminis copia affluat. Reuſnerus quoq; in Paradiſo poetico huc reſpiciens ſcripſit.

li. 4. de gen. an. c. 4. p. 5.

Volis

Prolis amans, gignit fœtus, lactatque tuellos
Dumq; superfœtat, dum parit, vsq; coit.

Hoc non fuit ignotum Oppiano qui in Cynegeticis, interprete Bodino, sic inquit.

At noctu Venerem nexens, & amore fruuntur;
Nam varie direxat eos violenta libido.

Et paulò inferius.

Non etiam si fœta dolore prematur amaro
Sancia flagrantes nunquam auersatur amores.

Bargeus etiam libidinosam Leporum naturam contemplans, cum eos omni tempore congredi, atque parere obseruasset id eleganter expressit his versibus. *lib. 3. cyneg.*

Præcipuè verò Lepores venus improba flammis
Excrèet, magnoque animos accendit amore;
Et tanquàm infano præcordia liberat æstu,
Ergo illi, sine vrit hyems fata pinguia, sine
Culta nitent varijs distincta coloribus arua,
Seu calor arentes exurit syrius herbas,
Seu frondes, & poma fluunt tam mitia ramis,
Sollicitant spatia æterni decurrere amoris;
Atq; iterum grauidæ maribus subsidere, & vnà
Lasciuos agitare iocos, & mutua noctis
Gaudia; tota quibus fœmulatæ pectora matres
Ex templo repetunt, postquam peperere, maritos.
Conceptisq; aliis, alios (mirabile dictu)
Concipiunt, edunt; alios, & tempore eodem
Immatura omnes superat fœtura per hortos.
Vixq; agram partu facilis Lucina leuauit
Multiplici, & proli superaduenit altera proles.

Ex hactenus narraris, omnibus liquidò constat Leporem esse animal fœcundissimum; cum singulis mensibus generet, & fœmina lac nuper natis præbens congressum repetat, gerensq; vtero dennò fœtum concipiat. Quare illa Aeliani historia nemini admirationem afferet, in qua recitat catulos prægnantes in dissecto Lepore inuentos fuisse. Vndè si quatuor tantùm Lepores in aliquod Leporarij intromitantur, breui tempore solet impleri. Ideircò Hegesander Delphus in Commentarijs (referente Athenæo) scriptis mandauit, quòd tempore Imperij Antigoni Gonatæ tanta creuit Leporum copia in Astypalea, vt loci incolæ oraculum consulerent, & responsum habuerunt canes nutriendos, & venari opus esse. Itaquè intra annuum spatium plures sex millibus capti fuerunt. Hæc autem Leporum numerosa multitudo dimanauit ex geminis Leporibus, quos in Insulam Anaphęus quidam introduxit. Non dissimilem historiam affert Higinus de Gero insula Scarij maris, in quam olim Leporibus vacuam Lepus prægnans introductus fuit. Itaquè non longo interuallo tanta Leporum multitudo procreata est, vt tota Insula à Leporibus occupata diceretur; quibus cum nihil cibi ab hominibus daretur, hi, in semina impetu facto, omnia deuorarunt. Quocirca Incolæ calamitate affecti, communi consilio, vix illos ab Insula abegisse feruntur. Itaquè Dij postea Leporis figuram inter astra collocarunt, vt homines meminissent, nihil esse tam exoptandum in vita, quin ex eo plus doloris, quàm lætitiæ hauriendum sit. Post remò si noster sermo ad numerum, & lactationem fœtus dirigatur. Primò sciendum erit Leporem, non vt magnam partem animantium digitatorum, cæcos fœtus edere. Quapropter Natalis Comitum sic cecinit. *lib. 9. dypnosoph. c. 22.*

Fœcundumque genus, veluti sub tecta columbę, *lib. 2. de ven.*
Quæ paritis totiès, quotiès venere calendę.
Plurima, planta quibus fecta est, animalia cæcos
Emittunt catulos tenues in lumina auras.
Hoc vitium Leporis facilis natura negauit.

Enituntur autē Lepores in locis nemorum secretioribus, nunc duos interdum tres, & alias quando quatuor catulos quemadmodum Natalis Comitum refert hunc in modum.

Nunc duo, nunc tres interdum quoque quatuor edunt. *loc. cit.*

Et nemorum ſecreta petunt, virgultaque denſa.

Editos deniquè catulos per ſpatium dierum viginti lactant, & poſtmodũ à parentibus A
ad paſtum ducuntur. Id Bargeus elegantiſſimè ſic explicauit.

lib. 3 cyneg.

Primùm etenim fugunt bis denas, vbera lucis.
Lactea, mox virides paſtum ducuntur in agros;
Curſibus, & rapidis paulatim aſſueſcere diſcunt;
Venantumque oculos vario tam fallere flexu.

LOCVS.

ARiſtotcles in hiſtoria animaliũ Lepores in Itacha Inſula non viuere prodidit. Immò, quod maiori admiratione dignum eſt; illius regionis aer huiuſmodi animatibus adeò aduerſatur, vt ſi aliundè illuc importentur, pereant. Cum autem Itacha Vlyſſis patria fuerit, non ſine ratione Natalis Comitum cecinit.

lib. 8. c. 29.

Vna negat Lepores tellus prudentis Vlyſſis. B

li. 2. de ven.

Notum eſt apud Olaum Magnum, quòd Lepores in frigidis partibus Septentrionis frequentiſſimi vagantur. Propterea in Moſchouia, vt narrat Sigiſmundus in libro de rebus Moſchouitis, horum maximus eſt prouentus. In Polonia ex Cromero Lepores non ſolum eſui, ſed etiam cultui ſamulantur. Hiſtoria quoque Batauiæ tradit, quòd ibi Lepores, & potiſſimum in locis altioribus frequentes vagantur. Pauſanias in Arcadicis, ex Libya Lepores albos delatos ſe vidiſſe teſtatur. Quod nos in magnam traxit admirationem propter regionis caliditatem. Lepores enim albi ſolum in niuoſis montium cacuminibus conſpici ſolent. In Scythia quidem Europea (ſic enim omnis eius Septẽtrionalis ora appellatur) candidi Lepores ex Olao Magno viſuntur. In Anglia etiam Lepores albos ſtabulari multi pro comperto affirmant. Scimus quidem Lepores vulgares nimirum non albos in regionibus calidis frequentiſſimos eſſe. Nam Ioannes Leo, in hiſtoria Africæ, multa loca vt territorium ciuitatis Fez, & Regni Senegæ huiuſmodi animalibus refertiſſima commendat, & Ferrandus Lopez in hiſtoria Indica, Inſulam

lib. 5.

Mazzua dictam tanta Leporum quantitate redundare tradidit, vt incolæ illos paſſim interimant. Cæterùm aduertendũ eſt, ex Conrado Heresbachio, quòd Lepores copioſi Inſulas defertas libentiſſimè colunt, in quibus neque Vulpes, neque Aquilæ verſantur, à quibus ipſi vnà eum catulis agitantur, & interimuntur. Præterquamquòd venatores Inſulas defertas rarò adeunt. In Atho monte inter Macedoniam, & Thraciam ſito Lepores in tanto numero conſpicinntur, vt poetæ rem innumerabilem ſignificaturi, Lepores Athi montis nominent. Vnde Ouidius innumeros amorum dolores expreſſurus ſic cecinit. C

lib. 2. de art.

Quot Lepores in Atho, quot Apes paſcuntur in Hybla
Cærula quot baccas Pallados arbor habet,
Litore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores.

lib. 13 de re cib. c. 24.

Gallia omnis (inquit Bruyerus) Lepotibus ſcatet; idcoque horum venatio peculiaris eſt medioeri nobilitati, & primariæ non inuiſa. Si loca magis particularia inquiramus, inueniemus Lepores locis potiſſimum incultis delectari. Vnde Baptiſta Mantuanus dicebat. D

Atque per incultos ſaltus, atque inuia rura
Aurita Lepores, & flexis cornibus errant.
Dercades.

Licèt interdum cultos etiam campos, in quibus paſcuntur ſegetes, frequentent. Martialis ad rem ſcripſit.

lib. 4. epigr. 66.

Saltus aprum, campus Leporem tibi mittit inemptum.

Prætetea in locis tàm montoſis quam planis, tàm cultis, quàm incultis territorij Bononienſis paſſim vagantur. Ager deniquè Veronenſis his animalibus non caret. Siquidem Baptiſta Guarinus ſcribens ad Franciſcum Patritium Senenſem Veronam relegatum ſic canebat.

Namque hic ſi ſtudeas Lepores agitare fugaces,
Curſibus effutis æquora longa patent.

VI-

Nam, hic si Iudeas Lepores agitare fugaces,
Cursibus effusis æquora longa patent.

VICTVS.

NOnnulli Auctores scribunt quòd Lepores reperti Herinacei singulas spinas mordicus euellunt, deinde spinis nudatum deuorant. Sed hoc à veritate alienum esse existimamus, cum Lepus inter animalia carniuora nõ connumeretur. Hoc autem assertum potius de Vulpe, quàm de Lepore promulgandum est. Ideo certum & exploratum est Lepores noctu potius, quam diu ad viridia pabula proficisci, & lacteis potissimum plantis vesci; hac causa in ventriculo coagulum generant, & more bisulcorum, rẽste Edoardo Vuot, ruminant. Hinc pastores lacteis herbis lac coagulare didicerunt. Præter hæc, arborum etiã cortices appetũt; quocirca Olaus Magnus, Solo niue tecto, cortices pinus, quercus & populi Leporum Septentrionalium escam esse statuebat; non autem niuem, vt multi cum Plinio commenti sunt; teretim in summis mõtium iugis, tempore niuis, Lepores albescere, niueq; liquescente rutilescere perperàm asseuerarunt. Insuper vtilis quoq; vt intelligximus, pro cibis Lepores delectántur; quamobrẽm de hoc festiuũ legitur Agathię Scholiastici epigramma in libro sexto Anthologij græci, ad quẽm locum breuitatis studio, lectorem relegamus. Bargeus denique cuncta cibaria, quibus Lepores gaudent, breuiter complectitur his versibus. *lib. 3. cyneg.*

Decerpunt læti turgentia gramina campi,
Et culmos segetum, & fibras tellure repostas;
Herbarum, & lento morsus in cortice signũt
Arboris, atq; vdos attondent vndiq; libros;
Nec parcunt hrato pomorum, aut glandis acerno,
Aut vicię, aut millio, aut procera frondibus olni,
Præcipuè gratæ sylueſtria gramina miniæ;
Quęque colunt riguas inculta fyſimbria valles,
Et væga ſerpilla & puleij ignobile gramen.
Percipiunt.

Leporibus verò in leporario inclusis omnia intuborum, lactucarum, & aliorum olerum genera exhibenda, ibique serenda esse censemus. Deinde in prædictorum inopia cicer, hordeum, cicercula, & alia legumina ex horreo deprompta, & aqua pluuia macerata illis obijciuntur, quoniam sicca etiam à lepusculis appetuntur.

CAPIENDI RATIO.

LEpus animal est, siue inuestigetur, siue inueniatur, siue currat, siue capiatur, adeo gratiosum, vt illius venatio multorum animos semper mirum in modum exhilaret; & potissimum, quoniam huius captura omni caret periculo, quod venãtibus, in alijs coercendis Feris imminere solet. Propterea in omni regione non licet quibuscunque Leporum venationem exercere. Nam Ioannes Bohemus agens de studio Nobilium Germaniæ scripsit, quòd horum alij Principum curias frequentãt, alij bella sequuntur, illi verò, qui domi ad familiaria commercia curandæ morantur, soli longo vsu, & concessa libertate Leporum venatui dant operam. Ideoque priuatis hominibus Leporum præfertim venatio, in aliquibus locis, oculorum effossione, in alijs truncatione capitis interdicta est; cuni noxias animantes plebeis venari tantummodò liceat. Hodie, in nonnullis Italię locis, hanc legem aliquorum Principum Edicto seruari intelleximus. Gyraldus narrat in quadam Insula præpinguibus Leporibus redundante, vbi Diana Icaria colebatur, publica consuetudine receptũ fuisse, vt venatores impetrata prius à sacerdotibus venia, quot quot vellẽt Lepores cõprehendere possent. At absq; venia, venantes nõ solũ vacui à venatione redire dicebantur, sed etiã tanquã audaciores mulctabãtur. His addit Celius *fi. 3. de mor. gent.* *Symag. 12.*

Rhodi-

A

lib. 6. hiſt. antiq. c. 31. Rhodiginus peruulgati moris fuiſſe apud priſcos venatores, vt Deę captãtes gratiã, tenellos Lepores diuitterẽt, vt deinde copioſiorẽ venationem aſſequerentur. Antequã igitur ad artes cõprehendẽdi Lepores aperiendas accedamus, quatuor ſcitu digna prius delibanda eſſe cenſemus. Primum erit tẽpus; nã Aſtrologi agentes de Electionibus ad corpus humanum attinentibus, tẽpus ad venationem peridoneum ſolent probare illud quando Luna primos Capricorni gradus peragrat. Alioquin, iuxta ſententiam Xenophontis, venatores ad hoc exercitium, ſi hyems premat, oriente Sole, ſi vrgeat æſtus, ante diem, medijs anni temporibus, inter auroram, & Solis ortum exire debent. Præterea niuali die, & vento impetuoſo ſpirante, à venatione Leporum abſtinendum eſt, quoniã nix cadens Leporum veſtigia obducit, illaquè ventus puluerem eleuando, delet. Præterquamquòd nix, & gelu nares canum adeò adurunt, vt Leporum odorem haurire nequeant. Secundò venatoribus veſtigia Leporum diligenter indaganda ſunt; ne incaſsùm cum Canibus ad venatum exeant. Forma autem veſtigij inde facile cognoſcitur, quia in acutum faſtigium deſinat. Xenophon autem animaduertit, quòd, in plenilunio, Leporum veſtigia difficulter obſeruari poſſint; quandoquidem Lepores noctu ad Lunam exultantes, & inter ſe colludentes, veſtigia confundunt, & diſſipãt. Vt igitur veſtigia & hominibus, & canibus faciliùs manifeſtentur, inquit Theophraſtus oportere, vt ſolùm leuiter ſit irroratum; tunc enim certiùs redolent, & altiùs impreſſa firmiter adhærent, nec deliteſcunt, quemadmodum quando humus eſt arida, neque demerſa in profundum abolentur, quemadmodum quando ſolum eſt limoſum. Tertiò venatores proprijs inſtrumentis muniti eſſe debent inter quæ Bargeus quamdam ſinuatam clauam recenſet qua Leporum curſus facilè cohiberi poteſt dum inquit.

Tempus venandi lepores.

lib. 6. hiſt. plant. c. 29.

B

lib. 1. cineg.

Nec deſint dura ſinuato vertice claua,
Quæ Leporis curſum iacta compeſcere poſſint.

Quarto demum conſiderandæ ſunt loca accliuia, vel decliuia, per quæ Lepores vagari, & currere ſolent; nam, teſte Polluce, per loca decliuia ambulantes propter poſteriorum pedum altitudinem facilius coercentur; in accliuibus verò, cum eorum corpus æquabiliter feratur, facillimè capturam effugiunt. Immò cum, ex Oppiano, in ſemitis, & aruis. Celeriùs curant, inde diligenter auerti debẽt. His animaduerſis mens dirigenda eſt ad ponderandas omnes technas, quæ à venatoribus in coercendis Leporibus adhibentur. In primis canibus vtuntur. Vnde Virgilius in Georgicis canebat.

lib. 3.

Et canibus Lepores, canibus venabere damas.

C

Venantes autem non pedeſtres, ſed equis Veredis nuncupatis, nimirum ad currendum velociſſimis vti ſolent. Quare Martialis ſcribens ad Priſcum venatorem, hunc ſic alloquitur.

Parcius vtaris, moneo, rapiente veredo
Priſce. nec in Lepores tam violentus eas.

Venatio ſecundùm Blõdum.

Itaquè Blondus inquit, in Leporum venatione talem eſſe ſeruandum modum, vt venatores diuiſi & ſparſi per inculta potiùs, quàm per culta incedentes, & laqueis Leporarios canes detinentes, à vepretis, & ſenticetis Leporem excitent. Aliquando canem ſagacem præmittunt, vt Leporem timidum à ſpinetis expellat, quem poſtmodum canis Leporarius vinculis ſolutus ad capturam vſquè inſectetur. Addit Blondus alium modum, quo aliqui ſedentes poſt frutices, & vepreta, optimorum venatorum nomen adipiſcantur. Hoc autem fit, quando venantium maxima pars èlongis circuitibus Lepores expellunt illos perſequendo vſquè ad inſidiantes, qui canibus de improuiſo eos aggrediuntur. Carolus Stephanus admonet venatores, vt antequam cum canibus ad Lepores coercendos exeant, diligenter obſeruent loca, in quibus ſtabulantur; æſtate enim, ſuas caueas ob formicarum, & ſerpentum copiam deſerunt; ideoquè tunc inter ſegetes habitare coguntur; hyeme verò in aliquo ſenticeto tugurium parant. Cognito habitationis loco oportet canes dirigere, vt leporem adoriantur, tuncquè venatores, qui plures tribus eſſe non debent, vociferando canes ad Leporum apprehenſionem debent incitare. Hodie in locis planis agri Bononienſis venatores longis perticis muniti verberando ſenticeta Lepores excitant, ad quorum capturam canes Leporarios laxant. In montoſis verò locis ob rubetorum frequentiam, canibus ſagacibus ad hos excitandos, deinde viſis Leporibus canes Leporarios ſoluunt. Præter canes plagarum etiam vſus interdum eſt neceſſarius, & potiſſimum in ſyluis rubetorum copia opacatis, in quibus

D

lib. 6. agric. cap. 26.

Numerus venatorũ.

bus liber cursus canibus non pater. Extensis igitur cassibus venantium multitudine
E opus est, qui Lepores ad retia diligenter propellant. Noctu verò retia sunt tantùm tendenda in illis locis, in quibus certa sunt horum animalium cubilia, vel vbi nouæ fruges à terra erumpunt, ad quas Lepores harum auidissimi, occidente Sole, prodire solent. *Retia vbi tẽ denda.*
Hic igitur plagæ supra palos furcatos terræ leniter infixos sunt tendẽdæ, vt Fera irrumpente protinus concidant; sed tunc necessarium est, vt aliquis cassibus assistat, vt Feræ illabenti mox accurrat, alioquin ab illis extricata euaderet. Conradus Heresbachius, ineunte æstate, alium modum Leporis irretiendi docet. Ab vtraquè parte segetum trahit funiculum, cui tintinnabula, & pennas appendit, adeont funiculo leuiter etiã cõtacto, tintinnabula sonum edant, & pennæ vibrentur, quibus Lepores perterrefacti rectà progredientes in plagas segetum extremitatem circumuallantes impellantur. Petrus Crescentiensis proponit laqueos, quibus interdũ Lepores per certas semitas, vel per sepiũ foramina progredientes irretiri solent. Amplius ab auibus etiã rapacibus, & præcipuè ab Aquilis Lepores comprehenduntur. Id non fuit ignotum Iuuenali quando dixit. *In Theuticè.* *lib. 10. c. 29.*

Sed Leporem, & Capram famula Iouis, & generosa
In saltu venantur. *Satyr. 14.*

F Virgilius quoquè huius meminit dum inquit.

Qualis vbi aut Leporem, aut candenti corpore cygnum
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis. *lib. 9. Aeneid.*

Cæterùm Indi, apud Ctesiam, non modò Aquilis, sed etiam coruis, miluis, & cornicibus cicuratis Lepores comprehendunt. Rationem verò cicurandi, & assuefaciendi his rapaces aues ad venationem Leporum docet Conradus Heresbachius his verbis. Indi Leporem mansuefactum domi alunt, cuius collo frustum carnis appendentes illum ad cursum instigant, deinde Aquilam, vel corum, vel alias aues huius generis carnem edentes pturas dimittunt, atquè hac ratione tales aues ad leporum prædam instruunt. His addamus non esse difficile Aquilas ad venationem Leporum assuefacere; quoniam hæ vt plurimum in comparando victu, Lepores, atquè etiam hinnulos rapiunt. Non est igitur mirum, si Paulus Venetus agens de Feris mitigatis magni Tartarorum Imperatoris, scripserit ipsum pro Leporum captura Aquilis delectari. Hinc fortè fabulator Phrygius argumentum illius Apologi desumpsit, in quo recitat Aquilam, in rapiendo Lepore, commendationem, & verba scarabei aspernatam fuisse. Insuper ab hominibus excogitati *In Theruticè.*
G fuerunt alij modi, quibus sine plagis, sine canibus, & sine Aquilis Lepores comprehẽdi possint. Niuium tempore venatores solis fustibus armati accedẽtes ad Leporum cubilia, magno strepitu, & clamore illos ad cursum excitant, qui statim fugientes in niue lassati, & obuoluti baculis facilè mactãtur. Vuecherius docet summendũ esse Hyosciami succũ cum sanguine Leporis iunioris mixtum, & in pelle Leporina consutum in tractu ab huiusmodi animalibus frequentato sepeliendum esse iubet; nam totius regionis Lepores ibi congregabuntur. Tandem si quis inconsuetæ Leporis capturæ desiderio teneatur, Is adeat primum librum Epigrammatum græcorum, vbi fortuitum Phedonis piscatoris modum coercendi Leporis admirabitur. Hic in locis litoris lutulentis polypum conspicatus, manu comprehendens illicò, antequam manus octuplici cirro implicaretur, in proximum dumetum, vbi fortè Lepus delitescebat, illum proiecit. Paulo post rediens piscator, vt polypum resumeret, illic Leporem cirris polypi irretitum muenit. *li. 6. de ſeer.*

H

ANTIPATHIA.

MVlta sunt animalia, à quorum cõsuetudine Lepores capitali odio abhorrẽt. In primis vocem Aquilarum perhorrescunt; siquidem ex Alberto Lepores ab Aquilis rapi solent, vt eorum pellem ad oua fouenda in nidum deferant. Deinde etiam ex Aeliano vox coruorum, & accipitrum Leporibus timorem incutit; cum huiusmodi aues Leporum vitæ insidientur, vt paulò ante fuit explicatum. Præterea summum odium aduersus Vulpes, & Mustelas contraxerunt; cum ambo hæc animalia ipsis vehementer infensa sint. Cæterùm vt veritatem fateamur, nullum est animal adeò inuisum Lepori vt canis: propterea de hostilibus animis solet prouerbio dici. Se inuicem tanquam canes, & Lepores diligunt. Hinc *Odium capitale inter canes, & Leporres.*

ad

ad rem legitur apud Græcos illud pulcherrimum epigramma de Lepore à cane marino rapto, dum canem terreſtrem euitaret hunc in modum. A

Ἐκ κυνὸς ὧλε κύων μι; τί τὸ ξυνον; εἰς ἐμὲ θῆρες
ὑγροὶ καὶ πεζοὶ θυμὸν ἔχουν ἕνα.
Αἰθέρα λοιπὸν ἔχοντι λαγοὶ βατὸν. ἀλλὰ φοβοῦμαι
οὐρανὲ καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα.

ideſt.

Ex cane cepit canis me. Quid hoc monſtri eſt in me Fere
Aquatilis, & terreſtris animum habent vnum.
Aetherem reliquum habeatis, ô Lepores, perpetuum, ſed metuo,
O Cœlum. Etiam tu fers ſtellatum canem.

Auſonius autem ſic reddidit.

Trinacrij quondàm currentem in litoris ora
Ante canes Leporem cæruleus rapuit.
At Lepus in me omnis terræ, pelagiquè rapina eſt.
Forſitan, & cœli, ſi canis aſtra tenet.

Aliter etiam ſic latinè redditum fuit hoc epigramma. B

Me canibus canis eripuit ſquameſus in vnda.
Ergo canes æquor, non modò terra parit.
Reſtat adhuc æther Lepores, ſed terret & ipſe,
Nam micat in cœlis inter, & aſtra canis.

PHYSIOGNOMONICA.

QVæ à natura Leporum deſumuntur, vt ad phyſiognomonica transferantur, duo nempè oculos, & pilos reſpicere ſolent. Circa oculos retulit Adamantius quòd oculi glauci ſimul, & charopi, punctis magnitudine milij diuerſorum colorum circa pupillas notati ingenium doloſum; & furtiuum, ſed minimè audax ſignificant. Has conditiones in Leporibus licet contemplari. Grataroła in ſuo tractatu phyſiognomiæ, oculorum prominẽtiam in hominibus perpendens in hanc venit ſententiam, hos ad Lepores, cuniculos, vel ranas referendos eſſe. Porta verò tradidit ſe in hominibus oculo Leporino præditis ſemper maximam imbecillitatem obſeruaſſe, additquè ſe cognouiſſe multos apertis oculis, more Leporum dormientes, qui timiditatis vexillum reportabant. Si ad pilorum qualitatem noſtra conuertatur oratio. Legitur apud Ariſtotelem in phyſiognomonicis, quòd Lepus, Ceruus, & ouis, ex quacumquè leui cauſa, metù propè conſternuntur, quoniam molliſſimis pilis veſtiuntur. Ideoquè homines mollibus pilis referti, ob leuem etiam occaſionẽ, formidine non mediocri capiuntur. Hinc Porta homines habentes capillum planum, & mollem mites, & ad Leporem referendos eſſe exiſtimauit. Deniquè cum Lepores pilos in ore, & ſub pedibus habeant, maximam hirſutiem, conſequenterquè ſeminis abundantiam arguunt. Quocirca homines piloſi intemperatam, & pernicioſam libidinem à ſuis moribus nonniſi cum magna difficultate propulſare poſſunt.

lib. 3. phyſ. C

lib. 4. phyſ. cap. 20.

EPITHETA. D

AVctores tàm græci, quàm latini ponderando varias Leporum proprietates, varia etiam epitheta huic animali apprimè conuenientia adinuenerunt. Siquidem à mole corporea paruum, & paruulũ, à pilis villoſum, & mollẽ, à voce vagientem, à prole propaganda fœcundum, à verſutijs callidum, furacem, & rapidum Leporem indigitarunt. Præterea auritus etiam non ſolum ob audiendi excellentiam, ſed ob magnitudinem aurium in comparatione ad molẽ corporis, & à Politiano ὠτώεις dicitur. Ratione colotis aliquibus Græcis πυρρὸς appellatur, quia Lepus nigris quibuſdam maculis diſtinctus ſit. Apud Aratum γλαυκὸς, ideſt glaucus, nec non χαροπὸς, ideſt cæſius, & fuluus legitur. Apud Athenæum λαγωὸς λιθο-

λιθο-

E λιδονίαι nempe Lepores hirundinini dicuntur. Eustathius autem ita exponit τοιοῦτοι δέ ἐστιν οἱ ἄνω μὲν μέλανες, τὰ δὲ κάτω ὑπόλευκοι, ὁποῖαι, καὶ αἱ χελιδόνες, κατὰ τὸν εἰκότα τὸ, χελιδὼν ἐπὶ γαστέρα λευκὰ, ἐπὶ νῶτον μέλαινα. Ex quibus verbis colligere possumus Lepores ita fuisse nuncupatos propter aliquam similitudinem, quam cum colore hirundinum habent cum dorsum Leporum nonnullorum quodammodo ad nigredinem, & venter ad albedinem tendat. Nonnulli auctores hoc Epitheton illis attribuunt cuniculis, qui maculis in dorso nigris, & sub ventrem albis insigniti sunt. Insuper timor insignis huius belluæ multis epithetis occasionem præbuit. Etenim Latinis pauidus, pauens timidus, meticulosus, & fugax cognominatur. Græcis quoquè δειμαλίος nempè timidus. Ideo Oppianus in Cynegeticis canebat.

Νεβροὶ δορκαλίδες τε θοαὶ, καὶ δειμαλιὸς πτώξ. *lib. 1.*

Hoc enim vocabulum πτώξ, licèt substantiuè sumptum ab Oppiano λαγωὸν nimirum Leporem significet, tamen ab Homero adiectiuè vsurpatur, & Lepori applicatur hunc in modum. Ἀρπαζων ἅ κ' ἀρ' ἐμαλὸν ἢ πτῶκα λαγωόν.

Nam à verbo græco πτήσσω πτώξ, vel πταξ deducitur, quæ nomina pauidum, & timore consternatum denotant. Τρομικὸς tremulus etiam exponitur. Quare hoc etiam epitheto lepus poterit insigniri. Cum autem Lepus sit bellua valdè imbecilla, non est
F mirum, si ab Oppiano in cynegeticis ὀλιγέδρανος nuncupetur. Alioquin λαγωὸς ἀπειρίτως Lepus fatigatus, & cursu ferè exanimatus à Xenophonte, & δρομαλὶς λαγωὸς Lepus inter currendum captus nominatur. Ab agilitate corporis Latinis velox, sollicitus, & vagus dicitur Lepus. Græcis σκίναξ ad saliendum idoneus. Immò hoc vocabulum substantiuè quoquè pro Lepore interdum ponitur; vt legitur apud Nicandrum, in Alexipharmacis σκίναξ δειρηνὴς, ideſt Lepus inter dormiendum videns. Vbi quoquè Lepus ἐυσκαρθμος, nempe bene saltans, & pernix vocitatur. ταχινὸς etiam ideſt celer dici potest; cum ceruus aut Lepus ab Hesychio ταχίνης dicatur; nam ambo hæc animalia in genere τῶν ταχυδρόμων, ideſt velociter currentium reponuntur. Propterea etiam ἐλαφρὸς nimirum agilis instar cerui, & ἀνιμόεις à Nicandro, vel potius ἀνιμόεις, nempè currens instar venti indigitari potest. Hac de causa Baptista Mantuanus hucrespiciès non immeritò cecinit. *Iliad. χ.*

Fidentes pedibus Lepores, & tergore Lyncas.

Hinc Ausonius, & multi alij Leporem velocipedem, & voluctipedem nominarunt. Oppiano quoquè & alijs Græcis ταχύπους, ποδωκης, καὶ ὠκύπους quasi pedibus celer, &
G ἀέλλοπους procellipes, nempe velox tanquam procella vocitatur. Denique à loco aliquando Lepus ὀρεσκῶος, ideſt in montibus degens, & λειρὸς à Lero insula appellatur. Quamuis aliquibus Græcis λειρὸς macilentus exponatur.

DENOMINATA, & cognominata.

H Vm innumera ferè sint illa, quæ à Lepore denominationem desumunt; nos à nobilioribus, nempè ab hominibus inchoantes narrabimus, quemadmodum apud Græcos, & præcipuè apud Hesychium λαγοθήρης Leporũ venator appellatur. Lycius etiam memorat (referente Suida) quemadmodum λαγίσκα quasi lepuscula fuerit nomen cuiusdam meretricis, & concubinæ Socratis. Laginiam nempe Leporinam Carum Deam fuisse dictam Gyraldus testificatur; nam Cares illo in loco, ad quem Lepus confugisse dicitur, templũ huic Deę construxerunt, & sacrarunt. Præterea multæ bestiæ à Lepore denominationem sortiuntur. Nos autem Auibus primum locum assignabimus; etenim λαγώπους apud Græcos habens pedes Leporis exponitur; & quoniam in Plinij historia naturali quædã auis pedibus more Leporum pilo tectis describitur idcirco Lagopus fuit nuncupata. Huius etiam meminit Martialis quando dixit. *lib. 10. c. 48.*

Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. *lib. 7. epigr.*

Quamuis apud alios lagois dicatur auis, quæ in cibis vsurpata leporinæ carnis saporem referat. Alij volunt, quòd lagois sit etiam piscis in mari Italo non inuentus, de quo Horatius scripsit hunc in modum.

Nec Scarus, aut poterit peregrina iuuare Lagois. A

lib. 2. Serm. satyr. 2.

Λαγωφονὲς Aristotelis à Theodoro Gaza leporaria Aquila exponitur, quia hęc Lepores cõprehendat. In eodem sensu apud Hesychium, & Varinum Λαγοθηρας legitur. Bellonius in montibus Cretæ frequentes Vultures ad capturam Leporũ, & hedorum incumbentes vagari assueuerunt, & propterea ab Incolis hoc vulturum genus leporarium vocari promulgauit. De quadrupedibus, in Hippiatricis habemus, quæ cumquè in veterino genere nascuntur, quæ habeant Λαγώδοντα, ea esse generosa. Hanc græcam vocem Ruellius scribit esse Notam, quam Leporinum dentem appellant. Deinde canes etiam quidam leporarij nominantur, quoniam ad Leporum venationem tantu modò educantur. At Λαγὸς seu Λαγὼτιος ad mentem Hesychij Leporinus vertitur, veluti cuniculus bestia leporina; sed hic propriè Λαγίδιος γεωρυχος nuncupatur, quia, cum sit Lepori simi lis in soueis tamen subterraneis se occultat. Alioquin Λαγώδιον, Λαγιος, καὶ Λαγιδ'ος lepusculus, & Λαγίδιος leporis catulus à græcis Scriptoribus exprimitur. Tandem apud Ioannem Petrum Maffeum bestias Cotias dictas leporinas esse legimus; quia magnitudinem, formam, & saporem Leporum referant. In Florida etiam Americæ animal amphibium, meticulosum in cursu velox, cauda breui, magnitudine ouis, & capite lepo- B rino describitur. Ab his ad plantas si fiat transitus, multas herbas inueniemus vel à partibus, vel à pabulo, vel à cubili Leporum denominatas fuisse. Primitus dictam num ericum leporis auriculam, ob insignem fortè hirsutiem, Syluaticus cognominauit. Verùm circa montem Pessulanum, auctore Gesnero, quamdam plantam annuam Leporis auriculam nominant. (Aliqui Elephaboscum putant) cuius folia ab humo erumpentia formã auris leporinæ imitantur. Gesnerus etiam quoddam fungorũ genus quercubus innasci scripsit, quod Germani, à figura, Hasenorle, idest Leporis auriculam nuncupant. Amplius quædam est herba ex genere trifoliorum, quorum multæ species à Clusio monstrantur, lagopus, idest pes Leporis dicta; nam hæc herba in spicis pilosis glumas & villosas quasi aristas leporini pedis colorem & hirsutiem æmulantes producit. Verùm, inter has trifoliorum species, illud trifolium spicatum humile Bauhini apud Matthiolum lagopus, in Herbario Lugdunensi lagopus vulgaris, apud Thalium lagopodium, Hippocratis lagopyrum, idest Leporis triticum, & in antiquie Dioscoridis nomenclaturis cuminũ Leporis appellatur; Romani hanc plantam, teste Apuleio herbam benedictam vocitãt; cum Caryophyllata apud Botanicos herba sit, quæ nomen herbæ benedictę sibi vendi- C cauerit. Verumtamen si caryophyllata non quoad faciem, vt inquit Gesnerus, saltem quoad facultatem lagopodium imitatur, quoniam ambæ prædictæ plantæ virturem adstringendæ alui participant. Insuper aliæ sunt plantæ, quæ, quoniam Leporibus alimen to sunt, pabuli Leporis nomen sibi compararunt. Inter has sonchus Dioscoridis ab Apuleio lactuca leporina dictus connumeratur; quoniam Lepores, animo ob æstum deficiente, ad hanc herbam tanquã singulare præsidiũ confugiant. Illa etiam lactucæ syluestris species costis spinosis insignita, seriola, vel Scariola in officinis medicorũ dicta, secũdũ aliquos, pabulum leporis, & secundum nonnullos Græcos lagoboscon vocatur. Immò Hieratiũ minus Matthioli apud Tabernemontanũ lactuca leporina dicitur. Tragus inter graminis genera vnum recensetˌ quod Germani Hasenbrot, idest leporinum panem indigitant; quoniam autem alio nomine, zydern à tremore hanc plantam cognominãt; hinc coniectat Gesnerus hanc esse illam graminis speciem producentem spicas adeò exilibus pediculis adhærentes, vt semper tremãt, & moueantur. Inter vuarum species terra etiam producit quamdam lageon nempè leporariam dictam, vt annotat Plinius, D non quia Lepores ea vescantur, sed quia leporini coloris esse perhibeatur. Hanc Virgilius in Georgicis memorat hoc versu.

Lactuca leporina quæ.

lib. 2.

Et passo Psythia vuitor, tenuisq; lageos.

Tandem alia est planta, quæ, quoniam in nemoribus, aut cubile, aut vmbram leporibus præbeat, palatium leporis cognominari solet. At quæ nam sit hæc planta, sententijs inter Auctores variatur. Alij palatium leporis veterum moluthurum esse affirmarunt. Iuxta illud Enphorionis.

Herba leporina quæ.

Dormitant Lepores viridi semper moluthuro.

Syluaticus per herbam leporinã sayriũ intelligit; hanc alij cicerbitam exponentes palatium leporis esse voluerunt, eò quòd ad arcendum æstum sub ramis huius herbæ Lepores decumbere soleant. Ruellius, iuxta mentem Nuperorũ, duarũ specierũ herbę

arthri-

E arthriticæ meminit, quarum alteram flore luteolo primulam veris, alteram palatium Leporis appellat; cum Lepores sub eius vmbra lateant. Hæc radicem crassam, & fibrosam, folia fœniculi, & baccas puniceas producit. Quocirca Gesnerus non immeritò hanc corrudæ vel asparagi syluestris speciem esse opinatur? In huius opinionis confirmationem possumus addere Cesalpini sententiam, qui asparagum syluestrem palatium Leporis nominauit. Bellonius sermonem habens de stirpibus Lemni insulæ, scriptis mandauit, quòd Incolæ in penuria olerum quamdam herbam odoris, & saporis origani inter vepres nascentem folijs millefolij, & semine globoso instar vrticæ Romanæ, colligentes cū piscibus edunt, & passim lagochimeni, idest cubile Leporis indigitant. Præter hæc, Hieronymus Tragus duplicem maluæ syluestris speciem, scilicet maiorem, & minorem memorat. Maiorem, in quibusdam Germaniæ locis equinam, minorem verò Leporinam cognominat. Clusius decem Lychnidum species enumerat, sed quartam; apud Vngaros herbam Leporis caryophyleā nominari asseuerat. Ad finem omittentes quamdam volubilis speciem, quam Plinius sub nomine lagines, inter clematidū genera recensuit; cum hæc herba nihil cum Lepore cōmune habeat, ad loca a Leporibus denominata examinanda accedemus. Apud Eustathium πολυπαξένος locus multis Leporibus abundans exponitur. Sequitur leporarium, quod, propriè loquendo, septū est, in quo Lepores aluntur Græcis λαγωτροφεῖον dictum à verbo λαγωτροφέω Lepores alo. Alioquin, secundùm Varronem, Lepotarium denotat omne septum ædificium, in quo inclusa sunt animalia, quæ pascuntur; quod Græcis θηριοτροφεῖον appellatur. Præterea circa Cretam quædam erat Insula, secundùm veterem lectionem, Lacusa dicta; quam Hermolaus in Plinium à venatu Leporum lagusam nominandam esse astruit. Quamuis, teste Strabone λαγουσσαῖ Insulæ à Leporum abundantia denominatæ esse ferantur. Lagois denique à montibus Cattheis Leporum copiam fortè nutrientibus, in loca campestria defluens amnis esse perhibetur. His accedunt duæ affectiones in scholis medicorum notissimæ, quarum nomina à Leporibus originem trahunt. Prima vocatur lagophthalmia, qua laborantes λαγωφθαλμοι dicuntur. Id autem contingit quandò ob aliquem morbum superior palpebra ita sursum reducta est, vt totum oculum, more Leporis dormientis, tegere nequeat. Verùm Hermolaus monet quòd in vetusto Celsi codice glaucophthalmia perperam pro lagophthalmia legitur; cum lagophthalmi ob aliquem affectum oculos non claudant, veluti corybantes, & Curetes, qui cum Iouis cunas dormirent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogebantur; nam Græci pupillas κόρας appellant. Altera affectione à Leporibus denominata laborant illi, qui leporina habent labia. Idcirco hic affectus Græcis lagochilos nuncupatur. Succedūt multa alia inanimata à Leporibus pariter denominata, vt λαγωφαγία Leporū comestio, λαγωβολία Leporū venatio, λαγωβολέον, ex Suida, locus vbi Lepores figūntur, λαγωβόλον, ex Theocrito, lignū, quo Lepores fugientes petuntur. Quāuis etiā baculum à rusticis in comœdijs olim gestatū secundū Pollucē, lagobolon diceretur. Nonnulli, referente Isidoro, tesseras, seu taxillos vocauerūt lepusculos, eò quòd exiliendo discurrant. Lepor, seu Lepos venustatem designans, iuxta mentem Sipontini, à Lepore animali deducitur, & denominatur, non solum quia Leporum esus venustatem, & gratiam conciliet, sed etiam quia Lepus animal perquàm lepidum, & amabile, ideoquè non immeritò amoribus sacrum esse feratur. Lagari denique dicti fuerunt nonnulli versus, qui vt myuri in medio claudicant. Circa Cognominata Alexander ab Alexandro, & alij auctores non proletarij Lepidorum familiam non à Lepore, nempè à venustate, immò à Lepore animali cognominata fuisse pro comperto affirmant, cum non tam à lepore, quàm ab esu Leporis homo lepidus dicatur. Ætate nostra floruit Gabriel quidam cognomento Leporetus, qui per elegantem de Arte memoratiua librum euulgauit. Viuit adhuc Excellentissimus Medicus Paulus Leporotus Corrigiensis vir vndecunq; doctissimus, qui olim Bononiæ morans perdius, & pernox musis sacra faciebat.

lib. 1. obser. cap. 26.

li. 3. de plāt. rar. cap. 3.

Loca à Leporibus denominata.

Morbi à Leporibus cognominati.

lib. 18. orig. cap. 59.

Cognominata.

HISTORICA.

lib.3. cap.7.

IN Gothorum,& Suconum historijs legimus,quò Darjo magis prouocato,quàm pacato visi sunt Gothi aliquando aciem ostentare. Quo comperto Persæ ad bellum se continuò prepararunt. Iam erant acies ordinatæ,nec aliud,præter signum lituo dandum,restabat,& ecce Lepusculus è medio dumetorum accurrit. Tunc Gothi,subito clamore facto, ceperunt hostium præsentiæ non amplius recordari, immò,postposita pugnandi voluntate, Leporem insecuti sunt. Persæ igitur hostes subitò auolantes admirari poterant, insequi non poterant;cum Gothi equitatu,& velocitate semper præcederent. Darius igitur assumptæ prouinciæ pœnitentia ductus ad suos Proceres conuersus hæc verba protulit. Ludificamur planè ab hominibus istis,&,vt apparet, irridemur,quoniã vnius Leporis cursus omnem eorum respectum à nobis,& à tot strenuis,& fortissimis viris auertit. Præterea alium funestum casum occasione Leporis olim accidisse recitat Eborensis in libro de morte non vulgari,nimirum Folchum Gallum Hierosolymorum Regem,cum quodam in loco(Acri)nominato Leporem sectaretur, prolapso equo, collum effregisse. Addemus ex Pausania nonnullos à ciuitatibus profugos, cum locum, in quo ijs commorandum esset,inuestigarent; responsum accepisse Dianam, quo loco vrbem conderent,monstraturam. Itaquè in terram expositis Lepus occurrit, quem secuti tanquam viæ ducem vsquè ad quoddam myrretum,in quod fugiens se recepit; eo pariter in loco oppidum muniuerunt.

lib.3.

PROVERBIA.

Proverbia ad timorem spectantia.

ORdo adagiorum à natura Leporis dimanantium,quatuor nempè timorem, vigilantiam,cursus velocitatem, & carnem huius animalis respicere potest, Quoad timorem solet dici. *Leporem frondium motus terret.* Profertur hoc de hominibus meticulosis,propriam etiam vmbram formidãtibus. Huic affine est illud,quod in Aeschine apud Demosthenem legitur. Λαγῶ βίον ζῆν,ideſt *leporis vitam viuere.* Tales enim dicuntur qui semper anxij assiduò mente agitãtur;cum lepus sit animal,quod,præ timore,apertis oculis dormire perhibeatur. Vnde hodie apud nos hoc effertur de homine,qui, leui quaquè de causa, timore conficitur. *Timidior Lepore.* Non dissimile est illud. *Briareus alias Lepus.* Hoc promulgatur de illis,qui verbo tenùs sunt audaciores,sed data occasione,in metum rapiuntur, vel de hominibus nunc effœminatis,qui pristinam ferociam,& audaciam exuerũt. Quapropter his quadrabit senarius ille prouerbialis incerti auctoris.

Λαγῶ βίον ζῆς ὁ πρὶν ἄτρομος λέων.

Ideſt,

Ferox Leo olim, Leporis enim nunc agis.

Adagia sumpta à vigilãtia leporis.

Hodie apud nos solet proferri adagium *non est filius Leporis.* De illo, qui nulla vnquam formidine capitur. Deniq; à Leporis timore ortum est illud vulgatum adagium. *In vetulorum Leporum tympano vis.* Prolatum in illos,qui in aliquo peragendo negocio oleum, & operam perdunt. Secundò Leporis vigilantia alijs adagijs occasionem præbuit,ideo Plutarchus hanc perpendens dixit,οἱ λαγοὶ ἐν τοῖς τείχεσιν ἀγρυπνοῦσιν. *Lepores muris incubant.* De insigni vigilantia;cum Lepores apertis oculis dormitent. Hinc dimanauit aliud adagium. *Leporinus somnus.* Seu vt alij volunt. *Lepus dormiens.* Quod enunciari solet de illo, qui ob aliquam sui commoditatem somnum simulat;cum tamen omnia, quæ fiunt, intueatur,vel potest etiam hoc adagium proferri de illo, qui timore vexatus nunquam profundo somno opprimatur. Demum vulgus apud nos sæpè pronunciat infrascriptum adagium in hominem non modo vigilantem,sed perspicaci oculorũ acie præditũ. *Est optimus leporũ venator.* Tertiò velocitas cursus huius belluæ multa parit adagia. Inter quæ hoc in prima fronte recẽsetur. ὁ λαγὸς περὶ τῶν κρεῶν τρέχει. ideſt *lepus pro carnibus currit.* Dicitur de illis, qui ob aliquã vtilitatẽ in discrimen vocãtur; cũ venatores nõ sectentur Leporẽ,quia noceat,sed quia pulpamentũ habeat. Ideo Lepus,intelligens se ad necẽ

peti,

peti, cursu adeò veloci fertur, vt non rarò in medio cursu examinetur. Nō aliter faciunt, qui cum sint in maximo periculo, acriter decertant. Ad rem apud Cęlium Rhodiginū. ἐξέλίπεν ὁ λαγωος dicitur, ideſt *Lina effugit Lepus*. Idque de illo pronunciatur, qui maximum euitauit periculum. Pariter ratione cursus Leporum, recitatur hoc à Diogeniano apud Erasinū, de re prorsus dissimili Πρότερον ζελώνη παραδραμεῖται δασύποδα, ideſt. *Prius testudo Leporem peruerterit*. Huic affine est illud Καρκινος λαγωον αἱρει. *Cancer Leporem capit*. Efferturquè de rebus, quæ fieri nequeuunt; vt Suidas exponit. Alij proferunt hoc adagium in eum, qui absurda moliri conatur. Non recedit ab hoc illud Καρκινος δασύποδι συγκρίνεις. ideſt. *Cancros Lepori comparas*. de rebus valde dissimilibus; nempè si quis doctum indocto compararet; cum Lepores velocitate, & Cancri tarditate notētur. Propterea ratione huius Leporinę velocitatis, legitur aliud adagiū apud Plutarchum in libro de animi tranquillitate. τῶ βόν τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν. ideſt. *Bonè Leporem venari*. Hodie tritum est hoc prouerbium apud vulgum Bononiensem his verbis. *Pigliar la Lepre con il carro*. Effertur autem in illos, qui rem absurdam aggrediuntur. Alij autem hoc adagium aliter exponunt, nempè de illis, qui in aliquo difficili negocio peragendo non velocitate, immò sensim, & ingenioso astu procedunt. Ideo ad huiusmodi homines diligentes quadrabit aliud adagium nimirum. *Vnico saltu duos capit Lepores*. Quemadmodum si diceremus de vna fidelia plures dealbare parietes. Nos hic Bononiæ simile quidppiam pronunciamus nempè. *Vnico itinere duo negocia peragere*. Prædicto hoc opponitur. *Qui duos sequitur Lepores neutrum capit*. Id apprimè competit illis, qui cum opinentur duplex captare commodum, vtroquè frustrantur. Quocirca Ianus Gruterius sic canebat.

Velocitas cursus.

in lib. epigr.

Lepores duos venaticus famè insequi.
Canis qui amat, neutrum capit.

His addamus hoc tanquam coronidem. *Lepus ab vno excitatus, ab altero capitur*. Id solet proferri de illo, qui non pro se, sed pro alijs operatur. Quare ad rem Ouidius eccinit hunc in modum.

Et Lepus hic alijs exagitatus erit.

lib. 3. de art. aman.

Quarto si Lepus consideretur, quatenus rei cibariæ famulatur; tunc alia oriuntur adagia: Nam legitur apud Auctores græcos ἐν λαγῶοις, ideſt. *In leporinis*. Diciturquè de illis, qui cibis opiparis inseruiunt; cum olim lautissimè viuere dicerentur, qui carnibus Leporinis vescebantur. Huic potest addi illud. *Non edit Leporem*. quod promitur de illo, qui doribus formæ non est insignitus; cum Prisci ab esu Leporinę carnis formam cōciliari crederent. Idcirco. Plinius scriptis mandauit, pulpamento Leporis in cibis sumpto, corporis gratiam, per spatium septem dierum, conseruari. Hinc postea Martialis argumentum illius festiui epigrammatis in Gelliam desumpsit; quod suo loco inferius recitabitur. Terentius in Eunucho Meminit huius prouerbij. *Tute Lepus es, & pulpamentum quæris*. Dictum est eo loci à milite glorioso in adolescentem Rhodium, qui scorto suo alludebat. Donatus id varijs modis exponit indicans prouerbium hoc mollibus, & delicatis competere; propterea quod partes Leporis posteriores pulpamentum præbeāt, vel quoniā Lepus incerti sexus esse dicatur; vt modò maris, modò fœminæ faciē præ se ferat. Hoc prouerbiū alteri simile esse videtur, quando dicitur Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ, ideſt *Lepus carnes desiderat*. Quòd propriè illis cōuenire videtur, qui ab alijs desiderāt, quæ ipsimet domi seruant. Denique apud Plautum hoc legitur. *I modò venare Leporem, nunc Ityn tenes*. Multi arbitrantur hoc prolatum fuisse in illos, qui, cum bona possideāt, meliora indagant. Volebat igitur inferre Plautus hanc cœnam, qualis qualis sit certā habes, modò quære alteram, si potes, potiorem, quoniam docti viri per Ityn phasianum interpretantur. Alij aliter hunc Plauti locū explicant; Etenim non Ityn neque Ichthin, sed Ictin nempe viuerram Mustelæ speciē legunt, qua venatores in capiendis cuniculis Leporū speciebus vtuntur. Quasi hic sit Plauti sensus. Modò, si habes cōmoditatem, illa vtere. Præter ordinē in his adagijs propositū, alia occurrunt nō omittenda, veluti illud. *Mortuo Leoni Lepores insultant*. Exponitur enim de illis, qui cū laruis, vel cū mortuis luctantur iuxta illud.

lib. 28. c. 9.

Expositio loci Plauti.

Sæpè Lepus riſit fata Leonis iners.

Manutius in adagijs meminit pulcherrimi senarij prouerbialis ad indicandam Iudicis corruptelam largitionibus procuratam. Est autem huiusmodi.

Ελκει λαγὼς λέοντα χρυσίνῳ βρόχῳ, A

ideſt.

Lepus Leonem vete ductat aurea.

Hoc prouerbium ortum eſſe dicitur à quodam lagopthalmo (ita enim medici vocant illum, qui, ritu Leporum, hiantibus oculis dormit) qui munerum illecebris Principē quēdam irretiuit. *Leporiesurienti etiam placenta fici.* Suidas tradit hoc ſpectare ad illos, qui omnibus conſumptis, & neceſſitate compulſi quibuslibet veſcuntur. Nonnulli hoc prouerbium à fabula, quam de ſe narrat Apuleius, deducunt. Nam ipſe fame impulſus placentas primum lambiſſe, deinde etiam comediſſe perhibetur. *Gemittere Leporem cani.* Hoc veritatem aſſequitur in illis, quibus deſiderata præbentur iuxta illud Claudiani.

Securum blandi Leporem fouere Moloſſi.

lib. 5. Deniquè Iulius Pollux agens de rerum vocabulis hanc parœmiam tradidit. ὁ καρπα-θιος τὸν λαγὼν, ideſt *Carpathius Leporem.* Hoc prouerbium in illos enunciabatur, qui rem noxiam ſibimet pararent; quemadmodum ſi diceremus Leonis catulū in vrbe alere, vel ſerpentem in ſinu fouere. Deductum volunt adagium à Carpathiorum inſula, in qua cum Lepores non eſſent, aliunde importari curarunt. Vnde breui orta Leporū numeroſa copia fruges totius Inſulæ populata eſt. B

HIEROGLYPHICA.

INdagatores hieroglyphicorum per vaſtum campum Leporis proprietatū percurrentes varia, & relatu digna adinuenerunt. Primo igitur ad timiditatem exprimendam pingunt Leporem. Hoc enim animal omnium eſt timidiſſimum; ideoquè homo pauidus Lepori aſſimilatur; pariterquè Cornificius poeta milites fugientes in opprobrium Lepores galeatos appellabat. Hac de cauſa Lepus etiam eneruatæ effœminationis hieroglyphicum eſſe perhibetur: non ſolum propter pilorum mollitiem, ſed etiam propter eximium metum, quo homines effœminati, & mulierculæ leui etiam de cauſa opprimuntur. Deinde Lepus tanquam bellua rei venereæ deditiſſima fœcunditatis hieroglyphicum ad mentem Pierij eſſe poteſt; quandoquidem fœtum lactans ſuperfœtat, & interdum nullum parturiendi facit interuallum. Vigilantia quoquè huius animalis Aegyptijs ſacerdotibus hieroglyphicum exhibuit; huiuſquè rationem reddit Orus, quia hoc animal inter dormiendum oculos patentes habeat. Inſuper Plutarchus curioſiſſimus Antiquitatis indagator, per capitis leporini picturam, auditus hieroglyphicum ad mentem Aegyptiorum intelligebat; cum Lepus in comparatione ad molem corporis maximas aures habeat. Inſuper nonnulli, per figuram Leporis in caueam ingredientis, homines ſoliuagos, & aliorum frequentiam declinantes ſignificabant; ſiquidem nunquā Lepores duo, vel plures in eodē cubili inueniuntur. Immò ſinguli vnius iugeris interuallo, vel circiter ſecubāt.

Fœcunditatis hieroglyph. C

lib. 13 Præterea ex Pierio Valeriano habemus ſimulacrum Leporis curſu exanimati, & canis ſe ſe cohibentis; per quod veteres Aegyptij æmulationem deſignabant, cum venatorum experientia comprobatum ſit, canes in curſu Lepores comprehenſos diſcerpere, & enecare. At ſi Lepus tanquam exanimatus quieſcat, tunc canes ſtatim atquè eum exanimem conſpexerint, non attingunt, ſed quietè, & caudarum motatione manifeſtū præbent argumentum, ſe non carnium, ſed victoriæ gratia decertaſſe. Tandem Lepus, iuxta varios actus effigiatus, varijs etiam hieroglyphicis reſpondet. Quapropter Orus Apollo à figura Leporis auerſi, auerſionem ſignificari ſcripſit. A Leporis verò ex ſylua currentis icone ſecundùm Ioannem Angelum in Aſtrolabio plano trigeſimus libræ gradus, & homo inconſtanti animo præditus denotatur. Ad finem Lepus penès pantheram figuratus, dolum pulchritudine velatum ſignificabit; cum pāthera doli, & Lepus pulchritudinis ſymbolum eſſe feratur. D

EM-

E

EMBLEMATA, & Symbola.

LEporem inter vepres somnum apertis oculis capientem depinxit Camerarius in libro Emblematum ex animalibus, cum hac inscriptione. VIGILANDVM. Hoc argumentum ad vigilantiam, & attentionem mentis transferri potest. Quandoquidem Cicero pro Plancio ad rem scribebat. *Vigilandū est sæpe, multa enim insidiæ bonis sunt.* Item huiusmodi vigilantia ad illam Demosthenis poterit comparari, qui antelucanas opificum operas præuenire solitus erat. Haec enim multi celebres viri perpetuam laudem, & gloriam sibimet cōpararunt. Ad rem nostram facit sententia Platonis, qui scripsit somnum longum neque corporibus, neque animis, neque rebus gerendis aptum esse. Nemo enim dormiēs, vllius est pretij, nihilomagis, quàm qui non viuit. Qui igitur vitæ, & saprentiæ curam gerit, plurimo tempore vigilare debet: tantumque somni capiat, quantum ad valetudinem attinere potest; distichon autem Camerarij subscriptum emblemati sic se habet. *Emb. 73.* *lib. 3. de leg.*

F

Luminibus dormit patulis Lepus, vdus vigilandum;
Insidijs quoniam cingimur innumeris.

M. Claudius Paradinus, in Heroicis, figurauit Leporem in centro circuli, cuius peripheria passim acutis gladijs est munita, itaut lepusculus ibi obsessus esse videatur, cum hoc titulo à sacris paginis desumpto. FORIS VASTABIT EOS GLADIVS, ET INTVS PAVOR. Hoc enim nos reddit certiores, nusquam criminosis tutum dari refugium cum igitur Lepus timoris symbolum esse feratur; hinc fit, vt aliquod secretum negocium peragentes, tumentesque ne detegantur, aut pellem Leporis, aut eius iconem ostentent. Russellius quoque in libro de memoria artificiosa huic timiditatis symbolo nixus, pro homine meticuloso Leporem sumebat. Immò aures Leporis erectas pro memoriæ symbolo exhibebat. Deinde lectæ venustatis symbolum haec bellua, tanquàm pulchritudine conspicua, vel ob fecunditatem præclara, omnium animantium veneri cariissima, & sacrata esse perhibetur. Idcirco Philostratus, in Picturis delineat Leporem sub Malo arbore inter Amores ociantem, quem poma decidua depascentem, Amores G deturbare conantur, dū alius cōplosis manibus, alius clamore, omnesq; simul modò huc, modò illuc ad cursum agitant; immò alius tanquā aliquid iaculaturus, impetū in eū facit, alius Leporis cruribus insidias molitur. Ille vbi iā iā apprehēsus est, molliissima pilorum lubricitate, nullo negocio, se expediens sublimi saltu capturam euadit. Itaque Amores risu diffluentes, partim in latus, partim supini per herbam passim strati peruoluuntur. Nemo tamen sagittam in Leporem intorquere conatur, sed viuum capere contendunt, gratissimam veneri matri victimam oblaturi. Optimo igitur iure quidam poeta felici, & fecundo natus ingenio, Amantem cum venatore Leporum comparauit, hoc epigrammate. *Dum Leporem nuper nemorosa per auia sector,*
Antiquum in mentem mi redisse facet.
Nec mirum, studio cum delectentur eodem,
Cui Dictynna placet, cui Cytherea placet.
Ille etenim Leporem sectatur, & iste Leporem;
Res fugitiua Lepus, res fugitiua Lepos.
Venator cassos, & casses tendit Amator,
Quos sæpè incassum tendit, vterq; tamen.
Ex aqua pluuias, & ventos spernit vterq;,
Damnosos nutrit stultus vterq; canes.
Attamen hoc distant; quòd cum Fera seruitur, alter
Præmia sollicitis iusta laboris habet.
Tum demum verò infelix superatur Amator,
Cum similis victa præda supina iacet.

H

NV-

A

NVMISMATA.

LEgimus apud Pollucem, Rheginos in monetis iconem Leporis, & currus habuiſſe. Lepus eudebatur in monumentum Anaxillæ, qui in Siciliam Leporibus vacuam, huiuſmodi genus animalis importauit. Figuram currus numiſmatibus addiderunt, vt eumdem Anaxillam, tanquam in Olympijs victorem conſuetis honoribus cumularent; quandoquidem in his certaminibus, & ludis tantum honoris victori habebatur, vt non per portas vrbis, ſed per ruinas murorum in curru ſublimis in patriam reueheretur. Qua de cauſa Aeneas Vicus non iniuria ſcripſit, populos Rheginos oppidi in margine Italiæ ſiri numiſmata figura Leporis, & currus ſignaſſe. In nummis etiam aliarum Nationum Leporis effigies conſpicitur; eum Cælius fateatur, quòd Armadica vxor Midæ Regis Phrygię in nummis Cumeorum ſignum Leporis cudi iuſſerit. Deniquè ex Huberro Goltzio *lib.11.c.81* in Hiſtorijs Græciæ ſignum Leporis ab Aquila diſcerpti in monetis Adraniorum, Maſſaniorum, Agrigentinorum, Zephyriorum, & Faliſcorum imprimebatur. B

PROBLEMATA.

IN hac Leporis hiſtoria varia problemata naturam illius concernentia, proponi ſolent. Nos autem quatuor tantum relatu magis digna proponemus. Primum eſt; cur animalia à natura magno corde donata, vt Lepores, leuibus de cauſis metu propè conſternentur. Reſpondent nonnulli, in magno corde ſpiritus vitales diſpergi, ideoquè virtus audaciam generans, in vaſta cordis mole adeò diſſipatur, vt inde formido potius, quã audacia dimaner. *ſect.10.pro bl.53.* Poſſumus etiam reſpondere ad mentem Ariſtotelis, quando animaduertit animoſitatẽ à calore, & formidinem à refrigeratione prodire; propterea Lepus tanquam bellua melancholica, nonniſi frigiditate, conſequenterquè timore redundabit. Secundò quæritur, cur animalibus melancholicis, veluti aſinis, & Leporibus tam longas aures natura dederit. Reſpondent philoſophanres, quòd aures tanquam partes cartilaginoſæ ex C materia frigida, & ſicca gignuntur; cum cartilagines naturam ferè, & remperamentum oſſis participent. Hinc fit vt timida, & melancholica animantia huiuſmodi mareria affluentia, longas aures habeant. Tertiò quæritur, cur Lepores apertis oculis dormiant. Nonnulli fuerunt huius opinionis, Lepores tanquam animantes timidiſſimos, & proprię virę conſulentes, apertis oculis noctu, diuquè inuigilare. Præterquamquòd in occluſione oculorum viſus hebetaretur, quominùs venatores eminus venientes conſpicaretur. Hæc reſponſio non videtur propoſitioni quadrare; quandoquidem oculos in antro quodam, & quaſi profundiori valle prouida natura reconditos eſſe voluit, deinde oſſibus, & palpebris, tanquam ſepimentis obuallauit, vt tutiores eſſent, minuſquè facilè *probl.6.* ab extrinſecis lęderentur. Quocirca Ariſtoteles trigeſima prima ſectione problematum oculis prominentioribus, quales in Leporibus conſpiciuntur, facilem læſionem, & hebetudinem attribuebat. Satius igitur erit, ſi dixerimus, Leporum oculos eſſe prominentes, palpebraſquè eſſe breues, & propterea cum multa difficultate claudantur, oculis patulis quietem capere coguntur. Quartò tandem Ariſtoteles decima ſectione pro- D *probl.26.* blematum quærebat, cur animantium quædam partu ſint numeroſo, vt Lepus, quædam non, vt homo. Philoſophus loco citato hanc attulit reſponſionem; nimirum quædam animantia habere matrices loculatas, in quibus ſemen ad copioſam prolem facilè diuiditur, quod ſecus de homine dicendum eſt; ſiquidem mulierum vterus his loculamentis careat. Hæc reſponſio ſecundùm vulgi opinionem ab Ariſtotele aſſignatam fuiſſe, ex *lib.4.cap.4.* eo colligimus, quoniam idem in hiſtoria generationis animalium hanc opinionem examinans, tanquam falſam refutauit, ea ductus ratione, quoniam in diſſectione animantium multiparorũ, fœtus multi in vna tantùm vteri cauitate reperti ſunt. In huius aſſerti confirmationem, addere poſſumus auctoritatẽ Hippocratis, qui in opuſculo de ſuperfœtatione, memoriæ tradidit, mulierem gemellos geſtantem, vtroſquè in eadem ſecunda habuiſſe.

habuisse. Probabilis igitur, & vera responsio ad aures Aristotelis erit hæc; quòd animalia magnæ corporaturæ sint vniparа, quoniam cibus in copiosum semen conuertendus, in molem corporum absumatur. Oppositum autem de multiparis, vt de Leporibus dicendum est, quoniam in his alimentum, ob corporis paruitatem, in copiam genitalis seminis transmutatur.

APOLOGI.

CVm duæ principales Leporis proprietates, nimirū velocitas, & pauor apologis argumentum attulerint. Nos in præsentia primò timorem ponderantes, narrabimus quòd apud Absthemium in Mythologia Leo Rex quadrupedum aduersus volucres dimicaturus, numerosam ex omnibus quadrupedibus aciem construxit. Interrogatus autem ab Vrso, quid Asini inertia, & Leporis timiditas ad victoriam reportandam conferre possent. Acutè responsum fuit, Asinum clangore suæ tubæ milites ad pugnam esse concitaturum; Leporē verò ob pedum velocitatem, tabellarij munus esse obiturum. Ex Apologo colligendum est, neminem esse, adeò inertem, & abiectum, quin interdum aliqua ex parte nobis prodesse possit. Ad rem legimus, quòd olim Lepores cum Aquilis belligeraturæ, in auxilium vulpes aduocarunt, quæ illicò renuerunt, dicendo. Vestra, & hostis vestri natura iam nudum nobis innotuit; cum Aquilæ virtutis, & audaciæ, Lepores verò timoris, & inertiæ nota signentur. Ex Apologo Morales colligunt, quòd decertantes cum potentioribus, propriam salutem aspernantur. Præterea Lepores quondam ob assiduum vēnatorum in syluis sussurrum tanta formidine oppressi ferebantur, vt omnes tāquam desperati, vel de prærupto loco se præcipitare, vel in aliquo fluuio se submergere decreuerint. Quare ad flumen properantes, ranas in ripis apricantes, ad ipsorum conspectum in amnem profilisse obseruarunt. Tunc inter Lepores sagacior ad cæteros conuersus, hæc verba protulit. Reuertamur oportet, quoniam animalia nobis timidiora adinuenimus. Apologus docet, neminem esse tam miserum, quin alius miserior reperiatur. Id totum declaratur his versibus.

Sylua sonat, fugiunt lepores, palus obuia haurit
Fit mora, respiciunt ante, retroq; timent.
Dum librant in mente animus se mergere pacta
Se metu, & ranis stagna subire vident.
Vnus ait, sperare licet, non solus timoris
Turba fumus, vano rana timore latet.
Spem licet amplectis, spes e fiducia primi saltus;
Sæpe facit metus non metuenda metus.
Corporis est leuitas, & mentis inertia nobis;
Ista fugæ causam suggerit, illa fugam.
Sic timeat quicunq; timet, nec mole timoris,
Spe careat, grauis est spe fugiente timor.
Sperat qui metuit, moriturus viuere vidi,
Spe duce victuros, spe moriente mori.

Naralis etiam Comitum in suo opere de venatione hanc fabulam versibus hexametris nitritur declarare, hunc in modum.

Hæc vis fama refert, horrescens murmura frondis
Cæperunt animal furia tua munera quæsum
Alma pareus: natura nihil quod reperit vsquam
Trisulius, & tantum capiens per membra timorem;
Multa volutanti placuit sententia, vel se
Præcipitare iugis, aut alto mergere fluctu.
Cum vitrei peteret currentis fluminis vndam,
Protinus insilnit flumen perterrita rana.
Inde lepus didicit tranquillo pectore sortem
Ferre suam, tenuitq; metum, quem ceperat ante.

Deniq;

Denique de velocitate, & celeritate Leporis legitur apud Mythologos, quòd olim hæc bellua ob hanc corporis prærogatiuam superbiens, vulpem irredebat, quæ cursu à manibus venantium effugere non posset; cui vulpes hæc verba dedit, Tu celeri cursu, & veloci pede venantes declinas. At ego ingeniosis dolis captiuam eludo. Apologus monet, quòd velocitas, & aliæ corporis dotes ab animi industria sæpissimè superantur. A

PRODIGIA, & Præsagia.

IN historia de rebus gestis Friderici primi Imperatoris narrantur prodigia, quæ Frisingensis Ciuitatis cladem præcesserunt. Inter quæ habemus, quòd Lepores, & aliæ bestiæ ferè pastophoria Ecclesiæ; & officinas Canonicorum ingressæ tanquam domesticæ laqueum captionis imponi nō renuebant. Leporis etiam occursum ominosum, & inauspicatum veteres augures dixerunt. Idque fortè ab insigni pauore, quo prædirum est hoc animal, arguebant. Verùm Priscos omnes id credidisse testatur hic versus. *Lib. 2. c. 13.* B

Φευγὶς ὁ λαγὼς δυσχερὲς σοὶ, τρίβων

ideſt.

Inauspicatum dat iter, oblatus lepus.

Non solum autem Antiqui quid calamitosum, & infelix ex Lepore hauriebant, sed etiam hodie Turcæ, & Arabes, qui, auctore Theueto, hanc opinionem sectantur, quoniam hi captorum Leporum crura statim frangunt, antequam illos domum deferāt, quia (hoc non peracto) vim aduersus hostes currendi, sibimet defuturam esse opinantur. In exercitu Xerxis equa Leporem peperisse perhibetur, responsumque fuit hoc prodigio significari exercitum pauore compulsum in fugam esse abiturum. Immò M. Antonius Baucius Reuerendissimi Nicensis Episcopi secretis similem prodigiosum equæ partum se vidisse narrat, vt constat in ipsius epistola ad Petrum Toletanum medicum scripta. De quo prodigio in historia equi vberius actum fuit. Amplius ex Valeriano *lib. 13. hier.* Archidamus Zeusidami Spartiata Corinthiorum vrbem aggressurus, cum Leporem in loco muris vicino obseruasset, omne in hostes conuerso, futurum dixit, vt hostes facilè caperentur. Itaque hoc casu animos militum excitans hostium ignauiam taxauit, quasi vrbs illa minimè bellicosa videretur, circa quam Lepores tuti inhabitarent. Ex eodem auctore habemus, Arnulpho Rege, qui Berengario auxilium tulerat, Romam oppugnante, Leporem clamore & militum tumultu excitatum à latebris vrbem versus cucurrisse. Hi milites eũ cursu, & clamoribus secuti sunt. At Romani pro propugnaculis stantes veriti eo impetu vrbem peti, & opinantes se viribus interiores, desertis mœnibus abierunt. Barbari, arrepta occasione, sellis equorum, & veterinorum ad mœnia in tumulum aggestis, per eas, nemine reluctante, mœnia occuparunt. Xenophon narrat Cyro aduersus Armenium proficiscenti, continuò in primis agris Leporem exurgisse; Aquilam verò dextera volantem in hunc irruisse, & comprehensum in proximum collem detulisse. Prodigium hoc Cyrus intuitus ad præsentes dixit. Venatio quidem pulchra *lib. 2. de pœdia Cyri.* C est futura, si Deo libuerit. In prædictorum confirmationem scripsit Niphus, in tractatu de Augurijs Leporem tanquam animal timidissimum in exercitu semper quid mali portendisse. Quamobrem Cardanus vanam Paganorum superstitionem secutus, Leporem per quietem visum, omnia infausta, & etiam interitum significare asseuerauit; & paulò inferiùs pellem Leporis per quietem inuentam, victoriam de homine timido, & Leporem à cane fugatum, inimicum cum honore exceptum denotare affirmauit. Quæ omnia homines etiam rudes, & plebei tanquam ludibria exploderent. *lib. 1.* D *lib. 1. de insom.*

E

MONSTRA.

RODigijs monstra succedunt, quoniam hæc illorum causæ esse ferantur. Clarissimus Renodeus agens de materia medica narrat, quòd Illustris Heros D. de Vitri, in venatione leporem cornutum cepit, cuius cornu Iacobo Anglorum Regi tãquàm singulare munus dono dedit. Schenchius in historia Monstrorum recitat quemadmodum Anno Domini 1533. Epi scopi zelle Turganiæ apud Heluetios oppidi, in exenteratione leporis iam grauidi inuentus est lepusculus vnico capite, & corpore, quatuor tamen auribus, & octo pedibus; quorum quatuor suo loco erant, & reliqui quatuor in dorso alium quasi leporẽ referentes eminebant. Hoc monstrum a multis ibi conspectum fuit, deinde Tigurum, miraculi loco, ad amicos missum fuit. Verùm hæc nullius ferè sunt considerationis in comparatione ad monstra, quæ aliquando mulieres enituntur. In primis ex Olao Magno mulieres vtero gerentes vel esu, vel saltu supra caput leporis facto, infantes oris leporini in lucem edunt, qui postmodum labia inter os, & nares perpetuo diuisa gerunt: nisi statim a principio portiuncula pectoris tenerrimi pulli ibi assuatur. Nos etiam adultos ab hac affectione sanatos vidimus; quoniam chirurgi fissuræ oras nouacula consauciant; deinde hiulcum vulnus sutura claudunt, donec perfectam cicatricem adipiscatur. Præterea Schenchius in historia Monstrorum tradit Anno Domini 1593. die festo D. Michaelis Konigebergæ natum fuisse infantem virilis sexus aure leporina cum lõgiusculo collari Italico collũ ambiente, nec non cũ portiuncula carnis in capite instar pileoli. Deniquè in Tomo secundo rerum Polonicarum legimus quòd mulier in Cracouiæ villa suburbana *Nigra* nuncupata ad duodecimũ Calendas Nouembris Anni 1494. Monstrum peperit, quod collum, & aures leporis habuit, cæteris membris humanis, locũ stomaci longum, & latum intestinum occupabat, ore què distento spirabat. *lib. 3. cap. 4.* *lib. 18. c. 8.*

F

MYSTICA.

G

PSalmographus in Psalmo centesimo tertio hæc habet verba. *Herodij domus dux eorum, montes excelsi ceruis, petra refugium Herinaceis*. D. Augustinus addit, *& Leporibus*. Deinde per Lepores homines Deum timentes mysticè interpretatur, quorum refugium est Christus. D. Basilius in expositione Psalmi decimi quarti per Lepores parientes superfœtantes, & partus nutrientes, fœneratores intellexit, qui dantes fœtim petunt, & vsuram vsuris addunt. Deinde dicamus per mysticos Lepores Iudæos esse intelligendos, qui ad sanguinem effundendum veloces fuerunt; vel etiam ad mentem Laureti, quoniam Iudæi non solum in malis operibus velocitatem, sed in bonis timiditatem exercuerunt. Possumus etiam ex Ricciardo in commentarijs symbolicis Iudæos lepores appellare, quoniam cum in leporibus delicata admodum imbecillitas, & lasciuia obseruetur, hæc improbitas Iudæis potest assignari. Iuxta illud. *Quomodo facta est meretrix ciuitas Iudicij?* Quapropter hæc fortè erit mystica ratio, propter quam lepus ad cibos in Leuitico non concedebatur. Est enim animal impurum, & (annotante Clemẽte Alexandrino) inhonestam venerem indicat, quoniam lepus vtroquè sexu præditus esse perhibetur. Hanc autem leges tàm diuinę, quàm humanæ veluti enorme vitium execrantur. Nicolaus etiam de Lyra hunc Leuitici locum ponderans, huius asserti rationes esse mysticas protulit, nimirum aliqua vitiosa esse vitanda. Siquidem Camelus propter gibbositatem superbiam, Herinaceus terrenam cupiditatem, sus lasciuiam, & lepus timorem irrationalem significant. Quando verò Salomon in Prouerbijs scripsit. *Lepusculus plebs inualida posuit in petra cubile sibi.* Io. Arboreus in commentarijs addit meritò plebẽ inualidã leporis nomine insigniri, diligit enim suum cliuersorium, ne fiat præda canibus. At Nicolaus de Lyra mysticã ecclesiæ plebem exponit, quæ inualida vocatur, cum iniurias illatas vleisci non conetur; deinde quia non proprijs viribus, sed diuina fidit ope. Id autem est habere cubile in petra; cum Psalmographus dixerit. *Esto mihi in Lapidem fortissimum in domum munitam, vt salues me: quia petra mea, & munitio mea es tu.* *Homil. 2.* *in Sylu. allegor.* *cap. 11.* *lib. 2. pedag. cap. 19.* *Psal. 70.*

H

MO-

A

MORALIA.

IN morali doctrina Lepus Christo, viris iustis, pauperibus, & diuitibus potest assimilari. Quoad primum. Cum Lepus secundùm Physiologos vtrúquè sexum habere, nec non sine mare gigni, & progignere dicatur. Christus, ex Berchorio, Lepus dici potest, qui duplicem naturam masculinam nempe diuinam, & fœmininâ nempè humanâ participauit. Deindè sine mare nos voluntariè verbo veritatis produxit, & peccantes ad gratiam, & ad fidem genuit. Postea cum Leporis coagulum venena profliget, eiusq; sanguis oculorum dolorẽ

Lepus Christo assimilatus.

sedet. Nos pariter si mystici leporis Christi coagulum, & sanghinem charitatis, & pietatis in nostro corde seruabimus; nullo negocio inuidiæ venenum expugnabimus, & dolorem iracundiæ mitigabimus. Secundò viri iusti leporibus similes prædicantur; B cum veloces ad mandata Dei currant; iuxta illud Psalmographi. *Viam mandatorum cucurri*. Hi villosos habent pedes ob pœnitentiam, quæ pedes affectionum custodire solet, deinde iudicia Dei valdè timent. Iuxta illud Psal. *A iudicijs enim tuis timui*. Deniq; mites, & imbecilles vocantur; cum proximum offendere non audeant. Immò Lepores cum sint fecùndissimi; viri etiam iusti bonorum operum fœcunditate sunt conspicui; vno enim bono opere peracto, confestim aliud concipere, & parere nituntur. His addamus quòd Lepus ad decliuia loca nimirum ad conualles currere nequeat, quando verò huiusmodi loca frequentare cogitur, non recto, sed obliquo tramite montem circũdando graditur. Pariter homines ad vallem nempe ad mundana negocia facile descendere non possunt, quin in multa crimina incidant. Idcirco quando viri probi ad hæc peragenda accedere coguntur non recta, sed obliqua semita tendunt, idest huius mundi negocijs adeò non se dicant, vt cœlestia deserant. Debent igitur christicolæ huiusmodi coualles deserere, & montem diuinæ contemplationis ascendere; iuxta illud Numerorum. *Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram*. Vbiq; enim mundus, Caro, & Diabolus nobis leporibus insidias tendere nituntur. Itaut possit ad rem in medium afferri hoc Socratis assertum. Nonne vides (inquit Socrates ad Theodorum meretricem) quòd etiam illi, qui Lepores sectantur, multa machinantur? Dum enim noctu pascendo oberrant, sagacibus canibus, eos captant. At alios interdiũ habent canes, quibus nocturna cubilia comperiant. Deinde, si quos offenderint Lepores, habent canes alipedes, quibus auolantes possint intercipere; nec non, & retia per insidias disposita sunt, quibus ora canum effugientes decipiuntur. Pauperes quoque ratione pauoris, & impotentiæ Leporis naturam referunt. Hi enim cum quopiam litibus, & rixis contendere non audent; immò læsi etiam non se tutari conantur. Iuxta illud Ecclesiastici. *Pauper autem læsus sacebit*. Ex altera parte diuites etiam, & peccantes ad lepores possunt comparari propterea quod quid non metuunt diuites, an non latrones? an non potentes? an non inuidos? an non calumniatores? sed quid calumniatores, & latrones dicimus? familiares etiam suos suspectos habent. Immò alia de causa Lepores appellari possunt; nimirum quia pedes, more Leporis, vellere diuitiarũ tectos, nec non anteriores, idest affectus spirituales posterioribus, idest mundanis breuiores habeant. Idcoquè velociori cursu tendunt ad montes honorum, & dignitatum, ad quas semper anhelant; sicquè conuallem, idest humilitatem, versus quam nesciunt currere, aspernantur. Præterea peccantes aliam leporis proprietatem imitantur. Etenim hic quot agit annos, tot fissuras sub cauda gerit. Pariter illi, quò plus viuunt, eò multiplices, & numerosiores ad Infernum fissuras, nempe aditus sibi parant; cum in dies magis, atquè magis in noua crimina incidant; recedunt enim à præcepto Ecclesiastici. *Ne adijcias peccatum supra peccatum*. Tandem cum duplex leporum genus ratione molis corporeæ constitutum fuerit; scilicet magnum in cursu valde velox, & aliud paruum, quod libenter subterraneas caueas fodit. Possumus nos magnos Lepores Principes, & Potentes appellare, qui ad offensionem velociter currunt. Paruos verò mercatores, & auaros indigitare. Siquidem hi in terrenis diuitijs, quarum amore irretiuntur, amplas

cap. 27.

li. 3. de dict. & fact. socr.

cap. 13.

Principes Magni lepores appellantur.

C

D

cauer-

E cauernas sibi ædificant, & postea tàm magni, quàm parui, ritu leporum, segetes paupertũ depascuntur.

SIMVLACRA.

SOlebant milites Valentianenses à Valente Principe delecti (referente Pierio) qui per Trachas militabãt in parma lutea duos dimidios lepores coloris punicei depingere, & Tetiungi milites in parma punicea duos dimidios lepores colore luteo delineatos gestare. Præterea habemus ex Ricciardo in cõmentarijs symbolicis, quòd leporis simulacrũ olim in sepulcris militum insculpebatur ad designandas dotes, quæ in vero milite refulgere debent. Nimirum ad ostendendum vigilantiam, auditum, cursum, atquè agilitatem; quæ omnes prærogatiuæ in lepore dignoscuntur. Verùm quia lepus symbolum timoris est; à quo milites abhorrere debent; ideo in sepulcro Quinti, & Marci Cæsiorum veteranorum lepus depressus arietem erectum aspiciens cęlatus erat; cum aries animal pugnacissimum esse feratur. Hodiè Pictores multiplicem huius animalis proprietatem ponderantes, simulacrum leporis ad varia significanda delineant. Ratione timoris. Ripa in Iconologia ad Debitum indicandum figurat iuuenem mœstum, uestibus laceris indutum, viridi pileo tectum cum icone leporis; vt omnibus persuadeat, quemadmodum lepus ob quamlibet leuem foliorum agitationem expauescit, Sic Debitor, ad minimum Creditorum nutum, metu consternatur. Idem auctor ad ostendendam Superstitionem pinxit vetulam cum bubone, & cornice, quia hæ volucres semper quid mali præsagire dicantur; deinde addidit leporis simulacrum; vt omnibus patefieret superstitiosos assiduo pauore agitari. Ratione vigilantiæ. Ripa ad repręsentandum Ieiunium effigiauit hominem gracilem consistentis ætatis, ore fascia velato, cum titulo. PAVCOVESCOR. Illiquè addidit iconem leporis; tum quia apud Aegyptios lepus vigilantiæ sit hieroglyphicum, tum etiam quia, ope ieiunij, homo vigilans, & ad contemplationem idoneus redditur. Insuper Ripa perpendens leporis fęcunditatem, in Fęcunditate pingenda, simulacro leporis vsus est. Etenim figurauit mulierem herba sinapi coronatam, quam gallina cum pullis, & lepus cum catulis concomitantur; quoniam hæc animalia, sed potissimum lepus apud Aegyptios fœcunditatis hieroglyphicum esse perhiberetur.

F *lib. 13.* *par. 1.* *par. 3. Icon.* *Simulacrũ fęcũditatis.*

G Denique Ripa in multis alijs iconologiæ imaginibus leporis simulacrum adhibuit. Primò ad Beneficium exprimendum, repręsentat iuuenem singulari venustate præditum cum aquila, quæ leporem deprædata illius portionem cæteris rapacibus auibus impartitur; cum aquila hominis benefici, & liberalis symbolum esse feratur. Deinde ad figurandos quinquè sensus, hominem totidem vinculis quinquè animantes diuersi generis manu stringentem pictura exhibuit, scilicet accipitrem, leporem, falconem, canem, & simiam & per leporem, ob aurium longitudinem sensum auditus intellexit. Postremò Ripa ad significandum Ianuarium mensem, icone iuuenis habitu venatorio induti canibus circundati, & leporem baculo appensum ferentis vtitur; cum huiusmodi tempus peractis messibus, & vindemijs, ad leporum uenationem opportunum esse videatur.

Lepus est simulacrum sensus auditus.

H

VSVS IN CIBIS.

OMnibus liquidò constat ex sacra pagina multis in locis leporinas carnes Iudæis fuisse interdictas. Hæ autem apud Ethnicos in mensarum delicijs habebantur. Immò ut Historici referunt, Attalicus Cydoniensis fuit primus, qui ad epularum apparatum carnem leporinam deduxit. Verùm non solum ad esum Ethnici leporem trahebant, sed illum inter lautas, & delicatas epulas reponebant. Vndè Cleon, & Aduersarius (annotante Aristophane in Equitibus) populo Romano inter deliciarum genera lepores tanquam summè exquisitos pollicebantur. Quare Iuuenalis memorans carnes delicatas canebat.

Deut. 14. Leuit. 11.

Sumine cum magno lepus, atq; aper, atq; pygargus. *Satyr. 11.*


image
not
available

E *Si quando leporem mittis mihi, Gellia dicis,*
Formosus septem, Marce diebus eris.
Si non derides, si verum Gellia narrat,
Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Ex pastu leporinæ carnis somnos generari, vel homines somniosos fieri Plinius attestatur; quod à ratione alienum esse non videtur; quandoquidem (teste Plutarcho) celeberrimus ille Cato familiam brassica, & leporina carne alebat, indeq; varia, & tumultuosa somnia emergebant. Præterquamquòd Psellus ab esu huius carnis, cum subfrigida sit, crassum sanguinem produci, & sensus quodammodo obstupefieri, consequenterquè somnum conciliari asseuerat. At alijs, in textu Pliniano, ex carne leporina homines non somniosos, sed formosos fieri, legere placuit, cum Prisci omnes id opinarentur. Huius autem asserti nonnulli hanc rationem afferre conantur; nimirum quia leporis pulpamentum educendi humorem melancholicum, consequenterq; animum exhilarādi facultate potiatur. Sed Cœlius Calcagninus, quicquid apud Antiquos vulgo dicatur, existimat id ex vi vocabuli natum fuisse, quandoquidē Antiqui, in vocibus religionē, & auspiciorum obseruationem magna ex parte, consistere statuerunt. Hinc in delectu, & censu faciundo primi Valerius, Saluius, Staterius nominabantur; non secus igitur eos leF pidos fieri, & lepōrem mutuari crediderunt, qui lepore in cibis vterentur. Hodie, secundùm Olaum Magnum in regionibus septentrionalibus, leporum caro est cibus valdè communis, & vsitatus, maximè verò, quando cum iusculo atro elixatur, vel pro more gentium assatur. His delibatis ad varia artificia, quibus Periti rei coquinariæ in præparanda, & coquenda leporum carne vtuntur, examinanda accedendum est. Verùm antequam id præstemus, duo ponderatione digna se se offerunt. Primū est, cuius naturæ, & temperiei leporina caro prædita sit. Secundum ad electionem, & tempus huius carnis attinebit. Ratione temperaturæ Castor Durantes leporem calidum in principio primi gradus, siccum verò in secundo excessu esse statuebat. Aetius vulpinas, & leporinas carnes naturæ humanæ esse dissimiles, nec non alimenta pessima generare tradidit, idquè à fœdo odore, quem spirant carnes, collegit. Propterea non sine ratione Matthiolus carnes leporinas ægrè coneoqui, & ex illis crassum, & melancholicum succum produci retulit. Clarissimus vir Io. Manardus, de carne leporina quòd frigidæ, & siccæ temperiei prædita sit, atramquè bilē progignat, ad Iacobum Pharusium Rhegiensem id negantem scribens multas rationes adduxit. Primitus ad aures Galeni ex hac carne
C melancholicum succum dimanare fatetur, deinde huiusmodi carnibus corpora exiccari dixit, quod à duritie carnis leporinæ indicatur; vnde hac carne serò, & paulatim corpora nutriuntur; præterquamquod durities carnis est euidens siccitatis indicium, & animalis timiditas frigus significare solet. Quamquam autem sanguis (vt inquit Manardus) calidior sit, quàm caro, nec non tenuis, & sine fibris; hinc tamen argu. re, non possumus ipsum non esse melancholicum. siquidem illius aquea, & tenuis substantia frigus, & non calorem ostendit. Circa hoc assertū Galenus fuit huius opinionis, sanguinē melancholicum ex leporino cibo fieri, sed mox addidit carnes etiā esse aliorū animantiū, quæ in comparatione ad leporem multò crassiores, & nigriores succos generant. Hac fortè ratione ductus M. Cato Censorinus oleribus, & carnibus leporinis ægrotos ali iubebat. In confirmationem huius sententiæ viri fide digni fatentur, se nouisse multos
H venatores, qui alia carne, quàm leporina non vescebantur, & tantum abest, vt essent melancholici, vt potius quotidiana lętitia perfinderentur. Carolus Stephanus vnica distinctione hanc difficultatem dirimere conatur. Inquit igitur lepores iuxta ætatem esse considerandos; nam iuniores carnem habent valdè delicatam, facilis concoctionis, & optimum sanguinem generant. Lepores verò anniculi. & antiquiores non solum difficilis sunt digestionis, verùm quoq; atrum succum producunt, & corpora mirandum in modū emaciant. Ex his ad electionem bonorū leporū, & ad tempus eos comedēdi transeundum est. Bruyerus igitur catulos leporū bimestres, trimestres, quadrimestres, semestres, & ad summū octimestres inter lautissimas dapes collocabat. Nā lepores quo iuniores, eò meliores, & suauiores; anniculi autem sordescunt, itaut abierit in prouerbium (vt notat Bruyerus) vetulos lepores, & anseres malorū Dęmonū esam fuisse. Prętereà August. Gallus in suo Agriculturæ libro tradit, se ab antiquis venatoribus intellexisse nōnullos esse lepores mares *Tyros* nūcupatos, qui in cibis sumpti sęper hircū redolent.

in li. de rat. vict.

lib. 1. quæst. epist.

lib. 18. ca. 8.

lib. 3. de loc. affect.

lib. 3. de loc. affect. c. 7.

lib. 6. agric. cap. 37.

lib. 13. de re cib.

lib.6.agric. cap.35. Tandem Carolus Stephanus admonet, lepores in montoſis, & planis locis habitantes, A paſcentesquè pulegium, & ſerpillum eſſe multo meliores illis, qui circa aquas vagãtur; addit inſuper marem potius, quàm fœminam pro cibis eligendum eſſe. De tempore comedendi lepores Romulus in libro rei coquinariæ, ſcriptum reliquit, lepuſculos à menſe Auguſti ad principiũ Octobris vſquè ad menſem Martij eſſe ediles. Quamobrẽ *In Parad. poet.* Reuſnerus quoq; hybernũ tempus pro eſu leporum opportunum iudicauit, dum inquit.

Me, lepus hyberno caulem depaſtus in horto,
Quantumuis bilis terreat atra, capit.

Caro igitur leporina, tantummodo vrgente bruma, in cibis commendatur, & potiſſimũ circa Feſta nataliria D.N. quo tempore ad imitationem Regũ Chriſto nato munera offerentium, munuſcula hinc inde amicis mittuntur. Quare Ioannes Bohemus ad rem ſic cecinit.

Natalemq; tuum celebrantes octo dicbus,
Concinimus laudem perpetuumq; decus;
Atq; tuo exemplo monitis munuſcula mittis,
Aut capum pinguem mittimus, aut leporem.

Eclog.8. Baptiſta etiam Mãtuanus in Buccolicis huiuſmodi munerum, & temporis meminit, dum B inquit. *Dona decet tempus, lepores brumalia dona.*

Modò noſtra intereſt ad ingenium culinarum parãdi, & coquendi lepores, & eorum partes deſcendere. De partibus ſcribit Pollux, quòd inteſtina cum ſanguine, & viſceribus coquebantur, & hoc edulium ius nigrum vocabatur Laconibus valdè vſitatum, quod alio nomine à Varino αἱματία, ideſt hęmatia, quaſi Sanguiculus nominatur. Huius nigri iuris Laconici meminit etiam Plutarchus in Lycurgo; id enim à colore, quem acquirit in coctione, denominatur. Hoc quoq; non fuit ignotum Galeno, quãdo dixit. *Multi* *lib.3. de al. fac.c.18.* *ſanguinem leporis cum hepate ſolent elixare, Alij cum cæteris viſceribus.* Cælius Apitius ex partibus internis componit Minutal hunc in modum. Sumit ſanguinem, & viſcera, nẽpe pulmonem, & iecur minutim conciſa, & vnà cum oleo, liquamine, porro, & coriandro *in* *lib.8. de re cib.* eacabum conijcit, additquè piper, cuminum, mentam, rutam, pulegium, laſeris radicem, & demum mel aceto temperatum ſuffundit. De carne leporis narrat Bellonius hoc publica conſuetudine receptum eſſe apud ruſticos inſularum Cretæ, & Chij, vt leporem *lib.8. obſer. cap.108.* excoriatum, in fruſta conciſum, & ſale conſperſum exſiccent; quem ritum ſequuntur etiã C Græci, qui tempore quadrageſimæ lepores cęperint, illos enim in fruſta cæſos, & ſalt conſperſos in furno exſiccãt; ſicq; ad paſchales vſq; Ferias hãc carnem conſeruãt. Verùm ad inſtructã epularum magnificentiã lepus potiſſimum aſſatus commendatur. Quapropter Cælius Apitius leporem detracta pelle exenterarum, & aqua dilutum mediocrè coquit, deinde in patina cum oleo in furno aſſat, addendò piper, ſatureiam, cępam, rutam, ſemen apij, liquamen, laſer, & vinum. Archeſtratus obſoniorum ingenioſus (re- *li.9. dyphno ſoph.c.18.* ferente Atheneo) de leporis aſſatione ſic ſcripſit.

Nec leporis ſimplex ratio, vel forma parandi
Perſpicitur dotis, namq; optimus ille videtur,
Si ſale ſit conſperſa caro, verubuſq; calentem
Aſſatam rapias, ac eſurientibus ipſam
Apponas, qua cruda parùm ſit, nec tamen illi
Deſluat hinc turpis ſanies, ſed veſcere largè.
Quæq; ſuperuacua eſt ratio credenda parandi D
Poſt hanc.

lib.5.c.61. Romulus agens de artificijs coquinarijs leporis anniculi, & pinguis; partes poſteriores torrefactas laudat; lepuſculi verò exenterati, & diligẽter loti ventrem larido paſſulis, ſęniculo; ſale, pipere, cinnamomo, & caryophillis replet, deinde omento ſuillo, inſperſo, pipere, & floribus ſęniculi lepuſculum inuoluit, & in veru ligatum diligenter aſſat.

lib.2. de re cib. Immò ne pili pedum adurantur ſyndone in aqua madefacto tegit, atquè integrum, & toſtum leporem menſis apponit. Scappius ſumit leporem potius canibus, quàm retibus captum per lateris foramen viſcera extrahit, & alui cauitatem diligenter loram larido petaſone, hepate, & pulmone eiuſdem leporis pulueribus aromaticis prunis, & ceraſis acidis replet, repletum elixat, elixatum laridulis obeſat, cariophyllis trãsfigit, & in veru diligenter torret. Hodie Bononiæ hic eſt vſitatus coquendi leporis modus.

Recipi-

E Recipitur lepus in fruſta diſſectus, parùm elixatus, & in ſartagine cum pinguedine ſuilla torrefactus menſis apponitur, vel partes poſteriores prius elixatæ laridulis diſtinguuntur, cariophyllis transfiguntur, & in veru lento igne aſſantur. Aliter etiam lepus demptis extis, & abiectis pedibus, & capite, fractiſque oſſibus, & ſuperinfuſis pulueribus aromaticis cum adipe bubulo in vaſe fictili aſſatur, addendo in fine coctionis mel, vel defrutum cum aceto mixtum vt gratam comedenti dulcedinem, & aciditatem conciliet. Apitius ſimile ferè condimentum præſcribit; nam leporem ſuo iure curat, exoſſat, adijcit oleum, liquamen, faſciculum porri, coriandrum, anethum, cępam aridam, mentam, & rutam, deinde ius de fruto, & aceto ad gratam dulcędinem, & aciditatem temperat. Aliter etiam leporem ſic condit, coquit ex vino liquamine, aqua, ſinapi, porro, & cocto addit piper, ſatureiam, dactylos, damaſcena, vinum liquamen olei modicum ſtringit amylo, condit leporem in patina, & perfundit. Romulus artis coquinariæ valde peritus leporem etiam elixat, & in eius iure lagana coquit hunc in modum. Primò leporem exenteratum aeri exponit, donec tenereſcat, poſtea partes anteriores cum portione petaſonis in aqua decoquit, & iuri diligenter deſpumato addit fractum piper, deinde, carne ex iure ablata, confeſtim in ipſo lagana coquit. Tandem ex carne leporina artoc reata parantur hunc in modum. Recipiuntur tantummodo leporis pulpamenF ta parùm elixa, & fruſtatim cæſa, inſperſaquè puluere piperis, cinnamomi, caryophyllorum, & nucis myriſticæ, vnaquè cum medulla vitulina prunis, pineis vitellis ouorum in capſulis ex paſta paratis includuntur, atquè in furno percoquuntur.

Communis modus coquendi leporem.

lib. 5. de re cib. c. 56.

VSVS IN MEDICINA.

SIllum eſt animal, quod ad iuuandas mortalium affectiones natum ſit, hoc eſt lepus; quoniam omnes illius partes, nec non etiam excrementa vſui medico famulãtur. Primitùs caput leporis exuſtum cùm adipe vrſino, vel aceto illitum alopecijs, ex Galeno, medetur. Immò cinere prædicti capitis dentes perfricati a dolore præſeruantur. Amplius hic cinis cum nardo, & melle mixtus graueolentia oris vlcera, ex Marcello, abſtergit, & curat. Cerebrum leporis exhibet Vuechcrius ad iuuandos tremore affectos, quia Paulus Aegineta, cum multa de tremoribus febrium docuiſſet, tãdem protulit, in potu caſtoreum, G & in cibo leporis cerebrum, non mediocrem vtilitatem afferre. Galenus cerebellum leporis in dolorifica infantium dentitione commendat, dummodo gingiuæ ipſo ſæpius liniãtur, nam citra dolorem citius, & facilius dentes erumpunt. Ideo Quintus Serenus ſic canebat.

li. 11. de ſi. pl. med. fac.

lib. 3. cap. de trem

Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci,
Aut Leporis niueum bibitur cum lacte caprino.

Demùm leporis cerebrum ex vino potum vrinæ incontinentiam, ex Marcello, cohibet; quod ſentẽtiæ Quinti Sereni aduerſari videtur, qui verba faciens de remedijs vrinam prouocantibus ſic cecinit.

Tum Leporis cerebrum ex vino potare iuuabit.

lib. 3. Phyſ. c. 46.

Cor Leporis cum magnum ſit, & animalis timidiſſimi; Porta hinc colligit ad eliminandã ab humano corpore febrẽ quartanã peridoneũ eſſe. Magi igitur, ex Plinio, aduerſus quartanã cor Leporis febrienti adligãt. At Sextus leporini cordis ſicci puluerem cũ tertia parte mannæ thuris in vino albo, ſeptem dierum ſpatio, epilepticis própinat, patiẽti verò ſæpius cadenti, ad dies vſq; triginta, hoc medicamentũ exhibet. Sextus pariter, in ſuppremendo mulierũ profluuio, eumdẽ leporini cordis puluerẽ in aqua calida datũ ſummoperè commendat. Pulmo leporis ſale conditus, per triginta dies, ex Plinio, comitiali morbo laborãti datus, mirandũ in modum conducit. Eodem pulmone oculis dolore affectis ſuperpoſito, Sextus dolorẽ ſedat, & affectum ſanat. Immò eumdẽ pulmonẽ pernionibus, & pedibus à calceamento læſis cũ magna vtilitate apponit. Hepar leporinum coctum cœliacis, & iocinoroſis cũ vino potiſſimũ auſtero, ad mentẽ Sexti, non erit infrugiferum. Fel huius animalis ad claritatẽ viſus valere, ex eo colligit Porta, quia hæc bellua acie oculorũ polleat. Quocirca, ex Matthiolo fel ſaccharo exceptũ argemas, & oculorũ nubeculas delet. Sextus verò recipit fellis leporini drac. tres, iccoris muſtelę tantũdem,

Pulmo.

lib. 5. Phyſ. c. 27.

Lien. caſtorei drach. vnã myrthæ vnciam dimidiã cum modico aceti, & melle ſeu paſſo me- A
dicamen ad vertiginem perutile componit. Lien huius belluæ deuoratus à lienoſis,
ex Galeno in Eupotiſtis, illis multo erit adiumento. Coagulum innumeris ferè morbis
commodum eſt, & ſalutare. Qua propter Auicennas, inter omnia coagula, hoc in varijs
li. 2. Canon. tract. 2. affectibus ad ſydera vſquè extollit. Verùm antequam ad vſum medicum trahatur;
notandum eſt, quòd coagulum auferri debet ab animali, quod nondum quidquam, præ-
ter lac, de guſtaucrit. Deinde in fumo vel ad Solem exſiccetur; ſic enim ad biennium,
integris viribus, conſeruari poteſt. Sextus igitur ventriculum Leporis cum oleo myr-
Coagulum. tyno in ſartagine frigit, & capiti, ad coercendos fluentes capillos vtilitet imponit, & in
Otalgia ad dolorem ſedandum huiuſmodi coagulum auribus infundit. Sanguinem ex-
puentibus cum vino myrteo Plinius coagulum exhibet, quod Galenus probare non
videtur; cùm omne coagulum acti facultate ſit præditum. Eſt quidèm veritati cõſonum
quod mixtum cum aceto lac in mammis concretum diſſoluat. Colica laborantibus cõ-
moditatis plurimùm afferre, Quintus Serenus voluit his verſibus.

Cum colus (inuiſum morbi genus) intima carpit,
Mande galeritam vulneremquam nomine dicunt, B
Aut pauidi Leporis madefacta coagula pota.

Dioſcorides fluxu diſenterico laborantes ex hoc coagulo incredibilem vtilitatem re-
cepturos eſſe exiſtimat. Ideò Plinius hoc vbera linit, vt ab illis infantes, hoc fluxu af-
fecti, lac ſugentes, libertentur. Verùm ad declinandum febris quartanæ paroxiſmum
Quintus Serenus hoc coagulum commendat, dum inquit.

Aut Leporis trepidi diluta coagula trade

Ad ſpinas partibus infixas extrahendas, quocunq; coagulo, ſed potiſſimum leporino cũ
thuris polline, & oleo, aut cum pari portione viſci quercini Marcellus vtitur. At Qu in-
tus Serenus vulneribus curatu difficilibus prodeſſe opinatur dum ait.

Vulnus atrox foueat cinere vel hirundinis alta
Inducat, leporiſue aſperſa coagula vino.

In expugnando veneno hoc coagulum alijs alexipharmacis non cedit quatè Sextus; ad
lib. 3. Phyſ. c. 27. punctiones ſcorpionum, vel morſus ſerpentum, hoc adhibet. Porta in veneno rubetæ
non infrugiferũ eſſe arbitratur, & Dioſcorides ad malã aconiti qualitatem profliganda tanquam vtiliſſimum commendat. Tandem, ob animalis fœcunditatem, teſte Por- C
ta, coagulum maſculini Leporis, viri congreſſum, & fœminę conceptionẽ iuuare pethi-
cap. de coag. betur. Dioſcorides autem ſcribit quòd coagulum Leporis, poſt menſtruas purgationes,
peſſi inſtar, cum butyro ſuppoſitum ad conceptionem iuuat, potum verò fœtum necat,
& à puerperio atocion eſt medicamentum, Arabes vt Serapio, & Auicennas hunc Dio-
ſcoridis locum mutilatum recitant; nam puerperij mentionem omittunt. Martellus Vir-
gilius in commentarijs ad Dioſcoridem, Hermolaus Barbarus, Plinius, & alij Auctores
non proletarij longas digreſſiones circa hoc medicamentum faciunt; an re vera ſit ato-
Renes. cion, an ſimpliciter abortiuũ, quas, prolixitatem vitãtes, prætermittimus, & ad vires me-
dicas aliarum Leporis partium accedimus. Renes igitur ad Solem exiccatos in omni-
bus renum morbis Sextus præſcribit. At Matthiolus eoſdem coctos in lithiaſi tantùm
li. 3. Phyſ. c. 44. exhibet. Eoſdem inueteratos, & pedibus alligatos podagram leuare Olaus Magnus
aſtruit. Partes genitales ſuccedunt conſiderandæ, quæ ſecundùm Portam, tàm vitis,
quàm mulieribus adiuuandam conceptionem conueniunt; cum Lepus animal ſit fœcun- D
diſſimum. Ideò Bartholomæus Montagnana teſtes, & vterum Leporis medicamen-
tis adiuuandum congreſſum pro viris, & ad conceptionem pro mulieribus vtiliter miſ-
ceet. Doctiſſimus etiam Quercetanus Extractum mattieis Lepotinæ parat, quod fit,
In Pharm. dum probè vino albo lauatur, exſiccatur, & in puluerem redigitur, quę aqua vitæ alkali-
ſata facilè diſſoluitur, & in eſſentiam reducitur. Hanc poſtea à ſuo diſſoluente ſepara-
tam, ad matrices fœcundãdas, effieaciſſimam prædicat. Mizaldus teſticulum Leporis in
vino odorifero coctum, datumque ijs, qui inuiti vrinam reddunt, præſtantiſſimum lau-
dat. Deniquè ab alijs in omnibus veſicæ malitijs commendatur. Ad carnem Lepori-
Carnis Leporinæ virtus lib. 7. Phyſ. cap. 1. nam ſi ſermo conuertatur, hæc in oleo frixa, ſecundùm Albertum, & per clyſteres inie-
cta, fluxum alui ſupprimit, & inteſtinorum vlcera curat. Alij hanc ad ſomnum conci-
liandum efficacem eſſe exiſtimant. Siquidem Lepus bellua eſt ſomno valdè dedita, cũ
Plinius huius carnis eſu homines ſomnioſos fieri ſcripſerit. Potta adiuuandum ingeniũ

valere

E valere affirmat; quando quidem Lepores, & cuniculi ingeniosa animantia esse ferãtur. Saognis, & lac Leporis suis non carent virtutibus. Propterea quòd Dioscorides sanguinem assatum vexatis à dysenteria exhibet, & hoc adhuc calido, & ab animali dimanante toxica expugnant. Alij verò, eodem sanguine calido cum farina hordeacea mixto, dysenterias terminant. Amplius lentigines, & sugillationes delet, nec non lepram aufert. Id verum esse colligit Porta ex animantis signatura; cum lepus maculis quibusdam nigrioribus distinguatur. Vnde Ioannes Vrsinus ex Kiranide in lepore sic canebat. *li. 2. de mat. med.* *Sanguis.*

Orno cutim, produco pilos, & fedo podagram,
Sanguine si fuerint membra peructa meo.

Quintus etiam Serenus ad emendandas faciei mendas rapum crudum cum aceto mulso, vel sanguinem leporis proponit hunc in modum.

Crudaue dulcacido misce bis rapa liquori,
Sanguine, vel leporis morbus delabitur oris.

Lac insuper leporinum à mulieribus infecundis expeti debet; cum illas fecundandi virtute potiatur. Adeps, ex Gesnero, in extrahendis spiculis corpori infixis adhibetur. Flores enim fabarum cum pinguedine leporina simul tundunt, deinde parti affectæ ap- *Pinguedo.*
F ponunt. Ad claues verò plantæ pedis inhærentes eancrum crudum cum leporino adipe conterunt, & loco saucio imponunt, parti autem oppositæ tres, vel quatuor tabaceos flores applicando, per spatium diei naturalis, pristinæ sanitati partem restituunt. Ossa *Ossa.*
Leporis in medico vsu non sunt spernenda. Nam dens leporinus, ex Rhasi, & Alberto, appensus parti dentis dolorifici dolorem mitigat. Item os simile acui, secundùm Plinium, in larere leporis reperitur, quo si dentes dolore vexati scarificentur, pristinam valetudinem adipiscuntur. Mandibula etiam leporis carcinomati plurimum confert. Timotheus enim pro affectu prædicto recipit mandibulæ leporis drachmas tres, lucij rantumdem, drachmam vnam alumnis rupei, masticis, calcis viuæ, thuris, arsenici, & sulphuris, drac. duas tartari vini albi; omnia simul in puluerẽ redacta in pãno lineo ligata inter duas tegulas supra ignem ita adurit, donec tota massa carbonis formã acquirat. Talum leporinum nonnulli ad multas affectiones peridoneum prædicant; cum tamen lepus, & alia animantia digitata talo careãt, nam huiusmodi os bisulcis animalibus tãtummodo competit. Amelbergius tamen officulum in posteriori suffragine leporis, talum interpretatur. Germani hoc officulum Den hasen sprung hoc est, saltum leporis cogno- *in 2. par. Arcan.*
G minant, quia lepus illi parti in saliendo nitatur. Talus igitur leporis ventriculo subligatus eius dolorem sedat. Matthiolus hoc superstitiosum, sed tamen non reijciendum esse opinatur. Marcellus in colica affectione tale officium cum funiculo ex pilis leporis fabricato laboranti alligat, & efficacius præsidium esse prædicat, si huiusmodi os in stercore lupi inuentum fuerit. Experientia quidem docet, quòd aduersus colicam puluis huius ossis fæliciter in vino bibitur. Hieronymus Tragus puluerem huius ossis in liquore stillatitio pulegij, pro ocytocio, mulieribus parientibus propinat. Alij ad expugnandum morbum comitialem, huius puluerem cum visco quercino, corallo, margaritis & seminibus pæoniæ præscribunt. Alij demùm in lithiasi, & ad vrinam valenter prouocandam hoc præsidio vtuntur. Pellis, pili, & pedes leporis medicis virtutibus non carere sciendum est. Propterea Plinius cuculo aue in pelle leporina inuoluto, & alligato,
H somnos allicit. Ad hernias commendatur ceratum, quod pellem leporis adustam recipit. Deinde pili multipliciter iuuant, nam Hippocrates ad os vteri ex partu exulceratum rosas in vino tritas cum pilis leporinis laudat. Ideircò Vuecherius agens de vnguentis glutinantibus, præter multa simplicia adstringentia, illis pilos leporinos addit. *in li. de nat. mulieb.*
Hodie pili leporis in coercendo sanguine vndequaquè manãte, & præcipuè in hæmorrhagia narium fælicitèr adhibentur. Vnde Marcellus Empiricus pilos ventris leporini cum melle decoctos, fabæ quantitate ad vlcerata intestina, quamuis fuerint gracilia, agglutinanda præbet. Ex nugamentis eiusdem Marcelli habemus, quòd funiculus ex pilis ventris leporini paratur, quo laborans colica cingitur, sed maiorem patienti cõmoditatẽ hic funiculus afferet (inquit ipse) si, aulsa lana, lepus viuus dimittatur, dicẽdo, fuge fuge le puscule, & tecũ aufer coli dolorẽ. Horum pilorum combustorum suffitu Plinius difficiles excreationes adiuuat. Olaus Magnus horum cinere, in pedibus frigore adustis, vtitur. Denique Plinius pedes ex viuo lepore abscissos ad sedandum podagræ do- *Pili leporis.*

lorem

lorem applicat. Poſtremò excrementorum virtutes ſunt examinandæ. De vrina ſcribit Vincẽtius in Speculo naturali, quòd hydropicis cum ſpica-nardi vtiliter exhibetur. A

lib. 16. c. 34. De alui excrementis hæc leguntur. Aſclepiades (referente Aetio) ad conceptionem, ex myrrha, & ſimo leporino peſſum parabat. Verùm hoc ſtercus à mulieribus geſtatum impedire conceptionem nonnulli tradunt. At experientia compertum eſt (inquit Matthiolus) quòd ſubtus immiſſum menſium fluxiones immodicas cohibeat, & humentem vterum exſiccet. In fluxu alui etiàm dyſenterico Plinius ſimum leporis ſiccatum in vino tradit. Marcellus verò in prædicto affectu pilulas de ſimo leporis componit. Hoc Rhaſis impetigines deler, eodem Plinius ambuſtis medetur. Galenus in omnibus columellæ, & aſperæ arteriæ vitijs, nec non in ſpirãdi difficultate ſtercus leporis ſiccatum, & contritum in vino calido propinat. Plinius, eodem præſidio veſperi cubitũ eunti dato, tuſſes nocturnas ſanat. His expoſitis de omnibus leporis partibus, modò vim totius leporis ponderabimus. Philoſtratus narrat quòd mulier, quæ ſepties aborti

Excrementorum vis.

lib. 3. vit. Apol. cap. 12. uerat lepore liberata eſt hoc modo. Iuſſerũt Sapiẽtes, vt maritus huius mulieris tẽpore difficultatis partus, cũ lepore in ſinu occultato adeſſet; ſæpiusq; circa mulierem ambularet, & poſtea de improuiſo ex ſinu leporem dimitteret. Dicebant enim fore vt mulier, citra difficultatem embrionem emitteret, niſi lepus repentè extra fores aufugiſſet. Verũ his poſtpoſitis nugis, Geſnerus reperit in libro Germanico empytico manuſcripto, ad tormina, calculoſq; renum hoc medicamentum, nimirum balneum paratum ex malua, chamçmelo, & cepa, in quo patiens ſedeat, ſumendo per interualla panem toſtum cum puluere cremati Leporis, capite, & inteſtinis abiectis. Apud Nicolaum Alexandrinum, interprete Fuchſio, in lithiaſi, hæc antidotus præſcribitur. Recipitur lepus viuus, iugulatur, & omnis ſanguis olla excipitur, pellis detrahitur, deinde lepus cum pelle, & ſanguine in fictili nouo luto chymiſtarum oblinito adeo vratur, vt omnia in cinerem abeant. Huius cineris lewigati cochlearium vnum ex vino tepido calculo laborantibus

B

Totius leporis vtis medica.

lib. 2. antid. ſpec. datur. Ideo Vuecherius agens de pulueribus calculum frangentibus ſummoperè commendat cinerem totius leporis in furno combuſti. Bartholomæus Montagnana in ſuo Antidotario, vbi medicamenta vſu à ſe cognita recenſet, electuarium deſcribit de lepore combuſto, pro lithiaſi, cui præter cæteta, lapidem iudaicum, & lapillos in ſpongijs repertos addit. Tandem cinerem totius lepotis cum melle mixtum Plinius ad enterocellas illinit, & cum oleo myrtino capitis dolores ſedat. At Olaus Magnus in decoctione totius leporis pedes podagricorum imponit.

C

VSVS IN VARIIS.

Olebant Priſci, & potiſſimum Romani adeò cicurare, & edocere Feras, vt imbelles veluti lepores cũ pugnacibus innoxiè colluderent; quibus poſtmodum in ludis publicis, & ſpectaculis vtebantur. Propterea Martialis in Epigrammate ſeptimo ad rem ſic cecinit.

lib. 1. epigr.

Nunc tua caſareos exorat præda Leones,
Tutus & ingenti ludit in ore Lepus

In epigrammate quinto decimo de hoc pariter leporis vſu ſic fatur.

Et per aperta vagus curreret ora Lepus.

D

Idem repetit in epigrammate quadrageſimo quinto dum inquit.

Laſciuos Leporum curſus, luſuſq; Leonum.

Replicat idem in epigrammate quadrageſimo nono hunc in modum.

Si vitare canum morſus, Lepus improbe, quaris;
Ad quæ confugias, ora Leonis habes.

lib. 1. Faſt. Et lexcentis alijs in locis Martialis de hoc Leporis vſu locutus eſt. Clarauaceus quoquè apud Laudenſes narrat ad celebrandum diem feſtum D. Baſſiani Epiſcopi Laudenſis in lætitiæ ſignum multos inſtitutos fuiſſe ludos, in quibus Lepores adhibebantur dum inquit.

His etiam ludis taurus diſcurrit in vrbe,
Et ſua dat ſacra terga premenda manu.
Adde quòd audaci Lepores certamina curſu
Incipiunt, dentes effugiuntquè canum.

Priſci

E. Prisci etiam, præter ludos, ad literas occultas amicis mittendas, leporibus vsi sunt. Quapropter Harpagus (referente Herodoto) epistolas in lepore exenterato inclusas, simulato pastoris venatu, ad Cyrum misit. Alij ad coralium molliendum recipiunt puluerem totius leporis cremati & in vino albo vnà cum coralio infundunt, vt tenerescat. *Epistola quomodo occultentur.*

Præterea caro huius animantis alios, præter medicum, habet vsus. Etenim lepus cum sit carnosus, & non pinguis, & ob carnis duritiem difficulter concoquatur, consequenterq; corpora extenuet; hinc factum est, vt obesi, ad corpora gracilia reddenda, leporinis carnibus vtantur. Venatores, vt canes ad leporum venationem assuefaciant, carnes huius animantis illis exhibent, post quarum esum, illicò panem eis edendum præbet, quoniam quæritas huius carnis canum vomitū prouocare solet. Mira ldus ad literas obliterandas recipit carnem leporinam exiccatam calci viuæ permiscet, literisq; superponit, nam spatio triduj nullum earum vestigium apparet. Ex fabulosis Alberti narrationibus colligimus, portionem fellis leporini sub capite positum perpetuum conciliare somnum, qui, nonnisi aceto dormienti exhibito, discuti potest. Porta, in Magia naturali, sanguine leporino exiccato adarcendos parasitos, & helluones à mensis, vtitur. Puluerē enim prædicti sanguinis carnibus coctis inspergit, nam ob calorem, & humiditatem carnium ipso liquescente, carnes ijs, qui secretum ignorant, sanguinolentæ, & nauseabundæ videntur. *cēt. 2. mem. 08*

F Nonnulli adipe leporino lucernam replent, & accensam in medio frequentis cœtus hominum, vel mulierum suspendunt; nam circumstantes tanquā dementati vestimenta abijciunt, & saltare non desinunt, donec lucerna ardeat; hoc narratum fuit Portæ à viris fidedignis, vt ipse in Magia naturali retulit. Hoc autem ab alio non posse prouenire, nisi à leporina pinguedine opinatur, cuius mala qualitas in cerebrum penetrans quamdam veluti dementiam generet. Ossa huius animalis ab vsu vario nō sunt arcenda. Crollius enim, in libro de internis rerum signaturis, poplitem leporis animantis velocissimi cursus delatum, ad cursum, conferre arbitratur. Pellis multis vsibus famulatur. Primò, si equus posterioribus pedibus anteriores fortè feriat, veterinarij statim equi venam incidunt supra suffraginem, & pellem leporinam vino calido madefactam superponunt. Aquilæ quoddam genus, ex Olao Magno circa Norueegiam in pelle leporina incubat, & parit. Insuper pelles artificio pellionum accommodatæ, ad vestes fulciendas, vsurpantur. Etenim huiusmodi pelles sine difficultate feruntur, & membra refrigerata calefaciunt. Vndè, secundum Olaum Magnum, pellium leporum *lib. 20.* *Cura pedum equi.* *lib. 18. c. 8.*

G præsertim alborum maximus quæstus, & vsus est apud institores Moscouitarum, qui plura millia vestium vel vendunt, vel pendunt Tartaris, vt pacem & quietem redimant. Quid de pilis leporinis dicemus? Rhasis, & Albertus pilis à bano leporis, vel hyenæ euulsis adustis, & cum pice mixtis linunt cynedi anum, vt illum ab inhonestæ veneris vitio liberent. Idq; à veritate non esse alienum Porta colligit; quoniam tam lepus, quā hyena modò mas, modò fœmina esse perhibeatur. Pilis quoq; leporinis vt mollior fieret accubitus, culcitræ infarciebantur. Idcirco Lampridius lasciuiam, & mollitiem Heliogabali Imperatoris exponens, ipsum nonnisi in culcitris pilis leporū, vel pennis perdicum repletis cubare protulit. Pedes etiam leporis, cum quoad partem pronam, & supinam villosi sint, vsum apud pharmacopœos, & aurifices inuenerunt. Siquidem pharmacopæi ad detergendos ex pila pulueres medicatos illis vtuntur. Aurifices illos proscopis ad verrēdas auri quisquilias adhibent. Rhasis, & Albertus pedes leporinos armis; *lib. 7. Phys. cap. 18.*

H alligant, ne deferentē canes allatereut. Ad finem stercus etiam leporis in varijs adhibetur. Albertus ad prohibendā conceptionem, hoc supra mulierem suspendebat. Magi, secundùm Plinium, nouem grana huius fimi in vino virginibus propinabant, ne māmæ flaccescerent; immò illas coagulo cum melle ad idem præstandum liniebant. Multi demùm aduersus talpas locum prius mulso eluebant, deinde fel bubulum cum stercore leporino mixtum injiciebant.

DE CVNICVLO. Cap. XXIV.

ÆQVIVOCA.

lib.13.epig. 60.

CVniculorum historiam post leporem, literarum monimentis tradere non rationi consonum, sed necessarium esse duximus; propterea quod, in antecedenti historia, Cuniculos inter leporum species, ad mentem clarissimorum virorum, collocauimus; sed nominis ambiguitas postulat, vt prima fronte, æquiuocatio manifestetur. Cuniculus igitur est quicunquè meatus subterraneus arte paratus, non à Cuniculis animantibus nuncupatus, quia in etymologijs darctur circulus, quod tanquam absurdum vitandum est, sed potius à cuneis (auctore Festo) quo omnem materiam findendo intrant. Licèt Cato de re militari verba faciens milites ab his animalibus, effodiendæ terræ modum didicisse affirmauerit. Itaut Martialis ad id alludens cecinerit hunc in modum. B

Gaudet in effossis habitare Cuniculus antris,
Monstrauit tacitas hostibus ille vias.

De his occultis Cuniculis locutus est Baptista Mantuanus dum dixit.

Quę solitę in tenebris cęcos habitare Cuniclos.

lib.4. Vegetius huiusmodi Cuniculos specus subterraneos, & secretas sedes arte defossas ad domus euertendas, & vrbes oppugnandas appellare solebat. Vnde Baptista Fiera, cũ prius egerit de Cuniculo animali; deinde vocabuli ambiguitatem perpendens sic cecinit.

Hunc terre igne tamen, castra euertisse superbis;
Re sapè, vt minima, magna ruina venit.

Ex occultis, & subterraneis Cuniculis ortum est postea illud Prouerbium *Cuniculis bellare*, diciturquè de illis, qui non aperta vi, sed dolis rem agunt, quèadmodum viciſſim, qui palam agunt, quod agunt, machinis agere dicuntur. Sicut igitur Cuniculus æquiuocationẽ sortitur, pariter hæc uox (cunicula) quæ, apud aliquos auctores, cuniculum fœminam denotat; apud Plinium ambigua est; etenim in ipsius Scriptis legitur Cunicula herba, siue thymbra ita nuncupata, quia summitas plantæ in conum quemdam desinat, quæ conila nuncupanda esset; attamen non solum conila, sed cunila, & cunicula indigitatur. C

SYNONIMA, & Etymum.

lib.12.orig. ISidorus Cuniculos, quasi Caniculos dici assuetauit. Quoniam canum indagine vel capiantur, vel saltem à spelæis expellantur. Hanc etymologiam tanquàm iocosam, & risu dignam Gesnerus iure optimo explodit; cũ Cuniculi potius nuncupentur, quia sub terra Cuniculos fodiant, & inhabitent. Præter quam quod Plinius hoc vocabulum ab Hispanis deriuasse opinatur. Hanc sententiam non debemus aspernari, quoniam Galenus de leporibus agens, horum esse nonnullos tradidit, quos Hispania Cuniculos appellat, fęcunditatis innumeræ, qui Balearibus insulis, deuoratis messibus, non vulgarem famem attulerunt. D

Paruus lepus dicitur Cuniculus. Præterea Cuniculos à nonnullis lepusculos vocatos fuisse Grapaldus attestatur. Niphus quoquè in commentarijs ad historiam animalium Aristotelis, fuit huius opinionis à Philosopho sub leporis nomine Cuniculos intellectos fuisse. Eòquè magis, cum Aelianus per paruum leporem hoc animal vocitauerit. His addamus quòd quando Salomon in Prouerbijs lepusculi meminit, D. Hieronymus lepusculum animal paruum lepori valdè simile vertit; consequenterquè per hoc D. Hieronymi assertum facilè Cuniculum

cap.30.

intelligere

E intelligere possumus. Hermolaus in Dioscoridem hoc perparuum leporis genus Adapis nomine indigitauit, fortè vt opinamur, à vocabulo ἀδάπανος, quod rem, quæ minimè potest consumi, denotat; quoniam cuniculorum proles, ob miram fecunditatem minimè consumi, & deleri possit. In Lexico symphono Sigismundi Gelenij pro Cuniculo legitur σίναξ, quæ vox in antiquis auctoribus non reperitur. Gesnerus autem hoc vocabulum Græcię recentioris esse existimat. Leonicenus, & Theodorus Gaza cuniculum Dasypoda cognominarunt. Plinius tamen, in historia naturali, Dasypodem à cuniculo, & lepore distinxisse videtur. Hermolaus scriptis mandauit, quòd Aristoteles Dasypodem à lepore non segregauit. Salmasius in Solinum opinatus est, quòd δασύπους, apud Atticos, & veteres Scriptores, non cuniculus, sed lepus exponendus sit; quoniam Aristoteles leporem aliter non vocauerit. Vnus tantùm est locus in historia animalium, vbi Aristoteles δασυποδα ἀπὸ τῶ λαγῶ separare videtur. Attamen optima de causa, vnà cum Salmasio possumus arbitrari, vbi δασύπους legitur, illam vocem λαγῶς, ab aliquo Glossographo adiectam esse. Quare cum Dasypus non esset cuniculi proprium nomen, Polybius, & Possidonius (teste Athenæo) latinam vel hispanicam vocem imitati κούνικλον nuncuparunt Strabo quoquè hos animantes non cuniculos, sed γαιωρύχους λαγίδας, nempe lepusculos fossores nominauit. Deinde idem auctor a quibusdam λιβυρίδας dici asseuerauit; fortè à voce λιβρίς, quæ Græcis antiquis ὁ τῆς ἔριφος γόνος, idest serpentis spolium dicebatur. Hinc cuniculus recens natus, & adhuc impilis liberis, laberis, & laurix appellatur. Itaquè Plinium admirari desinemus, si fœtus cuniculorum ex dissecto matris ventre, vel ab vberibus ablatos, in magnificētia epularum, non abiectis interraneis, expetitos, laurices nominauerit. Cum Gesnerus laurices, potius lautices à lautitijs perperàm exposuerit. Apud Erotianum hoc animal dicitur λιμοκτόνον, scilicet annonæ penuriam faciens, famemquè indueens; eum satis magno sit nocumento. Ideireo, in regione à cuniculis frequentata, sepibus arundineis straminibus contextis agros muniunt. Quo autem vocabulo apud Hebræos cuniculus denotetur, Auctores inter se non conueniunt. Gesnerus tamen hoc nomen saphan potius cuniculum, quam herinaceum Hebræorum esse merito iudicat. Cum apud ipsos vocabulum Kipod herinaceum denotare videatur. Italis vocatur Coniglio, Gallis Connin. Bruyerus addit, quòd Galli cuniculos iuniores lapinos vocitant. Hispanicè Coneio. Germanicè Cunigle, vel vt alij volunt Cunlein. Anglicè Conij. Illyricè Kralik, vel Krolyk.

lib. 10. c. 63.

lib. 1. c. 1.

lib. 3. de sit. orb.

Laurix quid sit.

lib. 13. de re cib.

G GENVS, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

VArro vltimam leporum speciem in Hispania notissimam cuniculū esse constituebat. Petrus Martyr tres cuniculorum species nominat, sed quænā, & cuius conditionis sint, non declarat; nisi per primam speciem cuniculum nostratem, per secundam porcellum Indicum, & per tertiam cuniculum Vtiam nuncupatum intelligere voluerit. Itaquè nos in præsentia à quatuor, nempe à colore, à magnitudine, ab extis, & à loco differētias desumere possumus.

lib. 5. 1. Decad.

H Ratione primi Scaliger cuniculorum alios nigros, alios albos, alios ex vtroque colore variegatos, alios flauos, alios cinerei coloris esse testatum reliquit. Georgius etiam Agricola colorem cuniculorum, vel in cinereo fuscum, aliquando nonnihil lepori similē, interdum candidis, nigris, vel rutilis maculis stellatum obseruauit. Ratione magnitudinis. Pierius Valerianus narrat se Veronæ versantem vidisse quemdam circulatorem Gallum, qui cuniculos nostris quadruplo maiores, & mira corporis obesitate insignes ostentabat. Præterquamquòd nostrares ab Indicis, & Indici à se inuicem mole corporea discriminantur. Si ad exta sermonem conuertamus. Plinius in Betica regione cuniculos geminis extis refertos esse retulit. Verùm iecur geminum potiùs intelligendum esse iudicamus, cuius rationem in capite de lepore assignauimus. Si locum contemplemur Andreas Theuetus, in historia Americæ animalia ibi degentia cuniculis valdè similia Halias vocat, quæ an sint Vtiæ apud Petrum Martyrem, dubitandum est. Hinc Bruyerus, ad mentem historicorum nouæ Indię, memorat insulam Sancti portus cuniculis

Exerc. 217.

in lib. de an. subter.

lib. 2.

CVNICVLVS CINEREVS CVM TRIFOLIO PRATENSI, quo maximè delectatur.

A

COITVS, PARTVS.

lib. 22. ALbertus Magnus, horum ponderans animalium naturam, ſcriptum reliquit quòd cuniculi aduerſis poſterioribus cõgrediuntur, cò quòd ſint animalia pauci ſeminis, & eorum virga ad poſteriora dirigatur. Verùm id P. Candidus December experientia explodit, cum cuniculorum domi altorum aliam permiſtionem obſeruauerit. Hi igitur in ætate ſex menſium Lunarium exiſtentes coire incipiunt. Quidam tamen Anglus Geſnero retulit hos nõ niſi anniculos ad prolem incumbere. Deinde hanc cum leporibus communem habẽt proprietatem, vt ſingulo menſe concipientes pariant. In Germania tamen, teſte Geſnero, brumali tempore, quemadmodum, & in Italia, rarò emiuntur; cum huiuſmodi animantium genus calidam aeris conſtitutionem mirum in modum ament. Concipiunt igitur ſingulis menſibus in calida regione, nec non, ad mentem Plinij, tanquàm leporeſ ſuperfœtant. Idcirco Auguſtinus Niphus tradidit ſe à quodam cuniculorum altore intellexiſſe, horum fœminas, quas domi nutriebat binos, & ternos fœtus enixas, poſt dies quatuordecim, iterum totidem peperiſſe. De numero fœtuum, dicimus quòd catulos circiter quinõs, & ad ſummum, nouenos in lucem edunt. Quare hæc fœcunditas efficit, vt breui tempore, innumera horum turba multiplicetur, & propterea nonnulli, in hoc animantium genere, tam marem, quàm fœminam parere excogitarunt. Ad rem Strabo de his facetam narrat hiſtoriam: nam, cum olim Incolæ Inſularum Balearium ab innumera horum multitudine infeſtarentur, qui terram vnguibus effodiendo, radices ſcq; frugum euellendo eas inhabitabiles reddebant, legatos Romam miſerunt, vt aduerſus huiuſmodi beſtiolas auxilium peterent, quoniam ipſis ob nimiam multitudinem reſiſtere non valebant. Fœmellæ poſtmodum in catulis educandis ſunt diligentes, illis enim, per ſpatium vnius diei ſupra viginti, lac præbent. Immò, ſi quis illos manibus pertractet, adeò indignantur, vt illos, vel deſerant, vel mordendo lædant, vel denique interimant. Aliquando verò, ex Cardano, mares libidine ſtimulati fœtus enecant, & præcipuè, quando fœminæ filijs nutriendis intentæ, eos refugiunt. Quocirca animaduertant oportet, ex Carolo Stephano, qui domi cuniculos alunt, vt ſtatim à partu fœminas à maribus ſeparent; quia, cum fœminæ ſtatim poſt partum concipiant, & ſuperfœtẽt, nati contra naturam aliorum animantium à maribus deuorantur.

Hyeme rarò pariunt.

lib. 3. de ſit. orb.

lib. 7. de ver. var. 27.

lib. 6. agr.

B

C

LOCVS.

lib. 13. de re cib. cap. 27. PRætermiſſis regionibus, veluti inſula Ebuſo, vbi ad mentem Plinij, nulli cuniculi generantur; primò loca Europea, deinde cætera cuniculis referta enumerabimus Athenæus à Puteolis Neapolim nauigans in qua dam parua inſula Puteolorum confinijs adhærente numeroſam cuniculorum quantitatem ſe conſpicatum fuiſſe fatetur. Bruyerus Galliam cuniculorum feraciſſimam prædicat. Geſnerus in locis montoſis, & præruptis Germaniæ multos animantes huius generis conſpexiſſe aſtruit. Cum igitur multa ſint loca his beſtijs affluentia; tamen maior eorum prouentus in Hiſpania ſemper reperitur. Ideò Catullus hanc regionem cuniculoſam Celtiberiam cognominauit. Immò ad rem, Appius apud Varronem, dicebat, *In Hiſpania annis ita fuiſſi multis, vt inde te cuniculos perſecutum credam*. Quamobrem non immeritò Pierius Valerianus, quemadmodum Serpens Aſiam, Elephantus Africam, Ibis Aegyptum, & Equus Italiam deſignat, ſ cuniculo Hiſpaniam denotari prodidit, vt in nummis Hadriani, & Valeriani conſpicere licet. Cuniculos igitur potiſſimum in Hiſpania naſcentes, & ſi Varro adductos fuiſſe Romam, neque ait, neque negat; perferri tamen potuiſſe arbitratus eſt. Horum etiam meminit Galenus, eos leporibus ſimiles prædicans, & in Iberia proprie naſci affirmans. Præterea in Regno Quiti, vt refert Ioſephus Acoſta, cuniculos etiam oriri, ſed meliores ex Hiſpania deferri aſſeruit. Pars etiam Inſulæ ſancti portus Hiſpaniæ proximior, annotante Bordonio copia horum animantium ſcatet.

D

Amplius

E Amplius per saltus Indiæ, Mapheo teste, cuniculi passim vagantur. In Lybia, ex Polybio, sunt frequentes. Hæc de causa Ioannes Leo in opere de Africa, per Mauritaniã, & per montes Gumeræ cuniculos ab incolis syluestres nuncupatos obseruauit. Vetum ipse à nostratibus, nec ratione coloris, nec ratione corporaturæ, nec ratione saporis carnis vllo modo discrepare opinatus est. Tandẽ in regionibus etiã frigidioribus versãtur; nã Scaliger circa Mosaicum oppidum Moscouitarũ innumerã cuniculorum multitudinem diuersi coloris recenset. Apud Zelandos, in ipso propemodum Oceani aditu, immensa vis cuniculorum conspicitur, qua post Solstitium brumale tota Brabantia alitur. In historia etiam Batauiæ hæc habentur verba. *Vnum penè omiseram, quod tameu inter delicias, & opes, quibus se iure summo iactare, & gloriari posset Hollandia, quasi auctarium numero accedere debet. Pellium cuniculorum innumeras myriadas conficiunt, qua omnes in eas oras amandantur, à quibus mustelina pelles, & martes, & zobelli remittuntur.* lib. 9. *Cuniculi vbi copiosi.*

VICTVS.

F Varro monimentis mandauit cuniculos gramine, trifolio, brassica, pane, pomis, & pomorum corticibus nutriri. Hyeme verò, fœno, auena, fursure, putaminibus raporum, & pomorum nutriendos esse monet. Quapropter Carolus Stephanus in locis clausis, in quibus cuniculi aluntur, rubum, prunum syluestrem, vuam spinam, myrtum, genistam, & magnam copiam iuniperorum serendam esse docet: quoniam huius generis bestiolæ baccis potissimum iuniperi delectentur. Præterea multas ibi herbas, vt rapunculos, copiam apij maceroni, cichoreæ, lactucæ, endiuiæ, & caulium conserendas esse tradit. Deinde admonet non esse laborandum, vt aquarum riuuli, per hæc cuniculorum Septa deducãtur; quoniam hæ belluæ ab omni humiditate abhorrent. Ad finem addit Carolus Stephanus quòd in aliquibus regionibus cuniculi clausi sanguine humano nutriuntur, & saginantur, nam chirurgi sanguinem, quem hirudinibus, cucurbitulis, vel incisa vena hominibus morbidis adimunt, totum cuniculis obijciunt; quo mox pingues euadunt. Verùm postea horum caro non multùm sanitati conferre perhibetur. lib. 9. agric. cap. 2. loco cit.

CAPIENDI RATIO.

G Antequam ad artificia venandi cuniculos examinanda accedamus; oportet cũ Carolo Stephano, animaduertere cuniculorum duas species assignari. Alios vocat altiles, qui cum sint domestici, facilè capiuntur; alios vocat syluestres, in quorum captura venatores technas non paucas adiuenerunt. Primùs nonnulli mansuefactas habent mustelas, viuerras nuncupatas, quas longo funiculo vinctas in cauernas cuniculorum immittunt, eosq; vbi apprehenderint, ita mordicus tenent, vt vnà cum ipsis à specubus extrahantur. In Germania inferiori, harum belluarum venatio frequenter exercetur; vnde Gesnerus se intellexisse refert, quod perforatis viuerrarum labijs, & annulo argẽteo iniecto superius labrum inferiori connectitur; ne in specus intrantes cuniculos morsu perimere possint. In Gallia etiam Narbonensi, annotante eodem Gesnero, sportulæ, vel oreæ capitibus viuerrarum alligantur; vt per antra progredientes, cuniculos non mordere, sed tantùm propellere valeant. Alij mustelas syluestres, ita circuratas habent, vt in foueas, ore obligato, intrantes, vnguibus cuniculos extrahant, vel foras propellant, vt ab assistentibus venatoribus comprehendantur. Hoc autem venationis genus, ex Gesnero, adhuc in Anglia vsitatum est. Quocirca Thomas Morus inducit cuniculam conquerentem, quæ elapsa à viuerra in retia incidit tali ratione. *Viuerra cuniculi quando capiãtur.* *in lib. epigr.*

H

Mustelam obliquo dilapsa foramine fugi,
Sed feror humanos heu misera in laqueos.
Hic ego non vitam, celerem non impetro mortem;
Seruor vt, heu, rapidis obyciar canibus.

Qui mea dum lanient ſcelerato viſcera morſu A
Spectat, & effuſo ſanguine ridet homo.
O durum genus, atq; Fera truculentius omni,
Nec cui crudelem prabet acerba iocum.

in lib. de anſubter. Propterea Georgius Agricola retium, & laqueorum etiam meminit, quibus cuniculi ſæpè irretiuntur; nam hi, ab immiſſis in foueas muſtelis roſtro ligato, fugientes à canibus laqueis detinentur. Interdum venatores, ex eodem Agricola, canes ſagaces, & narium odoratu excellentes dominutriunt, quibus, ad fugandos à cauernis cuniculos, vtuntur. Hi tandem fugientes in tenſa retia incidunt. Alij, ad mentem Agricolæ, horum animantium capturam ſine canibus, & viuerris exercent. Etenim aquam feruenrem in foueas ab huiuſmodi belluis frequentatas infundunt, & pedetentim illas in *In Therent.* reria pellunt. Deniquè hæc venatio ex ſententia Heresbachij hoc modo paratur. Viuerris in multiſora cuniculorum antra immiſſis cuniculi pulſi retibus circa fouearum orificia tenſis excipiuntur. Quando verò cuniculi in cauernis non ſtabulantur, ſed foris paſcuntur; tunc agitandi ſunt, vt cauas petentes, obſtructis rete foraminibus, facilè comprehendantur. Ad rem Thomas Morus de cuniculo bis retibus capto ſic cecinit. B

E rete extrahar, è digitis in rete relabor,
Heù ſemel, heù fugi, bis miſer, vs caperer.

Tandem recitat Oppianus ab accipitribus, quos vocant aſtures, canum auxilio, lepores, & cuniculos coerceri.

DENOMINATA, & Cognominata.

CVnicularium eſt vocabulum tantummodo à Budęo vſurpatum, quo denotare volebat locum, in quo cuniculi quemadmodum leporarium dicit locum, in quo lepores aluntur. Prætereà cunicularię, teſte Plinio, nuncupantur Inſulæ maris liguſtici Corſicæ adiacentes. Nam cuniculoſus locus foueis refertus eſt. Cuniculatim modò cuniculi, & cunicularius ad aures Cæſaris in commentarijs, ſub terra cuniculos fodiens non à cuniculo animali, ſed à cunieulo nempè à fouea denominationem ſortiuntur. In antiquis Dioſcoridis nomenclaturis, nonnulli violam purpuream Daſypodium, ideſt pedem cuniculi interpretãtur. At Geſnerus in Horto medico, violam purpuream tantum flore pleno daſypodium, vel potius daſyphillum à denſitate foliorum nominandam eſſe arbitratur. Tandem qui formidine non mediocri, leuem ob cauſam, conſternatur, apud Italos *Coniglio*, vocitatur. *lib. 1.* Verùm Nicolaus cognomento Coniglius, vir quidam fuit inſignis, cuius virtutem hiſtoria Indica Fernandi Lopez perſonat. C

EMBLEMA.

CAmerarius in opere Emblematum ex animalibus figurat venatorem eum muſtela cuniculis inſidias tẽdentem, cum hoc titulo. VNDIQVE' INSIDIÆ. Deinde ſubſcribit hoc diſtichon. D

Protrahit abſtruſis muſtela cuniculum ab antris,
Et quis ſe tutum ſperet ab inſidijs?

Hoc autem emblemate admonemur quantoperè clandeſtinæ inſidiæ nobis ſint cauendæ, quod in primis intelligendum eſt de peſſimo, & valdè occulto malo calumniæ, vnde prouerbium dimanat huius generis. Non eſſe remedium contra ſycophantæ, & calumniatoris morſum.

APO-

E

APOLOGVS.

HAbemus ex Abstemio in Mythologiæ volumine, quòd Aquila in altissima arbore nidulata catulos cuniculi non longè inde pascentes in escam suorum pullorum rapuerat; quam cuniculus blandis orabat verbis, vt suos sibi filios restituere dignaretur. At illa eum tanquam pusillum, & terrestre animal, nec non ad nocendum inualidum arbitrata, illicò catulos vnguibus dilaceratos in escam ptoprijs pullis apponere non dubitauit. Tunc cuniculus nece filiorum commotus hanc iniuriam minimè impunitam reliquit. Arborem enim nidū Aquilæ sustinentem radicitus effodit, quæ posteà leui ventorum impulsu procidens, pullos Aquilæ adhuc implumes Feris deuorandos ad humum deiecit. Apologus docet neminem propria virtute fretum debere imbecillliores aspernari; cum aliquandò debiliores potentiorum etiam iniurias vlciscantur.

F

VSVS IN CIBIS.

QVemdam Hispanum fuisse primum, qui cuniculinam carnem in escam humanam mensis apposuerit, omnes ferè historici referunt. Idcirco Castor Durantes, quoad temperaturam, hanc carnem frigidam in principio primi gradus, & siccā in secundo excessu constituebat. Verùm ad mentem Platinæ, hæc cum sit leporina tenerior, facilius etiam concoquitur, & nutrit. Cerebrum tamen vitandum esse admonet, tanquam illud, quod vulgus memoriæ obesse opinetur; quia cuniculi insidiarum, quas effugerunt statim obliuiscantur. Sed animaduertendum est, quòd caro vetulorum cuniculorum impura est, & minus gustui gratificatur in comparatione ad cuniculos iuniores, quorum caro cum tenerior sit, non solum ori gratum saporem conciliat, verum quoq; celerius à vētriculo ad intestina descendit. Propterea Reusnerus in Paradiso poetico proponit Distichon sic inscriptum. CARO CVNICVLINA. *lib. 4. de re, cib. cap. 6.*

Me tener à cecis data præda cuniculus antris
Me tenerum quicquid fert nona sylua capit.

G

Tanta igitur est vtilitas horum animalium pro cibis, vt Carolus Stephanus pronunciuerit maius ex his, quàm ex pullis, & columbis emolumentum recipiendum esse. Propterea quòd altor, singulis annis, plusquam paria sexcenta elicere potest; præterquàm quòd huiusmodi bestiæ curam pullis, & columbis valdè necessariam non exposcant. Quocirca, in Anglia, multæ sunt familiæ, quæ hoc solùm alendorum cuniculorum exercitio vitam annuam sustentant. Itaquè pro commoditate domus rurensis Carolus Stephanus eligit locum, quem Garennam appellat iugerum circiter quatuor in situ eminentiori, & sabuloso, & omni humiditate priuo; in quo cuniculos ad cibū alēdos esse iubet. Multi cuniculos, post quartū decimū à partu diē, edunt. Plinius autē recenter natos, non repugatis interaneis gratissimos in cibatu esse astruit. At in Hispania cicires cōtēnunt, quia H hos insalubres esse opinātur; cum in animātibus natura sua grauiolentibus in loco clauso altis, hoc fœtoris vitium augeri soleat. Quāmobrem Brnyerus, in cenis ingenti apparatu instructissimis, cuniculos potius agrestes, quàm domesticos cōmēdat. Caro enim cuniculina quemcunquè odorem, seu fœtorem alimentorum facilè concipit; nam si in septo genistis, vel iuniperis consito nutriantur caro pariter, aut genistam, aut iuniperum redolebit. Caro igitur horum animantium, ex Castore Durante, prius elixari, deinde cum herbis odoriferis, caryophyllis, cinnamomo, & pinguedine suilla torreri debet, sic enim parata omnem fœdum odorem deponere solet. Scappius quoq; agēs de artificijs coquinæ ad elegantes commessationes carnē cuniculorū ad modum leporinę cō dit. Ideoque ex integris cuniculis nostratibus arctocreata hunc in modum componit. Recipit enim cuniculos, detracto corio, & abiectis pedibus, & capite, lotos, illosq; petasone, larido, iecore, menta maiorana, prunis, cerasis acidis siccis, passulis, vel vua spina, seu granis vuę immaturę, iuxta anni tempus, replet, addensq; insuper cinnamomum *lib. 6. agr. cap. 1.* *lib. 3. de re cib. cap. 25.* *lib. 5. c. 28.*

caryophyllos, & salis quantitatē sufficientem, deinde consuto ventris foramine totos A
pulueribus aromaticis inspersos in capsula ex pasta ad figuram nauis formata collocat, & in furno sumptuosis mensis apponendos diligenter coquit.

VSVS IN MEDICINA, & in varijs.

lib.2. Phyt. cap.26.

CErebella cuniculorum, ad venena profligāda, non parum afferre momēti Platina fatetur. Qua de re Porta cum leporinam carnem in veneno exterminādo non infrugiferam obseruauerit, cuniculinam quoquè multùm prodesse arbitratus est. Præterea pinguedo huius animantis non solum neruos mulcet, verum quoquè nonnullis vrinæ affectibus præsto est, nam

lib.2. ant. spec.

Vuecherius recipit vnciam vnam axungiæ cuniculi, vnciam vnam cum dimidia succi spiniculi marini, drachmam vnam azari, drachmas duas spicæ celticæ, & schenanti, deinde cum quantitate sufficienti olei scorpionum, ceræ, & terebenthinæ parat vnguentū, quo B
in lotij retentione, pecten, & perinæum inungit. Timotheus quoquè in libro Arcanorum, in prædicto casu sumit adipem cuniculi, quem vnà cum cimicibus terret, postmodū hoc vnguine, ad vrinam prouocandam, pectē, & virgam perlinit. Quapropter Isaac scriptis mandauit Kericulum stomachum roborandi, laborantes elephantiasi iuuandi, & vrinam ciendi facultate pollere. Deniq; in curanda synanche, Marcellus Empiricus cuniculum viuum in Olla rudi comburit, huiusquè puluerem cum Folij, & Costi æqualis portionibus miscet, & postea huius cineris cochleare cum vino exhibet. Insuper pellibus horum animantium artificio pelliorum accommodatis, & vestes hyemales, & pileoli in Polonia, & Cracouia ad aeris frigidioris iniuriam arcendam, conficiuntur. Amplius, vt habetur in historia Indica Cortes, in illis regionibus ex filo pilorum cuniculi funiculi elegantiores parantur.

DE CVNICVLIS INDICIS. Cap. XXV. C

DIFFERENTIÆ, DESCRIPTIO.

OViedus in summario Indiæ Occidentalis cuniculos Vtias nuncupatos magnis soricibus similes memorat, & vulgares cuniculos Cories ibi cognominari asseuerat. Scaliger nonnullos leporino pilo breuioribus auribus cum cauda ad figuram caudæ soricis, & sciuri accedente, describit. Has nonnulli mures Pharaonis, Alij lepores Indicos appellant. Ratione coloris indici cuniculi quandoquè albi, quandoquè maculis nigris stellati conspiciuntur. Alij tandem rostrum habent acutum, aures paruas, & rotundas, & setis potius quàm pilis teguntur; idcirco non iniuria porcelli Indici nuncupari possunt; magnitudine tamen sunt cuniculi nostratis, sed habent crura breuiora cum digitis senis in pedibus anterioribus, & quinis in posterioribus; dentes, vt in muribus, cauda nulla. In colore varij sunt; alij enim toti albi, alij toti rufi, alij vtroquè colore distincti obseruantur. Circa horum descriptionem diù non esse laborandum arbitramur, tùm quia hoc animal nostra ætate sub nomine porcelli Indici in Italia est notissimum, tū etiam quia ex Icone, quæ primo loco hic datur, innotescit. Reliquæ verò icones, rariores cuniculorum Indicorum species repræsentant. D

POR-

PORCELLVS INDICVS.

CVNI-

CVNICVLVS INDICVS
cum rapo ſylueſtri.

NATVRA, ET MORES.

CVm apud nos cuniculus, vel porcellus Indicus magis notus ſit, huius etiã D mores examinabimus. Natura enim huic animali multa ingenuit, quæ porcorum potius, quàm cuniculorum, vel leporum mores referunt. Inprimis vox nonnihil ad vocem porcellorum accedit. Deinde non ita fodiunt, vt cuniculi, neque mordendo, ita ſunt noxij; immò cum ſint mitiore ingenio præditi, facilius manibus pertractantur, & citius etiam cicurantur. Veſcuntur

CVNICVLVS INDICVS FOEMINA
cum braſſica ſatiua vulgari.

Hitur omni herbarum genere, fructibus, pane, & auena. Nonnulli eis aquam præbent ſed multi, Geſnero teſte, aliquorum menſium ſpatio illos ſine aqua aluerunt. Verum quidem eſt quòd illis fructus humidos, & cortices raporum, & pomorum exhibuerunt. Ad fœturam pluribus fœmellis nempè ſeptenis, vel nouenis mas vnus plerumquè ſatisfacit, Hac enim ratione fœcundiores euadunt. Etenim ſi mas vnam tantùm fœmellam ſortiatur illã nimia ſalacitate pulſus ad abortum irritat. Præterea hi poreelli cuniculorum naturam participant, quoniam ritu eorum, & leporum ſuperfœtant. Hyeme quoquè catulos non cœcos ante ſexageſimum diem enituntur. Amplius duo mares, præſente fœmina, acriter prælian tur; & tandem mari ſi fœminam ſequendi libertas concedatur, quoniam nimia libidine ſemper agitatur, cum murmure quodã appetentis, potius quàm iraſcentis perſequi non deſinit.

CVNI-

CVNICVLVS INDICVS
alter.

CVNI-

CVNICVLVS SEV LEPVS INDICVS
Vtias dictus.

VSVS

A

VSVS IN CIBIS.

Ic cuniculus, ſeu porcellus Indicus quando in eſcam condiendus eſt non debet ad modum cuniculi noſtratis pelle nudari, ſed aqua feruenti ritu porcorum depilari; deinde abiectis extis compoſitione memorata in capite antecedẽti replendus, laridulis diſtinguẽdus, & in vetu aſſandus eſt. Interdùm in vaſe fictili cum pinguedine ſuilla, & aromatibus coquẽdus eſt. Deniquè Scappius ex his porcellis veluti, ex cuniculis noſtratibus, ad augendam epularum magnificentiam, artocreata parat.

li. 2. rei coq. cap. 95.

DE SCIVRO. Cap. XXVI.

B

SYNONIMA, ET ETYMVM.

Vm à cuniculis ad mures cauernulas in parietinis, & ſub terra ſibi fodientes accedere neceſſarium ſit; ad horum hiſtoriam per ſciuros, & glires debemus deſcendere, quoniam hi quodammodo corporaturam, effigiem, & naturam murium participant. Veteres igitur Auctores græci nuſquã ſciuri meminerunt. Solus enim Oppianus primus omnium, qui Antonini Cæſaris temporibus vixit, hoc animal ſciurum nominauit, nam σκίουρος à σκιὰ, ideſt vmbra, & ab οὐρὰ nempè cauda etymologiam ſortitur. Cum hæc beſtiola ſub dio ſe cauſychio, & Varinò inumbrant illos homines, quos Sciapodes fabulosè nuncupant. Heda tegat, vt pedes hæc beſtia ἱπποουρος, καὶ καμψίουρος dicitur, fortè ἀπὸ τῦ κάμπτειν, ideſt à flectendo; quoniam ſciurus clunibus inſidens caudam ſupra dorſum flectat. Multi Grammatici ſciurum ἐλὸν perperàm vocitarunt; quoniam hoc nomen gliri propriè conuenire ſuo loco oſtendemus. Latini huius animalis nomen non habent, ſed græco vtuntur, à quo aliæ etiam Nationes nomina adeo detorta deduxerunt, vt illorum origo vix deprehendi poſſit. Niſi velimus cum vetere Gloſſographo ad mentem Salmaſij in Solinum, ſciurum Nitelam nominare. De qua intelligendus eſt Martialis, quando ſcripſit. C

Quæ crine vicit Betici gregis vellus,
Rhenią nodos, aureamą nitelam.

Nam Poeta rutilos & rufos puellæ crines comparat Betico velleri, Germanorum capillis, & Nitelæ pilis, qui rufi ſunt. Vnde apud Plinium ſalix nitelina vocatur, quæ rutili eſt coloris inſtar ſciuri. Nitela aurem dicitur non quòd niteat, ſed quòd nitatur in ſcãdendis arboribus. Quamobrem prima ſyllaba huius nominis apud Poetam producitur. Vincentius in Speculo naturali Pirolum appellare videtur, dum ei omnes ſciuri conditiones attribuit. Albertus etiam Pirolum, & Spiriolum fortè quaſi ſciurum cognominauit. Belluacenſis Scurulum à currendo indigitat: Plautus hunc animantem murẽ puſillum vocat dum inquit. *Sicut mus puſillus habet duo perfugia in cauernis, ita Amator nunquam confidit vnico cubili.* Clariſſimus autem Ioannes Baptiſta Pius in commentarijs non murem puſillum, ſed murem ſciurum legit. Iudæi quidam apud Germanos (referente Geſnero) Coach ſciurum interpretantur. Sciurus Gallicè, literis paucis immutatis, Eſcuricu, vel Eſcureau dicitur; Germanicè eichorn, vel eychorn, Anglicè ſquyrell, Italicè ſchirato, vel ſchiratolo, Hiſpanicè Hatda, vel Eſquilo; quamuis multi Hiſpani perperam Comadreia dicant; cum hæc vox muſtelam, potius ſignificet, vt ſuo loco fuit declaratum. Illyricè Vueuuyerka. Poloni Vuycuuyetka pronunciant, quaſi ſciurum Varij ſpeciem conſtituere velint. D

lib. 16. c. 37

in Truc.

GE.

GENVS, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

MAttiolus in commentarijs ad Dioscoridem sciurum in genere murium collocauit; quoniam, præter caudam, quam gerit villosissimam, muri valdè assimilatur. Ratione coloris, sciuri inter se discrepant, iuxta regiones, in quibus nascuntur; nam in Germania intra primum ætaris annum sciurus niger est, rubet verò cum adoleuit, vt Gesnerus recitat. In Polonia leucophęum colorem cum rutilo admistum habet. In Russia totus cinereus conspicitur. Nonnulli in Franconia sciuros nigros rufis frequentiores conspici affirmant. At in Heluetia, teste Stumpfio, sciuri rutili, & nigri plurimi capiuntur. Quidam Polonus narrauit Gesnero quatuor genera paruorum animantium esse in Polonia, quorum pelles Nobilium vestibus assuuntur. Primum vocatur Popieliza cinerei coloris, secundum Gronosthaij albissimum, & in extremitate caudę nigricans, tertium Nouogrodela ab oppido eiusdem nominis albicans quidem, sed cinerei colotis aliquid permixtum habens, quarrum tandem dicitur Vuieuuorka castaneo colore prędituin. Ex his colligendum est hoc postremum genus ad sciuros, secundum ad mustelas albas, primum deniq; & tertium ad Varios referendum esse. Cromerus tradit in Podalia vagari animalia sciurorũ magnitudine, quę in cauernis degentia varijs, & maculosis pellibus insigniuntur. Reliquum esset vt sciurum describeremus: verum Natalis Comitum hunc elegãtissimè describit hunc in modum.

lib. 2. c. 63.

Quatuor genera parnorum animãtium.

lib. 1. Polon.

villorum summa nigrescunt,
Cętera punicea paulùm rubuere colore.
Lumina bina micant geminos imitata pyropos,
At niueus ventris color est, similisq; pitheci
Iacta tenet manibus residens & purgat inani
In quinas dissecta notas est planta.

Prętereà animaduertendum est, ex Agricola, & Alberto quòd sciurus dentes inferiores longiores habet. Deinde ex Vessalio, cęco intestino magnitudine ventriculo respondente prędituS est; ideoq; in sectione, huiusmodi intestinum fęcibus turgidum est repertum. Cęterùm, vt lector non solum externa sciuri delineamenta, sed etiam vt omniũ ossium structuram intueatur, libuit & sciuri, & scelesi eiusdem icones exhibere.

Dentes sciuri quales.

NATVRA, MORES, Ingenium.

SCiuri instinctu naturali priorum pedum ministerio pro manibus vtuntur, quos cum cibis, insidenres clunibus ori apponunt. Ideo aliquando ira cicurantur, vt hominem non refugiant, sed sponte accedant; alrhętè etiam vagantur extra domum, & subinde redeunt. Bruyerus inquit quòd ad delicias in caueis aluntur, quas rotarum instar pedibus versant. Hac de causa non sine ratione Scaliger scripsit sciurum mansuescere, scurriliter gannire, & ludere. Vt autem citius mansuefiant debemus, ex Mizaldo, dentes eorum allio perfricare, quia non solum mites euadunt, sed etiam mordere non audent. Ideoque sciurus omnibus redditur amabilis. Licèt Martialis hoc animal inamabile, ironicè tamẽ, vocauerit.

lib. 13. de re cib cap. 29.

li. 4. epig. 38

Cui comparatus indecens erat pauo,
Inamabilis sciurus, & frequens phœnix.

Insuper cum gradiuntur demissam post se caudam trahunt, sedentes verò supra dorsum illam erigunt. Vnde, in saliendo de ramo in ramum, & de arbore in arborẽ, à cauda tanquàm abala adiuuantur: hinc ortum est prouerbium in funambulos, qui mira agilitate supra extensum funem gradiuntur, nimirum eos esse agiles tanquàm sciuros. Im-

SCIVRVS CVM PYRO.

li.1.de inſõ. cap.38. mò, ex Olao Magno, non ſolum ſupra arbores, ſed etiam ſupra congelatas niues, indos pulcherrimo ſpectaculo, oſtendunt. Quare Cardanus in ſuis ſomniorum augumentis, D ſcriptis mandauit, quòd ſciuri per quietem viſi, ſycophantas, ſcuras, morio nes, ſaltatores, præſtigiatores, & funambulos oſtendunt. In maximis autem Solis feruoribus ea

lib.8. c. 13. ſunt ſolertia præditi, ex Aeliano, vt erecta, & parula cauda ſe ſe opacent; quemadmodũ pauones æſtum arcentes, excitata cauda, ſe adumbrant. Reuſnerus huius meminit in Paradiſo poetico cum dicit.

Cauda mihi domus eſt, inſtar pauonis, & vmbra
Sublenat hæc eadem me procul ala volans.

Oppianus quoq; ſic interprete Bodino idem videtur ſignificare dum inquit.

li.2. de ven. *Hirſutos, atq; imbelles dimitte ſciuros;*
Qui caudas vt tecta domus camerata retorquent
Corpora, dum flagrant æſtus, calefacta tegentes.

SCIV-

SCIVRI SCELETON.

Bargeus etiam id intactum non reliquit dùm cecinit hunc in modum. A

lib.4.cyneg.

Quid? quibus in ramos paſſim ſalicetibus altos,
Et Solem rapidum, atq; imbres, ventoſq; ruentes
Defendunt denſa villoſa umbracula cauda.

Tandem Natalis Comitum idem expreſſit his verſibus.

li.3. de ven.

Eſt etiam proles parui dicenda ſciuri
Monticola qui terga tegit molliſſima cauda,
Cum grauis incumbit terris arentibus æſtus,
Hinc quoq; nomen habet.

lib.18.c.14. Tandem ſciuri, ad mentem Olai Magni, ingenij acrimonia cæteris animantibus antecellere videntur, dum paſtus gratia, amnem tranare coguntur; nam corticem, vel lignum leuiſſimũ aquæ imponentes, illiquè inſidentes, cauda erecta velificantes ſæliciter tranſuehuntur; aliter enim ob nimiam hirſutiem ſubmergerentur. Quapropter Crollius in libro de internis rerum ſignaturis, homines ab hoc animali Nauticam didiciſſe arbitratur. Ad finem Plinius prodidit ſciurum, natura docente, tempeſtates præuidentẽ, ob-

li.8.cap.38. turatis qua ſpirarurus eſt ventus cauernis, ex altera parte fores aperire; quod Albertus de Gale ſiue muſtela tradidit. Hoc Natalis Comitum pereleganter docuit his ver- B

li.3.de ven. ſibus.

——hinc tempeſtates perdiſcere cali
Poſſumus exigui ſeruantes facta ſciuri,
Namq; ſolet, qua parte ferox ſpiranerit aura,
Qua ſurgent imbres, ſtipare foramina planta.

Non hanc ſolum, ſed omnes ferè ſciuri proprietates Philes verſibus iambicis breuiter perſtrinxit hunc in modum.

Τὸ τ' σκίουρον σύμβιον ἔχοντες γένος,
Οἷς τὸ λάσιον ἐποίησεν οὐρᾶς τοίνομα,
Γελωτοποιὸν, ἀλτικὸν, θωπευτικὸν,
Οὐρᾷ πτεροφυτὸν, μαντικόν τε ζῷδιον,
Πρὸς τῶν ἀνέμων τὰς ὁπὰς κλείειν πυκνὰς.

Ideſt interprete Berſmano.

Cum ſuppetat nobis ſciurorum genus
Ab hiſpida, cui nomen eſt cauda inditum, C
Riſum ciens, tripudians, & blandiens
Cauda q. pennatum, & futurorum ſagax,
Aduerſus Eurt obdens procellas oſtia.

LOCVS, CIBVS.

Orum animalium infinitam eſſe multitudinem in ſyluis Septẽtrionalibus pilorum denſitate, & colore diſtinctam recitat Olaus Magnus; qui poſtmodum addit in tractu magis Septentrionali, nẽpè ſub eleuatione gradus ſeptimi ſupra ſeptuageſimum, ſciuros in colore pulchriores verſari. Vbi venatores in illorum captura fatigantur quidem, ſed non ſatiãtur. Deinde Poloniam horum animantium feraciſſimã Cromerus prædicat. D

lib.1.Polon. Monticolæ in Gallia, teſte Bruyero, ſciurotũ copia ſcatent. Immò in territorio noſtro Bononiẽſi præcipuè mõtoſo multi ſciuri in Caſtanetis à ruſticis cõprehenduntur, & venales ad vrbem feruntur. Quoad victum, hæ beſtiolæ, ex Olao Magno, nucibus, auellanis, glandibus, faginis, & pineis delectãtur. Immò pomis, caſtaneis, alijſq; fructibus dulcibus veſcuntur. Amplius cum huiuſmodi beſtiæ ſagaciſſimæ ſint, ſolent, ex Plinio tempore æſtiuo, cibos pro hyeme in arborum cauernis condere.

COI-

E

COITVS, PARTVS.

TEmpore verno sciuri in luxuriam soluuntur, & inter altissimos arborum ramos more auium nidulantur. Nidos enim ex bacillis, & folijs arborum siccis construunt; vbi catulos enituntur, & fouent, donec spōte ad cibum sibimet comparandum progredi possint. Verùm vt audiuimus à monticolis, catuli post tertium, vel quartum à partu diem nidum deserunt. Hęc omnia Natalis Comitum paucis carminibus expressit dum inquit. *li. 3. de ven.*

Ver vbi dispellit nubes, calumq́; serenat,
Et vernis gelida cesserunt solibus aura,
Concipit ingentes in parno pectore flammas,
Et grauibus passim furijs agitatur amoris,
Mergitur Oceano cum primum Cnossius ardor,
Et matutinus campum repetiuit arator;
F *Quattuor hinc catuli tennes in luminis auras*
Nascuntur, sunt fossa domus his arboris antra.

CAPIENDI RATIO.

CVm sciuri pernici cursu, atquè recursu, quà libuerit, per arbores transiliāt, venatores in his comprehendendis mirum in modum exhilarantur, & recreantur, & præcipuè quoniam horum venatio nequè retia, nequè arma venationi aliorum animantium necessaria expostulet. Id eleganter declarauit Natalis Comitum his versibus.

——————nec arma,
Retia nec quęrit venatio tuta sciuri.

Et paulò inferiùs.

Hinc venatori facilis captura virentes
Ascendit plantas, ponitq́; foraminis ori
G *Prętensos laqueos, nec prelia dura requirit.*
Non opus est lato committere prelia campo,
Nec veniunt vsu valli, venabula, falces,
Est tamen & planis qui lignum cędat, & antra
Falce secet, totamq́; domum populetur, & omnes,
Diripiat catulos parnos, simul atq́; parentem.

Si, quando auctor in his carminibus summatim exprimit modum falcibus aperiendi antra, in quibus sciuri stabulantur, intelligit horum animalium nidos, veritatem profectò non est assecutus, quandoquidem non in foraminibus arborū, vt glires, sed in eorum altissimis ramis nidum sibiparant. Si verò caueas intelligat, in quibus hyeme conduntur, tunc eius sententiam aspernari non debemus.

H

EMBLEMATA, ET SIMVLACRA.

IN libro symbolorum, & emblematum ex animantibus Camerarius pingit sciurum castaneę echinum voluentem cū inscriptione. LATET ABDITA. *Embl. 87.*
Deinde subscribit distichon huius generis.

Nucleus arridet spinosa putamina rumpe,
Non vult felices absq́; labore Deus.

Sciurus enim castaneam quāuis aspero, & spinoso cortice circumuallatam tandiù versat, & laboriosè tractat, donec, aperto putamine, fructu interiori vescatur. Hoc argumento demonstrat auctor sine labore, & sudore ad res laudabiles nullū aditū nobis patere. Hūc spectat illud Plauti in Curculione. *Qui è nucè nucleū esse vult, frāgat nucem.* Monet

enim eum, qui quærit commodum, vt laborem non ſubterfugiat. Huic ſimilis eſt Epicharmi ſententia. A

Emb. 88. lia, & præclara homines ſibimet comparare poſſunt. Inſuper Camerarius figurat ſciurum e recta cauda paruo ligno inſidentem, & flumen tranantem cũ hoc titulo. VINCIT SOLERTIA VIRES. Deinde ſubſcribit huiuſmodi diſtichon.

Exiguus tranat, ceù flumina magna ſciurus,
Res geritmus magnas, viribus ingenij.

in 2. par. icon. Hoc argumento indicatur quòd ſæpè numero ſolertia, & ingenio, in rebus difficilibus potius, quàm viribus incedendum eſt. Quapropter nonnulli hoc ſymbolum tali inſcriptione coronant. VIRIBVS INGENIVM POTIVS. Ripa ad delineandam iconem Præſagitionis, mulierem bicipitem effigiauit altera manu ſciurũ, altera vero circinum tenentem; quoniam duo capita futurum, & præteritum indicant, cum præteritorũ cognitio ad futurorum præſagium conducat. Circinus indicat diſcurſu prudentis ingenij, qualitatem, ordinem, & tempus menſurandum eſſe. Additur tandem ſciurus tanquàm animal futuras rempeſtates præſagiens. Amplius idem Auctor ad deſignandam B

loco cit. alacritatem, mulierem nudam, & alatam delineauit, in cuius dextra manu flammam ignis, & in ſiniſtra ſciurum depinxit. Huiuſmodi iconem nudam tanquàm ab omni impedimento liberam, & alatam ob celeritatem repræſentat. Ignis viuax ingenium in operationibus ſignificat. Sciurus tandem tanquam animal velociſſimum huic ſimulacro additur.

APOLOGI.

MYthologi finxerunt ſciurum in arbore morantem, denteſque acuentem a vulpe interrogatum fuiſſe, cur nulla præſente eſca, id præſtaret. Cui ſciurus dixit; quamuis nulla vrgens neceſſitas me ad id præſtandum nunc cogat, attamen ad famulandum occaſioni, quæ identidem ſe ſe offert, me accingo. Apologus docet hominem, ad quemcumque occaſionis nutum, facillimum, & accommodum eſſe debere. Item Iulius Cæſar Scaliger, in Poematibus, C quemdam veluti dialogum ſciuri, & vulpis ſupra quodam tyranno conſcripſit, quem locum lector, vt breuitati ſtudeamus, adire poterit.

VSVS IN CIBIS.

CArnem ſciuri duleem, & bonam eſſe conſtituit Albertus. Immò ſalubrem, & ſuauem eſſe ægrotantibus, & imbecillibus annotat Stumpfius, cum hoc diſcrimine, quòd ſciuri nigri rutilis ſemper præferantur. Matthiolus tradit non deeſſe; qui ſciuri carnes in cibis paratas comedant. Verùm huiuſmodi carnes in tenui tantùm apparatu excipiuntur. Cromerus etiam

lib. 1. in hiſtoria Poloniæ ſciuros in illis regionibus non modò cuiui verùm quoq; eſui aptos eſſe affirmat. Olaus Magnus horum animalium carnes, non ad ingentes epularum apparatus commendat, ſed aſſas tantùm venatoribus ſuauiores eſſe ſcribit. Bruyerus D

lib. 13. de re cib. cap. 29. prodit populos Velleios nuncupatos, carnibus huius animalis veſci, illaſque in cœnarum lautitijs, conuiuis apponere. Poſtmodùm addit ab eſu harum carnium abſtinendum eſſe, quoniam ex illis alimentum aridum, & melancholicum generatur,

VSVS

E

VSVS IN MEDICINA, & in varijs.

MAtthiolus in commentarijs ad Dioſcoridem literis mandauit ſciurorum adipem ſuum in medicina habere vſum, quotieſcumquè emollire, & diſcutere opus ſit. Præterea Galenus in excellenti aurium dolore ſciuri adipem mirandum in modum commendari teſtificatur; dum adhibito medicamento parato ex ſucco porri, vrina caprina, & roſaceo cũ modico myrrhæ, & non conferente, ad ſciuri pinguedinem confugiamus; quæ in ſtrigili tepefacta in aurem affectam inſtillanda erit. Dentes poſtea, ex Olao Magno, preſtigiatoribus famulantur, quoniam illis ad detegendos futuros euentus vtuntur. Pelles horum animalium apud nos nullius ferè ſunt vſus. Pelliones tamen Germani, vt tradit Geſnerus, illas cũ pellibus pedum vulpinorum conſarcinant; aiunt enim illas magis, quàm cæteras pelles humanum corpus fouendo calefacere. Expilis caudæ, Geſnero teſte, penicillos pro pictoribus concinnant. Quamuis hi ex pilis caudæ ſciuri Varij, quam noſtratis componantur, vt in ſequenti capite declarabimus. *lib. 3. de cõp. med. ſec. loc. cap. 8.*

F

DE SCIVRO VARIO, Varo vulgo dicto. Cap. XXVII.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

G IN ſciurorũ genere Varus vulgò nuncupatus collocandus eſt, qui, ex Geſneri ſententia, mus ponticus apud Ariſtotelẽ, & Plinium nũcupatur à Ponto nomen habens; quoniam ex regionibus Septẽtrionalibus circa Pontũ olim ad vſum, & ornatum veſtium peteretur. Cum tamen hodie vulgus Bononienſium mures domeſticos perperam ponticos appellet. Indè forte huius nominis dimanauit origo, quoniam Aelianus ſcriptum reliquit mures in Ponto, ſupplicationibus ad Deum factis, ab agris auerti ſolere. Verùm Aelianus tunc de muribus agreſtibus ſegetes fortè depopulantibus, non autem de muribus varijs verba fecit. Mures enim pontici, de quibus in præſentia ſermo habetur, ſecundum Iſidorum, & Hermolaum, ſunt varij coloris, vnde Vari vulgò cognominati fuerunt. Albertus quoquè hoc animal murem varium vocat; ſed in progreſſu hiſtoriæ illum cum glire confundere videtur, dum glirem in dorſo cinereum, & in ventre album deſcribit. Cum tamen hæ conditiones in mure pontico, ſeu vario, non autem in glire obſeruentur. Multi hanc beſtiolam Doſſum vulgò nominant; cum recitet Textor ab huiuſmodi animantibus pabulum in ſpecus conuehi, cauda mordicùs apprehenſa; itaut detrito dorſo, iure Doſſi appellentur. H At rectius noſtri Pelliones ventris pellem Varum à varietate coloris, & dorſi pellem cineream Doſſum vocitant. Matthiolus in commentarijs ad Dioſcoridem hunc animantem ventre albo, & dorſo cinereo deſcribit, muremquè Laſſicum nuncupat. Secundum Heſychium, & Varinum οἶμαρ apud Parthos genus quoddam muris ſylueſtris indigitatur, cuius pellis in veſtibus adhibetur. Hoc autem ſi ſit mus varius non liquidò conſtat. Germani, teſte Geſnero, hanc beſtiolam Vech vel Fech vocant, quaſi murem Vengum, vel Fennicum, propter regiones, à quibus aduehitur. Deniquè omnes vno ore fatentur hanc ſciuri ſpeciem cum Popielica Polonorum conuenire. *tom. 2. off. lib. 2. cap. 63*

MVS PONTICVS VARVS VVLGO DICTVS POPIELIZA, siue Sciurus cinereus cum nuce Pontica, siue Corylo.

DE SCIVRO GETVLO. Cap. XXVIII.

HRædictis peregrinum sciurum addere debemus, quẽ Gesnerus in Appendice Viuiparorum Getulum appellauit. Hoc animal mixti est coloris, ex rufo, & nigro ab armis ad caudã per latera, & dorsum albę, & fuscæ lineę alternatim certis distinctę interuallis elegantissime depingunt. Hæc bestiola paulò minor est vulgari sciuro, nec aures habet extantes, vt ille, sed demissas magis, & ferè capiti æquales, orbiculares, & per cutis superficiem deductas in longum caput ranæ capitis assimilatur. In cæteris vulgarem sciurum emulatur. Nam figura corporis eadem, natura eadem, mores sunt similes, & viuendi ratio, & tandẽ cauda, more aliorum sciurorum, se contegit.

SCIV-

SCIVRVS GETVLVS GES.
cum ramo Fagi.

DE

E

DE GLIRE.
Cap. XXIX.

ÆQVIVOCA.

ASciuro ad Gliris historiam examinandam accedere, maxima vtriusquè animalis conuenientia nos impellit, quoniam talis vtriquè natura, & mores insunt; vt Auctores non infimi subsellij hallucinati fuerint; dum alterum pro altero sumentes, & nomina, & totâ historiam confuderunt. Nomẽ igitur huius animanris, non solum apud Latinos, sed etiã apud Græcos ambiguitate laborat. Quandoquidem Glis masculini generis, quamuis animal quadrupes muri, & sciuro simile denoter, tamen Glis, & in casu obliquo Gliris, fœminini generis, terram glutinosam, nempè cretam, seu argillam significat. Item Glis in genitiuo glitis, fœminini pariter generis lappam designat. Vnde de hoc extat carmen apud Ausonium huius tenoris.

F

Glis animal, Glis terra tenax, Glis lappa vocatur.

Mancinellus quoquè in suo carminum opusculo hanc æquiuocationem exprimere volẽs sic canebat.

Glis animal tenet hic, Glis Gliris lappa refert hęc
Glis dans hac glitis pro creta ponitur vsquè.

Quamquà viri docti hoc vocabulum (Glis) lappam, & cretam significans, ex Græcis literis deriuare possent; cum γλία, apud Suidam, & Eustathium, glutinum denotet, quod in tenaci creta, & lappa vestibus tenaciter adhærente obseruatur. Attamen Glis, pro terra cretosa, à Grammaricis parùm classicis tantummodò vsurpatur. Quemadmodum vocem (Glis) pro lappa sumptam, bonarum literarum cultores parùm latinam esse existimarunt. Apud Græcos Auctores Glis ἴλεος exponitur, sed ab Hesychio, & Varino eodem nomine accipitur quoddam genus nuncupatur. Calliστratus inquit, referente Gesnero, eiusdem nominis esse animal vermium generis in quercubus, quo piscatores ad escam vtuntur. Veteres etiam quidam Grammatici ἴλεον sciurum cognominarùt.

G Propterea perspicuum est ipsos à sciuro Glirem non discriminasse. Hulc opinioni adhærens Georgius Agricola hæc duo nomina vni attribuens animali Glirem à sciuro non distinxit. Alioquin ἴλεος, & aluconem, & mensam coqui, vel lanij, ex Suida significat. Videtur autem vltima acui, ad differentiam vocis ἴλεος, quæ misericordia est.

in lib. de an. subter.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

H NOnius; & Isidorus Glirem à pinguedine nuncupatum fuisse arbitrati sunt; cum glisceres, crescere, & pinguescere significet. Est enim animal huius naturæ, vt tota hyeme in cauis arborum dormiẽs, augeatur, & pinguefiat. Salmasius in Solinum hanc etymologiam à voce græca ἴλεος deducere videtur, quæ Glirẽ denotans, Antiquoribus, addito gamma, γίλεος scribebatur; vndè fortè Glis Latinis dictus. Alioquin idem Salmasius, ad Græcorum mentem, ἴλεον Glirem nuncupat ab ἴλη, quoniam in sylus, & alijs locis Soli exposiris hoc animal supra arbores degit, in quibus sedes, & cubilia habet. Alij Glirem vocatum volunt ἴλεον à verbo græco εἰλέω circumuoluo, quoniam hoc animal in arborum foraminibus, per integram hyemem, circumuolutus, & soporatus maneat. Hinc mirandum non est, si Nuperi quidam hunc animantem à somniculosa natura, λαγοπιθηκον, quasi leporem dormientem indigitauerint. Alij Græci, ex Gesnero, Glirem μυοξὸν dixerunt, per omicron hoc vocabulum scribentes, quamuis in Lexico Scapulæ, per omega scriptũ inueniatur μυὼξ enim murem, & ὀξὸς acutum significat, quasi Glis sit species muris, quæ rictum in comparatione ad alios mures magis acutum habeat. Postmodum μυοξίας

Nomina græca Gliris.

per

per omega murium cauernas interpretantur. Apud Syluaticum Mioſos, pro Myoxos A
legitur. Alioquin Mixus nomen eſt animalis ad aſini dyſuriam peridonei, cuius Suidas,& Varinus meminerunt. Myxus etiam Geſnero teſte, prouerbialiter vocabatur homo arrogans,& iactabundus à Myxo quodam Dianæ ſacerdote, qui glorioſus, & magniloquus eſſe ferebatur. Multi Auctores decepti ſimilitudine muris,& Glitis, hunc ad ſylueſtrium murium genus reduxerunt. Quapropter Valerius Cordus (referente Lonicero) mygalem, minimum murem aranearum, Sauonarola murem ſylueſtrem,& Syl-
lib. 10. de ſubtil. uaticus murem Napelli vocitarunt. Geſnerus putauit Glires à Cardano, ob lardum, nempè ob pinguedinem, Lardirones vocatos fuiſſe. Nos autem, vt veritatem fateamur, per Lardirones non Glires ſed putorios à Cardano intellectos fuiſſe arbitramur, tùm quia eo loci non de gliribus, ſed de muſtelarum ſpeciebus verba fiebant, ad quas, vt ſuperius declaratum fuit, putorius reducendus eſt; tum etiam quia noſtri Peliiones vocabulo Mediolanenſi putorios Lardirones appellant. Multi fuerunt huius ſententiæ hac voce hebraica Akhar glirem denotari. Sed D. Hieronimus in Leuitico Muſtelam,&
cap. 11. alij murem vertunt. Hoc animal Italis dicitur Gliero, vel Ghiro. Hiſpanis Liròn. Gallis Liron, vel Rat Liron. Secundùm alios Vng Loir. Germanis circa Atheſin Ein greul. Heluetijs Ein Rell. Polonis quibuſdam Sezuzek quę vox ad ſciurum accedere videtur. B

DIFFERENTIÆ, & Deſcriptio.

lib. 13 de re cib.

AViris rerum naturalium indagatoribus, fideq; dignis duas glirium differentias inueniri intelleximus; quapropter Bruyerus, poſtquam egit de Glire vulgari, tradit etiam ſe audiuiſſe apud Allobroges, Sabaudos,& præſertim in Tarentaſio agro; animal eſſe Gliribus cognatum, quod ſaxa, rupeſq; incolit,& captum in cibis eſt gratiſſimum, magnamq; anni partem in dormiendo conſumit.; hoc ibi Glirem murem appellant. Pariter Ioannes Hugo recenſens animalia Indica ſcribebat Glires eſſe in tractu Indico magnitudine Nefrendis, qui domos, & reliqua ædificia, ſubrutis fundamentis, ad ruinam trahunt, muroſq; C
perfodiunt. Ideoq; feles ſecuri huiuſmodi animalia inuadere non audent. Amplius idē auctor aliud Glirium genus pilo rubicundo præditum,& nonnihil odoris moſchi ſpirans ibi verſari reſtabatur. Per hanc poſtremam differentiam illam fortè muris ſpeciem intelligere volut, quam vulgus Bononienſis, ab odore, moſcardinum appellat. Quoad deſcriptionem Glis teſte Alberto, maior eſt ſciuro, colore nigricante, vel dorſo fuſco, & ventre albo conſpicitur. Ar ex Geſneri ſententia, Glires ſunt roſtro oblongiori, acutioribus auriculis, cauda non æquè villoſa, ventre medio magis protuberante, quàm in Sciuro, latere, & tergò tinerei prorſus coloris; quamuis ſubruſi aliquando in ventre capiantur. Omnia igitur in Icone veri Gliris lector hic poterit contemplari.

NATVRA, ET MORES.

D

lib. 8. c. 17.

ARiſtoteles, in hiſtoria animalium, hanc præcipuam Gliribus à natura ingenitam fuiſſe propriè tatem tradidit; vt hyeme, incauis arborum dormiendo vehementer pinguescant. Vnde Auſonius cecinit.

Dic, ceſſante cibo, ſomno quis optimus eſt? Glis.

Natalis etiam Comitum hùc reſpiciens in opuſculo de venatione, hæc carmina prodidit.

——Glires hyberno tempore ſomnus
Semper habet, capiunt longam per membra quietem,
Et quantum dapibus pinguescunt cætera lautis,
Hyberno tantum pinguescunt tempore glires.

Hoc intactum non reliquit Bargeus, dùm ſcripſit.

Quid?

GLIS.

Quid? qui perpetuò Glires pinguescere somno
Consueruut.
Et vitæ immemores cæcis requiescere in antris.

Sed aduertendum est, quòd Glires ita somno capiuntur, vt igne vix reuocari possint. Immò dissecti etiam, vt audiuimus tanquam mortui iacent. At cum primum in feruenti aqua membra dissecta ponuntur, tunc moueri incipiunt. Ideò Crollius, in libro de internis rerum signaturis, homines somnolentos Gliribus cõparabat, & eò magis quia secùndùm nonnullos Historicos, penès quos fides sit, homines in Russia esse huius naturæ fetuntur, vt, vrgente hyemis asperrimo frigore, in syluis pereant, & aduentante æstate resurgere dicantur. Hinc Baptista Mantuanus ingentem, & maximum strepitum, vel tumultum significaturus, Glires soporatos ab ipso excitatos fuisse perhibet hunc in modum.

——procul fragor auditus fugere volucres,
Fagicola tanto somno, ubi gnavus iuvenis,
Desertis trepidi Glires abiere cavernis.

Oppianus etiam interprete Bodino de somno Glirium sic canit.

li. 2. de ven.

Et teneros pavido laugnescere corpore Glires,
Qui Gelidas hyemes fuso per membra sopore.
Traducunt ebrij, potumq; cibumq; perosi,
Et rigidis oculis spectabile lumen abhorrent,
Tantus per latebras gelidus stupor occupat artus.

Quapropter Ausonius in Ephemeri ad hanc somniculosi Gliris proprietatem alludens hæc scribebat.

Dormiunt Glires hyemem perennem,
Sed cibo parcunt, tibi causa somni,
Multa quòd potas, nimiaq; tendis
mole saginam.

Martialis etiam Glirem sic loquentem introducebat.

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum; quo me nil nisi somnus alit.

Poetæ igitur optima de causa hoc animal somnolentum, hybernum, & soporatum vocauerunt. Hinc Clisius Calentius canebat.

Atque soporatos Glires, querulasq; cicadas.

Idcirco hodie homines stupidos, segnes, Endimionis somnum dormientes, & quasi succo papaueris illitos Gliribus somnolentiores esse pronunciamus. Præterea Gliribus natura aliam ingenerauit proprietatem, nimirum, vt genitores suos senio cõfectos insigni pietate nutriant. Quõcirca Natalis Comitum de hac Glirium proprietate verba faciens, sic inquit.

li. 3. de ven.

Ingenij tantam tribuit natura, parentes
Annosos vt alant, mos pietate vicissim.

Reusnerus quoquè in Paradiso poetico de Glire optimo iure sic cecinit.

Insigni patrem nutrit amore suum.

Amplius, natura illis talem instinctum cõgenuit, vt, murium ritu, ædes ruinosas deserãt, etiam trimestri spatio, antequam collabantur. Præsentiunt enim, natura docente, & Plinio Auctore, contignationem, & ædium compagem sensim dissolui. Insuper Glirium senectus hyberna quiete finitur, cum tantummodo sextum ætatis annum excedãt, vt canit Natalis Comitum dum ait.

loco cit.

Glis sextum vita viuendo præterit annum.

Deinde huiusmodi animantes æstiuo tempore, congrediuntur, & ineunte Autũno suos fœtus edunt. De hoc Natalis Comitum verba fecit dum inquit.

loco cit.

Tum coeunt, cum pressa gemunt feruoribus arua,
Tum pariunt granis Autumnum cum diffugit astat.

Hi etiam animantes, iuxta Alberti mentem, à natura hoc receperũt, vt omnes eiusdem syluæ congregentur, & si alienigenæ monte, vel amne discreti conueniant, tanta ira accenduntur, vt simul præliando intereant. Tandem, inter Auctores summus est cõsensus, Gliribus nonnihil venenati inesse; verùm in qua parte id cõsistat, valde dissentiũt. Lemnius buconium lapidem commẽdat, quotiescumq;, vel forex, vel aranea, vel vespa, vel scarabei, vel glires damnum alicui parti attulerint. Lonicerus fuit huius opinionis, in Gliris cauda aliquid venenati condi, eiusquè vrinam supra partem insperſam, illam vsquè ad ossa putrefacere, vulnusquè insanabile reddere. Alij cum Epiphanio tradunt Myoxum, seu Glirem ita venenatum reddi. Glis fœtus quatuor vel quinquè enititur, vipera autem hos inquirẽs, & inueniens, cum omnes deuorare non possit, vno vel ad summum, duobus satiata, reliquorum oculos expungit, atq; ita excęcatos nutrit, donec vnũquemq; eorum comedere voluerit. Tunc autem si contingat illos ab aliquo venatore inueniri, & in cibum vsurpari, cum sint à viperis alti, comedentes venenant. Huic autem sententiæ num sit adhærendum; fides sit pęnès Auctorem.

Venenum Gliris.

LOCVS

E

LOCVS, CIBVS.

CLariſſimus vir Porta enumerans loca peculioria ab animantibus habitata, vnam tantùm partem Meſiæ ſyluę Italiæ à Gliribus incoli ſcripſit. Matthiolus in commentarijs ad Dioſcoridem innuit; in montibus conterminis Goricienſi agro, & in alpibus Carniolæ, Carinthiæ, & Stiriæ, maximam Glirium fęturam inueniri; & præſertim cum huiuſmodi ſyluæ ſagina glande Gliribus gratiſſima redundent. Glandibus enim huius generis hi animantes maximè pinguęſcunt, nec ſine ratione, quoniam fagorum fructus pingue oleũ reſudant. Verùm non modò faginas glandes, ſed etiam nuces regias, & poma edunt. Nonnulli tamen fuerunt huius ſententiæ, poma à Gliribus non vorari, ſed tantummodo aperiri, vt nucleis fruantur, & propterea ſæpè ſub arboribus, pomorum copiam nucleis à Gliribus exhauſtam inueniri, ideoq; inde nomen illis impoſitum, vt à Germanis Rellen dicantur; quoniam idem vocabulum legumina ſub mola decorticare ſignificat. Quapropter in Germaniæ ſyluis Glires obſeruantur, qui poma in diuaricatis arborum ramis, ſeù furcis imponunt, vt ſic obſirmata meliùs nucleis priuari poſſint. Quoad locum particularem notatum eſt in capite antecedenti ſciurum tantùm in nemoribus, & locis valdè remotis à caſis ruſticorum nidulari. Modò ſciendum eſt Glires non ſolum in arboribus habitationi proximis, verùm quoq; ſub Tectis domorum ruſticarum ſtabulari. Quocirca noſtri ruſtici referunt, quòd decipulis ad mures domeſticos coercendos tẽſis, ſæpè numero Glires detinentur.

lib 2. Phyt. cap. 4.

lib. 2. c. 43.

Cibus Glirium.

F

CAPIENDI, & FVGANDI RATIO.

G

NAtalis Comitum in opuſculo de venatione literis mandauit, Glires nõ alia fraude, & artificio, quàm ſciuros capiendos eſſe. Ideò poſtquàm egit de ſciuro, cecinit de Glire hunc in modum.

Nec Glires alia capiuntur fraude, domuq;
Eſt ſimili conſtructa modo, locus vnus, & idem
Eſt cibus ambobus.

Geſnerus tradit, quòd venatores per ſyluas proficiſcentes Glirium foramina limo obturant, vt reuertentes Glires, & in pateſaciendo aditu occupati, facilius ſagitis, & baculis interficiantur. Aliter ex Alberto foueæ in ſyluis profundæ parantur, deinde lignis, & palea teguntur, quæ plenę Gliribus per hyemem inueniuntur. Hoc à veritate alienũ eſſe non videtur, quoniam, vt intelleximus circa Bohemiã, & Carinthiam ruſtici in ſyluis autumno cellaria parant, in quibus Glires numeroſi ſtabulantur, qui poſtmodũ ad eſum, ab hominibus colliguntur. Noſtri ruſtici Bononiẽſes huius technę nõ ſunt ignari, dum vel ligna excauata, vel cucurbitas lagenulatas, ſeminibusq; vacuas ramis arborum, in quibus nidulari ſolent Glires, alligant. Namq; huiuſmodi animantes in his caueis repertis fętant, & paulò poſt à ruſticis nati vnà cum parentibus aſportantur. Monticolæ Bononienſes referunt, Glires etiam muſcipulis detineri. Verùm in aliquibus regionibus decipulę Glirium fortè diuerſæ à Myagris parantur; cum Hulderichus in Hiſtoria Americæ hæc habeat. *Inſtrumenta etiam quædam inſtar decipularum Glirium fabricauerant, quæ ſi pro ipſorum conſilio, & mente concidiſſent, ſingula vno caſu viginti, vel triginta viros oppreſſiſſent.* Matthiolus in commentarijs ad Dioſcoridem inquit, quòd Glirium indagatores noctu venatum exeunt, & arbores, in quibus ſtabulantur, ſuffiunt, ſicquè eos ſtupefactos innumeros comprehendunt. Itaut quandoq; repletos ijs ſaccos domum deferant, vbi illos excoriant, & impoſitos prænimia copia in cadis muria aſſeruãt, quemadmodum piſces conſeruari ſolent. Hinc nulla admiratione teneri debemus, ſi Lonicerus ſcribat, Glires diffugere, quando ſiniſtra mulæ vngula domus ſuffitur. Denique Vuecherius Glires veluti etiam mures venenat, dum trochiſcos huius generis præſcribit. Recipit enim farinæ auenaceæ vncias quatuor, arſenici citrini vnciam dimidiam, mellis parum, axungiæ porcinæ quantitatem ſufficientem, & format trochiſcos.

Foueis Glires capiũtur

H

lib. 2. c. 43.

lib. 2. Ant. ſpec.

A

MIRACVLVM.

In An. tom. 14.

IN Diœceſi Osnaburgenſi Germaniæ (referente Baronio) Glirium ingẽs copia in auaritiæ vltionem, Dei miraculo, erupit. Res eſt. Benno Epiſcopus eius Eccleſiæ Anno Domini ſexageſimo octauo ſupra milleſimũ, certam eleemoſynam, & ſtipem propter Glires per Epiſcopatum diſtribui ſtatuerat. Interea dum illa erogabatur, nunquam in ea diœceſi. Glires conſpecti ſunt. Cum autem Gofridus de Arnsburg Epiſcopus illam eleemoſynã dimiſerit, ſtatim Glirium copia anno Domini quadrageſimo octauo ſupra milleſimum, & trecenteſimum redijt, & Epiſcopus ille infęliciter vitam finiuit.

APOLOGVS.

LAurentius Abſtemius in opuſculo Mythologiarum literis mandauit, quòd Glires quercum arborem glandiferam dentibus eruere decreuerant, vt cibum paratiorem haberent, & nè gratia victus, toties aſcẽdere, & deſcen B dere cogerentur. Sed quidam ex eis, qui ætate experientia, & prudẽtia fortè cæteros anteibat, reliquos Glires à re propoſita abſterruit dicens. Si nutricem noſtram nunc eruimus, & interficimus, quis impoſterum nobis, & poſteris noſtris alimentum præbebit? Apologus docet virum prudentem non ſolum debere præſentem fortunam intueri, verumquoquè futura longè proſpicere.

MORALIA.

GLires in moralibus documentis prima facie uiris iuſtis comparari poſſunt; nam illi dormiendo hyemem tranſigentes pingueſcunt, hi ab exteriori tumultu remoti, in rerum diuinarum contemplatione quieſcẽtes, tandem interna conſolatione pinguefiunt. Etenim in mundanis functionibus C cum ſint mortui tandem adipe gratiæ imbuuntur. Præterea Glires indigenas ſocios ſummo amore proſequuntur, quemadmodum viciſſim in alienigenas hoſtili animo ſęuientes acriter dimicando ab illa ſylua extrudere conantur. Pariter viri iuſti ſyluam religioſi ordinis incolentes, ſocios religioſos ſummoperè diligere, & contra alienigenas, ideſt aduerſus Mundum, Carnem, & Diabolum acriter præliari debent. Amplius Glires, vt ſuperius relatum fuit, genitores ſenio confectos magna pietate alunt. Hinc obſequia erga parentes percipienda ſunt; vt horum animalium exemplo, erubeſcant illi, qui genitoribus neceſſitate vrgente opitulari renuunt, quoniam hi beſtijs crudeliores eſſe perhibentur. Inſuper Glirium natura de tempore legis, & tempore gratiæ exponi poteſt. Quandoquidem illi tanquam Glires in peccatis dormiebant, ſed aduentante vere, nempè in aduentu Solis iuſtitiæ Chriſti, ideſt tempore gratiæ reuixerunt. Ideò ex altera parte peccantes ad Glires comparari poſſunt, qui hyberno criminum tempore, in luxu deliciarum ſopotati tanquàm mortui iacent, cum nullum bonum opus exerecant. De hoc peccantium genere fortè Hieremias verba fecit, dum dixit. D

Viri religioſi Gliribus aſſimilantur.

cap. 48.

Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua requieuit in facibus ſuis non eſt transfuſus de vaſe in vas. Veruntamen accedente vere, nimirum tempore gratiæ, & pœnitentiæ, tunc peccantes, more Glirium, per gratiam, & charitatem reſurgere, & in omnibus rectis operibus euigilare debent; iuxta ſententiam D. Pauli, *Non dormiamus ſicut cæteri, ſed vigilemus, & ſobry ſimus*. Ad finem Glires amicis blandis, & inſidis aſſimilandi ſunt. Illi enim hyberno tempore dormiunt; & verno tempore reſurgunt. Hi quoquè ærumnarum hyeme ſoporantur; cum autem ver proſperitatum aduenerit alijs applaudunt, & bladiuntur.

ad Theſſ. cap. 5.

SIMV-

E

SIMVLACRA.

VMirrigno Glires somno turgescere gaudeant. Hinc Donus argumentum somni indicandi desumens, hominem inter Glires dormientem figurauit. Pariter Ripa in Iconologia, ad delineandam octauam noctis horam puellam alatam vestibus in cæruleo colore obscuris indutam effigiauit. In cuius altera manu symbolum Iouis, in altera verò Glirem depinxit; cum Glis animal somnolentum esse perhibeatur. Item paulo inferius ad demonstrandum otium, hominem canis capillis decoratum, vestibus luteis amictum, cum icone phasiani supra galeam delineauit: in cuius altera manu fax extincta, in altera verò cõspicitur Glis hoc Dicto insignitus: IN QVIETE VOLVPTAS. Hæc autem sunt illa simulacra, quæ à somniculosa natura huius animalis hauriri possunt. *Par. 2.*

F

VSVS IN CIBIS.

VNcti ferè historici consentiunt Q. Scaurum fuisse primum, qui in sumptuosis cœnis carnem Glirium apponi iusserit. Quapropter Baptista Fiera de vsu huius carnis in cibis sic cecinit.

Nil Glirem iuuat ocelus sum recubare subantris,
Qui nunc vita illi est, mors modò somnus erit.
Nec pinguis iuuat esse malis; imperiosa libido
Interdicta gula cuncta vorare solet.

Bruyerus igitur in sua ciborum historia scriptum reliquit Glirium carnem olim in lautiorum Romanorum epulis gloriam non obscuram obtinuisse. Idcirco, ex Marco Varrone, multi tunc dolia fictilia multis semitis instructa domi habebant, in quibus glandibus, nucibus & castaneis Glires saginabãt. Immò Varro ibi docebat modum construendi glirarium, quod non aqua, sed macetia sepiebatur; quæ tota lapidibus, & tectorio incrustabatur, ne indè Glires erepere possent. In illo autem Septo arbores glandiferæ serebantur, vel intra maceriam glandes proijciebantur, deinde ibi laxiores caui parabantur, in quibus Glires tempore opportuno pariebant. Hinc colligendum est, quanti carnem horum animalium olim Romani fecerint; cum tamen apud Græcos nullius fuerit considerationis. Quare Alexander ab Alexandro de hac verba hæc protulit. *Adeoquè luxus excreuit, & eò processit luxuria, affluentibus diuitiarum copijs, vt ebrio uia lautiora, maioresquè epularum sumptus, & magnas effusiones Edicto coercere, & luxuriosos apparatus pluribus legibus inhibere necesse fuerit. Hinc Fannia, Orchia, Didia, Cornelia, Aucia, & Iulia leges, ad cohibendam luxuriam victus, vestitusq́, & cœnarum immodicos sumptus latæ sunt. Hinc Censorum Edictis, verrina abdomina, & Glires epulis, & conuiuijs inhibita.* Antequam igitur artificia coquendæ huius carnis examinemus temperaturam illius patefacere oportet. Castor Durantes Glires calidos, & siccos esse constituit, pingues tamen, & iuniores in cibis commendat. Sauonarola Glirem temperamento vrsino prædirum esse statuit, & tanta humiditate scatere, vt retineat calorem, ne humidũ radicale consumat. Quamobrem hoc animal hyemali tempore pingue scit. Quoad artificium coquendæ huius carnis; scribit Cælius Apicius, quod Glires cum adipe suillo, pipere, nucleis, lasere, & liquamine coquuntur. Addit etiam farciendos esse, & consutos in tegula collocandos, & in furno, vel farctos in clibano coquẽdos esse. Alij Glires, detracta pelle, abiectis intestinis, & diligenter lotos cum melle in fictili coquunt. Gesnerus tradit apud Rhætos, qui Italicè loquuntur, Glirium carnem salsam reponi, quoniam dulcis, & pinguis esse instar suillæ perhibeatur. Hodie nostri rustici, & præcipuè monticolæ Glires expurgatos, lotos, partimquè elixatos in sartagine frigunt. Verùm satius esset cum herbis odoriferis, & pulueribus aromaticis sale, pinguedine bubula, vel medula vitulina in fictili coquere. Scappius refert tempus opportunũ ad esũ Glirium esse, à mense Octobris vsquè ad initium Ianuarij, quia hoc tempore sunt valdè pingues.

G

H

lib. 13.

lib. 3. de re rust. c. 15.

lib. 3. gen. dier. c. 11.

lib. 8. c. 9.

li. 2. de re co q. ca. 95.

Deindè eo artificio quo porcelli Indici parantur, Glires etiam percoquendos esse A
asseuerat.

VSVS IN MEDICINA.

MVltum a diumenti non modò totum animal, sed etiam singulæ partes varijs affectibus afferunt. Primò huius carnis esu, bulimo laborantes liberari, omnes ferè medicinæ Auctores consentiunt; nam ob nimium animantis adipem, appetentia obtunditur, & morbus tollitur. Si virtutes pinguedinis contemplemur. Habemus ex Aetio, ad cõciliandum somnum inunctionem plantarum pedum factam adipe tepido Gliris esse perutilem. Sextus ad paralysim conducere testatur. Marcellus in Otalgia pinguedinem Gliris, & gallinæ, nec non medulam bubulam simul liquefacit, & hoc medicamen tepidum auribus infundit. Alij in hoc casu Glirem cum melle, vel cum nardo ad tertias decoquunt, deinde huius decoctionis pinguedinem in strigili tepefactam ad desperata aurium vitia infundunt. Amplius ipsa excrementa Gliris adhibentur; nam pota in aliquo liquore, secũdum Lonicerum, calculos discutiunt, & cum aceto, & rore marino alopeciam sanant. Etenim in alopecia hoc animal magnam habere prærogatiuam inde colligit Porta, quia proprio humido totam hyemem sine cibo transigat, quemadmodum plantæ hyeme virentes lento succo nutriuntur, quæ deinde in prædicto affectu commendantur. Tandem totus Glis in varijs affectionibus adhibetur. Sextus illum supra verrucas ligat, vt auferantur. Marcellus cum oleo, & sale allat, & purulenta expuentibus exhibet. Alij integrum Glirem in rudi olla comburunt, & cinerem in varijs morbis vtilem prædicant, Plinius hoc cum oleo medetur ambustis. & Marcellus pernionibus. Denique Plinius ad claritatem oculorum hunc cinerem cum melle præscribit, quoniam Glires cæcos pariant fœtus,

Adeps cõciliat somnũ.

lib. 4. Phyt. cap. 24.

B

C

DE MVRIBVS, ET PRIMVM de ijs, qui domos frequentant. Cap. XXX.

ÆQVIVOCA.

GLirium, & Murium, ob morum affinitatem, & molis corporeæ similitudinẽ, coniunctio, ad contemplationem naturæ Murinæ nos euehit. Ideo æquiuocationem meditantes, in murem proprium nomen virorum incidimus; quoniam Herodotus in Vrania scripsit Græcis in Delum nauigare volentibus Mardonium, qui in hybernis apud Thessaliam manserat, misisse ad Oraculum, quemdam genere Europeum nomine Murem. Seruus etiam Epicuri, nomine Mys, nempe mus, teste Macrobio, Philosophus non incelebris fuit. Mus insuper vocatus fuit quidam athleta, seu pugil Tarentinus, qui in Olympiacis certaminibus, vt recitat Suidas, apud Pisam semel tantùm victor, multis tamen acceptis plagis, discessit. Vnde postea ortum est illud adagium. *Quanta mus apud Pisam.* De quo suo loco verba fient. Non est omittendus Mys vir in argento cælando clarus, cuius meminit Martialis quando dixit.

lib. 8.

lib. 1. c. 11.

Virorum nomina.

D

Quis labor in phiala? docti Myos? an ne Myronis?

Mys tandem à Pausania in Atticis commendatur tanquam insignis artifex, qui Lapitharum contra Centauros pugnam in clypeo Mineruæ diligentissimè sculpsit. Alioquin mus alatus, & mus noctu volans vespertilio exponitur. Immò capriscus piscis muris nomine, in Ichthiologia indigitatur. Prisci quoquè, licèt minus propriè, mures appellarunt illas bestias, quarũ pelles ad ornatum vestium commendantur. Præterea, eũ mus

ex

E ex Plinio, musculi nomen sortiatur, & potissimum cum ab ipso de mure minore in habitationibus versante sermo habetur. Hinc maior huius nominis ambiguitas dimanauit; quoniã musculus dicitur quidam piscis perpusillus, qui Balenæ ductor esse perhibetur. Amplius musculus est instrumentum motus voluntarij, ex carne, fibris neruosis, vena, arteria, & membrana constans, figuramque excoriati muris imitatur; ideoquè μῦς interdum nominatur. Immò quidam medici Græci carnes supra frontem ad tempora vocant μῦας, quas Latini musculos temporales cognominant. Ad finem musculus, iuxta Isidori sententiã, machinæ militaris genus est cuniculo simile, quod à muris perfodiendis musculũ, quasi muruisculũ nũcupat. Lipsius tamẽ hoc instrumẽtũ militare optimum de causa musculũ dictum esse opinatur, quia milites sub eo tuti terram, ritu murium, fodiant. Præter hæc, Iosaphat Barbarus in Itinerario in Persiam, cuiusdam castelli parui optimè munuri, & in monte siti meminit, quod mus vocitatur. Augustinus Zarate in Historia Peruana habet, quòd Incolæ ad nectendum humeris palliolum, quibusdam acubus aureis, & argenteis vruntur, quas Τόρι nominant, quod vocabulum in nonnullis Italiæ locis ad mures denotandos adhibetur.

Musculus quis.

lib. 18. orig.

lib. 1. de Mach.

lib. 1.

F

SYNONIMA, ET ETYMVM.

ISidorus, ad mentem nonnullorum, mures tanquam ex putri humore natos, ita nuncupatos fuisse existimat; quoniam terra olim mus, & postea humus cognominata fuerit. Nemini dubium est, quòd mus à voce Græca μῦς deducitur; dum litera Y in V vertitur Goropius tamẽ muris etymologiã, tam græcam, quàm latinam à vocabulo, *Musceu*, linguæ Cimmeriæ antiquissimæ deriuat; quod vocabulum tacitè quærere significat; vnde vox *muis* dimanat, quæ pro tacito animali, & sine strepitu victum quærente sumitur. Hinc Græcis μῦς, & Latinis mus dicitur. Plinius murem domesticum, forma diminutiua musculum nuncupauit. Nonnulli tamen hoc Plinij vocabulo murem domesticum minorem intelligunt; quemadmodum simplici nomine muris, murem domesticum maiorem cognoscunt. Quamuis, ex Genero, in Germania, Gallia, & Italia mus domesticus maior Rattus à rapiendo, vel à rependo indigitari videatur. Hic Græcis nuperis ῥίσκος dicitur. Hoc tamen vocabulum nouum videtur, & deductum à voce ῥαῦς, quoniam mus, victus gratia, quibuscunquè periculis se se facilimè exponat. Amplius Sorex etiam vocatur à sono, quem aliquid rodendo edit, vel secundùm Isidorum, quia in modum serræ, res præcidat. Aut denique quoniam σαπρόν, apud Græcos putridum significet, cum vt plurimum mures ex putri materia nascantur; aut, cum sint mures breuis æui; facilè corrumpantur, & intereant. Hodie autem passim in Italia murem domesticum soricem appellant, cum tamẽ, secundùm Auctores, mus de mure domestico, nempè in habitarionibus versante dicatur, & sorex syluestris muris species esse perhibeatur. Apud Scholiastem Nicandri in Alexipharmacis, mus lingua Aeolica ὖραξ exponitur, quoniam ὑς sus vocatur; inde dimanat ὖραξ mus, quoniã rostrum suillo perquam simile habeat, Σιύνθος, vnde σιῦς, μῦς, mus apud Hesychium, & Varinum legitur. Hinc deducitur σιυνθεύς, epitheton Apollinis, quod in Denominatis examinabimus Thraces murem sua lingua ἄργιλον nempe Argilum vocitarunt, inde ἄργιλος à Vrbs Thraciæ, iuxta Strymonium fluuium condita, vbi mus cõspectus fuisse fertur. Λαμιας etiã mus ab Hesychio, & Varino nuncupatur. Hebraicã vocẽ, Achar; quæ in Leuitico legitur, Septuaginta μῦν nempe murẽ transferũt Chaldæus Achara, Arabs Phir, vel Phar, Saracenis hodie Farra. Ab Auicenna Far nominatur. Italis Sorgo quasi Sorex, Ratto, & Topo; quoniam Hispani Talpam Topo indigitant: Bononiæ Pontico fortè à Ponto, vbi variæ murium species vagantur. Hispani murem domesticum minorem Rat, & maiorem, Raton vocirant. Gallis mus minor Souris dicitur vocabulo à Sorice detorto, maior autem Rat. Germanis Mus minor domesticus Musz, maior Ratz. Anglis maior Ratte, minor Mous, vel Mouse. Polonis minor Muys, maior Sezurcz, quasi Sorex.

lib. 12. orig.

li. 3. Herm.

Ratus quis animans.

Soricis etimum.

Muris varia nomina

cap. 12

G

H

DIFFERENTIÆ, & Deſcriptio.

A

COnſentiũt omnes rerum naturalium periti murium differentias à magnitudine, à colore, à pilis, ab odore, & à loco eſſe deſumendas. Ratione primi tradit Matthiolus Murium alios eſſe magnos, alios paruos, alios mediocres. Vnde Plinius magnitudinem reſpiciens, ſoricem à mure tanquam maiorem diſtinxit, & Ariſtoteles mures, in Arabia ſoricibus multò maiores verſari ſcripſit. Vitriacus in partibus Orientis mures in corporatura vulpibus æquandos obſeruauit. At Americus Veſpucius in Inſula quadam Oceani mille leucis ab Vlyſipone diſtante, mures quammaximos inuenit. Affirmant quidam in noſtris regionibus, aliquãdo Rattum in comparatione ad alios mures, maiorem, latiore, & proceriore corpore præditum inueniri, qui à cæteris muribus alitur ideoquè Rattorum Regem appellant. Verùm fieri poteſt, vt aliquis mus ſenecta confectus, à natu minoribus nutriatur; quemadmodum de Gliribus explicatum fuit. Ratione coloris, inquit Geſnerus non omnes vno, & eodem colore inſignitos eſſe. Siquidem domeſticorum alij nigricant, alij ex fuſco ad rufum, alij ad cinereum colorem tendunt, cum tamen vt plurimũ B aſinini ſint coloris, alij denique ſunt candidiſſimi, quapropter Geſnerus refert ſe, in Germania conſpexiſſe murem maiorem albiſſimum menſe Aprilis captum, qui rubicundis, & prominentibus oculis, barba multis, & oblongis pilis hirſuta refertus erat. Non diſſimilem forſitan murem oculis igneis, & candore inſignem Scaliger conſpicatus eſt. Albos mures inueniri non negat Albertus, ſed eos ſalaciſſimos, in eorumquè excrementis albos lapillos eſſe prædicat. Si pilos meditemur, notandum eſt murium alios pilis mollibus, alios verò durioribus inſtar ſetarum, veſtiri. Quocirca Plinius, in Cyrenaica regione, & Aelianus apud Aegyptios, mures pilis herinaceorum acutis indutos verſari protulerunt. Hinc non eſt mirum, ſi apud Herodotum ἔχινες, genus quoddam murium legatur. Si noſmet ad odorem conuertamus. Ruellius in hiſtoria ſtirpium, à muribus excrementa alui iucundo odore referta interdum egeri, literis mandauit. Alioquin totum animal ingratum odorem ſpirat. Eſt quidem veritati conſonum in Italia verſari ſpeciẽ muris iucũdum odorem emittentis, quẽ Moſchardinũ appellant; de hoc autem C in hiſtoria murium ſylueſtrium agetur. Deniquè locus, & regiones alias murium differentias exhibent. Eruditi quidam viri murem Indicum, vel murem Pharaonis nominãt, ſed hunc poſtea ab Ichneumone non diſcrepare atteſtantur. Belluam etiam ſub nomine muris Indici Braſauolus Geſnero communicauit, ſed Ichneumoni congenerem eſſe ſuperius iudicauimus. Bellonius quoquè in profectione à Cairo in montem Sinai, iuxta Solum arenoſum, murem hyoſciami ſemine tantummodo victitãtem obſeruauit, qui dorſo cinereo, ventre candido, corpore oblongo, cauda prolixa, & ore mucronato conſpiciebatur. Satius igitur erit cum Anglico, mures in domeſticos, & ſylueſtres diſtribuere, dummodo, per domeſticos, non cicures, ſed in humanis domicilijs verſantes intelligamus. Alioquin, referente Cardano, in Appendice de rerum varietate, omnes mures aggreſtes appellandi ſunt. Domeſtici igitur in maiores, & minores; ſylueſtres verò in aquaticos, montanos, & aruenſes diuiduntur; de quibus ſuo loco ſigillatim verba fient. Ad finem σκάλοπες quidam mures ſunt, quos ſcalopas vocãt, vt Scholiaſtes Ariſtophanis in Acharnenſibus animaduertit. In Cappadocia quoquè ex Varino eſt quoddam genus muris μυξίς dictum, aliqui ſciurum vocant, mures domeſtici nulla egerent deſcriptione, cum maximo noſtro damno ſint notiſſimi. Georgius tamen Agricola Rattum, ſiue murem domeſticum grandiorem, minori quadruplo maiorem prædicat, colore ſubnigro, vel fuſco, circa ventrem dilutiore, capite longiuſculo, tenui, & procera cauda, piliſquè nuda. Hic mole corporea muſtelæ magnitudinem aſſequitur. Quoad partes internas, Ariſtoteles, & Plinius retulerunt mures cor maximũ habere, felle verò aliquando carere. Alibi quoq; Philoſophus aſſeruit, in ſolis cornutis animalibus alterã tantũ parte dentatis, quibus adduntur daſypodes, veſpertitiliones, & mures vtrinq; dentati, ineſſe vterum acetabula habentem, & potiſſimum tempore, quo fœtus in vtero continetur; à quibus acetabulis per media vaſa pendet embryo.

lib. 8. hiſt. an. ca. 28.

Rattorum Rex.

Exercit. 59

lib. 4.

Odor muriũ

in lib. de proiect. an.

lib. 3 hiſt. an. ca. 1.

NA-

1. MVS DOMESTICVS MINOR.
2. MVS DOMESTICVS MINOR ALBVS SVIDÆ.
3. MVSCVLVS RVBICVNDVS SINE PILIS NVPERRIME' NATVS.

NATVRA, ET MORES.

IDà natura mures comparárunt, vt, referente Suida, præter asinum & aprum, acris sint auditus, & noctu, more furum, lumina odio habeant, quoniam eorũ acies oculorum quodammodo perstringatur, & obtundatur. Præterea insignem concoquendi alimenti facultatem participant; Quandoquidem ex Theophrasto colligimus mures ferrum arrosisse. Hinc Plinius tradidit tantam in furando

do voluptatem à muribus percipi,vt in officinis aurarijs,& ferrarijs, micas metallorum A
deuorent. Immò aliquando in quibuslibet rebus rodendis tantum afferunt detrimen-
tum,vt apud Iuris peritos horum meminisse decretum sit,dum damnum pannis in fullo-
nica à muribus datum,à Fullone resaciendum esse statuunt. His verbis.*Si Fullo vesti-*
l. item quæritur. vers. si fullo ff. loc. & cond. *menta polienda acceperit,eaquè mures roserint,ex locato tenetur, quia debuit ab hac re cauere*. Sed maiorem iacturam, & calamitatem mures solent afferre quando diplomata
testamenta,vel tabulas adeò rodunt,vt hæredes bonorum possessione priuentur. Qua-
propter Iuris periti quærunt,an tabulis à mure rosis fides sit adhibenda,& respondent
distinguendo de parte substantiali tabularum,etenim si literæ rosæ fuerint, tunc hæres
in bonorum possessionem non est admittendus,sin autem lina, & sigilla rosa,& lacera-
ff. de bon. poss. sess. sec. tab. vers. si rosæ. ta fuerint,tunc non obstat,quin hæres in bonorum possessionem introduci possit. Insu-
per excrementa etiam huius animalis corpori humano ægritudinem afferre possunt;si-
quidem vrina secundum Arnoldum spra aliquam partem inspersa, illam vsquè ad ossa
corrodit:licèt Albertus hoc nonnisi post congressum muribus accidere testificetur.
Excremẽta murium qualia. Postmodum alui excrementa acria sunt,& interdum odorifera, sed hanc proprietatem
excrementis murium maiorum Physiologi attribuunt; cum horũ caro calidior, & acrior B
esse perhibeatur. Amplius murium hepar iuxta augmentum, & decrementum Lunæ
crescere,& decrescere tradit Aelianus. Quoad Ingenium, Plinius ex terrestribus ani-
malibus mures,& ex auibus hirundines indociles esse prædicat. Hinc Porta murium
lib. 7. Phyt. cap. 2. carnem in cibis sumptam,obliuionem generare autumat. Ex altera parte affirmat Ae-
lianus à muribus multos parari cauos, vt vno impedito ad alium confugere possint,&
plures in aquam dilabentes,mutuas inter se caudas mordicus tenere,vt vno exesite om
nes euadant. Quare assertum Alberti à veritate non valdè recedet; quando dixit se in
partibus superioris Germaniæ conspicatum fuisse murem,qui nutu sui magistri tenẽdo
candelam comedentibus lumen ministrabat. Quamuis vt opinamur Albertus murem
alpinum fortè intellexerit. Tandem muribus id natura congenuit, vt diuturna lucis v-
sura non fruantur. Ideo musculus apud Horatium alteri ait. *Vive memor, quam sis aui*
brevis.

VOX, LOCVS, CIBVS. C

LEgimus in Batrachomyomachia Hometi murem vlulasse,quoniã ibi mus
introducitur cæteris nuncians quemdam murem occasione ranę,in aquã
petijsse sic

Δεινὰ δ' ἐξολόλυξε, δραμὼν δ' ἄγγελε μύεσσι

Idest.

Vehementer autem vlulauit, currens autem nuntiauit muribus.

Nam apud Græcos ἐξολολύζω vlulatum edere significat. Vetùm hoc in loco Auctor
non de propria muris voce,sed de queribundo signo verba fecit. Etenim Vincentius
in Speculo naturali,mures mincare, vel pipicare,sorices verò desticare,per onomato-
pęiam scripsit. Auctor vero Philomelæ sic cecinit.

Mus auidus mintrat, velox mustela dintrit.

Quoad locum Textor in Paro Insula nullos esse mures testificatur, & Hector Boetius
in Coronicop. in descriptione Regni Scotorum refert, in regione circa castellum *Slani*,nullum murẽ
maiorẽ esse,neqùe ibi viuere,si aliundè importetur.In Petuana etiam regione nulli mu- D
res olim versabantur;sed, teste Augustino Zarate,postquã in illas oras Hispanorũ mer
ces,in quibus mures libenter nidulari solent,deferri cęperunt;repẽte tanta muriũ copia
apparuit,vt molestia Hispanos,& terrore Indos afficeret. Ideoquè murem Indi *Oce-*
achia,idest rem ex mari natam nominarunt. Alioquin mures nostras domos frequẽtant,
& in cauis parietum stabulantur;sed præcipuè, ad mensem Albertũ,circa horrea versan
tur. Quamobrem in Epigrammatibus græcis de Asclepiade auaro, hæc carmina le-
guntur.

Μυσὶ σκληπιάδης ὁ φιλάργυρος ἴδιον ἔνοικον,
Καὶ τί ποιεῖς φησὶ φίλτατε μῦ παρ' ἐμοί.
Ἢ δὺ δ' ἐμῦς γελάσας, μηδὲν φίλε φησὶ φοβηθῇς
Οὐχὶ τροφῆς παρὰ σοὶ χρίζομεν, ἀλλὰ μονῆς.

Idest.

E Ideſt.

Murem Aſclepiades vt apud ſe vidit auarus,
Mus, quid in ade facis, dixit amice mea?
Mus blandè arridens tolle, inquit, amice timorem;
Hic ego non victum quæro, ſed hoſpitium.

Aliter.

Murem Aſclepiades ſic eſt affatus auarus;
Quid facis in noſtra mus miſerande domo?
Cui mus ſubridens, bone amice quieſce, ciborum
Sumere nil tecum, tecum habitare volo.

Quoad edulia; mures frumento, leguminibus, pane, carnibus, & omnibus rebus indiſcriminatim veſcuntur. Immò aliquando admirati ſummus quomodo etiam cępas, & allia ſucco acerrimo prædita deguſtent. Semper tamen durum molli præferunt. Et ex Alberto, repertis, & guſtatis multis caſeis, optimum ſemper comedunt. Liquidis quoquè delectantur, quia ſorbent vinum, & lambunt oleum. Hac de cauſa Homerus Palla- *in Batrach.*
F dem in prælio aduerſus ranas, muribus auxilium negantem introduxit; propterea quòd in eius templo coronas arroſiſſent, & lampadarum oleum ſorpſiſſent. Vnde Reuſnerus iure merito de mure ſic cecinit.

Regnator penoris, menſęq; arroſor herilis
Sub terris tutum mus ſibi fecit iter.

Amplius reponi poſſunt mures inter illos animantes, qui in propriam ſpeciem ſæuiunt. Quandoquidē ſi multi aliquo in vaſe excipiantur, vt indè exire nequeant, fame impulſi ſe mutuo deuorare ſolent, adeòut fortior ſemper imbecilliorem aggrediatur.

COITVS, PARTVS.

G IN congreſſu murem marem cauda fœminam complecti Albertus teſtificatur. Quamuis Porta ex Plinio confirmet murem fœminam ſolo ſalis linctu impleri. Aelianus tamen frequenti ſalis vſu fœminas fœcundiores reddi tradidit. Verumtamen abſquè ſalis vſu murium fœcunditatem debemus admirari. Cum ſcribat Ariſtoteles mure fœmina prægnante in vaſe milliario quandoquè occupata, paulò poſt aperto vaſe, mures viginti, & centum repertos fuiſſe. Præterquamquòd in fœmina grauida diſſecta fœtus fœmini prægnantes obſeruati ſunt. His addamus, admentem Ariſtotelis, animalia multifida, vt canes, & mures multos etiam catulos vnica fœtura eniti. Deinde præter maris, & fœminæ permixtionem, ex ſordibus domorum, & naùium generantur. Quapropter in hiſtoria *par. 3*
Indiæ Luſitanicæ legimus quoſdā vermes inſtar digiti craſſos ex putri materia in arundinibus naſci, quorum alij paulò poſt in papiliones, alij in mures degenerant. Pauſanias quoquè narrat in nonnullis Ioniæ ciuitatibus, ob Meandri fluminis inūdationem tantam murium copiam ortam fuiſſe, vt incolæ aliò migrare coacti fuerint. Nonnulli fuerunt huius opinionis mures ex vrina leopardi etiam pro gigni. Qua de re legitur in hiſtoria Martini Poloni, ſi leopardus aliquem momorderit, mures conuenire, vt vulneratum petmingant, ſed illo in loco fortè de muribus ſylueſtribus ſermo habetur, qui in
H ſyluis à leopardo frequentatis procreantur. Cardanus igitur fœcundam murium generationem contemplans protulit mures ex putri materia ortos non generare, & ſi generant vim prolificam in filijs ceſſare; quandoquidem vis generatiua quotidie imbecillior euadat. Deniquè mures pariendi tempore in mercibus, in tritico, & etiam intra pannos nidulantur, & pariunt. Quare aſſertum Varronis nos in admirationem non debet trahere, cum dixerit murem apud Arcades in exeſa pinguedine Suis, qui obeſatus præ mole corporis à terra ſurgere non poterat, nidum ſtruxiſſe, & peperiſſe.

lib. 8. Mag. nat.

lib. 6. de hiſt. an. cap. 37.

li. 9. de ſubt.

CA-

A

CAPIENDI,& FVGANDI RATIO.

VM nulla sint animalia, quæ nobis maiori sint iacturæ, quàm mures, qui tanquàm familiares fures libros lacerant, vestimenta arrodunt, & deniquè in omnem rem escariam insaturabili voracitate grassantur. Iure optimo aduersus nocentissimam horum fęcũditatem, vindices animantes, fallaces machinas, venena, & terriculamenta recensere debemus. Ratione primi, præter vulpes, & mustelas, quæ agresti odio mures prosequuntur ideoquè Plinius modico cerebri mustelini in coagulo mixto mures à caseis arcebat, & mustelæ cinere sparso eosdem fugabat. Eligendus est optimus felis murium acerbissimus hostis coloris leucophæi, qui à Syria originem, & nomen trahat. Hunc enim tanquam calida è regione prognatum, auctore Cardano, temperatior sanguis ad mansuescendum docilem, & ad venandum sedulum efficit. Hic tandem pauco, viliquè cibatu ità nutriẽdus, & ab herilibus damnis arcendus, vt fidelibus excubijs totam domum perlustrans hostilibus rapinis emeritus vescatur. Sin autem libuerit furacem muremin vindicem felem transformare. Deni vel plures maiusculi mures, viui in fictili, vel ligneo & probè operculato vase, ab esculentis prorsus vacuo includendi sunt; exiguum tamen relinquatur spiramentum; vnde quid intus agatur, conspici possit, & rabidi, stimulante fame, effecti mutuo se morsu absument. Vbi vnus superstes, & victor remanserit, per ædes liber dimittatur. Is enim murium efferatus carnificina, nihil tale suspicantes cæteros mures ad vnum omnes iugulabit, & perdet. Mizaldus duos viuos mures in fictili clausos igni ex fraxino excitato superimponit, qui, vi caloris vrgente, talem emittunt stridorem, vt proximi mures quasi auxiliaturi accurrentes in ignem illicò se præcipitent. Modò aduersus mures excogitatas ab auctoribus machinas describere licet. Sed aduertendum est hos animantes muscipulis captos citò eximendos esse, ne illas permingant, quoniam reliqui posteà dolum suspicantes difficilius accederent. Quare, si id acciderit, muscipulas abluendas, vel fumo imbuendas esse opinamur. Prima igitur, & communis muscipula sic compingitur. Tabellis diligenter leuigatis capsula oblonga, & quadrangula fabricatur. Tabellarum vna pauimenti loco supposita ternas in parietes erectas suffulcit. Ostiolum cataracta foris pendula claudit, quia breui lino de longiusculo vecte suspenditur, vt mus ingrediens ad escam filo ferreo affixam, illaquè leuiter contacta, repentè reducto superiori retinaculo, cataractam in sui ruinam deiciens popinam in carcerem vertat. Aliud decipuli genus rotundum filis ferreis in modum caueæ auium fabricatur duobus ostiolis ad latera exornatum, quæ ingressum murium ad escam in medio caueę locatam, sed non egressum admittunt. Lurcones postea hac cauea inclusos machina in aquis demersa suffocantur. Crescentiensis meminit cannæ amplı orificij, cuius medium arcu armatur, vt mus ingrediens ad escam ab arcu secùs orificium tenso, acui affigatur ne inde effugere possit. Hodiè ex tabellis hoc genus machinæ construitur, vna in orbem teneſtratur, vt caput murium admittat, imaquè foraminis ora aculeis ferreis muniţur, & ibi ferreus radius à summa tabella ad imam recuruatus affigitur, qui per funiculum tensus caput muris escam tangentis subiectis mucronibus affigit. Aliter hodie leuigata tabula circinatur, & totus circulus mucronibus ferreis munitur, centrum hamato clauo armatur, & arcu pariter ferreo omnes mucrones ambiente circulus coronatur, extremitates arcus suppositæ tabellæ affignntur; neruus autem arcum attollens supra imminens centro lignum eleuatur, & tandem aduneo centri clauo vnà cum esca lentè nectitur, vt à mure mordicus contacta, arcus repentè cadens furem mucronibus affigat. Sunt præterea alia muscipularum genera, quibus mures pondere obruuntur; quæ quoniam omnibus sunt notissima, in illis recensendis tempus non teremus. Insuper Crescentiensis vasis multifariam accommodatis familiares domorum fures conatur decipere. Sumit igitur vas aqua semiplenum, & aquæ superficiem acere, gluma, zea, vel paleis poline farinæ, vel casei scobe insperſis diligenter tegit. Ideò mures odore pellecti ad pabulum sine suspitione accedentes suffocantur. Aliud vas altum vnde mures euadere non possint, in locis à muribus frequentatis collocat, & tenuem baculum in medio semifractum oris vasis superponit; vnde mus ad nucleum fractura baculi interce

Feles, & mustela capiũt mures.

lib. 7. de rer. var. cap. 33

B

Mus muriũ nex.

C

Muscipula ad coercendos mures.

D

Alia muscipularum genera.

ptum

E ptum accedens, vnà cum baculo vasis fundum petit. Amplius ex eodem Crescentiensi, vas charta, quam pergamenam vocant, in decussem diuisa diligenter tegitur, & polline farinæ, vel scobe casei inspergitur, ad quam mures proficiscentes, charta cedente, ad vasis fundum ruunt, charta semper ad pristinum reuocata locum; itaut vna nocte multi mures eodem vase excipiantur, & decipiantur. Ad minores verò mures fallendos, & coercendos Crescentiensis docet aperiendam esse nucem iuglandem, eiusquè partem dimidiam margini alicuius vasis ita subijciendam, vt pars nucis aperta introrsum vergat, vt mus illam arrosurus, velit nolit, vas subire cogatur. Quare nuce dimota, & vase collabente necessariò comprehenditur. Nostra ætate artifices, & mulieres Bononienses ad coercendos minores mures, columellæ ferreæ in tabella leuigata infixæ scutellam in fundo perforatam imponunt, quam nucleo a tabella adeò eleuant, vt musculus ad ipsum rodendum intrare possit, quo nucleo moto, scutella labens murem coercet. Palladius spissa amurca in pelui ærea noctu ædibus in medijs constituta, omnes tùm incolas, tùm accolas mures conuenturos, & adhæsuros promittit. Sed quoniam prodigiosæ fecunditatis bestiolæ muscipulis non semper coerceri possunt; libebit sub esculentis illecebris latentia in eorum perniciem venena recensere. Porta in Magia naturali herbas muricidas enumerat, inter quas aconitum myoctonum ex Dioscoride, & staphisagriam reponit; ex quarum plantarum radice, vel semine puluis eliciendus est, qui cum farina in butyro frixus, mures occidit. Radicem verò illius aconiti, quod Botanici lupariam appellant, rustici a gyrtæ, vt refert Gesnerus, per Germaniam ad exterminandos mures diuendunt. Sed hanc nullius esse valoris Gesnerus se expertum esse fatetur, dum cum farina, lardo, & butyro mixtam muri in musculipula capto exhibuit, qui per triduum sine potu seruatus non perijt. Cardanus solo napelli succo omnia animantia venenat. Σκίλλα σκαμμονία θηριακὴ φόρος μυῶν apud Hesychium, & Varinum legitur; sed ipsi Scillam, & Scammoneam diuersas plantas confundunt: cum tamen ambæ muribus exitiales esse ferantur. Nam Carolus Stephanus sumit Scillam, quæ aliter muris cæpa vocitatur, illamque in frusta sectam ponit in fictili, cuius fundum foraminibus sit peruium; hocquè in aliud vas ampli oris imponit, rimasquè hermetico luto diligenter obturat; deinde vase inferiori terra obruto, ignes penès superius accendit: sicquè per descensum distillatur aqua, quam cum farina triticea miscens componit pastam ad mures necandos peridoneam. Paxamus polentam semine syluestris cucumeris, helleboro nigro, & colocyntide, aut certè helleboro solo medicatam offert. Deinde querneo cinere cauernulas replet, vt hoc aspersos scabies occupet, & perimat. Eosdem perdit rubi radice cum butyro, pane, & caseo commixta. Idem auctor helleborum album, & cynocrambes corticem cum polenta, & ouis tusam confundit, & per loca murium dispergit. Tithymalum quoquè contusum cum polenta, & ænomelite permixtum, ad mures excęcandos propinat. Aricinnas hyoscyami albi tamen in mixturis præbet. Plinius helenio herba contrita hoscce furunculos enecat. Chamæleone, siue Ixia addita aqua, & oleo, ad mentem Dioscoridis, mures exanimantur, nisi protinus aquam biberint. Ideirco Gesnerus narrat se vidisse rusticos carduum vastum nempe chamæleonem, ad necandos lupos, & mures venalem circumferentes. Præter herbas, & radices enumeratas, Paxamus ferream scobem fermento admiscet, & Auicennas hydrargyrium, & argentum viuum, vt mures dispereant. Ad idem præstandum, arsenicum citrinum cum farina subigit Albertus. Huius asserti veritatem confirmat Gesnerus; tùm quia Germani hoc arsenicum murium venenum passim vocant; tùm quia in muribus muscipula captis, huius veneni periculum fecisse tradit. Illi enim mures illo degustato intra horæ spatium perierunt. Hoc venenum non solum mures permit, sed interdum illos in tantam rabiem agit; vt in sui generis animantes desęuiant, & quoscunquè momorderint, ad internecionem adigant. Ad rem nobis narrauit pharmacopæus Bononiensis fide dignus, post sparsum cum farina castancarum arsenicum, se in propria officina sub quibusdam capsis quinquè mures mordicus cohærentes mortuos inuenisse. Plerisquè oblato muribus hoc veneno, aquam apponi iubent, quia hoc vehiculo per venas ad eor ocyus dirigi opinatur. Gesnerus tamè aquã nõ esse apponẽdã meritò existimat; nã ratione liquidotũ, vomitu prouocato, sępissimè venenũ ejicitur. Qui verò metuũt, ne mures veneni prægustatores esculẽta, & potulẽta cõtactu, vel halitu venenato inficiãt; tutiùs vitrum modicè tusum, vel gypsum in pollinem redactum cum caseo, vel cum farina

Decipula murium minorum.

lib. 15

lib. 7. de rer. var. cap. 37.

lib. 3. agric. cap. 27.

lib. 3.

Murium venenum.

Arsenicum murium est verum venenum.

rina mixtum per loca ſpargunt: illud enim eorum mollia viſcera erodit, hoc verò concretione lapideſcens, præcluſo ſpiritu, mures ſtrangulat. Geſnerus ex libro manuſcripto Germanico calcem viuam commendat, quam fruſtulis carnium exiccatarum cum butyro in ſartagine frixis inſpergit, apponitquè vas aqua plenum, vt bibant. Sin venena compoſita pro muribus interimendis libeat dicere; confugiendum erit ad Vuecherium, qui troſchicos ad glires, & mures occidendos deſcribit. Ad finem terriculis, ſuffitibus, & herbis fugantur. Paxamus mures territat, abigitque vniuerſos, cum quempiã captum, detracta capitis pelle demittit. Plinius vnum caſtrat, & emittit, quia vnus emaſculatus plures maſculos muſculos in fugam vertit. Geſnerus meminit audiuiſſe, ſi muri capto tentinnabulum alligetur, cum dimiſſum cæteros fugaturum. Nonnulli etiam pro comperto aſſirmant, mure per pedem ad paxillum in medio domus ligato, reliquos in fugam verti. Si lubeat ad ſuffimenta confugere. Paxamus fumo chalcanti, lapidis hæmatitis, melanthij, origani, & myricæ vtitur. Dioſcorides autem, & Plinius foliis taxi combuſtis totam domum ſuffiunt; nam mures ab huiuſmodi odore abhorrentes repentè alio migrant. Vrſinus vngulam aſini, Alij vngulã mulæ, Mizaldus vaccarum ex prioribus pedibus adurunt, & loca à muribus frequentata ſuffumigantes eos abigunt. Idcirco Timotheus hac ratione fortè ductus, ex ſtercore bubulo, & farina volatili componit lutum; quo murium foramina ad illos arcendos imbut. Ruſtici foliis aquifolij, vel ruſci, funes, a quibus dependent falſæ carnes aduerſus murium ingluuiem muniunt. Aſphodelli radice, ex Plinio, mures fugantur, & cauerna præcluſa moriuntur. Muli ſolis abſynthij ſolijs veſtimenta, & pelles à murium dentibus defendere profitentur. Quare Tragus narrat à mulieribus Germanis cum farina abſynthium decoqui, deinde illo farinaceo linimento, lectorum culcitras illiniri, vt tanquàm loricatæ dentibus murinis reſiſtant. Deniquè Mizaldus ex libro Ptolemei de Imaginibus recitat hoc nugamentum, nimirum iconem felis murem ore tenentis in cupro ſculptam aſcendente tertia Capricorni facie, in loco, vbi mures vagantur, ſepeliendam eſſe; quia perterrefactu fugam arripient: cui tamen aſſerto nihil credendum eſſe cenſemus.

lib. 2 antid. ſpec.

lib. 30.

centur. 1. memor.

centur. 1. memor.

ANTIPATHIA, & Sympathia.

HOmerus in Batrachomyomachia tria, nempè accipitrem felem, & decipulã tantummodo recenſet, a quibus mures hoſtili animo diſſentire ſcripſit. His addit Aelianus viperam, quocirca retulit mures, audita felis, aut viperæ voce, de loco ad locum muſculos transferre. In quacumquè habitatione, ſedulo feles excubias agent, ibi mures vagari non conſpicientur; ipſis autem abſentibus tanquàm furaces lurcones rem eſcariam prædabuntur. Iuxta illud vulgatum.

Sic vbi felis abeſt, ſaliunt per ſcrinia mures,
Sic domina ancilla digrediente domo.

Cæterùm non ſolum feles, & accipitres verùm quoquè vulpes, & muſtelæ aliæquè animantes carne murina veſcentes ipſi ſunt inuiſæ. Præterea, ex doctrina Plinij, & Solini colligimus murem ab elephanto, agreſti odio diffidere. Ideoquè pabulum à mure leuiter etiam contactum elephantus abominatur. Leo quoquè alioquin magnanima Fera, viſo mure, quaſi perterrefactus, cataleptſi ferè corripitur. Quamuis quidam poeta non antipathiam, ſed vim leoninam contemplans dixerit.

Antipathia Leonis, & muris quæ.

Spicula muſcarum contemnit flammiger ales,
Magnanimus mures, & leo ridiculos.

Amplius hoſtili animo in mulos, & aſinos ſæuiunt, ſiquidem mures in præſepe occultati, teſte Alberto, prædictorum animantium nares mordent. Quapropter, vt recitatum fuit ſuperius, vngulis aſini, & muli ſufumigatæ domus à muribus tutæ conſeruantur. Tandem multæ plantæ, vt Scilla, elaterium, & colocynthis illis vehementer ſunt infenſæ propter rationes ſuperius adductas. Viciſſim cum maiorana, vt tradit Porta, maximam exercent ſympathiam, quandoquidem mures quocumq; mor

bo

E bo affecti, ad huius plantæ radices tanquam ad sacram anchoram confugiunt. Ab aliquibus etiam serpentibus non abhorrent, quoniam, auctore Ponzetto, cum illis aliquando colludentes conspiciuntur; immò solo halitu ab ipsis mures à cauernis extrahuntur. Demùm adeò tenaci sympathiæ glutine sues, & mures copulantur, vt muris iecore in ficu suibus dato, nullo edito grunitu porrigentem sectentur. Huius rei Pierius Valerianus Patauij versans cum omnium admiratione, se periculum fecisse testatur. *li. 3. Hierog.*

EPITHETA.

LAtini Auctores, & potissimum Poetæ murem varijs epithetis decoratunt. Illum enim a pusilla corporis mole breuem, paruum, exiguum, & ridiculũ; à voce querulum, ab immunditia obscœnum, & opicum ab acri odore, qui ab illo dimanat, fœtidum, à luxu salacem, & à colore nigrum, & cinereum vocitarunt. Deinde quoniam astu non caret, à Latinis cautus, & improbulus, ab Homero δόλιος nuncupatur; cum apud Græcos δίλος fraudem significet. Præ-
F terea, cum mus odores diligenter sectetur. χνισοδιώκτης ab Homero dicitur. Immò *in Batra-*
ob hanc fortè rationem σκόποι μύες, nempe speculatores, & diligentes exploratores li- *chomyo.*
bro primo Epigrammatum græcorum nominantur. Ab insatiabili quidlibet edendi voracitate, à Latinis mus auidus, & rodens, à Græcis ἀρτοφάγος, καὶ τρωξάρτης nimirum panivorus exponitur ἀπὸ τῦ τρώξαι ἄρτον, scilicet quòd panem edat, vel rodere soleat. Immò λυχνοβόρος lychniuoratot. φιλόλυχνος liguritor, & παμφάγος omnia vorans indigitatur. His addamus quòd, quia loca edita petat, ἕρπυς, vel ἕρπυτὸν nimirum reptilis cognominatur. Nam libro primo epigrammatum græcorum habetur hic versus.

παμφάγος, ἕρπυς, κατὰ δώματα λυχνοβόρος μῦς.

Tandem ratione loci mures vrbani, rustici, & terrestres vocantur. Vnde Græcis χερσαῖοι μύες nempè terrestres ad differentiam aquatilium nuncupantur. Amplius ὀροφίται μύες, quia sub tecto latibula habeant, cum vocabulum ὀροφίας ab ἐρέφω tego, deducatur. Alioquin à Nicandro in Theriacis, νυχηβόρος, quasi in cauernis comedens nominatur.

G

DENOMINATA, & COGNOMINATA.

ANobilioribus inchoantes Apollinem Symintheum à muribus, quos apud Chrysam (teste Cœlio) vocant Smynthas, prima facie cognominamus. Nam cum olim Crinis Phœbi sacerdos sacra negligens, fructibus annuis *lib. 6. lect. antiq. c. 7.*
per mures priuaretur. Apollo per quemdam bubulcum nomine Hordã, Crinim monuit, vt consueta sacra perageret; quo facto, Apollo mures sagittis confecit. Ideoquè statuæ Apollineæ muris icon subijciebatur. Huius cognominis Apollinei Ouidius in Fastis meminit hunc in modum.

Consulitur Smyntheus, lucoq; operatus opaco;
Hos non mentito reddidit ore sonos.

Quamuis Alij Solem respicientes Apollinem Smyntheum, quasi ζιὼν βῆν nuncuparunt; qua feruens currat. Non desunt præterea varia hominum nomina, quæ à muribus denominationem sortiuntur; vt Myscellus apud Suidam, qui Crotonem condidit, ita dictus
H (Erasmo teste) ob crurum exilitatem, quæ murinis similia gerebat. Myagrus insignis Statuarij nomen fuit apud Plinium. Licet etiam muscarum Deus, ita nuncupetur, sed in *lib. 34. c. 8.*
hoc secundo sensu prima syllaba per υι dyphthongum scribitur. Muricida apud Plautum homo segnis, & iners appellatur. Myoria ab Epicrate mulier ab inhonesto, & pernicioso luxu vexata dicebatur, quoniam, vt inquit Aelianus, mures salaciissimi sint, & toti libidine diffluant; vel potius, quia mulier portentosæ libidinis, instar cauimurini, quosuis amantes tanquam subeuntes musculos admittat. Tandem Murositæ hæretici dicebantur, qui mures colebant, vt scribit Philastrius, referente Gesnero. Si ad animalia *Hæreticorũ*
fermonem conuertamus; primitùs se se offert μυξὸς bestiola muri similima, de qua in *quædã secta*
antecedenti capite actum fuit. Μυογαλὴ species pariter muris, de qua seorsim
agetur. Musio à Vincentio in speculo naturali felis appellatur, quoniam no- *Musio quid*

ctu, dinquè muribus insidietur: hoc animal Nuperi auctores à colligendis muribus, mu- A
rilegum indigitarunt. Alioquin murile gulus muricis, & purpurarum inquisitor dici-
tur. Quædam serpentum species halitu à cauis mures extrahens, apud Nicandrum,
μυόθηρ, vel μύαγρος nuncupatur. Insuper musculus parvum murem, interdum ipsum mu-
rem, secundùm Plinium, significat. Quamuis, vt in Aequiuocis declaratum fuit, præter
murem, etiam piscem, machinam militarem, & partem torosam in brachijs, coxis, & suris
denotet. Sunt denique ostreorum genera testa silicea intectorum, quæ μῦες dicuntur
ἀπὸ τοῦ μύειν, quia testas, seu valuas claudendo conniuere videantur. Gaza autem apud
Aristotelem alicubi mytulos transfert, quoniam, vt nonnulli opinantur, figuram murium
lib. 32. cap. 9 referant. Ideo apud Plinium μύαξ nempe mytulus species conchæ in arenosis proue-
niens exponitur: & mya genus margaritæ circa Bosphorum Thracium, quod vniones
rufos, & paruos generat. Quid de plantis dicemus? cum multæ ob varias causas à mu-
ribus denominentur? Ratione similitudinis partium, Matthiolus depingit quamdam
Plantæ à mu- plantam, cuius folia aurem marinam æmulantur, & hanc myosotida, nempe aurem mu-
ribus deno- ris cognominat. Amplius pilosella vulgaris Cesalpini, & pilosella Matthioli apud Cor-
minatæ. dum in Dioscoridem auricula muris altera nuncupatur, Veronica mas supina à Cesal- B
pino pro auricula muris tertia, & teucrium pratense pro auricula muris quinta depingi-
tur. Item in antiquis Dioscoridis nomenclaturis polygonum mas myonix, scilicet
murinus vnguis dicitur, & in ijsdem sampsucum nonnulli myuron, quasi caudam muris
vocitarunt, alij maioranam, quasi myuranam, quoniam mures in suis morbis magna fe-
dulitate radices huius herbæ inquirant. Alioquin Prisci apud Dioscoridem, maluam
caudam muris indigitarunt. Aliæ plantæ, ratione pabuli, à muribus denominationem
sumunt; vt illa species graminis phænix vocata, & descripta à Dioscoride lolium syl-
uestre Tabernemontani dicta à Lobelio in Iconibus hordeum murinum, & in antiquis
lib. 4. ca. 39 nomenclaturis lolium murinum cognominatur. Myagrum quoque herba est apud
Dioscoridem ita fortè dicta, quia muribus, & præcipuè agrestibus sit nocumento, immò
alimento, quia pingue semen proferat, ex quo, in Gallia (Ruellio auctore) oleum
pro lucernis exprimitur copiosissimum. Sunt quoquè aliæ plantæ à muribus cognomi-
natæ, vel quia illos arceant, vel quia illos interrimant. In primis μυώναν Rhamnus
dicitur, cuius ramis aculeatis carnes munitæ à muribus defenduntur. Illam asparagi C
syluestris speciem, quam Botanici corrudam vocant, Clusius spinam murinam indigita-
uit. Carduus etiam stellatus in Herbario Lugdunensi spina muris exponitur. Ruscus
denique folia spinis armata proferens à Græcis myacantha, & ab Italis puncitopo nomi
natur. Mures interimunt scilla, & aconitum; idcoquè illam muris cæpam, hoc verò myo-
ctonum, & myophonum dixerunt. Quamuis autem Nicander recensens præsidia aduer-
sus Ixiæ venenum, polium μυοκτονον nuncupauerit, cum tamen muribus necem non af-
ferat. Sciendum est hoc inde nasci, quoniam polij suffitu muscæ depelluntur. Græci
autem μύιας muscas, & μύας mures nuncupant. Μυοξάρια genus fructus legitur apud
Hesychium: debemus autem legere μυξάρια; sunt enim fructus mucosi, quos Pharma-
copæi lebesten vocant. De lapidibus legitur apud Hesychium μυοδρίζαστον λίθος· λίθου
Lapis de- εἶδος ἕλους, nimirum myodrepanum esse genus vilis cuiusdam lapidis. Sequuntur modò
nominatus nonnullæ agritudines, quæ à muribus denominationem acquirere videntur. Primo
à muribus. igitur pulsum myurum esse docet Galenus, quimuris caudam æmulans, secùdum ictum
li. 1. de diff. paulò minorem primo, & tertium secundo, & sic deinceps profert. Arabes (referente
puls. cap. 11 Andrea Bellunensi) dura quædam additamenta iuxta vnguium extremitatem na-
scentia dentes muris interpretantur; quamuis alij maculas, quas dam in facie exponant. D
lib. 1. Art. Murinæ cuiusdam affectionis meminit etiam Mercurialis, dum scripsit in Melonijs signũ
gym. affectus hepatici fuisse, quando huiusmodi agritudine correptus domesticos mures di-
ligenter obseruabat, & persequebatur. Myopiasis quoquè aduersa est valetudo ab
ortu contracta, qua correpti μυώπες vocati propinqua tantùm remota autem, aut pa-
rum, aut nihil cernunt. Hæc affectio à muribus fortè denominata videtur, quoniam
cum hi sint animãtes nocturni, interdiù nõ nisi oculis semiclausis aspicere possint. Hinc
lib. de flun. forsitã μύωψ herba dicta, quæ ex Plutarcho, in Calidone mõte secùs Acheloũ Aetoliæ
fluuiũ nascitur, cuius infusione lotis oculis viso amittitur, sed placata Diana recuperatur.
Hinc μυῖνδα genus ludi apud Pollucẽ deducitur, in quo aliquis cõniuẽtibus oculis, aut
pileo, vel fascia velatis, alta voce colludẽtib⁹ nũciat, vt sibi caueãt; Interea circũgradiẽs

aliquem

E aliquē discurrentiū apprehensū pro se cōniuere cogit; vel cæteros quærit absconditos, donec colludentium aliquem inuenerit, vel sedendo diumat, quis ipsum attigerit, vt se liberet, quę ludorum species pueris nostris solent esse familiares. Succedunt loca, & regiones. Ideo Andreas Theuetus in historia Americæ literis mandauit in illo tractu Insulam murium nuncupatam conspici, quoniam illic omnia murium genera versentur. Plinius Myan, & Sepriusam Insulas in Ceramico sinu, Myandam verò oppidum in Cōtinenti Cilicię constituit. Pausanias Myoniam vrbem Phocidis facit, cuius ciues Myones vocat. Myen Ioniæ Vrbem, & Myusium illius ciuem Strabo appellat. Myonesum verò paruam regionem inter Theon, & Lebedon Stephanus collocat. Deniquè μυὸς ὄρμος, ex Plinio, primus portus est Aegypti ad rubrum mare. Ad finem μυοειδὴς nimirum murinus dicitur quicquid ad mures spectat, vt murinus color, qui secundùm Columellā vulgaris in asinis conspicitur. Item μυωπίαι murium canernulæ ab Hermolao dicuntur. Μύσαξ etiam, seu μάσαξ mandibula exponitur, sed præcipuè labrum superius vnà cum enatis pilis. Quoniam autem mures non alio in loco, quàm in superiori labro oblongos pilos gerūt, ideo barbitium superius labrum exornans mystax nuncupatur. Μυοκόπρος, & μυόχοδον, & musserda stercus muris exponitur. Vnde μυοχοδὲς apud Hesychium, homo vilis, & neglectus reputatur. Alij autem μυόδοχον ex Gesnero perperam legunt. *Regiones a muribus dictæ.* *lib. 5. c. 31.* *lib. 12.* *lib. 6.* *Myssax quid.*

F Muscum etiam odoriferi excrementi genus, nonnulli à mure dimanare opinantur. At Gesnerus pro odoramento non muscum, sed inoschon legendum esse animaduertit. Sequitur muscipula laquei genus, ex Sipontino, ad capiendos mures, veluti decipula ad capiendas aues laqueus esse perhibetur. Attamen sæpe sæpius Auctores hęc vocabula confundunt. Muscipula igitur licèt Eustathio, & Polluci ἴπτος dicatur à verbo ἴπτω noceo, cum muribus nocumento, & exitio sit; tamen apud omnes ferè lexicographos græcos μυάγρα legitur, nec non μύσφορον, παρὰ τὸ τοῖς μυσὶ φόνον ἐπιφέρειν, quoniam hoc instrumentum perniciem muribus afferat. His additur, μυωτὸς apud Hesychium, genus quoddam vestis ex pellibus murinis consutum, vel murium figuris exornatum, quo Armenij induere dicebantur. Ideo Latini à soricibus huiusmodi vestem soriculatam vocauerunt. Cælius autem Calcagninus à surculis nempè ramusculis, quibus talis vestis exornabatur, surculatam dicendam esse putauit. Sunt etiam, qui myoparon nauigij parùum genus à muribus dictum esse arbitrentur, cum potius à loco in quo olim fabricabatur, scilicet à Myonte, & Paro Insulà denominationem habeat, vel potius hæc parua nauis Myoparo nuncupata instar musculi ducis balenæ, paronis, ideſt maioris nauis sit prodroma. Denominatis tanquā coronidem debemus addere nonnulla opuscula, quorum inscriptio mures resipit. Primum est Batrachomyomachia Homeri opus, in quo ranæ cum muribus præliantes finguntur. Secundum est Myes fabula Carcini poetæ, in qua mustela nocturnos mures strangulat. Tertium est Galeomyomachia cuiusdam nuperi Auctoris, vbi felium, & murium pugna exponitur. Demùm Myuri quidam versus hexametri vocantur, qui pyrrhichium pedem pro spondeo in fine habent. *Muscipula nomē vnde.* *Nauigij genus.*

ÆNIGMATA.

H MVlti Gryphi ad historiam muris pertinentes essent recensendi, quos Italici Scriptores summa verborum elegantia proponunt, sed vnum, aut alterum in latinum sermonem conuersum recitabimus. Primus gryphus alludens ad felem, & murem animantes ambos suraces, est huius tenoris.

Per domos noctu gradior, sed orto
Sole, non furtum facio, latenti,
Namq. fur maior mihi perpusillo
Insidiatur.

Camerarius quoquè introducit murem implicito sermone loquentem hunc in modum.

Parua mihi domus est, sed ianua semper aperta,
Exiguo sumptu, furtiua vino sagina,
Quod mihi nomen inest, Roma quoq. Consul habebat.

Alij proponunt ænigma vnico diſticho contentum, illudque inſcribunt hoc nomine (Muſcatum) vt infra patet. A

MVSCATVM.

Si caput eſt currus, tumidum cum ventre volabit;
Adde pedem redolet, & ſine ventre bibes.

Nam in hoc vocabulo (Muſcatum) quatuor hæc continentur, mus muſca, muſcatum, & muſtum. Etenim prima ſyllaba murem, prima cum ſecunda muſcam, & cum tertia muſcatum denotant. Prima autem, & vltima ſyllaba, media dempta, muſtum deſignant. Multa præterea huius generis obſeruari poſſunt in vocabulis (oremus, & ſuſtineamus) quorum ſyllabæ ſeorſim ſumptę, non ſolum murem, ſed etiam alios animantes denotare videntur. Attamen breuitati ſtudentes hæc omittimus. Ille autem ſermo, in quo dicitur. Mus ſyllaba eſt, mus autem caſeum rodit, ergo ſyllaba caſeum rodit, & viciſſim mus ſyllaba eſt, ſyllaba autem caſeum non rodit, ergo mus caſeum non rodit; non ad ænigmata, ſed ad ſophiſmata eſt reducendus.

PROVERBIA. B

Dagia huc ſpectantia à ſalaci, edaci, & abiecta natura, nec non à captura murium deſumuntur. Quoad primum legitur apud Suidam *Mus albus*. Effertur hoc in hominem luxurioſa, & effœminata mollitie præditum. Siquidem mures, & potiſſimum albi ſalaciſſimi eſſe perhibentur. Ingluuies deinde huius animantis multis alijs anſam præbuit. Heſychius enim notat, quòd μυσσολεῖν dicuntur illi, qui in modum muris cibi cauſa oberrant. *Mures molas lingunt*. Profertur de hominibus mollibus, & delicatis; linctus enim animantes ad ſatietatem repletos eſſe ſignificat. *Mus arroſit chartam*. Prouerbium hoc ad obliuioſos pertinet, qui memoriter aliquid recitantes, & alicuius periodi obliuiſcẽtes, vlterius progredi nequeunt. Ortum eſt adagium à muribus, qui ſæpè ſæpius libros, & literas arrodere ſolent iuxta illud Iuuenalis.

Et diuina Opici rodebant carmina mures.

Non eſt diſſimile illud. *Mus in pera*. hoc promulgatur de rebus damnoſis; quemadmodum ſi diceretur. Coluber eſt in gremio, & ignis in ſinu. Ab edacitate etiam dimanat illud. *Suo ipſius iudicio perijt ſorex*. Meminit huius Terentius in Eunucho dum inquit. *Egomet mei iudicio miſer quaſi ſorex hodie perij*. Verba ſunt Parmenionis, qui deluſus à Pithia ſe prodiderat ſeni. Donatus docet hoc prouerbium eſſe promulgandum in eos, qui ſuamet voce produntur; ductumquè à muribus prouerbiũ eſſe exiſtimat, qui aliquid rodendo ſtrepentes ſe detegunt. Præterea abiectio, & paruitas animalis alijs prouerbijs occaſionem fecit. Quandoquidem Horatius in Arte poetica ſic cecinit. C

Parturient montes naſcetur ridiculus mus.

Quaſi vellet innuere, quod mons quid mirum promittens parturiebar, & tandem murẽ enixus eſt. Hoc adagium ſpectat ad homines glorioſos, & oſtentatores, qui magnis pollicitationibus miram de ſe mouent expectationem, deinde nil niſi mera afferunt nugamenta. Athenæus refert quòd Turhas Rex Aegyptiorum huiuſmodi Scommate Ageſilaum Regem Lacedęmoniorum proſecutus eſt, cum ad eum ſuppetias in bello laturus veniſſet. Nonnulli fuerunt huius ſententiæ hoc adagium duxiſſe originem ab Aeſopico apologo, vbi agricolæ magna admiratione terram intumeſcentem obſeruantes tandem exeuntem murem conſpicati ſunt; vt in his verſibus legitur. *lib. 4. Dypno ſoph.* D

Terra tumet, tumor ille premit, gemituq; fatetur
Partum ferre, perit ſexus vterq; metu.
Cum tumeat tellus monſtrat ſe magna daturam,
Horrent, & trepidant, & prope ſtare timent.
In riſum timor ille redit, nam turgida murem
Terra parit. iocus eſt, quod timor ante fuit.
Sæpè minus faciunt homines, qui magna loquuntur;
Sæpè gerit vanos cauſa puſilla metus.

Adagia ſumpta ex neglecta muris natura.

Ex neglecta muris natura oritur aliud adagium. *Murem oſtendit pro Leone*, quod in illum cuulgari ſolet, qui ingentia pollicetur, & tandem oppoſita exhibet. Sequitur illud. *Mus*

non

E *non capitur ab Elephante*. Dicitur de homine excelsi, & generosi animi, qui prædas villes negligere solet. Manutius addit hoc. *Mus non ingrediens antrum, cucurbitam ferebat*. Scilicet mus, qui præ foraminis angustia, non potest subire cauum, vult cucurbitam intrò deferre. Hoc congruit illi, qui cum sibi consulere non possit, alijs opitulari conatur. Recitatur aliud prouerbium respiciens paruitatem muris, quo monemur à paruis etiam cauendum esse. Est autem huius tenoris. *Mus Brasidam inter caricas momordit*. Brasidas enim (auctore Plutarcho) cum matum inter caricas temerè imposuisset, & à mure ibi fortè latēte morderetur, hæc verba protulit. Nullum est animal tam pusillum, quod lacessitum non cupiat vlcisci. Postquàm de vltione verba fiunt. Solet etiam dici. *Virum improbum mus etiam mordet*. Quo denotatur, quacumquè ratione prauis hominibus vindictam non deesse, sed eos semper aliquo modo meritas dare pœnas. *Mus puero morso aufugit*. Hoc enunciatur, quoties cumquè Principes à subditis, vel maiores a minoribus læduntur. Græci insuper respicientes abiectam, ob œui breuitatem, murium naturam, solebant de homine valetudinario imbecilli, consequenterquè breuis ætatis, hoc proferre. Κατὰ μυὸς ὄλεθρον. Ideſt. *Iuxta exitium muris*. Gesnerus quoquè prouerbium Germanis familiare recensēt huius generis. *Miscerde semper intermiscēri volunt piperi*. Scribitquè promulgari de hominibus imbellibus, & indoctis, qui inter viros fortitudine, & virtute insignes connumerari cupiunt. Est enim affine illi. *Corcburus inter olera*. Postremò si murium capturam contemplemur hæc reliqua nobis adagia suppeditabit. Solebant enim Prisci, ex Palladio mures pice irretire. Inde ortum est hoc prouerbium. *Mus picem gustans*. Quoniam mus pice semel detentus & fortè liberatus, metuit ne iterum implicetur. Quadrat adagium in illos, qui antea virtute herculea admirandi, gustato aurem periculo, formidine non mediocri corripiuntur. Ideo iuuenes militiæ imperiti bellum facilè suscipiunt; senes autem id experti certamina reformidāt. Idcirco ad rem Horatius canebat.

Adagium Germanis familiare.

F

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.

Præterea de hominibus meritò comprehensis, & malo dignis à Manutio hoc effertur. *Decipula murem cepit*. Deinde addit Idem Auctor nil esse vulgatius hoc afferto. Scilicet illum murem esse infœlicem, qui vnum tantùm colit cauum. Etenim, qui plures habet, vno occupato, ad alium confugere potest. Vnde emersit hoc prouerbium. *Mus non vni fidit antro*. Hoc enim monemur multos nobismet amicos comparandos esse, vt vno absente alter nobis opitulari possit. Gesnerus tradit in Germania de illis, qui cum prauis hominibus versantur, hoc prouerbium circumferri. *Qui cum felibus venatur, vt plurimum mures capit*. Quandoquidem corrumpunt mores bonos colloquia praua. In illos verò, qui male operari consueuerunt Germani, ex eodē Gesnero, hoc adagium promulgant. *Ingenium relinqui non potest, nec felis captandis abstinere musculus*. Succedit aliud. *Mus Hecatem*. Hoc pronunciatur de illo, qui in manus hostium inciderit. Nam feles muribus intensi sub tutela Hecatis habentur. Tandem de prodigiosis miraculis hoc potest proferri. Μυῶν ἥπατα. Ideſt murium iecinora. Siquidem ex Aeliano iuxta augmentum, & decrementum Lunæ hepata murium augeri, & diminui feruntur.

G

MIRACVLA.

H Habemus in sacris Biblijs, vt Azotij acri supplicio plecterentur, qui Dei arcam in templum Dagon intulerunt, Deum in eorum territorium maximā murium copiam omnia destruentium immisisse. Propterea in sacro contextu hæc verba leguntur. *Et nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnę in Ciuitate, videntes autem viri Azotij huiusmodi plagam dixerunt. Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deū nostrū*. Idcirco congregatis Philistinorū Satrapis, quinquè mures aureos fabrefieri iusserunt in monumentum murium, qui terram demoliti sunt; deinde in capsela inclusos vnà cum arca ad Israelitas miserunt. In historia Sarmatiæ legitur, quòd Popelus secundus veritus, ne Poloni aliquem ex patruis suis, ipso decedente, Regem constituerent: astuto vxoris consilio, infirmam valetudinem simulauit, patruosquè omnes, qui viginti

numero

numero erant Principes Pomeraniæ accerſiuit, & in lecto decumbens ab eis obnixè rogauit, vt alterũ ex duobus filijs, ipſo defuncto, Regno præficerent. Quod Patrui libenter ſe facturos ſpoponderunt. Interea Regina poculum uenenatum adornauit, & eorũ vnicuiq; pro ſanitate Regis bibendum obtulit. Itaq; paulo poſt omnes egreſſi expirarũt. Cadaueta verò iuſſu Reginę in lacum *Goplo* proiecta fuerunt, tunc Deus iuſtus vindex, & nefandi homicidij vltor numeroſam murium quantitatem ex illis cadaueribus, mira, & horrenda metamorphoſi excitauit. Qui Regem in arce lautè conuiuantem vxorem, & filios non armis neq; igne propulſandi ingenti ſtrepitu inuaſerunt. Rex metu conſternatus inde in arcem in lacu *Goplo* munitam, & aquis circundatã ſe recepit, vbi tandem vnà cum vxore, & liberis adeò à muribus conſumptus fuit, vt reliquiæ non remanſerint. Nautæ verò imminens periculũ obſeruantes, nè à muribus naues corroſę ſubmergerentur ad ripam celeri curſu accedentes aufugerunt. Herburtus quoquè in Chronicis Poloniæ recitat quòd Miſcislaus Conradi Ducis filius, cum viduarum pupillorum, & aliorum inopum bona iniuſtè occuparet, tandem in coquiuio à multitudine murium diſſipatus fuit. Pariter Hotto Archiepiſcopus Mogontinus in Rheno fluuio à muribus deuoratus perhibetur, non ſine magna diuinæ vindictæ ſuſpicione; quandoquidem, vrgente caritate annonę, multitudinem pauperum, quibus elemoſynam diſtribuendam ſimulabat, in horreo concremari iuſſerit. Alij (referente Maiolo) tradunt ipſum nõ a muribus, ſed à tot Dęmonibus, permittente Deo, grauiter vexatum fuiſſe. Baronius promulgat quòd anno Domini vndecimo ſupra milleſimum, quemdam militem ſacrilegum, cum is bona ſancti Clementis furatus eſſet, innumeri mures morãtem in cubiculo ſunt aggreſſi, qui nequè fuſte, nequè enſe abigi, nequè interimi potuerunt: tandem miles ſociorum ope in arca ſuſpenditur, vbi Dei miraculo à muribus corroſus fuit. Ad finem ex Cæſario Heiſterbacenſi in hiſtoria Illuſtrium miraculorum colligimus plures hoſtias à miniſtris ob fiſſuras, vel puſtulas reprobatas, vt fieri aſſolet, & in feneſtra altari proxima prolectas à muribus extra circulum tantummodo corroſas fuiſſe, litteris, & quæ intra circulum ſunt intactis. Quod Aedituus perpendens pro miraculo reputauit.

lib.7.

Colloq.7.

tom.11.An.

li.9.cap.11

PRÆSAGIA, ET PRODIGIA.

lib.1.var. hiſt.

AElianus ſcriptum reliquit mures vaticinandi ſcientia cæteris animantibus antecellere. Siquidem vehementem præſagientes tempeſtatem ſtridunt, & domo ruinam minante, aliud domicilium inquirunt. Ideo ex eodem Aeliano, per quinquè dierum ſpatium antequam Helice funditus euerteretur, Mures, muſtelæ, & ſerpentes exierunt. Quare Helicenſes admirantes huius cauſam conijcere non poterant. Verùm paulò poſt vrbs vehementi terremotu agitata concidit. Præterea Ethnici murem adeo prodigioſum animal eſſe arbitrati ſunt, vt ſi fortè fortuna veſtes arroſerit, ſequenti die, domo exire non audebant. Propterea cum roſiſſent faſcias, quibus Carbo Imperator in calceatu vtebatur, exitium illi portendere dixerunt. Ante bellum Marſicum clypei à muribus fuerunt abroſi, & aruſpices id ad magnum portentum retulerunt, & quæ ſubſecuta ſunt indicarunt. Etenim damnum à muribus præſagiri ſemper exiſtimarunt. Quare Egnatius agens de prodigijs in varia hiſtoria, quæ primum ciuile bellum præceſſerunt, prodidit mures in templo aurum arroſiſſe ignem in ſummitate Romanarum haſtarum emicuiſſe, muremquè fœminam quinquè muſculos in muſcipula enixam tres ex illis deuoraſſe; quod etiam ex Plutarcho in vita Scyllæ colligere licet. Viciſſim ex candidis muribus Priſci lætum ſumebant augurium. Omnium tamen occentu auſpicia dirimebãt. Ad rem Blondus literis mandauit Soricis occentum Fabio Maximo dictaturam abſtuliſſe, quamuis alij dixerint, id Augurum inuidia factum fuiſſe, qui dictaturam alteri demandari cupiebant. Cicero quamuis res huius generis nugamenta eſſe opinaretur, tamen cum Reſpublica titubare cæperit, Politiam Platonis à muribus turpiter corroſam inuenit. Picrius Valerianus, dum Romæ verſaretur, Horatij opuſculum, quod illi in delicijs erat, & Pindari volumen à muribus roſum deprehendit. Ideoquè cognouit illa ætate Muſis, & amœnioribus diſciplinis non eſſe locum. Itaquè mus aliquid nobis gratum comedens, quid ſignificet, Luna exiſtente in ſingulis duodecim Zodiaci faciebus,

lib.1.Rom. Triumph.

Niphus

E Niphus in libro de Augurijs præclarè explicat. Verùm in hoc Catonis sententia nobis magis arridet, quem nonnulli olim consuluerunt; quid prodigij, & ostenti esset, cum mures caligas arrosissent. Ipse sapienter respondit caligas à muribus corrodi nullum ostentum esse, sed vicissim magnum fore prodigium, si caligæ ipsos mures comederent.

APOLOGI.

COlent Mythologi, vt plurimum murium fabulas ex Antipathia, quam cum felibus gerunt, decerpere. Idcirco narratur, quòd felis casu quandam domum ingrediens à multitudine murium frequentatam, horum venatu lautè victitabat. Quamobrem mures eorum numerum indies minui animaduertentes, à cauis imposterum non egredi statuerunt. Felis autem ob inopiam victus, mortem simulans pedibus de clauo se suspendit, vt mures hac fraude alliceret, quem mus senior conspicatus, hæc verba protulit. Etiamsi te in saccum conuersum aspicerem, ad te accedere non auderem. Docet Apologus semel læsum F fieri prudentiorem. Huic non absimilem apologum legimus de sele in medio cuiusdã domus quietè morante, & conniuente. Itaquè mus inter cæteros audacior tam quieto, & placido animali salutem dicere decreuit, vt inter ambos amicitia solidissimo glutine ferruminaretur. Sed mus ad hoc obeũdũ munus à cauo vix egressus à sele cõprehẽsus, & voratus fuit. Indicat Apologus soli aspectui non esse fidendum, sed opera diligẽter esse perpendenda, quoniam interdum sub ouis pelle lupus latere solet. Huic affinis est ille apologus, in quo mures omnes aduersus iniuriam felis congregati in hanc descenderunt sententiam, vt collo aduersarij tintinabulum suspenderetur. Consilio itaquè probato, vnusquisquè ab hoc opere peragendo auertebat. Hinc discendum est periculosa consilia carere exitu. Ratione victus, alij emergunt Apologi. Primùm narratur, quòd mus in hospitium molendini ranam quadã nocte benigniter excepit. Ideoq; rana grati animi ergo, sequenti die mũrem ad liquidam habitationem perduxit, ligatoq; G per lungum filum ad ranam murc, ne ipse natandi ignarus submergeretur; tandem rana fundum paludis petens murem suffocauit. Deinde hic aquis supernatans ab accipitre superuolante vnà cum rana illi alligata deprehensus, & voratus fuit. Hoc apologo docemur malos etiam consultores sæpissimè laqueis irretiti. Quondam etiam mus vrbanus, referente Phrygio Fabulatore à syluestri mure benigna facie in hospitium exceptus fuit, & syluarum fructibus magna libertate, & securitate nutritus. Ex altera parte mus vrbanus vt syluestri gratificaretur, ipsi ad Vrbem ducto epularum lautitias apposuit. Ambobus igitur opiparè comedentibus, aperto repente cœnaculi ostio mus vrbanus ad proprium cauum illicò aufugit, at syluestris locorum ignarus impendentia vitæ pericula vix euitauit; quare is paulo post ad syluam rediturus muri vrbano dixit, satius esse vilioribus cum securitate vti cibarijs, quàm, vita innumeris periculis exposita, in sumptuosis cœnis versari. Documentum apologi est, quòd libera paupertas potius, quàm periculosa diuitiarum possessio commendatur. Hunc apologum elegantissimè describit Horatius, quando inquit,

Rusticus vrbanum murem mus paupere fertur. *lib. 2 Ser.*
Accepisse cauo, veterem vetus hospes amicum, *sat. 6.*
H *Et cætera.*

Tandem introducit murem rusticum concludentem hunc in modum.

——— tum rusticus haud mihi vita
Est opus hac, ait, & valeas, me silua canusq; *in lib. myth.*
Tutus ab insidijs tenui solabitur ero.

Abstemius quoquè huius generis duos recitat apologos. Primus est de murein cista nato, diuquè ibi alto, in qua nuces seruari solebant. Ideo is quadam die, circa oras cistæ ludens decidit, & fortè lautiores nucibus epulas inuenies sic est locutus. O me dementem qui in toto terrarum orbe nullam mea cista iucundiorem locum esse credebã. Docemur hoc apologo patriam non esse adeò diligendam, quin alibi meliorẽ esse posse credemus. Secundus est, in quo introducitur quidam agricola pauper quidem, sed

adeò

adeò facetus, vt nec etiam calamitoso tempore natiui lepõris obliuisceretur. Is pro- A
priam domum incendio flagrantem cum spectaret, vidit murem ignis periculum euitatu
rum domo egredientem. Tunc rusticus damnorum oblitus currens, muremque ap-
prehendens in medium flammarum proiecit dicens. Comburatur ingratum animal,
quod fœlici tempore mecum habitauit, tempore verò infortunij domum meam deserit.
Hoc apologo monet Auctor illos fucata amicitia nobis esse coniunctos, qui secundis
rebus nobis blandiuntur, & aduersis nos deserunt. De his verba fecit Ouidius canens.

Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Insuper Apologus ad ingrati animi vitium spectans ille est, in quo mus accipitrem de-
cipulis venatorijs irretitum laqueos rodendo liberauit. Ille nexibus liber, & vrgente
loco cit. fame, beneficij immemor murem deuorauit. Abstemius non dissimilem, sed ad gratum
animum spectantem apologum recitat. Vbi Leo laqueis venatorum adeo detentus
erat, vt inde nullis viribus se extricare posset. Ideo transeuntem murem obnixè roga-
uit, vt rodendo funium nexus illum liberaret, pollicitus se tanti beneficij nunquam im-
memorem futurum. Hoc peracto, mus Leonis filiam in vxorem petijt, nec Leo abnuit,
vt benefactori gratificaretur. Interea noua Nupta ad virum veniens nequè ipsum con B
spicata, illum incauto pede contriuit. Hinc percipiendum est matrimonia inter æquales
esse contrahenda. Iuxta illud Ouidij.

Epist. 6. *Si qua vis rectè nubere, nube pari.*

Consultò omittimus fabulam filij Minois, & Pasiphes, qui, ex Isacio, cum murem perse-
queretur in dolium melle plenum illabẽs suffocatus fuit, deinde à Polyide vate, herba
quadam, in vitam reuocatus; vt ad magis seria accedamus.

MORALIA.

MVrium plures assignari species superius, satis superquè explicauimus; nam
alij domos incolunt, alij in aruis, & syluis nidulantur, & alij in aquis ver-
santur. Omnes tamen quamuis inutiles esse videantur, eorum saltem ci-
nis in medicina secundũ Plinium est ex vsu. Pariter peccantium sunt mul
tæ species; quorum alij superbiæ domum habitant, alij in lato, & lætodi
uitiarum campo versantur, & alij in deliciarum flumine stabulantur. Omnes igitur ho-
mines huius generis, licet inutiles reputentur, tamen eorum cinis, reste Berchorio nmi-
rum memoriã mortis illis medela esse perhibetur. Immò veluti murium secunda est mul
cap. 22. titudo, ita peccantium infinitus est numerus, quoniam ab vno mure, nempe à prauo ho-
mine numerosa improborum proles dimanare solet. Iuxta illud Prouerbiorum. *Re-
gnantibus impys ruina hominum.* Hoc inde nascitur, quia imitantur mures rarò bibentes;
siquidem peccantes aquam sacræ lectionis, & affluentem sermonis concionatorum vn-
cap. 50. dam delibare renuunt. Ideoquè siti afflictati peribunt. Iuxta illud Isaiæ. *Deficient
pisces in aqua, & morientur in siti.* Amplius ritu murium, quando Dæmonum tentamen-
tis superantur, muscipula decepti esse feruntur, vt Nicolaus de Lyra optimè astruit. Si
cap. 14. Sap. ad particularia crimina descendamus, quibus aliquando homines irretiuntur; poterimus
optimis rationibus Lurcones, Fures, & Parasitos muribus assimulare. Quãdoquidem Gu
losus delicatiora cibaria tanquàm mus inuestigat, vt semper crapulam exhalans, & sa- D
gina repletus sedeat. Fures vt magnam pecuniæ copiam cumulent furti gratia, tan-
quàm mures mille pericula incurrunt. Parasiti tandem, in modum murium, alienos
In Pœn. cibos semper edunt. Quapropter Plautus ad rem introduxit Saturionem Parasitum fie
lòquentem.

——— *nunquam quisquã meorum maiorum fuit,*
Quin parasitando parierint ventres suos, pater, auos, proauos
Abauos, atauos, tritauos, quais mures semper edere alienum cibum.

Amici quoquè fidei non probatæ comparandi sunt ad mures, quorum iecur ad motum
Lunæ crescere, & decrescere dicitur. Iecur enim affectum significat. Ideo quando mun-
cap. 6. danæ amicorum prosperitates augentur, affectus erga illos crescit, quando verò ob in-
fortunium aliquod diminuuntur, tunc amici deseruntur. Iuxta illud Eccles. iast. *Est amicus*

secun-

E *secundum tempus, & non permanebit in die tribulationis.* Huius conditionis homines esse feruntur, qui collata in ipsos merita, paribus ornamentis decorare minimè nituntur. Ideò Irænæus de his verba hæc protulit. *Non eleuauerunt oculos ad Cælum, neq; gratias egerunt Factori suo, neq; lumen veritatis videre voluerunt, sed sicuti mures in cauis se absconderunt.* His accedit quòd mures, & potissimum aranei, secundùm nonnullos, venenum in morsu, & in cauda gerunt. Tales sunt hæretici, qui morsu, nimirum sermone, nec nō cauda, idest fine, & intentione cæteros corrumpunt & venenant. Præter hæc, homines etiam abiecti, & viles ad mures comparantur. Propterea legitur in sacris literis, quòd viri primarij exercitus Asyriorum, in contemptum, Iudæos mures nuncuparunt his verbis. *Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis ausi sunt prouocare nos ad bellum.* Seneca quoquè Vltores homines viles, & muribus similes reputauit, quando scripsit. *Pusilli hominis est, & miseri repetere mordentem, vt mures, & formicæ, ad quas si manum admouetris ora conuertunt.* lib. 6. Iudith. c. 14 in li. de Ira.

F

EMBLEMATA, & Symbola.

PAlestræ litterariæ miles exercitatissimus Alciatus figurauit murem intra valuas ostrei capite inserto, medulam vorātem cum inscriptione. CAPTIVVS OB GVLAM. Quandoquidem testis ostrei clausis mus facilè coercetur. Deinde subscripsit hexastichon huius tenoris. Embl. 94.

Regnator q̄ penus, mensq; arrosor herilis,
Ostrea mus summis vidit hiulca labris.
Quæis teneram apponens barbam, falsa ossa momordit,
Atq; ea clauserunt tacta repentè domum.
Deprensum, & sero tenuerunt carcere furem,
Seruet in obscurum, qui dederat tumulum.

G Hoc emblema in illos præcipuè prolatum esse videtur, qui, victus gratia, in domus opulentas seruiliter se ingerunt; vnde postea nihil præter damnum, aut etiam interitum consequuntur. Poterit etiam in illos quadrare, qui luxu, & gulæ intemperantia mortē properam sibi comparant. Insuper Iunius delineauit feles in muscipula clausos, & multos mures circa decipulam salientes, cum hac inscriptione. IMPVNITAS FEROCIAE PARENS. Deinde subscripsit hos versus. in lib. Embl.

Insultat pauida hic natio musculi
Clausis muscipulæ carcere felibus.
Sublatoq; metu forte periculi
Crescit nunc animus degeneri insolens.

Bargalius autem Scriptor Italicus, in libro de Insignibus, effigiauit murem decipulæ captū cum hoc Dicto Hispanico. POR BVSCAR DE COMER. Nimirum hic mus, vt vitæ consuleret vitam perdidit, & ne periret, perijt. Quod phrenoschema hic recensere placuit, cum alibi in hac historia, huic locus assignari non possit. De symbolis, legimus apud Alexandrum ab Alexandro. Argiuos pro symbolo murem vsurpasse. Quapropter, Plutarco teste, in Numismatibus etiam iconem muris cudebant. Alioquin nonnulli, muscæ, & muris icon amoris morosi symbolum esse perhibent. At Russellius Studiosis memoriæ artificiosæ imaginem muris tanquàm litteræ M. symbolum assignat.

H lib. 4. gen. dier. c. 15. in lib. mem. artif. par. 2.

A

HIEROGLYPHICA.

AEgyptij ſacerdotes aliquid optimum,& guſtui iucundum demonſtratùri,iconem muris oſtentabant; quandoquidem mus inter panes, vel caſeos optimum ſemper corrodendum eligit. Idem in fructibus,& præſertim in melopeponibus præſtat;cum multi eos meliores eſſe obſeruauerint,quos mures arodere coperint. Idcirco optima de cauſa Phyſiologi muribus ſagaciſſimum guſtum attribuerunt. Alioquin per figuram muris nonnulli detrimentum intellexerunt:mus enim noctu,diuquè aliquid rodens omnia inquinat,& inutilia reddit. Verùm per murem album, non ſolum Aegyptij ſed etiam Græci illecebras amatorias deſignabant:cum ſalacitas muris omnibus eſſet notiſſima. Quapropter olim publica conſuetudine receptum fuit muris nomine amatoribus blandiri. Martialis igitur huius meminit dicens.

Nam cum me murem, cum me tua lumina dicas. B

Præterea aliæ muris proprietates alijs Hieroglyphicis occaſionem dederunt: quapropter ad ſignificandum vatem,Ricciardus in Commentarijs ſymbolicis figuram muris adhibendam eſſe autumat. Siquidem mures,ruina alicuius domus impendente, primi ſunt,qui aufugiunt. Alij voluerunt iconem exanimati muris imbecillitatem hieroglyphicè denotare, quoniam mus minimo quoquè incommodo intereat,& interdũ ad mentem Aeliani,ſponte effluentibus inteſtinis moritur. Pierius Valerianus per murem à fele comprehenſum vult indicare hominem, qui in manus hoſtium illabens auxilium miſerabiliter imploret. Denique mus ſub tectis in nido iacens,ex Ricciardo, decimũ quintum gradum Cancri ſignificat,nec non hominem,qui domi manere cupiat.

in comm. ſymb.

HISTORICA.

AElianus in varia hiſtoria narrat quòd Diogenem Sinopenſem omnes homines euitabant;cum propter egeſtatem, quempiam hoſpitio acciperi non poſſet,neque ipſum quiſquam inuitare vellet. Siquidem omnibus eius in reprehendendo acrimonia inuiſa erat. Ideo Diogenes merore confectus ſumma foliorum,quæ ſuppetebant, extremitates comedebat. Mus autem accedens decidentibus foliorum fruſtulis veſcebatur. Diogenes igitur cum diligenter rem obſeruaſſet,recepto animo,ſubridens dixit. Mus hic nihil indiget Athenienſium auxilijs.& quid tu Diogenes ægrè fers te cum Athenienſibus non cœnare? Ideoquè occaſionem muris, non mediocre ſibi gaudium conciliauit. Herodotus in Melpomene,recitat legatos à Scythis miſſos,tria munera,nempe auem,ranam,& murem cum ſagittis Dario Perſarum Regi obtuliſſe. Interrogati autem à Rege legati, quid hoc ſibi vellet,ſe ignorare affirmarunt. Vnde quidam aſſentator,hanc protulit ſententiam. O Rex quicquid in terra,aqua,& cœlo comprehenditur tibi famulaturum eſſe, hæc munera ſignificant. Verumtamẽ Gabrias(vt refert Ioãnes Magnus) vnus ex ſeptem Perſarum Primarijs dixit per hæc denotari. Niſi Perſæ,vt aues in cœlum aduolent, vel vt mures terram ſubeant,vel vt ranæ in paludibus natent,eos nullo modo domum eſſe regreſſuros,quin ſagittis Scytharum conficiantur. Amplius habemus ex Annalibus Baronij Anno Domini 1233 in agro Frixinenſium meridiem verſus,ingentem murium vim ſobrio natam,ſegetes ſœnum,& herbas adeò populatam fuiſſe, vt agricolæ auitos lares deſerere coacti fuerint. Ad finem legimus apud Balbum in Itinerario Indiæ Orientalis. Incolas Cambaiæ pane,oriza,& lacte nutriri,& nullius generis animalia mactare. Immò ſi aliquando pulices prehenderint in cartha inuolutas ad loca campeſtria mittunt,& dimittunt:deinde obſeruãtes à pueris Balſaræ mures coerceri,illos emunt,vt priſtinam illis libertatem reſtituant.

lib 3.

lib. 4.

in hiſ. Goth. lib. 8.

tom. 13.

cap. 11.

SIMV-

SIMVLACRA.

REferunt Historici, olim apud Cretenses statuam Apollinis simulacro muris exornatam fuisse, vel propter rationes superius allatas de Apolline Smyntheo, vel quia, cum ab oraculo ibi condendam esse Vrbem intellexissent, vbi filij terræ maius detrimentum attulissent. Vnica igitur nocte mures scutorum omnes habenas roserunt. Herodotus quoque narrat in templo Vulcani statuam Regis Sethi collocatam fuisse, in cuius altera manu simulacrum muris conspiciebatur cum hac inscriptione. IN ME QVIS INTVENS, PIVS ESTO. Huius ratio fuit quoniam hic Rex bellatoribus carens ad expugnandū Senacharibum Arabum, & Assyriorum Regem, Vulcani ope fisus, castra in Pelusio collocauit. Noctu autem tanta murium copia hostes inuasit, & eorum pharetras, sagittas, & clypeorum lora arrosit, vt ipsi armis exuti sequenti die fugam arripere coacti fuerint. Ripa etiam in Iconologia ad figurandum Damni simulacrum vtitur mure. Etenim delineat hominem turpem, vestibus ferruginei coloris indutum, manibusque mures tenentem. Hoc inde edoctus, quoniam muris icon hieroglyphicè detrimentum significare demonstrauimus; dum mus rodendo res adeo inquinat, vt imposterum nullius sint vsus. Idem Auctor ad pingendā Detractionem vtitur figura turpissimæ mulieris, ore aperto sedentis, nigro velamine caput tegente cum vestimentis laceris, in dextra gladium, & in sinistra murem collocat. Nam mures quicquid boni, & pulchri inueniunt rodendo destruunt: quemadmodum, qui aliorum famæ insidiantur, passim de omnibus contumeliosissimè loqui solent.

lib. 2. par. 1. loco cit.

VSVS IN CIBIS.

CVm mures ventri suo tantummodò seruiant, & insigni ingluuie, varijs cibis eū explere semper studeant quotidie innumeris periculis se exponentes; iure optimo Diuina Lex horum esu Iudæis interdixit. Immò non solum in cibarijs, sed nec etiam in sacrificijs, illis vti poterant. Quemadmodum apud Isaiam habetur. Vbi legimus *abominationem, & murem.* Licèt Glossa interlinearis glirem interpretetur. Bruyerus literis mandauit. Quibusdam carnem murium in delicijs esse, ijsque præcipuè, qui voracitati fuæ deseruiunt, cum tantummodò murinæ carnes felibus, & mustelis conueniant. Hanc escam pro hominibus non commendat, quoniam mures, vt plurimum ex putredine originem trahant. Præterquamquòd ex mente Arnoldi Villanouani caro murina obliuionem generat. Incolæ tamen Regni Calechutini, vt refert Ludouicus Romanus, muribus, & lacertis, abiecto capite, supra prunas assatis vescuntur. Præterea in obsidione, Vrbium, vel vrgente penuria annonæ, mures etiam eduntur. Nam Ioannes Lerius Burgundus, in historia nauigationis in Brasiliam Americæ, narrat, quòd in naui vrgente rerum inopia, muribus vescebantur, & noctu tum decipulis, tum ritu felium, dili genti obseruatione mures capiebantur, & refert vidisse nonnullos, qui tria, & interdum quatuor Coronata pro singulis muribus numerarent. Quamobrem non magnopere debemus mirari, dum legimus, Annibale Casilinum obsidente, ducentis nummis murem venditum fuisse, & venditore percunte, emptorem superuixisse.

cap. 66. lib. 13. de re cib. cap. 33. lib. 5. cap. 6.

VSVS IN MEDICINA.

SIngulæ muris partes, nec non totum animal non parum adiumenti ægrotantibus afferre, omnis medicorum schola fatetur. Galenus igitur scribens ad Pisonem, Capita murium vsta ad alopecias commendat. Quamuis Sextus huiusmodi cinerem cum melle ad oculorum claritatem adhibeat.

Hoc inde verum eſſe colligit Porta, quoniam mus inter animantes nocturnos repo- A
natur. Rhaſis, & Albertus ad arcendum Epilepſiæ paroxiſmum, collo laborantis ea-
put muris appendunt. Magi vero (referente Plinio) muris roſtellum, & ſummas auri-
culas roſeo panno inuolutas, dimiſſo mure, febre quartana correpto alligant. Cere-
brũ deniquè in vino mixtum, & maceratum, frontiquè appoſitum, ex Marcello, cephalalgiam curat. Plinius deniquè ſcriptum reliquit grauedinem finiri, ſi patiens nares
murinas Oſculetur. Cor muris, quia maximum ſit in comparatione ad molem corporis,
lib. 3. Phyſ. cap. 46. Porta in quartana febre non infrugiferum eſſe refert, ſi ab ægroto ſuſpenſum deferatur
lecut, Luna ſilente, à mure extractum in epilepſia extollit Galenus. Fel murinum cum
li. 2. de med. fac. par ab. aceto mixtum, & in aures inſtillatum, ex Plinio, mira facilitate extrahit, quicquid in au-
res intrauerit. Quapropter Quintus Serenus agens de vitijs aurium ſic cecinit.

Si verò incantas animal penetrauerit aures,
Proderit admixto pandi fel muris aceto.

Caro huius animantis ad mentem Galeni, oculorum chemoſi conducit, quam affectio-
li. 1. de med. fac. parab. nem nonnulli carnoſam inflammationem cornex vocant. Nam huiuſmodi caro eum oui
luteo mixta adhibetur. Sanguis etiam muris eum felle galli, & lacte muliebri, ex eo- B
demmet Galeno, ad ſuffuſionem commodus eſt, & ſalutaris. Deinde hoc ſanguine il-
litæ verrucæ, quas Græci vocant ἀκροχορδόνας, delentur. Galenus tamen huius reme
li. 10. de ſimpl. med. fac. dij periculum non feciſſe teſtatur cum multa alia medicamina illi ſuppeterent. Præte-
rea adeps huius animalis non vulgariter proderit: quoniam quidam empyricus in Ger-
mania verſabatur (ſcribente Geſnero) qui ſolo murium adipe tumores ſcirrhoſos mi-
randum in modum diſſoluebat. Muſcerda tandem, quamuis abiectus ſit murium fimus,
in varijs tamen humani corpois affectibus, inſignem habet prærogatiuam. Primò ſi
reſpiciamus caput, Marcellus pillulas ſeptem huius ſtercoris in aceto diſſoluit, & tem-
poribus dolentibus ſæpiùs applicat. Nicolaus Myrepſicus muſcerdam, piper album,
& myrrham terit cum aceto, & id in hemicrania adhibet. Plinius faciei mendas, mu-
ſcerda, & thuris polline elegantèr emendat. Marcellus eodem remedio cum aceto, in
auferenda mentagra, vtitur. Deinde ex hoc præſidio in alopecia, multa manabit vel-
litas. Etenim Dioſcorides, quem ſequitur Vuecherius, ſtercus tritum cum aceto com-
lib. 2. mendat. Rhaſis autem, & Albertus huic fimo ſuccum erucæ, naſturtij, cæparum, & al- C
liorum addunt, & alopecias ſanant. Bayrus in caſu ſupercilliorum, & barbæ, recipit
hyoſciami, & polytrici drachmas duas, muſcerdæ drachmam vnam, olei Irini quantita-
tem ſufficientem, & medicamen pro partibus inungendis componit. Alij ſumunt ci-
nerem apum combuſtarum, & ſtercus murinum, deinde cum aceto acerrimo linimentum
parant. Mizaldus cinerem vermium terreſtrium, vel fimi murini cauernis dentium exe-
ſorum imponit, illoſquè ſine machinis eradicare profitetur. Quod proculdubio à Quin-
to Sereno deſumpſit, qui agens de vitijs dentium hos verſus protulit.

Vre ſimum muris, patulis, & hiantibus adde,
Vel cinerem dentis cerussi extinguere aceto
Conuenit, atque, cauis immittere dentibus apè.

In hæmaptoe, ſi ſanguis alijs remedijs ſupprimi nequeat. Mizaldus recipit ſcrupulos
duos ſtercoris muris ſubtiliſſimè triti, ſuccipl antaginis vncias duas, miſcet cum modi-
cent. 3. memor. co ſaccharo, & Patientimane, & veſperi per ſpatium aliquot dierum exhibet. In ſchiaſ D
Renodeus muſcerdam cum vino albo propinat, & calculum atterendo excludit. Hæc
etiam fuit ſententia Galeni ad Piſonem ſcribentis, nec non Dioſcoridis. Auicennas
li. 3. de mat. med. verò vrinæ difficultate laborantem in decocto huius excrementi imponit. In Iſchia-
de nugator Marcellus nouem pillulas fimi murini tritas in vini quartario præbet æ-
groto ſedenti. At ipſe ſurgens Orientem verſus potionem bibere debet, & poſt potum
ſaltu diſſiliat, atquè ter pede ſaliat, & per triduum id repeti iubet. Inſuper muſcerda,
ratione acrimoniæ, infantibus ſubdita aluum, ex Dioſcoride, ſubducit. Geſnerus ta-
men memorat ſe audiuiſſe nonnullas mulieres clinicas ad laxandam infantium aluum,
portionem pulueris muſcerdæ cum pulte permiſcuiſſe. Hippocrates agens de morbis
mulierum ſumit ſtercus murinum ſalem ægyptium, & cucurbitam ſylueſtrem, deinde
cum melle glandes format, quas ad ſętum mortuum, vel etiam putrefactum educendũ
ſupponit. Deniq; Plinius huiuſmodi fimũ pubi virorũ, ad venerẽ cohibendã, illinit. Cũ igi
tur excrementa murijũ tot in medicina vſus habeant, non erit admiratione dignum ſi

nobiliſſi-

E nobilissimum moschi excrementum in medicis vsibus tantoperè commendetur: Præter virtutes singularum muris partium examinatas, totus etiam mus in medicina locum habet. Nam, ex Alberto, mus assatur, & pueris ad exiccandam pituitam ab ore in dies fluentem exhibetur, Plinius autem mures commendat elixos pro pusionibus in lecto mingentibus. Immò, ex Magorum sententia, idem Plinius ad exterminandos dentiũ dolores bis in mense mures elixos mandi iubet. Aquam autem, in qua mus fuerit elixatus, aduersus anginam Marcellus inscio ægrotanti propinat. At Plinius in hoc casu, ver benam cum mure decoquit, deindè decoctum bibendum præbet. In pulmonum vitijs, nonnulli murem, detracta pelle, & interaneis, cum oleo, & sale coquunt. Euonimus in Thesauro remediorum narrat, quòd quidam Empyricus muribus minutatim incisis anserem repletum assabat, & inde collecto liquore laborantes artrithide inungebat. Cui affectui mures prodesse ex eo colligit Porta, quoniam sint animantes voracissimi. Extrinsecus etiam mures domesticos adhibuit Galenus dum per medium dissectos scorpionum ictui apposuit. Alij non modo ad ictum scorpionum, sed etiam ad morsus serpentũ mures dissectos, & appositos commendant. Marcellus autem ad extrahenda, quæcumquè corpori inhæserint, muribus dissectis vtitur. Crollius denique supra morsus murium, eorundem murium cinerem inspergit. Galenus murium cinerem cum melle, & adipe vrsino in alopecia miscebat. Vuecherius prædictis arundinis cinerem addit, Plinius catulis murium in vino veteri, pro generandis palpebris vtitur. Deinde huiusmodi cinerem cum rosaceo ad sedandum dolorem in aurem instillat, eodemque ambustis medetur.

lib. 30. cap. 8

lib. 2. Phys. cap. 8.

li. 11 de sim pl. med. fac.

li. 2 de rem. facil. par.

VSVS IN VARIIS.

MAiolus, ex Casadoro, narrat, quòd Goretanes Persidis Imperator, cum in Christicolas omne sequitię genus exerceret, præter varia tormentorũ genera, lacus etiam, in quibus innumeri mures seruabantur, parari curauit; atquè ad eorum pabulum Christi fideles, ligatis pedibus, & manibus, proijci iubebat. Quapropter non erit mirandum si Heliogabalus Imperator (teste Lampridio) interdum decem millia murium, & mustelarum colligenda curauerit, vt ijs postea, in spectaculis, & ludis vteretur. Horatius quoquè meminit, quòd pueri ludentes muribus vtuntur, dum illos plostellis adiungunt sic.

colloq. 7.

lib. 2 serm. sat. 3.

Aedificare casas, plostello adiungere mures
Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Amplius variæ muris partes ad varios vsus solent adhiberi. Sextus eor à mure adhuc viuente exemptum, brachio mulieris suspendens illam sterilem reddit. Mizaldus meminit carnis murinæ, qua nonnulli cicuratos accipitres nutriunt, vt citius plumas mutẽt. Quintus Serenus, vt oculi fœtuum nigrum colorem adipiscantur, carnem murinam grauidis mulieribus edendam præbet, dum Inquit.

cent. 8. memor.

Si pragnans artus captiui foricis edit,
Dicuntur fœtus nigrantia lumina tingi.

Excrementa quoq; murium à varijs vsibus non sunt arcenda. Quandoquidem vrina (teste Mizaldo) partem hirsutam, depilem reddit; deinde sanguine talpæ in pristinum statum restituitur. Præterea, eodem Mizaldo auctore, in murium stercore si aurum sepeliatur in puluerem redigitur; qui postmodum puluis fimo felium obrutus pristinam formam recuperat. Demùm si pelles murium considerem⁹. Scribit Alexander ab Alexandro magnam partem Scythiæ tergore vulpium, & murium indui. Sed animaduertendum est mures, quorum pelles in vsu vestium adhibentur valdè discrepare ab illis, de quibus in præsenti historia sermo habetur. Siquidem olim nomine murium omne mustelarum genus intelligebant, vt in capite de mustela fuit expositum.

cent. 2 memor.

A

DE MVRIBVS AGRESTIBVS. Cap. XXXI.

SYNONIMA, ET DIFFERENTIÆ.

AVres, qui ſylueſtrem, & ruſticam ducunt vitam, ad differentiam murium vrbanorum agreſtes, & ſecundum Palladium, & Horatium ruſtici, & ab Italis *campagnoli* nuncupantur. Seruius hos nitedulas; & Marcellus mures ſubterraneos cognominare videtur; quoniam pedibus terram fodiendo, ritu talparum, multos cuniculos ſibi comparent. Ab Heſychio mus agreſtis *χίρκος* exponitur, quamuis propriè loquendo, mus piloſa cauda præditus, nempè campeſtris, ſiue agrarius intelligatur; cuius iconem in capite de talpa licebit intueri. B Ideo ratione loci, mus agreſtis, vel per culta, vel per inculta, & nemora vagatur. Primum Latini campeſtrem, Græci *ἀγραυλεύον* dicunt, alterum Latini ſylueſtrem, & Græci *μῦν ἄγριον* vocant. Sunt etiam, qui primum in maiorem, & minorem diſtinguant. Ad ſylueſtres poſtea mures, præter aquatiles, referuntur ſorices, qui, ſecundùm Donatum, clariùs quàm cæteri ſtrident, his Plinius caudæ extremitatem villoſam aſſignat. Quare multi hunc à mure agreſti ſimpliciter dicto minimè diſcrepare opinantur. Amplius ad ſylueſtres reducuntur mures aranei, mures auellanarum, & mures alpini, qui alio nomine marmotæ indigitantur. Si murium ſylueſtrium colorem contemplemur; hi ſecundū Albertum, vel ad rubedinem, vel ad nigredinem vergunt. Tandem ratione ſimilitudinis, multæ beſtiolæ ad mures ſylueſtres ab Auctoribus reducuntur. Olaus Magnus memorat in Noruegia beſtiolam *Leem* dictam magnitudine muris agreſtis quandoquè vagari, quæ per tepentinos imbres à cælo deciderit, & incompertum eſt vnde: nimirum an ex remotioribus inſulis vento, an ex nubibus fœculentis nata deferatur. Statimquè poſt caſum, in viſcetibus herbæ nondum coctionem paſſæ reperiuntur. Viuit hæc peſtis C donec herbam renatam guſtauerit, & ſtatuto tempore perit, hinc aer fit peſtilens, & incolæ vertigine, & ictero corripiuntur. Item ad mures ſylueſtres Aliqui citellum reducunt, Germanis Zyſel dictū, quæ vox apud Hungaros genus muris ſylueſtris ſignificat. Angelus December ſcripturi reliquit quemdam murem ſylueſtrem reperiri in vmbelico apoſtema generantem, à quo pus odoratum dimanat. Quamobrem fieri poteſt, vt præter Gazellam, nempè moſchi capram, mus etiam reperiatur, qui moſchum proferat. Pelliones noſtræ ætatis monſtrant pellem odoratiſſimam, in magnitudine, & colore, à pelle maioris domeſtici muris non valde diſſimilem, illamque pellem topæ Hiſpanię appellant. Alij tandem, vt ſyluaticus, & vetus Gloſſographus Auicennæ, inter mures ſylueſtres, napelli murem huius herbæ radicibus victitantem, & illius antipharmacum collocarunt. Matthiolus ſcribit quidem in altiſſimis montibus hunc murem iuxta napelli radices deprehenſum fuiſſe, ſed illum poſtea non deſcribit. Quapropter multi viri docti hunc murem non animal, ſed herbam iuxta napellum naſcentem, vimque illi contrariam poſſidentem eſſe exiſtimarunt; quorum ſententiæ Geſnerus adſtipulari videtur. D Præterquamquòd Marcellus empyricus Thoræ, & Antithoræ nimirum napelli, & antinapelli herbarum meminit, quæ plantæ hodie noſtris Botanicis ſunt notiſſimæ.

li. 18. cap. 6.

lib. 4. de Politi. cap. 42

NATVRA, ET GENERATIO.

Talpā imitantur.

TRia peculiaria mures agreſtes inſita habent à natura. Primum eſt, teſte Agricola, vt non ſemper ſub terra lateant, ſed aliquando quamuis rarius egrediantur. Secūdò tumulos terræ inſtar talpæ excitant, nec profundos cuniculos, ſed tantùm ſub terræ ſuperficie agunt; ideoq; terram veſtigijs cedentē relinquūt. Cuniculorū verò introitus ſi bipalio aperiātur, mox reparat, & retegūt; quod etiā talpę, ſed multò tardiùs, ſcilicet ſecūdo, vel tertio die pſtā.

E Tertio, ex Plinij sententia, mures agrestes læsi statim ad chondrillam tanquam ad singularę venęni præsidium confugiunt. Præterea huiusmodi mures quemadmodum ex putri materia copiosissimè generantur, ita etiam breuis sunt vitæ: etenim ad mentem Plinij, oborto in capite vermiculo, intereunt. Gignuntur autem nonnullis in locis, vt scribit Aelianus, æstate ob repentinos imbres, vel post alicuius fluminis inundationem, maxima cum omnium admiratione, siquidem muris pars anterior erit formata, posteriori nondum inchoata: propterea possumus cum Ouidio canere.

Altera pars viuit, rudis est pars altera tellus.

Quocirca iure merito inter animalia imperfecta reponi possunt, quæ interdum ex corruptione, interdum ex semine propagantur. Quandoquidem Aristoteles scriptis mandauit Animal ex putri materia natum generare quidem, sed animal specie diuersum, à quo nihil amplius gigni possit. Mures igitur huius generis aliquando adeò multiplicantur, vt totas segetes absumant. Immò ex Aristotele, aliqui agricolæ, cum pridiè metendum statuerint, accedentes postridie cum messoribus, totam segetem ab ipsis consumptam inuenerunt. Hæc autem fuit potissima ratio, propter quam, nonnulli populi à proprijs sedibus expulsi fuerint. Caleni vidimus F (inquit Niphus) quòd vnica nocte totum campum maturis segetibus refertum mures agrestes absumpserunt. In Hispania quandoquè (vt refert Strabo) orta est ingens murium copia, vnde pestilentes morbi subsecuti sunt: Hoc accidit aduersus Romanos in Cantabria, vt ibi essent, qui accepta mercede, mures venarentur. Acolij quoquè & Troiani quandoquè murium agrestium abundantiâ vexati Smyntheo Apollini sacrificarunt, vt in capite antecedenti retulimus.

lib. 6. de hist. An. cap. 37.

lib. 3.

LOCVS CIBVS.

G Nihil est apud Historicos controuersum, vbiquè locorum aliquos mures agrestes reperiri, sed nullibi horum maior copia, quàm in Aegyptijs patentium camporum æquoribus versatur. Quandoquidem referunt Diodorus, & Aelianus iuxta Thebaidem Aegypti, post Nili inundationem Sole humum calefaciente, varijs in locis ex terræ hiatu innumeram murium multitudinem emergere. Belonius verò in obseruationibus scripsit, inter Gazara, quæ est prouinciæ Aegyptiæ prima ciuitas, & inter Belbaa agros desertos infinitos vagari mures, quos nisi deuorarêt aues *Percnopteri* ab Aristotele nuncupatæ & à Gallis *Boudree*, quæ naturæ instinctu cateruatim eò aduolant; Incolæ proculdubio omni seminum genere à muribus priuarentur. Præterea, auctore Agricola, huiusmodi mures radices lupulorũ, pastinacæ, & omnium leguminum deuorant. At radices cinaræ insigni dulcedine refertæ ab ipsis præcipuè appętũtur. Quamuis alij velint has non ab omnibus, sed tantummodò à muribus araneis expeti. Quapropter rustici ad illos arcendos multa præsidia excogitarunt, & scrobes in quibus radices cinaræ sũt plantandæ, echinis castanearum muniunt: ideoquè ab huiusmodi bestiolis prædictæ radices sunt intactæ, donec per corruptionem echini aculeos amiserint: hinc colligendũ est non leuem iacturam, & non mediocrem calamitatem tales animãtes omnibus agris afferre huius meminit Virgilius hunc in modum.

lib. 2. ca. 78.

Radices cinara dulces.

H *Tum varia illudunt pestes, sæpè exiguus mus*
Sub terra fossis, domos, atquè horrea fecit.

li. 1 Georg.

Nam frumenta depopulantur, & omnia segetum genera demoliuntur. Vnde legimus in historia Germanica, Anno 1271. Frumenta à muribus adeò fuisse deuastata, vt inde magna annonæ caritas subsecuta fuerit. In Boreali autem regione (annotante Cardano) huiusmodi mures sub niue latitantes vermibus vescuntur: quoniam terra sub niuibus incalescit, & quamuis superficies congeletur, infra tamen quemdam teporem contrahit vbi vermes reperiuntur.

part. 2.

in appen. de rer. var.

A

CAPIENDI, ET FVGANDI Ratio.

NOnnulla ſunt animalia, quæ ob antipathiam, quam cum muribus habent, illos à campis arcere poſſunt. In primis eſt quædam ſerpentis ſpecies, quam Itali carbonarium vocant. Hæc in pratis verſans mures venatur, & devorat, ideo Nicander hunc ſerpentem myagron à murium venatu nuncupauit. Præterea vulpes, & feles ſylueſtres idem præſtant. Sed ad hoc munus obeundum muſtelæ peridoneæ feruntur; ſiquidem ob exiguam corporaturam cauos murium ſylueſtrium facilè ingrediuntur. Alij ad murium latibula ſues ducũt, vt terram effodiendo illos extrahant. Nonnulli, cognitis murium latebris, tribus aut quatuor in locis illas aperiunt, expectantq; donec ad retegẽdum venerint; deinde ligone poſt eos inflicto, vnà cum terra eijciunt, eiectiq; aut conculcantur, aut aliter occidun B tur. Alij agricolæ paxillis acutis diligenter terram vnà cum muribus eruunt, quemadmodum ſi alliorum capita extraherentur. Aliqui ex Geſnero, gramen in introitum inſe runt, quod dum mus retrahere conatur, malleus lignebs in terram proximè poſt eũ adigitur, vt foramine occluſo, & regreſſu ei negato, facilè capiatur. Clariſſimus vir Ferrarius in eleganti hiſtoria de cultura florũ, ad mures agreſtes ab hortis eliminandos duas excogitauit technas. Primò circumuolutam membranam, quam pergamenam vocant, plurimos in cucullos turbinat, oras circumplicatæ partis conglutinat, vel conſuit, partem verò ad hiatum eminentiorem, pro magnitudine murini capitis in orbem æqualiter attondet. Hos cucullos, demiſſis in eorum imo iuglandis fruſtulis, ſummiſquè lateribus intrinſecus viſco circumlitis in ſcrobiculos paulò laxiores, ſereno eęli ſtatu, orc tenus imponit nam mures eſcaria illecebra decepti tota capita induent in cucullos, & tenaciſſimè adhærente viſco, chartacei monoceratos capientur. Secundò idem doctiſſimus vir puſillos, & agreſtes mures ingenioſa petit balliſta, cuius deſcriptionem, & iconem apud ipſum licebit intueri. Quidam nugatores charta infraſcriptis charactetibus C exarata, & loco à vagulis muribus frequentato affixa, ab agrorum limitibus illos exterminare credebant, verba eranthæc: *Adsuro vos omnes mures, qui hic conſiſtitis, ne mihi tuferatis iniuriam aſſigno vobis hunc agrum in quo, si vos poſt hac deprehendero, Matrem Deorum teſtor, singulos veſtrum in ſeptem fruſta diſcerpam.* Cæterùm ſatius erit cum Apuleio ſolijs rhododendri murių aditus occludere, vt ipſi quærentes exitum, illis admorſis, miſere pereant. Palladius cinere quercus cauorum orificia replet, vt hoc in egreſſu aſperſi, ſcabie occupentur, & obeant. Deinde cicutæ ſemen cum helleboro, & polenta miſcet, & in murium cauernas indit: hoc enim veſcentibus ocyſſimum eſt venenum. Alij vt in campis ſemina ſint tuta, illa felle bubulo, vel decocto abſynthij contangunt, vel cinere muſtelæ, aut felis inſpergunt. Alij radicibus plantarum, & potiſſimum cinaræ lanam, ſimum ſuillum, & cinerem ficulneum apponunt, ſicquè dentatos fures arcere conantur. Alij deniq; ſuffitu per eampos ſparſim excitato ad alia loca mures relegare nituntur. Veruntamen nullum præſidium aduerſus hos valentius, & præſtantius eſt imbre, quia diuturnis obſeruationibus compertum eſt, copioſa cadente pluuia interire. Ad rem in Relatione Concineinæ legimus, ab infinita murium agreſtium copia ibi vagante eampos oriza plenos non mediocre detrimentum fore percepturos, niſi à frequenti fluuiorum inundatione ſuffocarentur. Nam, aqua murium cauernas replente, ipſi vitæ conſulentes arbores ſcandunt. At pueri illarum regionum incolæ cum eymbis arboribus appropinquantes, longis virgis mures à ramis in aquam decutiunt. Quibus ſubmerſis, puſionum ioeus in maximum totius regionis vertitur emolumentum.

Quibus animalibus mures agreſtes fugantur.

lib. 3.

Baliſta ad mures agreſtes necandos.

Pluuia mures necat.

D

E

DE MVRE AVELLANARVM. Cap. XXXII.

SYNONIMA, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

MVrium rusticorum gregi murem anellanarum Auctores annumerant. Sententijs verò circa naturam, & nomen sibi inuicem aduersantur. Siquidem Alij soricem Plinij crediderunt, alij speciem glirium constituerunt, alij randem murem corylinum faciunt; cum fructibus coryli, vt plurimùm vescatur. Huic discrepantiæ ansam variæ huius muris differentiæ præbuerunt. Quandoquidem Gesnerus duplicem auellanarum murem, scilicet maiorem, & minorem describit: immò maiorem Flandris *Einslaep ratte*, id est rattum dormientem vocari testatur, quemadmodum Angli eumdem *Dormus*, nempe murem dormientem ob somniculosam naturam, vocitant. Gesnerus, qui huiusmodi animal viuum aliquot dierum spatio domi nutriuit, refert in magnitudine, & forma ratto assimilari, coloreni murinum per tergum, & per latera magis rufum, præsertim verò in capite habere, auriculis magnis glabris, & ventre candido præditum esse: qua etiam albedine pars inferior caudæ extremitatem versus, necnon crura referta sunt, pedibus rubicundis, cauda tota hirsuta, oculis maiusculis eminentibus nigerimis, barba partim alba, partim nigra; deinde color niger infra, supraquè aures circa oculos, & in posteriori parte caudæ superioris conspicitur. Deniquè ab hoc animali domesticorum murium odor dimanat. Si ad minorem auellanarum murē rufescentē sermo conuertatur cuius fortè meminit Albertus, quando dixit murem corylinum, rubicundo colore esse præditum. Hic mus adhuc in duplicem speciem distinguitur; nimirum in murem odoratum rariorem, quem Itali Muschardinū appellant, & in murem inodorum frequentiorem. Licèt hic Bononiæ vterquè indiscriminatim ob figuræ, & molis similitudinem Muschardinus vocitetur. Alijs verò luciolus, quoniam illius oculi maximè lucidi esse videantur. Multi odoratam huius muris speciē à mure peregrino D. Hieronymi non discrepare autumāt; qui in epistola ad Demetriadem de virginali continentia, luxum damnans, iuuenes comam nutrientes, & suauem odorem spirantes, cincinnatulos, & olentes pelliculam muris peregrini indigitabat. Mus hic auellanarum minor valdè similis est muri araneo, de quo in sequenti capite agetur; quapropter multi auctores alterum cum altero facilè confundunt. Hic inter ramos coryli, vel Enpatorij Auicennæ Cannabinæ nuncupati nidum constituit, qualem vnà cum herba, quidam agricola ad nos detulit. Materia nidi erat fœnum, & gramen figuræ oualis, in parte superiori foramen admodum angustum habebat, altitudo totius nidi sex digitorum, in eoquè nudi adhuc fœtus conspiciebantur. Huius igitur muris, nec non nidi iconem exhibere libuit; nam maioris effigiem apud Gesnerum licet conspicari.

Odor muris anellan.

F

G

H

MVS, AVELLANARVM, VVLGO MOSCARDINO CVM NIDO hepatorio aquatico alligato vnà cum corylo.

D

CIBVS, ET CAPTVRA.

MVs hic, referente Agricola, tam cauernas arborum, quàm terræ latibula incolit, in quibus fructus, ſed potiſſimum nuces auellanas, eaſque optimas, vitioſis relictis, congerit, à quibus nomen ſibi vendicauit. Hinc prædictus auctor colligit, non ſomnum, vt nonnulli arbitrantur, ſed aggregatum pabulum eis ad traducendam brumalem vitam ſatisfacere. Ex altera parte narrat Geſnerus, ſe intellexiſſe à nonnullis ruſticis huiuſmodi murem à fine autumni vſquè ad initiũ veris immodico ſomno ſaginari, licèt in latibulis multi fructus, & nuces auellanæ reperiantur. Verùm in hac difficultate notandum eſt, quòd ſopor co nti-

E continuus à fine autumni in ver vsquè eos non inuadit, sed tantùm interpolatus, vt viri fide digni hos cicures domi nutrientes diligenter obseruarunt. In capiendis autem his animantibus, agricolæ, ex Gesnero, hoc vtuntur artificio. Iuxta cognitas horum animantium latebras longos palos defigunt, qui niuium tempore determinatas indicant cryptas, defossa igitur terra, tunc amplæ cellæ cum muribus, & copiosis auellanis inueniuntur.

DE MVRE ARANEO

Cap. XXXIII.

F

SYNONIMA, EORVMQVE Etymum.

VIri solida eruditione præditi hoc animal murem ob similitudinem, & araneum, quia edita petat instar aranei, appellarunt. Sipontinus latinam huius animantis etymologiam explicaturus literis mandauit propter figuram murem, & ob agilitatem araneum nuncupari, cum super tensum filum, vel gladij aciem impunè ambulare possit. Gesnerus autem putat araneum à venefica facultate cognominatum fuisse, quemadmodum araneus piscis ille nominatur, qui spinis venenatis est refertus. Vegetius hanc muris speciem murem cęcum interpretatur, cum tamen Albertus, & Hesychius murem cæcum talpam solummodo nominent, ideoquè Aegyptij putantes tenebras luce esse antiquiores, hoc muris genus venerabantur, & teste Herodoto inuenta horum murium cadauera, in *Batti* ciuitatem summo honore deferebant. Hic mus Græcis *μυγάλη* dicitur, quamuis Hermolao teste, alicubi apud Dioscoridem *μύγαλη* legatur, Nicander, metri gratia, *μυγαλίη* prima syllaba producta pronunciauit. Verumtamen vt plurimũ tribus tantũ syllabis omnes auctores *μυγάλην* proferunt. Rodulphus in Commentarijs Leuitici mygalen vocari quasi murem gulosum perperam existimat. Quandoquidem mygale nuncupatur cum in figura, muri, & in colore, mustelæ similis esse perhibeatur. In sacris litteris reperitur hæc vox Haanaka, quam viri non vulgariter eruditi in Commentarijs variè vertunt. Alij reptile volans, alij hirundinem, alij echinum, alij fibrum transferunt. Septuaginta, & D. Hieronymus mygalem, idest murem araneum exponunt. Italis hodie dicitur topo ragno, Hispanis Murganho, Gallis Muserain, vel Muzeraigne, qua voce vti solent Rheti, qui Italicè loquuntur, Sabaudis Muset, vel Musette, Burgũdis Sery, Anglis Shreuu, vel Shreuue, Heluetijs Mutzet, quasi mus araneus; alioquin ab acuta rostri figura, Spitzmurz Germanis nominatur.

G

H

FORMA, ET DESCRIPTIO.

ARaneum murem mustela multò minorem, colore ad cinereum declinante, & dentibus tenuibus Aetius prædicat; breuem, & gracilem caudam Albertus, rostrum verò longum, & acutum Matthiolus ei attribuunt. Quamuis autem mus paruus, & exilis sit, oculos tamen, in comparatione ad totum corpus, ita pusillos habet, vt Plinius hoc animal obtusa oculorum acie præditum crediderit. Quocirca non est mirum si Nicander *μυγάλην τυφλὴν*, & Vegetius murem cęcum appellauerint. Propterea Gesnerus hunc colore partim fusco, partim rufo refertum cum albo ventre describit, & pedes posterio-

Magnitudo animalis qua.

lib. 3. c. 77.

c. 11. Leuit.

poſteriores poſtremæ corporis parti adhærentes obſeruat, cum longitudine caudæ duorum digitorum, & deniquè cum ocellis nigris, & minimis. Hæc beſtiola ab agricola quodam ſtipulam frumenti demetente, comprehenſa, & nobis allata longitudinis erat quinquè digitorum, & duorum latitudinis, colore dorſi ex cinereo fuſco, ventre ſubalbido, roſtro ferè porcino, more felium, pilis referto, oculis valdè exiguis, pedibus in quinquè digitos diuiſis, caudaquè in comparatione ad alios mures duplo minori. Præterea dentes huius animantis non ſolum ſunt minimi ſed etiam, & figura, & ſitu, tũ ab aliorum quadrupedum, tum etiam murium dentibus diſcrepant. Itaut, ſecundum Matthiolum, horum duplex ordo ſingulam maxillam exornet. Quod Geſnerus admiratur, niſi quoad ſitum molares multò interiores, quàm inciſorios eſſe voluerit. Quoad figuram, Natura in his formandis, murium, & ſerpentum dentes in vnum quodammodo compoſuiſſe videtur. Dentes igitur, quos in illo mure conſpeximus, anteriores in vtraquè mandibula duo erant exerti, inter maxillares nullus loeus extabat vacuus, ſed omnes continuati maxilla vnicum tantum habebat punctum longiuſculum, ſecundus omnium minimus tria habebat puncta, adeò exigua, vt viſum ferè effugerent. Subſequebantur maxillares quatuor, quorum priores tres maiores in tria diuidebantur puncta, quarti vero punctum adeo perexiguum erat, vt nonniſi difficultate videretur, quatuor tamen aſperitatibus aliquantulum eminentibus inſigniebatur. In oris parte inferiori, præter quatuor dictos, exteri ſunt ſine vllo ſpatio continuati. Quocirca omnes numerum vigeſimum quartum explebant. Verùm vt totum legentibus patefiat iconem mandibularum, vnà eum figura huius muris apponere non piguit.

in comm. ad Dioſc. lib. 2.

A

B

MYGALE, SEV MVS ARANEVS CVM CARDVO ALTILI.

1 Maxilla ſuperior.

2 Mandibula inferior.

3 Muris domeſtici maxilla ſuperior.

4 Maxilla inferior.



NATV-

NATVRA, LOCVS, CIBVS.

HOc animal, in regionibus calidis, hominibus, & iumentis plerumquè noxiũ, & pestiferum esse solet. Quod secus esse in regionibus frigidis Autores obseruarunt. Quamobrem Matthiolus in Tridentino agro, hos mures veneno carere affirmauit; quod fortasse Cœli temperamento attribuendum esse opinatus est; cum scorpiones etiam illius regionis veneno careant. Præterea, vt Nicander in Theriacis scripsit, hoc murium genus ab orbitis plaustrorum maximoperè abhorret; quandoquidem in illis plerumquè perire soleat. Hinc Hermolaus colligit orbitarum puluerem, vt inferius dicemus, aduersus huius animantis morsum valere. Matthiolus viciſim hoc poeticum, & fabulosum esse arbitratur. Insuper mures araneï ad alios mures comparati non solùm acutissimam habent vocem, sed etiam in motu segnes, & tardi sunt, fortè propter hebetudinem visus. Ideoquè, teste Gesnero, sæpissimè occiduntur in stabulis, in quibus hyeme libentissimè versantur. Aestate verò hortos, & loca fimo bubulo repleta frequentant. Plinius mures araneos vlli Apicinum non haberi attestatur. Nostro tamen æuo, annotante Matthiolo; in vniuersa Italia, & præcipuè in Tridentino solo, deinde etiam in Germania, & ad mentem Textoris in Britannia vagantur. Herbarum radicibus vescuntur; sed carduos præcipuè esculentos, magno agricolarum detrimento, deuorant. Gesnerus tamen audiuit illos etiam vesci cadaueribus; ideo nulla tenetur admiratione, si hoc animal veneno scateat, cum putrida materia nutriatur.

Vox animãtis qualis.

lib. 8. c. 58.

VENENVM, ET MEDELA.

NOn est in dubium reuocandum morsum muris araneï venenatam qualitatẽ participare, tum quia iumenta ab illis demorsa id declarant, tum quia si a felibus occidantur, instinctu naturali fideles abhorrũ esu, tanquam animalia venenata abstinent. Præterea morsus huius animalis prægnantis, animali pariter prægnanti inflicto mortem affert detrimento. Antequã igitur ad huius veneni alexipharmaca accedamus, necesse erit signa diagnostica ab Auicenna, Paulo Aegineta, & Aetio assignata referre. Primitus ex Auicenna partes demorsæ inflammatione corripiuntur, & patiens procumbuent, immò Patiens vrinæ difficultate vexatur. Deinde testes potius, quam alias partes ab hoc animali demorderi solent. Hæc ergo signa a Paulo Aegineta recitantur. Aetius tradit signa huius morsus esse manifestissima, siquidem vulnera quadrifido dentium ordine conspiciuntur. Præterquam quod sanguis a vulnere primò purus, deinde sanioſus dimanat. Quoad curationem, Aetius prima facie vulnus posca calida diligenter ablui, deinde calculo vitla scarificata venenum extrahi iubet. Sin locus non sit exulceratus, tunc pyretrum, allia trita, aut sinapim imponit, & magnas etiam antidotos præscribit. Quintus Serenus, ex Priscorum mente, puluerem orbitarum commendat hunc in modum.

Signa diagnostica.

Vulneris curatio.

Sin autem muris nocuit violentia caci,
Qui sola signauit volumina plaustris,
Illine, mira dabit [illegible] pulueris [illegible]

Præterea Aggregatoris lepotis coagulum, cum aceto plagæ imponit, & fimum caninum Hierocles in Hippiatricis commendat. At Paulus Aegineta coagulum agninum in vino cum aristolochia, & myrrha datum efficax præsidium esse testatur. Plinius cinerem vngulæ arietinæ, & acetum scorpionum ictibus, & morsibus muris araneï mederi autumat. Græci autem medici vt Dioscorides, & Actuarius acetum cum puluere muris araneï combusti, aut cum galbano, vel cum farina hordei exhibent. Amplius multæ ab auctoribus enumerantur plantæ, quarum folia, fructus, semina, & radices in exterminãdo hoc veneno commendantur. Nam serpillum, & sisymbrium cum vino, Chrysogoni

folia

folia cum aceto, abrotoni decoctionem, & cyclaminum cum oxymellite Dioscorides, & Auicenn.. præscribunt. Alij vt Aetius, & Aegineta radicem Gentianæ cum vino, radicem chamæleonis, salsuium, erucam, verbenacam, & folia huri adhibent. Tandem ab alijs brassicæ semen, & folia, absynthium, malus, althea, necnon trifolium bituminosum proponuntur. Inter fructus malâ punica decocta, ex Ruellio, erunt vsui, & ex Dioscoride Caprifici fructus cum eruo, cumino, & vino non erunt contemnendi. Postremò multa animantia, ex Alberto, & præcipuè mali, & equi, ob araneï muris venenum, pereunt. Quoniam Sipontinus tradit, ti herbas, in quibus mus araneus emiserit virus, depascantur, iumenta, & potissimum equas prægnantes exanimari. Hierocles igitur primò huius veneni signa, deinde præsidia affert. Partes ergo iumentorum demorsæ rumore duro cinguntur, animalia gemunt, pabulum respuunt, & lacrymantur. Quocirca Gith tritum in vino per nares infundit, & sumo canino membrum saucium diligenter linit. Alij semen apij cum vino, & oleo coctum imponunt, & tumentes partes, ad euocandum virus scalpello incidunt. Insuper qui communem curam medendi iumentis morsis à serpentibus, scorpijs, phalangijs, & muribus araneis scire cupit, petat Vegetium, qui omnia huius generis præsidia diligenter examinat. Normanni in Gallia hunc murem valdè venenatum esse existimant; propterea quòd si equum, vel bouem cubantem transilierit, magnum inde nocumentum circa lumbos animal reportare opinantur; nec curari posse hoc animal putant, nisi iterum mus araneus per adversum latus; vel sponte, vel coactus transiliat. Quæ omnia valdè superstitiosa esse iudicamus.

in Hippiat.

lib. 3. ca. 77.

A

B

CAPIENDI RATIO, & vsus.

ORnithologus refert corneicem occisam tamdiù seruandam esse, donec putreat, illiusque cadauer in loco à muribus araneis frequentato collocandum esse, nam mures illius tractus, ad escam consumendam accurrent, & facilè capientur. Etenim caro huius muris proprio morsui impositæ venenum ad se trahens patientem liberat. Plinius absciſſam caudam, demisso mure, in cinerem redigit, quo demorsis à cane rabido medetur. Cinerem verò totius muris combusti Marcellus cum adipe anserino ad condylomata sananda miscet, & Plinius ad furunculos commendat. Lucianus tandem in versibus trimetris iambicis pro remedio podagræ hoc animal prædicat ratione.

C

Vsus in medicina.

Alij rubetas, quæ vocantur araneæ:
Mures, lacertas, atque mustelas coquunt:

In Hippiatricis legitur quòd terra à mure araneo effossa equorum morbis medetur. Demùm Vegetius ad præseruanda animalia ab horum murium morsibus, murem araneum viuum creta circumlinit, atque ipsum exiccatum de collo animalis vtiliter suspendit.

D

D E

DE MVRE ALPINO, siue MARMOTA.

Cap. XXXIV.

SYNONIMA DESCRIPTIO.

MOntanus, siue alpinus mus à loco, in quo crescit, & versatur cognomẽ desumpsit. Quamuis autem alia murium genera quandoq; montes incolant, tamen hoc genus, ex Gesneri, & aliorum obseruatione in excelsis tantùm iugis alpium versatur. Huncideo *Murmont*, vel *Marmont* vulgò vocant. Hermolaus tamen Marmotam scribit. Aliqui marmontanam, Rheti Italice loquentes montanellam, alij tandem varozam indigitant. Nonnulli Græci, ob similitudinem, quam cum mure, & vrso gerit, ἀρκτομῦν cognominãt. Germani præsertim Heluetij, vt notat Gesnerus, corrupto muris montani nomine, murmelthier dicunt, alij murmentle, alij demum, ficto nomine, mistbellerle, ob tinnulam huius animantis vocẽ, qua caniculas sic propriè nuncupatas superat, neque dicendum est armellinos vulgò dictos ad hoc murium genus referendos esse cum illos mures alpinos Grapaldus appellauerit; quandoquidem inter mustelas illos collocauimus'. Brasauolus etiam taxum in muriũ alpinorũ genere ferè reponit. Empetra quoq; apud Albertum in muriũ montanorũ numero reponenda videtur, cũ tamen nostra ætate quid sit ignoretur, quoad formã huius muris, Hermolaus scribit murem alpinum ad magnitudinem cuniculi accedere, sed esse humidiorem lato dorso, & pilis durioribus coloris, ut plurimum rufi aliquãdo obscurioris, & oculis prominentibus præditum esse. Verùm Matthiolus rectius hanc bestiolam describit dicens. quòd capite leporem refert, magnitudine cuniculum æquat, auresq; tam breues habet, vt vix supra pilos emineant, vario oblongoq; pilo instar taxi vestitur. Caudã breuẽ, & pedes vnguibus acutis armãtos habet, quibus altè terram effodit. Hyeme adeò pinguescit, vt interdum monstruosè intumescat. Addunt nonnulli dentes anteriores huius muris esse leporinos, etsi forcipibus secentur, vna tantũm nocte renasci.

in Com. ad Dioscor. li. 2 cap. 43.

MVS ALPINVS, SIVE MARMOTA.

NATVRA, ET MORES.

HVic animanti natura dedit murium ira grauem ingenerauit, vt ex Stūpfio, æstate vix possit perferri. Præterea vocem habet acutissimam, qua audita alpium incolæ vel aeris mutationem prænunciant, vel aliquid aduersi huic bestiæ accidisse referunt. Deinde appropinquante bruma (auctore Agricola) fœnū, & paleas in canum vehunt: Etenim vnus eorum stratus fœnoquè onustus, more plaustri, ab alijs mordicus per caudā in cryptam trahitur. Hanc miro artificio parant, retulit enim quidam Rhetus fide dignus Gesnero, quòd huiusmodi bestiæ duo foramina in vnoquoquè latibulo parant, per quæ in vnum locum tendunt, & iuxta vnum excrementa deponunt, & per aliud in cryptam ingrediuntur. Quare aduentante frigore primò meatum ingressus claudunt, & paulò post bruma magis premente, aliud etiam adeò diligenter obturant, vt facilius sit terram immotam eruere, quàm foraminibus infarctam bipalio penetrare. Solent autem ad finem Septembris se condere; cum alpinæ regiones circa diem festum D. Michaelis niue tegantur. Hæ bestiæ instar herinacei conglobatæ, quinque, vel septem, vel nouem, vel paulo plures, vt plurimum in numero impari super stramine dormientes vsquè ad vernum tempus in eadem latebra stabulantur. Hinc ortum est prouerbium ab alpinis gentibus in homines somniculosos pronunciatum. *Tempus instar muris alpini consumere.* Quando postea à cauernis ad lusus, ad pastum, ad congerendum fœnum egrediuntur, vnus illorum tanquàm cryptæ custos iuxta aditum in sublimi specula omnia explorat, & si hominem, vel pecudem, vel Ferā viderit, illicò acutissima voce clamat, vade reliqui omnes, hac audita, ad latibulum concurrunt, omniumquè postremus speculator ingreditur. Pluuio cœlo non egrediuntur, sed tantùm aere sereno colludunt, immurmurant, aut instar canicularum latrant, vt animaduertit Stūpfius, qui biennio huius generis murem domi aluit. Denique mures alpini in ædibus alti, feritate deposita, facilè mitescunt. Sed, ritu murium, vtensilibus infigne afferunt detrimentum, cum omnia rodendo destruant. Verùm quidem est, quòd aliquod specimen ingenij præferunt, in aliquem domus angulum se recipientes vt vesicæ, & alui onus deponant. Hyeme pendente, etiamsi domi alantur, in aliquo ædium recessu cubantes, frigore perdurante, dormiunt. Gesnerus quem domi nutriebat circa finē autumni in vase ligneo stramento sempleno, & operculato ob aeris frigidi iniuriā collocauit, sed post aliquos dies mortuum inuenit, & causam interitus occlusam respirationem fuisse putauit. Ideo mirandi est quomodo in cryptis diligenter obturatis totum hyemis spatium transigant, nihil latebræ amplitudini attribuere velimus. Tandem cicures ludunt, & ad mentem Stumpfij dentibus pediculos hominis instar simiæ captant. Bipedes graduntur, & Vrsi modò anterioribus pedibus veluti manibus cibumori ministrant.

Hyeme quomodo cedant tur.

Seruandi animalis modus.

VOX, LOCVS, CIBVS, & capiendi ratio.

LEX superius enarratis colligendum est mures alpinos leuem ob causam metu consternari; ideoquè perterrefacti acutissimè vociferantur. Quandò verò ad Solem extra latibulum colludunt, tanquàm catelli obmurmurant, si verò accidit, vt ingentes irarum motus concipiant, tunc instar sibilantis fistulæ, ita argutam edunt vocem, vt audientium aures lædant. Locum natalem nomen animalis indicat. Propterea Matthiolus in Annanienſibus Tridentini Soli montibus frequentissimos vagari tradit. Pariter Gesnerus prodit in frigidissimis, & niuosis Germaniæ partibus hos animantes versari. Quocirca non erit verisimile in calidis oris reperiri; licet Nuperi quidam partes aliquas Aegypti ab his muribus incoli scribant. Vescuntur non solum fructibus, sed etiam diuersis alijs

rebus

E rebus,& præsertim quando cicurati in priuatis ædibus degunt. Tunc enim edunt panem,carnes,pisces,pulmentum,caseum,& quicquid illis obijcitur. Cæterùm inter alia cibaria lacte potissimùm delectantur;ideoquè in bubulcorum casis,in quibus lac seruatur,interdum in furto deprehenduntur. Siquidem oris suctu, porcellorum more,talem edunt sonitum, vt semetipsos prodant. Præter hæc,laqueis & alijs machinis ad cauernarum aditus appositis irretiuntur. Qui verò pro cibo hos mures coercent, tempus opportunum,brumale solstitium esse affirmant, quia tunc pinguissimi in latebris reperiuntur. Venatores igitur æstiuo tempore,iuxta obseruatos eorum cuniculos perticas adeò longas defigunt,vt niuoso tempore eminentes locum destinatum indicēt. Etenim circa festa Natalitia D.N.solo detecto, & terra effosa dormientes deprehenduntur, & quò libuerit,asportantur,non enim facilè expergiscuntur, nisi calor Solis,ignis, vel hypocausti eos resoluerit. *Hi animantes sunt omnium.*

VSVS IN CIBIS, & Medicina.

F

Tumpfius narrat, quod alpium Incolæ circa initium hyemis hos mures dormientes,& valdè pingues à cauernis auferunt,& cultro iugulant, sanguinemquè vase excipiunt;deinde murem in aqua feruenti tanquam suē depilant;donec caro glabra,& alba fiat. Insuper exenterato sanguinem infundunt, & hoc modo paratum assant, vel in iure nigro condiunt. Quandoquè ipsos sale insperfos insumant,postmodum cum rapis, & brassicis coquunt,& hunc cibum puerperis etiam concedunt. Quarè non possumus non mirari quomodo puerperas his carnibus etiam alant,cum difficiles sint concoctu, consequenterquè ventriculo laborem inferant,& corpus uniuersum excalefaciant. Præterquāquòd ita grauem odorem spirant,vt quibusdam sint nauseæ. Verùm quidem est,quòd si huiusmodi carnes muria asseruentur,omnem odoris grauitatem deponunt. In medicina verò hoc animal non est infrugiferum,quandoquidem eius caro in vteri vitijs, & ventris torsionibus cōmendatur. Ventriculus huius animalis colica laborantibus vtiliter imponitur. Pinguedo quoquè (annotāte Matthiolo) à medicis expetitur,cum neruos contractos emolliat,& illita vmbelico somnum conciliet. Immò in articulari morbo,in lithiasi, & pleuritide alijs non cedit medicamentis. Quamobrem Vuecherius in prædictis affectibus vnguentum pretiosum adipem muris alpini recipiens præscribit. Deniquè ex hoc Veterinarij in cutandis equorum vlceribus non modicam frugem demetunt. *Puerperis conceditur.* *lib.2.ca.43.* *lib.2.antid. spec.*

G

DE MVRE AQVATILI. Cap. XXXV.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA, & Descriptio.

H

Bellonius scriptis mandauit murem aquaticum ab Antiquis non fuisse memoratum,vel quia supet fluum esse arbitrati fuerint, hoc animalis genus inter aquatilia recensere,cum in vtraquè sede degat,vel quia nullum cō modum ex illo pro humano genere haurire possent, licèt Aristoteles in libro Mirabilium huius meminerit. Plinius quidem muris aquatici, & marini meminit,sed per hos animantes, testudines intellexit. De quibus fortè agens Olaus Magnus tradidit hos mures, scrobe in terra facta, oua parere, deinde transacto trigesimo die, aperta fouea, ad aquam fœtum perducere. At de his in tractatu quadrupedum polydactilorum ouiparorum verba fient. Murem igitur aquaticum *lib.21*

Itali aliquibus in locis ſorgo, Morgange nempe murem mergum vocant, Galli Rat A
lib. 1. Aqu. D'Iau, Germani Vuaſſermuſz, Angli Vuaterratte. Quoad formam Bellonius hunc mu rem valdè ſimilem muri domeſtico deſcribit, ſed fœminæ tres meatus nimirùm pro fę cibus, pro vrina, & pro fętu aſſignat; poſtmodũ ad genuinam huius muris figuram repre ſentandam, muris domeſtici maioris iconẽ exhibet; qua de cauſa in hoc à Geſnero dam natur. Cæterùm inter Nuperos, clariſs. vir Carolus Cluſius verum murem aquaticum
in Auct. Exotic. delineat, atquè deſcribit. Nam ab exuuijs huius beſtiolæ tomento infarctis refert ma gnitudine ad talpam, & longitudine ad ſeptem vncias accedere, denſis, & mollibus vil lis tegi, coloris fuſci præter ventrẽ, qui pilis ex albo cinereis veſtitur. Caput in cõpara tione ad reliquum corpus paruum, & pars ſuperior roſtri prominula eſt; ideoquè creden dum more Suis, vel talpæ terram eruere. Oris hiatus non eſt magnus. Superiorem maxillam binis dentibus magnis latis, & firmis armatam habet. Totidem ſunt inferio res, ſed minores, & obtuſi. Oculi valdè exigui, & vix conſpicui. Rictus latera longis vil lis cinerei coloris obſita. Cauda octo vncias longa valdè craſſa, tota autẽ rariſſimis bre uibuſquè pilis tecta cum oſſeo quodam neruo mediam ſecundùm longitudinem ſecãte. B
Pes vterquè anterior in quinquè digitos diuiſus, & acutis vnguibus munitus eſt. Poſte riores pedes paulò ſunt longiores, & magis plani, conſequenterquè digiti etiam, maio res membrana quadam connexi, vt in genere Palmipedum conſpicitur, quam membra nam ad commodum natandi hæc animantia à natura proculdubio ſortiuntur. Ideó hic mus exiguum Fibrum imitabitur. Fuerunt autem nonnulli, qui (referente Cluſio in Curis poſterioribus) ſcripſerunt pellem huius muris nonnihil grati odoris ſpirare. Ve rùm pellis illius muris quem Cluſius pertractauit, nullum prorſus odorem emittebat.

MVS AQVATILIS CLVS.

LOCVS

E

LOCVS CIBVS.

AD Nilum, & apud Strimonem, Bellonio auctore, mures aquatici frequentissimi sunt, vbi serenis noctibus vagantur, sed leui audito strepitu, rursus in aquam se præcipitant. Gesnerus intellexit hunc murem non in magnis amnibus, neque in profundis aquis, sed tãtummodo in paruulis riuis versari. Aristoteles in Mirabilibus scribit fontem esse in Colusis Arcadiæ, in quo mures domesticis valdè similes nascuntur, & natant. Verùm cum Theopompo debemus legere (Lusis non autem Colusis) quoniam Lusi Vrbs est Arcadiæ, teste Stephano, vbi fons ille scaturiebat, in quo Melampus Preti filias lauans ab insania liberauit. Quoad cibum, mus hic ex Bellonio, plantas aquaticas depascitur, & à cõsueto loco recedens fruges etiam edit, quibus cæteri mures vescuntur. Solent insuper mures aquatici, instar lutræ piscibus insidiari, quamobrem Carolus Stephanus agens de piscinis, monet diligenter eurandum esse, ne à lutris, & muribus aquaticis infestentur. Siquidẽ ambo hæc animalia in Lotharingia magis, quàm in vera Gallia frequentissimi reperiuntur: vbi si in aquas se mergant ad venatum piscium per aliam postea partem in terram redeunt, quoniam ex eodem Carolo Stephano nonnulli has bestias submersas expectantes nusquam rursus emergere conspicati sunt.

lib. 1. Aqu.

loco cit.

F

lib. 4. Agric.

VSVS.

INtellexit Gesnetus, quod tamen verum esse affirmare non audet, quosdã in nonnullis Galliæ locis muribus etiam aquaticis in cibis vti. Plutarchus quidem scribit quòd Magi Zoroastrem sectantes colunt echinum terrestrem, & mures aquaticos odio habent; idcirco quò quis plures occiderit, & proiecerit, eò carior Deo esse perhibetur. Addit insuper in Commentario de Iside iuxta Magorum mentem, quædam animalia, vt canes gallinas, & echinos terrestres boni esse Dæmonis, mures autem aquaticos mali Dæmonis reputari. An verò intelligant mures aquaticos, de quibus in præsentia sermo habetur, dubitandum est, quandoquidem testudines aquaticæ, apud aliquos auctores sub nomine murium aquatilium circumferuntur.

in Sympos. 4. quæs. vlt.

G

DE TALPA.
Cap. XXXVI.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA, Etymum.

H

QVoniam Albertus, Lonicerus, & alij auctores non proletarij talpam inter murium genera recensuerunt; licèt Gesnerus in talpa nullam muris similitudinem, præter corporis molem obseruet. Nos post murium historiã talpæ naturam pondetandam proponimus. Hæc in primis æquiuocationem patitur. Siquidẽ apud Ferantem Imperatũ diligentissimũ, & eruditissimũ pharmacopeũ, talpa est illud insecti genus, more talpę quadrupedis terrã effodiens à nostris agricolis *Zuccara* dictũ, quoniã cucurbitis, quas zuccas vocant, insigne detrimentũ afferat. Nos hoc animal vermẽ cucurbitariũ in historia insectorũ appellauimus. Talpa quoq; in scholis medicorũ tumor est præter naturã, vel absessus sub cute valde depressus, & serpẽdo cuniculos instar talpę animalis efficiẽs. Nostræ etiã mulieres Bononiẽses hũc affectũ pueris valdè familiarẽ topinarã vocãt, quo nomine ad denotandã talpã animal

lib. 28. nat. hist.

lib. 5.

vtuntur. In Græcis literis talpa dicitur σπάλαξ, & ambiguitate labotat, quandoquidem à Theophraſto quædam planta nominatur ſpalax, & a Gaza aſpalax redditur, habens radices grandes craſſas, & carnoſas. Verumtamen cum neque Theophraſtus alibi, neque alius auctor huius plantæ meminerit, Geſnerus opinatur pro aſpalace herbam aſtragalum intelligere voluiſſe. Hæc enim craſſos, & carnoſos aliquot nodos in radicibus profert. Talpæ etymum ſi conſideremus, apud aliquos dicitur quaſi talis palus, cum inſtar pali terræ adhæreat, vel potius talpa, quaſi tapta a verbo græco θαπτω inhumo, cum aſſidua terræ foſſione ſemetipſam inhumare videatur, ſed rectiùs talpa quaſi typha à τυφλὸς cæcus. Albertus talpam murem terrenum, vel cæcum vocitat, quamuis hoc nomen muri etiam araneo competat. Apud Græcos σπαλαξ, & ἀσπάλαξ maſculini generis talpa nuncupatur, παρὰ τὸ σπᾶν, teſte Etymologo, quoniam terram vnguibus aſſiduè vellicet, & perforet. Scribitur etiam ασφάλαξ, ſed Atticè, vt voluit Varinus. Σκάλοψ pro σπάλαξ à Nicocle provocabulo Attico profertur. Σιφνὸς etiam talpam denotat, quoniam Varinus σίφων terram, & σιφνεῖν euacuare interpretatur: ideoquè talpa cum ſit ſubterraneum animal terram fodiendo euacuat. Volaterranus, & alij nuperi auctores talpam Græcè blactam exponunt, ἀπὸ τοῦ βλάπτειν, ideſt à nocendo; ſed blatiam ſcribere debebant, quæ vox latina, & non græca eſt, Inſecti genus, & non talpam ſignificans. Albertus talpam, græcè Colty, vel, vt alibi legitur Koky nominat; quam vocem Geſnerus arbitratur Perſicam, & ab Auicenna deſumptam fuiſſe. Iſidorus tradit talpam à Græcis Afflatam vocari, ſed perperam. Debebat enim Aſpalacam legere. Etenim apud Syluaticum Aſpalis pro Aſpalax exprimitur. Hic Auctor alia etiam nomina barbara prodit, quæ ſunt Irliocha, Orthoponticus, Irbea, Lagoceros, & omnia talpæ attribuit. Apud Italos hoc animal nomen latinum retinuit, quamuis Bononiæ topinara vulgò dicatur. Hiſpanicè Topo, qua voce Itali ad murem ſignificandum vtuntur. Gallicè Taulpe, Germanicè Muluuerf, vel vt Saxones ſcribunt (referente Geſnero) Moluuurffr, quia terram roſtro fodiens reijciat, Flandris, & Hollandis dicitur Mol, vel Molmuſz, Anglis Molle, & interdum Vuant, Illyrijs Krticze.

lib. 1. hiſt. plant. c. 11.

Nomina varia etiã barbara.

A B

FORMA, ET DESCRIPTIO. C

Exerc. 244

Caliger in Exercitationibus contra Cardanum ſcriptis mandauit talpam muri valde ſimilem non eſſe. Quandoquidem pedibus quodammodo vt finis ſit inſignita, totumquè corpus latius, & depreſſius, crura breuiſſima, & caput buſonino potius, quàm murino ſimile habeat. Albertus talpæ crura breuiſſima vngues acutos, & quinquè digitos in pedibus anterioribus, quatuorquè in poſterioribus aſſignat. Geſnerus verò poſteriores etiam pedes quinquè digitis refertos eſſe prædicat; ſed addit minimum digitum ità introrſum ſpectare, vt negligentius intuenti occultetur. Palma anteriorum pedum lata eſt, & manum refert. Collum inter crura anteriora breuiſſimum, & propè nullum, caudamquè breuem, & hirſutam habet. Roſtrum muſtelinum Heſychius illi aſſignat, & Georgius Agricola hanc beſtiam pilis breuibus mollibus, denſis, & in nigredine ſplendidis decorat. Hæc omnia in icone conſpicienda ſe ſe offerunt. D

1 MVS CAMPESTRIS, SIVE AGRARIVS.

2 TALPA.

H

ANATOMICA.

DE oculis, & visione talpæ, sententijs inter auctores variatur. Nam per anatomicam inspectionem duo nerui ad ipsas oculorum sedes à cerebro ducuntur, Nigrum, & Album oculi, nec non pupillæ rudimenta obseruantur. Quamuis exterius totum id, ob prætensam membranam, non appareat. His addamus clarissimorum virorum auctoritates. Galenus enim *lib. 4. de* oculis talpæ humorem vitreum, & crystallinum, nec non tunicam attribuebat, & alibi *vsu par.*

oculos

lib. 2. de fem. oculos talpæ propter imbecillitatem interiores esse existimabat. Aristoteles in historia animalium, cunctis animantibus viuiparis, excepta talpa, oculos assignat, sed postea addit hæc verba. *Verùm si quis prætensam membranam detrahat, locus oculorum appa-* lib. 1. c. ap. 9. *ret, & pars nigra eorumdem, situs denique, & descriptio eadem, quam legitimam cõspicui oculi obtinent.* Gesnerus testificatur talparum oculos se diligenter inspexisse, qui prominentes extra cutim veluti nigra puncta magnitudine seminis milij conspiciebantur. Immò vir quidam eruditus retulit Gesnero, se talpam grauidam disecuisse, & fœtus aliquot maiusculis capitibus cum ocellis comperisse. Ideoque ex prædictis hoc possumus elicere argumentum, vbi sunt instrumenta ibi etiam officia necessariò esse debent, & si in talpis est oculus, ibi etiam debet esse visus; quia natura nihil præter finem operatur. Ex altera parte alij negant talpam videre, primò quia sub terra nullus est aer, ergo nullus est visus, præterquamquòd olfactus pro visione suppletad lumbricos, aliasq; escas deprehendendas. Deinde Plinius, & Albertus neq; visionẽ, neq; oculos, sed tantùm ocu- lib. 18. lorum effigiem in talpis constituunt. In hac igitur dissoluẽda difficultate Bartholomeus cognomento Anglicus scribit, ex aliorum sententia membranam oculos talparum tegentem, ipsis pereuntibus, diuelli; ideoquè morientes oculos referant, quos viuentes clausos seruabant. Nos opinionem Scaligeri sequemur, qui visionem imbecillimam talpis attribuit, non vt sub terra videant, quia ipsorum oculi nihil lucidi in se habent, vt in felibus obseruatur, sed tantùm vt lumen euitent. Quamobrem hac tenui visione, Natura talpam fugere lucem edocuit. Si contemplemur dentes, hos non habet, vt cæteri mures, sed potius dentibus muris araneis similes, binis enim anteriùs coniunctis, & oblongis caret, sed instar canis, & mustelæ vtrinquè ad latera singulos eminentes habet. Pulmones eum multis fibris separatis nullo inter se communi principio cohærẽtibus vnà cum corde versus inferiorem ventrem siti sunt. Crura anteriora ex duobus constant ossibus, quæ in os humeri inseruntur. Sic enim bestia fortiùs fodit. Posteriora denique erura habent os, quod paulò infra genu in alia duo diuiditur, vt in sequenti figura lector potest conspicari.

NATVRA, ET MORES.

Exerc. 198. Caliger inter animantes imperfectos talpam collocabat, cum ex terra pluuijs madida, & putrescente, vt plurimùm generetur. Ampliùs nullum est animal sanguineum viuiparum, præter talpam, teste Cardano, quod sub terra perpetuò viuat. Nam ex Alberto, nec etiam per horæ spatium supra terram viuere potest. Cæterùm talpæ cauernulas subeuntes, si earũ orificia occludantur, identidem, ne fortè impediatur respiratio, reserant. Quapropter talpæ à Græcis γηωυχίδες appellantur; quoniam more cuniculorum fodiant. Mures etiam agrestes cauos sub terra parant, sed talpæ instinctu quodam naturali profundiores meatus, quàm prædicti mures elaborant. Ideò Martialis huic proprietati talparũ nixus de paruo prædio sibi donato eum amico iocabatur hunc in modum.

lib. 11. epig. 19. *Et talpa est mihi fossor, atquè arator.*

Propterea detrimentum nõ mediocre aruis, hortis, & pratis radices plantarum diuellendo afferunt. Hoc non fuit ignotum Virgilio, quando dixit.

lib 1. Georg. *Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.*

Reusnerus quoquè in Paradiso poetico hoc intactum non reliquit, dum sic locutus est.

Sub terris oculis captus sibi talpa cubile
Dum fodit, agricolis hispidus aure nocet.

Optima igitur de causa Baptista Mantuanus in Bucolicis sic canebat.

Eclog. 5. *Diua fauc agricolis, talpas occide malignas,*
Aggeribus pestem.

Præterea rerum naturalium scrutatores in talpis aliquem iræ motum obseruarunt, quoniam si earum dorsum baculo stimuletur, tunc resupinatæ pedibus, atquè rostro acriter se defendunt; licèt Reusnerus in Paradiso poetico hos versus scripserit.

Quid tibi cum magno commune est talpa leoneq;
Non cadit in turpes nobilis ira feras.

Denique

TALPAE SCELETON.

TALPAE PARTVS.

Denique talpa omnes quinque sensus participat. Verùm quidem est, quòd visionem habet valdè hebetem; vnde tanquàm cæca ab Oppiano ἀλαὸς cognominatur. Cardanus tamen, ratione finis, hebetudinem visus talpæ attribuit. Et enim quid iucundi sub terra perpetuò habitantes videre possunt? viciſſim cum hæ bestiæ parùm videant excellentiùs tamen audiunt; quare ex Plinio, si de illis aliquid proferatur, intelligere, & fugere dicuntur. Iure igitur merito talpæ auritæ, non propter longitudinem aurium, sed propter exquisitum auditum, auctore Agricola nuncupantur.

LOCVS,

A

LOCVS, CIBVS.

lib.8. c.28. ARistoteles in historia animalium scriptum reliquit, in Orchomeno agro territorij Bœotiæ innumeras talpas vagari, in Lebaica verò proxima regione nullas esse, neque aliunde eò illatas infodere. Cui sententiæ, & Plinius, & Textor adstipulantur. Sed viri eruditi id duritiæ Soli attribuunt. Alij verò antipathiæ, quæ inter talpas, & huiusmodi Solum intercedit. Vicissim in Thessalia humus his belluis est adeò familiaris, vt olim ibi oppidum (vt narrat Textor in officina) à talpis effossum, & erutum fuerit. Talpæ lumbricis, vt plurimũ vescuntur: propterea loca stercorata, & sterquilinijs proxima libẽter frequentant; etiamsi lumbrici, cum talpas imminentes senserint, ad terræ superficiem fugiant. Addit Auctor de natura rerum quòd Talpæ, præter lumbricos, omni vermium generi insidiantur; quibus deficientibus terram, instar Lupi, deuorant. Sed Albertus, & Anglicus rectiùs, vt opinamur, scribunt in defectu lumbricorum ab his bestiolis radices herbarum, & præcipuè frugum erodi. Cardanus tradit quòd talpæ, præter vermes rubetas viuas edunt, & vicissim ipsæ, tantùm mortuæ à rubetis eduntur. Hoc assertum proculdubio desumptum fuit ab Alberto Magno, qui fatetur se quondam obseruasse magnum bufonem viuum, quem talpa sub terra, pede mordicus apprehenso, retinebat.

Tom.2.

B

in Append. de rer. var. lib.22. de Animal.

CAPIENDI, ET FVGANDI RATIO.

VOniam talpæ ad nocendum satis oculatæ sunt, dum vnguibus hospitalẽ terram vellicando lacerant, & hærentes optimæ nutrici innocentes plantarum, & frugum radices, longè latequè factis cuniculis, indies subruunt; ad illas exterminandas, & fugandas accedendum est. Aduersus has animantes. Primò frequentes felium excubiæ proderunt. Siquidem, referente Gesnero, à felibus interimuntur, sed non eduntur. Immò satius esset mansuetas habere mustelas, quæ angustos talparum aditus penetrando illas iugularent. Augustinus Gallus in tractatu Agriculturæ, à rusticis bipalio, aut ligone rastroue armatis loca à talpis vexata diligenter obseruanda esse refert. Vbi ergò terram in tumulos exaltari cognouerint; statim sine multo strepitu, ne subterraneus hostis terga vertat, bipalio, alioue instrumento vnà eum terra cæcum vastatorem effodere debẽt, & contundere. Gesnerus intellexit mense Iunio in Germania talpas è latibulis suis aliquando egredi, quocirca hoc tempus ad talpas interimendas valdè opportunum esse statuebat. Multi, ex Plinio, talpas, & formicas amurca necant. Alij quasdam fabricant decipulas, quarum ferrei mucrones oblongi per transuersum in tabula lignea infixi sint, cum lapide pondero so ita instructo, vt cum talpa ad referandum cuniculum accedens paruum lignum illic positum attigerit; machina ruens ferreis dentibus bestiam perforet. Mizaldus in vase fictili talpam viuam cum puluere sulphuris accenso imponit, quæ voce quadam querula socias ad se conuocat. Verùm Augustinus Gallus in libro Agricolturæ sumit peluim æneum, & loco talpis obnoxio summa tenùs humo, aut paulò inferius totum infodit. Viuam talpam in eumdem dimittit; illa diuturnæ lucis impatientissima, eum ob liquorem vasis nulla ex parte possit euadere, tinnulo grunitu calamitatem conquerens finitimas talpas ad ferendam opem ex cauis penetralibus trahit, quæ conuenientes in lubricam decipulam incidunt. Quamuis Petrus Gyllius in Aelianum scripserit. Cum vas fictile ad instar prædicti peluis, singulari industria in scrobe ad coercendas talpas imposuisset, vnaquè in decipulam incidisset, alteram aduenientem, terram in vas aggerendo primæ ad exitum præstò fuisse. Ideò Gybertus Longolius ex Paxamo refert præsentissimum contra talpas remedium esse, vt veratrum albũ, & cortex cynocrambes contundantur, cribrentur cum polenta; & ouis ex vino, & lacte subigantur, omniaquè in plures offas coacta talparum cauernulis inserantur. Idem Lõgolius, ex Paxamo, ad fugandas talpas sumit nucem enucleatam, & vtrinquè perforatam. Nuclei loco, palcas cedriam, & sulphur imponit, quam accensam in aditu laxiore,

Cent.2.

C

D

lib.7. c.42.

ita

E ita aptat, vt acceptum forinsecus afflatum in latibula totus fumus diffundatur, vt repletis tetrò vapore cuniculis, talpæ alio profugiant. Alij mortuum asellum in meatum talpę imponunt, nam ob dimanantem inde fętorem talpa non solum fugiet, sed illuc nec repetet, donec fortè multò post tempore omnis teter odor euanuerit. Quidam, ex Gesnero terræ cumulos in pratis, & hortis à talpa excitatos dissoluunt, dum Luna descendens à Cancro ad Capricornum, aliquam Zodiaci faciem siccam occupauerit; Quando verò aliqui rustici sono falcis die Natalis Domini exacutæ talpas fugare conantur, hoc tanquam superstitiosum damnamus. Etenim satius erit cum Augustino Gallo aquâ per foramina talparum infundere, quoniam hæ humiditatis impatientes ad eminentiorem locum confugient, vel allia, porri, & cępæ in meatibus talparum inserantur. Illæ enim, a huiusmodi odore tanquam stupidæ confestim foras prosilient, vel, ex Carolo Stephano palma Christi, quam Botanici Ricinum vocant, in hortis seratur, talpæ enim ob antipathiam talem locum non effodient.

F

PROVERBIA.

PAuca à natura talparum desumpta per ora hominum circumferuntur adagia, cum hæc bellua nullam insigniorem proprietatem, quàm hebetudinem visus habeat. Ideò ab Hesychio σκαλαξία cæcitas, & σκαλάξις quidam equi fortè ob hebetem talpæ visionem appellantur. Recitatur ergo à Suida hoc adagium. Τυφλότερος ἀσκαλάκος. *Talpa cæcior.* De ijs proferri solet, qui supra modum cæcutiunt, seu de illis, qui minime iudicare sciunt. Gratior enim fit metaphora, quando hoc ad animum transfertur. Quamobrem talpæ vocantur illi homines, qui in altenis negocijs oculatissimi videri volūt; cum tamen in proprijs rebus peragendis tanquàm talpæ sint hebetes. Ideòque non videntes, quæ ante pedes sunt, rem profectò iocosam, & risu Catoniano dignam efficiunt. Ad rem pronunciari posset illud Scaligeri carmen.

Oculatior in tenebris, in lumine Talpa.

G Insuper Ammianus meminit alterius adagij. *Talpa loquax.* Homo enim nullius iudicij, sed tantùm impendio verbosus, populari conuitio talpa loquax nuncupari potest. Hoc primò prolatum fuit in Iulianum Capellam, posteaquam in publicum odium venerat. *lib. 17.*

PRÆSAGIA.

OBseruauit Antiquitas Talpas ardentius terram effodientes pluuiam præsagire, easdemque à latibulis obuiam egredientes morbos prænunciare. Quapropter Alexander ab Alexandro, ad Priscorum mentem, talparum extra in Haruspicijs veridica fuisse autumat, iraut in ipsis aliquid diuini inesse opinarentur, Cardanus quoquè in suo volumine de Insomnijs nugatur, dum per talpas à solo emergentes in quiete visas, negocia in deterius vergere diuinat. Sed posteà non sibi constat, dum alibi per talpas ad superficiem terræ venientes in somnijs conspectas rei alicuius exitum demonstrat. Quamobrem nęmo risum cohibere posset, dum hic vir de insomnijs tàm lepidè iocatur. *lib. 5, Gen. dier. c. 25.* H *lib. 1. c. 38.*

APOLOGI, ET FABVLÆ.

AVrentius Abstemius lepidus fabulator quondam asinum introduxit, quia cornibus careret, & simum ob caudæ defectum coram talpa conquerentes. Quibus talpa. Tacete, inquit, cum me oculis principalibus organis priuam conspiciatis. Apologus ad illos spectat, qui sua sorte nō sunt contenti. Hi enim, si aliorum infortunia contemplarentur, proculdubiò ex quiete animo sua tolerarent. Facemus in fabulis totum exprimit his versibus. *in lib. Mythol.*

Asinum

Aſinum querentem, quòd careret cornibus,
Et Simium quòd cauda honore, hoc arguit
Sermone talpa, qui poteſtis hanc meam
Miſeram intuentes cæcitatem hæc conqueri.

Præterea quidam olitor talpam proprium effodiens hortum, tandem interimendam iudicauit. Cui talpa dixit, Cur ſeruo tuo Foſſori, totiuſq; horti aratori non vis parcere? ſed ob illatum horto beneficium meritum illi machinaris. Tunc olitor, Ideò mortem mereris, quia tuæ commoditatis, & pabuli gratia in meo verſaris horto. Apologus docet, in omnibus rebus animum, & non opus agentis eſſe perpendendum. His addamus Phinei fabulam, qui Rex Arcadiæ, vel ſecundum alios Thracis, aut Paphlagoniæ eſſe ferebatur. Hic primo vxorem duxit Cleopatram, ex qua duos ſuſcepit filios, deinde ipſa defuncta, Ideam Dardani filiam illis nouercam ſuperinduxit, cuius poſtea ſuaſu filios ex Cleopatra acceptos excæcauit. Quapropter, & ipſe à Dijs excæcatus, & in talpam transfiguratus fuiſſe perhibetur, cum prius Harpiæ cibos, & menſam eius turpiſſimè fœdaſſent. Huius metamorphoſis meminit Oppianus Interprete Bodino hunc in modum. B

li. 3. de ven.

Terrigenas talpas muſarum cantus abhorret,
Quas natura parens ima tellure creauit,
Quamquam incredibilis peruaſit fama minores
Talpas aſſeruiſſe ſuum genus atq; parentes
Nobilium claro Cretos à ſanguine Regum;
Contigit hoc ſœnam magni Phaëtontis ob iram.
Phineo Regi, &c.

MORALIA.

TAlpæ, vt ſtatuunt Phyſiologi aut parùm, aut nihil ſupra terram morantur, quoniam lucem Solarem odio habentes ad penitiora terræ viſcera confugiunt. Huius conditionis ſunt peccantes, qui lumine gratiæ, & veritatis carentes Solem Iuſtitiæ Chriſtum abominantur, vel terrenis voluptatum delicijs excæcati, à fulgore cœleſtis contemplationis auertunt. Vel Criminoſi in hoc vitæ curriculo tanquàm talpæ oculos tenebricoſo luxus velamine tectos habent; & ſi in talpis, vt inquit Anglicus morte accedente membrana oculis prætenſa diſrumpitur. Pari ratione peccantes intercunt es, detracto deliciarum mundanarum velamento, tunc id conſpicantur. Quod viuentes nunquàm ſunt contemplati. Id expreſſum habemus apud Lucam de Diuite, qui tormentis vexatus vidit Lazarum in ſinu Abrahæ morantem. Quamuis etiam peccantes in hac vita, mundi calamitates, fortunæ iniquitates, & vim malorum libenter ferentes hoc velamen auferre poſſint; vt habetur in ſacris litteris de Antiocho, qui plaga percuſſus in agnitionem ſui à Domino ductus fuit. Iuxta illud Iſaiæ, *Vexatio dabit intellectum*. Rectiùs autem lucris, & opibus aſſiduè inhiantes talpæ poterunt nuncupari: hæ roſtrum ſuillum habentes ſemper terrã fodiũt illi inſtar ſuis circa diuitiarum ſtercora perpetuò morantes, tandem ad tenebricoſa vſq; Orci domicilia peruenirent. Talpa enim pratum effodiens ab Agricola irretita per caudam ſuſpendi ſolet, donec pereat. Ità qui ad congerendas opes animum accẽſum adiunxerunt; à Deo ne poſtea per caudam, ideſt per ſpem longæ vitæ in ſuis diuitijs detinentur, donec fame percuntes æterna damnatione puniantur. Cæterùm inter peccantes nemo hoc talpæ nomen rectius ſibi aſciſcere videtur, quàm Hæreticus, qui oculis fidei obſcuro erroris velamento tectis, nil prorſus intuetur. Denique Hippocritæ ab hac allegoria non ſunt arcendi. Siquidem quando ſcripſit Iſaias. *In die illa proijciet homo idola argenti, & auri quæ fecerat ſibi, vt adoraret talpas, & veſpertiliones*. Nicolaus de Lyra Sapientiæ, & ſanctitudinis ſimulatores moraliter interpretatur, nam Hypocritæ id exercere ſolent, vt ab hominibus iuſinitis honoribus cumulentur. Ideoquè hos per talpas, & veſpertiliones denotari hoc in loco atteſtatur. Ratione exquiſitiori autem, homines ſimplices talpis aſſimilari poſſunt. Etenim ſi talpæ viſione carent, & excellentiùs auciunt. Pariter homines ſimplices viſu ideſt ſpeculatione carentes diuina concionatorum

cap. 16.

lib. 2. Mach. cap. 9. cap. 28.

cap. 2.

E rum verba libentissimè audiunt, & intra meatus terræ instar talparum se condunt, dùm mortis, & Inferorum memoriam assiduè meditantur. Huius etiam conditionis sunt homines, quibus natura corporis formam negauit; nam hunc defectum animi pulchritudine supplere debent. Talpa demùm in Bœotia nata viuit, translata verò in proximas regiones perit. Homo pariter peregrè proficiscens nulla arte instructus ad talpam comparari potest, quandoquidem nullibi, quàm in proprio solo viuere poterit.

HIEROGLYPHICA, ET SIMVLACRA.

QVrus Apollo scriptis mandauit olim apud Aegyptios hominem cæcum per talpam denotari, & propterea Hesychius, referente Pierio, pro ignorātis, Hieroglyphico figuram talpæ ostentabat, cum hæc propriè ad cæcitatem mentis attineat. Quapropter Ripa ad exprimendum cæcitatis animi simulacrum effigiauit mulierem vestibus viridibus amictam lætissimos latissimi prati flores intuentem, & talpam secus pedes habentem. Talpa penès simulacrum rationc cæcitatis pingitur, & flores tanquam humanarum voluptatum symbolum adduntur, quæ mentem adeò solent obtenebrare, nè cœlestes diuini prati flores possit contemplari. Quare ad rem Lucretius canebat. *in 1. par. Iconolog.*

F

O miseras hominum mentes, & pectora cæca,
Qualibus in tenebras vitæ, quantisq; periclis
Degitur, hoc qui quodcunquè est. *lib. 2. de nat. rer.*

Camerarius quoquè ad rem, talpam suffodientem humum delineauit cum hoc titulo. CIRCVMFVSA TENEBRIS. Vt innueret hinc discendum esse, quàm cæca sit mortalitas, nisi cœlesti lumine illustretur. Subscribit igitur distichon huius tenoris. *In lib. Emb. 44.*

Hæc mortale genus cæca Talpa lumine captum,
Cœlesti donèo restituatur ope.

Hæc etiam ratione ductus Eucherius à talpa hæreticum hieroglyphicè significari asseuerabat, cum hic liquidæ veritatis lumen non discernat. Præterea nonnulli talpam proauditus hieroglyphico non iniuria sumendam esse tradiderunt; propterea quòd hæc leui audito strepitu ad penitiores telluris partes se recipiat. Fuerunt, qui per hoc animal, præsagium intelligerent, quoniam magi, & veteres diuinatores, deglutito talparū corde, statim vaticinantem animum adipiscerentur. Hinc fortè elicienda est ratio, propter quam imperita rerum vetustas vespertiliones, & talpas veneraretur.

G

VSVS IN MEDICINA.

VTum adiumenti ægrotantibus hoc animal afferre Medici Auctores produnt. In primis dens à Talpa viua euulsus dolores dentium sanari, si alligetur Magi (referente Plinio) affirmant. Cor talpæ spatio nouem dierum per os sumptum, teste Arnoldo patientem strumas, & broncho-celem, ideſt secundùm Barbaros herniam gutturis, & botium liberat. Plinius verò in prædictis affectionibus iecur talpæ contritum manus illinit, & per spatium tridui non ablui licèt dextrum etiam pedem talpæ strumis remedio esse affirmauerit. Alij ad mentem Plinij talpæ caput incisum, & cum terra à talpis eruta tusum pyxide stannea in pastillos digerunt, & in omnibus colli tumoribus fœliciter vtuntur, curantquè ne patiens carne suilla vescatur Porta autem in prædictis morbis talpam valere inde colligit, quoniam nullum propè collum habeat, iecur denique Auctore Lonicero, qui comederit, aut viuam talpā manu compresserit, eodem anno ipsum à febre securum fore credidit Antiquitas. Succedit sanguis, quo, vt scribunt Albertus, & Mizaldus loeus de pilis linitus in pristinum restituitur, Magi ex Plinio, tradunt Lymphaticos aspersione sanguinis talpæ resipiscere. Demū ad paronichias hunc sanguinem summoperè commendant. Adeps verò in coercenda capillorū auctione adhibetur, nā in tali casu Marinellus præscribit vnguēta, q̄ ex pinguedine talpę, & vespertilionis cōstāt Amplius pili & excremēta huius animalis ab vsu medico nō sunt arcēda. Quādoquidē Bellonius

H

Dens. *Cor.* *Iecur.* *lib. 6. Phyt. cap. 11.* *Sanguis.* *centur. 7.* *Pinguedo.*

pilos talpæ ad denigrandum capillos, & ſupercilia idoneos eſſe perhibet, & Arnoldus
lib. 3. de ſer. cap. 36. pilulas ex talpis cum melle ſubactas, nouem dies deuoratas patienti ſcrophulas, & bron A
chocelem præſtò eſſe aſſeuerat. Ad finem, tota talpa multas ad affectiones conducit. Siquidem Plinius talpam diſſectam morſibus muris aranei, & ictibus ſcorpionum, vtiliter imponit. Et Sextus eandem ſupra induratas glandulas alligat. Nugantur quidam, dum aſſerunt, ſi quis talpam manu dextra tandiu detineat, donec expiret, ſingularem in illa manu futuram facultatem in ſedandis mammarum muliebrium doloribus. Demum cinis totius combuſtæ talpæ cum melle mixtus, ad mentem Sexti, dētes confirmat. Immò in ſanandis fiſtulis, Chirurgus vtilitatem immenſam ex hoc percipiet. Idem Auctor ad barbam generandam ſumit cinerem talpæ, & cum multis alijs ſimplicibus linimentum componit. Rondeletius quoquè vnguentum ad pilos Elephantiorum regenerādos præſcribit, quod ex ladano, nec non cinere talpæ, & veſpārum integratur. Albertus huiuſmodi cinere cum albumine oui permixto mēdas tum facies tum vniuerſæ cutis emaculat.

VSVS, IN VARIIS. B

NEptuno multis in locis olim Aſphalacas, nempè talpas ſacrificatas fuiſſe viri eruditi affirmant. Photnutus id tantummodò ratione nominis factum fuiſſe aſſeuerat. Siquidem Neptunus ἀσφαλὴς, ſcilicet tutò, & firmitèr terræ fundamenta, ne labantur, roboret. Vndè apud Gyraldum Aſphalius cognominatus fuit. Licèt Alunnus Furijs infernalibus talpam quondā
ecntur. 3. ſacrificatam fuiſſe ſcripſerit: ſed cum Auctores non citet, hanc opinionem omittemus. Mizaldus periclitaturus, nùm æger moriturus ſit, nec nè Chelidoniū eum talpæ corde puluino grauiter ęgrotantis ſupponit; nam obiturus ſtatim alta voce clamabit, aut cantabit, ſin ſecus plorare incipiet, Plinius, ad vberiorem frugum prouentum, omnia ſemina armo talpæ contangit. Cæterùm vt pili poſt caſum non renaſcantur, Andreas Furnerius, ex Geſnero, talpam tamdiù macerat, donec pilis nudetur: hac aqua locum illinit, deinde lixiuio ablutum mundo linteo abſtergit. Poſtea ſi pilos redituros obſeruauerit, idem bis, & tertio cum patientis vtilitate repetit. Ex altera parte, vt pili equorum renaſcantur, Ruſius, vt refert Geſnerus, talpam in oleo ad carnium diſſolutionem percoquit; deinde hoc oleo locum pluries, nimirum bis ſaltem ſingulo die inungit. Quando verò pilos equorum in albos tranſmutare cupit, tunc talpam in muria, vel lixiuio elixat, & conſumpta prima humiditate nouam muriam, vel lixiuium addit, quo facto, huiuſmodi decoctione locum madefacit: ſicquè primis defluentibus pilis, albi renaſcētur. Aliqui talpam in fictili nouo elixant, & ſupernatante pinguedine partes equi priùs tamen deraſas illinunt. Timotheus, ad dealbandos animalium pilos aquam componit hūc
lib. 2. par. 2. Arc. in modum. Recipit talpas, ſulphur, & ſuccum chelidoniæ, omniaquè per vitrea organa diſtillat; hac poſtmodùm per ſpatium nouem dierum, beſtiam pilis nigris veſtitā abluit, qui deinde paulatim in albos degenerant. Hanc inſuper aquam arthritidi non mediocriter conducere poſſe atteſtatur. Poſtremò, cum villoſo holoſerico huiuſce animalis pilus molliot ſit, & inter delicias pellitarum veſtium vendibili mollitie, & nigritie ſummoperè expetitus; non erit mirum, ſi Georgius Agricola pileolos ex talparum pellibus confectos memoret, & Plinius ex ijſdem pellibus cubicularia ſtragula fieri ſcripſerit. D

DE ECHINO TERRESTRI. Cap. XXXVII.

ÆQVIVOCA.

PLacuit post muriũ historiã echinorũ proprietates recensere; cum nõ desint auctores, qui, hos ad mures referẽdo, erinaceos mures appellent. Antequã igitur ad propriũ echini terrestris significatũ accedamus; æquiuocatio sub hoc nomine latens manifestãda est. Etenim hoc nomen (echinus) nõ solũ animalia, & aliquas eorũ partes, sed etiã plãtas, vasa, edulia, loca, & multa inanimata dẽsignat. Si animantia contemplemur: præter terrestrem echinum, de quo in præsenti capite fit sermo, in mari etiam animal spinis horridum sub nomine echini vagatur, de quo scripsit Martialis hunc in modum.

Iste licèt digitos testudine pungat acuta,
Cortice deposito mollis echinus erit. *lib. 13. epig. 86.*

Non defuerunt, qui ad aures Hesychij, & Varini nomine echini, auem significarent. Cũ legatur apud prædictos auctores. ἐχῖνος μικρὸν τῆς θαλάσσιος ζῴου τὸ στεγανόν, & alibi. ἄκανθος ζῴου, φυτοῦ, καὶ πτηνοῦ. Vnde echinum de animali marino, & de aue dici colligũt. Gesnerus iure optimo scribit nullibi apud Græcos echinum pro aue comperisse. Legitur quidem in Græcis litteris, σκάνιος, sed Theodorus Gaza apud Aristotelem, aliquãdo acanthidem interdum spinum, non autem echinum interpretatur. Immò hoc nomine a hiqua auis non spinis vestitura, sed spinosis vescens plantis, insignitur: vt Carduellis alias Acanthis, qui semine cardui victitat. Partes etiam quorundam animalium à vocabulo echini non abhorrent. Nam membrana interior ventriculi ruminantium, sed præcipuè, secundùm Cælium, boum, & ceruorum, ob insignem asperitatem echinus nuncupatur. Item membrana rugosa, & interior stomachi gallinarum echinus dicitur. Rondeletius quoquè lapillum leuore carentem in capite nonnullorum piscium, & præcipuè cephali inuentum echinum indigitat. De plantis, si petamus Dioscoridem. Is herbam erinum vocatam describit; licèt in vetustis codicibus non erinus, sed echinus legatur. Qua propter Galenus, & ipse echini plantæ meminit, eiquè illas conditiones assignat, quas suo erino Dioscorides attribuebat. Hæc autem planta hodie in Botanicorum scholis ignota est. Hippocrates quoquè cuiusdam echini herbæ meminit. Insuper carduus aculeatus secùs mare nascens echinus cognominatur. Echinus mali punici genus apud Hesychium legitur. Echinus spinosum castaneæ tegmen significat, quod fructum inuoluẽs tum marini, tum terrestris echini conglobati figuram imitatur. Idco Calphurnius in buc colicis canebat. *li. 4. de mat. med. c. 27.* *li. 6. de simp. med. fac.*

Maturis nucibus virides rumpentur echini.

Amplius Platani fructum ob eamdem rationem Auctores echinum appellant. Et nos ricini fructum spinis armatum echinum indigitare poterimus. Deniq; panniculę quędam seù nucamenta à ramis quercuum dependentia, echini ab Hesychio nominantur. Præter plantas, Athenęus placentam secundis mensis apponẽdam echinum vocat, quę olim apud Rhodianos erat in vsu. Gesnerus narrat se legisse in libro Germanico, edulij quoddam genus ex amygdalis compositum, ad echini animãtis formam echinum nuncupari. Modò ad vasa accedamus. Horatius vasis echini nominati meminisse videtur, dũ inquit. *li. 14. Deipnosoph.*

Pocula cum cyato duo sustinet, adstat echinus,
Vilis. *lib. 1. ser. sat. 6.*

Acron echinum hoc in loco vas æneum, in quo lauabantur calices exponit. Alij vas vitreum ab echino animali se in pilã contorquente interpretantur. Alij volũt esse lignum in modum echini animalis fabrefactũ, in quo calices suspendebantur. Pollux echinum chytræ nempe cucabi genus facit. At Suida auctore, echinus nomen fuit vasis aerei, in quo tabulæ ad iudicium pertinentes, nimirum testimonia, vel testiũ dicta conijciebãtur.

His omiſſis, ad alia æquiuoca accedemus. Siquidem in frenis equorum echinus vocatur ille orbiculus aſper, quo equi contumaces coercentur. Cælius verò Rhodiginus ornamenta pericarpia dicta, ſeu armillas, quas circa brachia mulieres deferunt, echinos nominari voluit. Quid plura? oppida etiã hoc nomine echini delectantur; nam ſecundum Ptolemeum in Theſſalia Vrbs fuit Echinus dicta in faucibus Sperchij amnis collocata. Echini ciuitatis meminit etiã Strabo, & Plinius Acarnaniæ oppidum eſſe ſcripſit. Immò Vitruuius in Architectura hoc nomen memorat, dùm echinum cum anulis partem epiſtylij columnæ Doricæ eſſe conſtituit. Ad finem echinus eſt militare vocabulum in lingua Germanica, vt refert Geſnerus, ſcilicet quando acies, ita conſtructa eſt, vt haſtis vndiquè rigentibus hoſtes excipiat. Ruſtici etiam in Germania, eodem Geſnero teſte, abſceſſum occupãtem mediam pecoris, & præſertim vacarum vngulam, echinum cognominant.

lib. 8. lect. antiq. c. 13.

lib. 1.

A

SYNONIMA, ET ETYMVM.

VIri litterarum aſſidui cultores opinati ſunt echinum ob aculeorum hirſutiem, nominatum fuiſſe, quoniam echinon apud Græcos hirtum ſignificet, quam etymologiam Auctor Theſauri linguæ latinæ admittit. Hanc tamen Geſnerus meritò reprobat; cum echinon adiectiuè ſumptum nullibi in græcis paginis reperiatur. Idcirco dicitur potius ὁ ἐχῖνος ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ἴχεσθαι δια τὰς ἀκανθας, ὁ ἐστὶν ὃ ἁπτεσθαι. Quoniam teneri ob aculeos non poſſit. Hocq; nomen tàm terreſtri, quàm marino echino competit. Licèt Dioſcorides terreſtrem, echinon cherſæon appellauerit. Præterea Acanthion fortè ab aculeis apud Galenum legitur. Immò acanthionem terreſtrem vocat, cum in eodem medicamento echini etiam marini aſſumantur. Nec mirum, quoniam apud Theophraſtum, ἄκανθος nnn ſolum arborem ſpinis circumuallatam, ſed etiam echinum animal ſignificat. Quare ἀκανθοχοίρος, ideſt porcus ſpinis horrens, echinus terreſtris Suidæ exponitur. Nuperi quidam hoc nomen ſolùm hiſtrici conuenire autumãt, ſed nullum teſtimonium adhibent. Immò propter dorſuni ſpinis refertum ἀκανθόθηρος Heſychio appellatur. Apud Suidam habetur etiam γύλιος, item χειρογύλλιος porcus ſpinus, χὴρ etiam echinus eſt apud Heſychium, & Varinum, ſed poſtea non addunt, quem echinum an terreſtrem, vel marinum debeamus intelligere. Lycophron hoc animal ab inſigni vaframento, & calliditate ingenij Nauplium nuncupauit. Latini nomen hoc echini marino animali aſſignãt; nam terreſtre Ericium, & Erinaceum indigitant, quibus fauet Iſidorus; dum hoc animal ericium, & erinaceum nominat, quoniam ſpinas aduerſus ferarum, & venatorũ inſidias erigat. Cæterùm animaduertendum eſt, quòd nomen hoc à Latinis inconſtanter ſcribitur. Alij enim cum Plinio, & Pontano vocabulum aſpirantes Hericium, Hericem, & Herinaceum proferunt. Alij cum Hermolao nomen hoc ſine vlla aſpiratione ſcribunt. Geſnerus tamen aſpirare mauult; non ſolum quia Galli propria lingua Heriſſon pronunciantes aſpirant; ſed etiam quia ab horrore huiuſmodi animal dictum fuiſſe perhibetur, vel ſecundùm alios ab hærendo, quoniam fructus ſpinis huius animãtis adhæreãt. Eres tandem (annotante Scaligero) nuncupatur, quamobrem Nemeſianus ſic canebat.

B

C

D

lib. 12. orig.

Vtrum hoc vocabulum Erinaceus aſpirãdum ſit.

Exer. c. 198

Implicitumq; ſinu ſpinoſi corporis Erem.

Hebraicè Kipod Herinaceum ſonat: quamuis alij aliter interpretentur. Herinaceum tamen eſſe conſtat, quoniam medici, vt Serapio, Syluaticus, & alij qui Arabicè ſcripſerũt Ceufud vocitant, & apud Auicennam Caufed ſcribitur. Illiquè eas adſcribunt prærogatiuas, quas Græci de Echino terreſtri retulerunt. Bellonius apud barbaras Nationes Squamzocherum nominari aſſeuerat. Syluaticus quoq; Irricium Barbarè profert. Alibi apud eumdem Zamaleon dicitur, vbi Acma Zamaleontis ſcribitur, ſed Hæma Chamæleontis nempe ſanguis chamæleontis legendum eſt. Italis pronunciatur Riccio vel Rizo Hiſpanis Erizo, Gallis Heriſſon, Lufitanis Ouriço, vel Orico cacherο, quoniam corpore contracto ſe ſe occultet; nam Cacher apud ipſos occultare eſt. Germanis Igel, vel Eigel, vt in Germania inferiori ſcribitur. Anglis Heggehogg, nimirum ſepium porcus, quia in ſepibus verſari ſoleat.

lib. 1. hobſer.

DIF-

DIFFERENTIÆ, ET DESCRIPTIO.



Oppianus agens de venatione, quem postea secutus est Castor Durantes; Echinũ terrestrẽ in maiorẽ, & minorẽ distribuit & per maiorẽ hystricẽ intellexit, quem Plinius in genere Herinaceorum collocauit: cum more illorum hybernis temporibus se condat. Canit igitur Oppianus interprete Bodino hunc in modum.

li. 2. de ven.

Prætermitto genus rigidum maioris echini,
Quippe duplex est horrificis armata sagittis
Forma, duplex herinaceus, & crispatus vterq;
Sed minor aut nullo, aut non magno robore pollet,
Arrectis horrens breuibus per corpora spinis;
Maior magna gerit truculento spicula dorso,
Et pugnas aeres audaci pectore miscet.

Omissa maiori specie, nimirum hystrice, de quo in capite subsequenti verba fient, minoris Echini terrestris differentias perpendemus. Quandoquidem Matthiolus in Commentarijs ad Dioscoridem huius duplicem speciem nimirũ suillã, & caninã constituit: quemadmodum de taxo declaratũ fuit. Discrimen autem in rostro notabile esse promulgat; cum in altera specie canis, in altera verò suis rictus obseruetur. His addamus fœtorem, quem insignem ex canina specie nostri rustici dimanare affirmant. Varro, vt citat Nonius herinaceum cum proboscide se inuenisse profitetur. Gesnerus, & alij opinantur Varronem de Echino suillo loqui, cui proboscis, qualis in Suum genere inest. Albertus quoquè echinum canidum, & porcinum agnouit sed postea ratione loci, ipsos etiam discriminauit, cum alij in locis tantùm syluosis, alij circa domos solummodò oberrent. Ioseph Iesuita ex Brasilia scribit (referente Maiolo) Anno Domini 1560. animal ibi Echino simile vagari, cuius setæ prælongæ coloris pallidi, & in summitate nigræ, vadè aculeatæ erant. Miriumquè in illis natura recondidit; cuicunquè enim rei cuspis eius admouetur etiam ab animante reuulsa, occulta virtute, nemine impellente, illam, & præcipuè carnem penetrat; ideoq; mulieres illius regionis has, ad aures perforandas pro vsu inaurium, libenter adhibent; cum perforatio; quasi viuat huiusmodi seta, nemine vrgẽte, facilimè fiat. Experimento autem compertum est vnius noctis interuallo huiusmodi aculeum crassissimo corio admotum, illud perinde ac esset manu hominis impulsum penetrare. Forma herinacei omnibus notissima esse perhibetur, quoniam hoc animal pilis in spinas degenerantibus jacule os pilorũ loco habet. Quare cũ Bargeo possumus canere,

lib. 2. cap. 2.

Duplex species echini terrestris minoris. colloq. 7.

Sauit, & horrenti tergo contẽtus Echinus.

Hermolaus verò clariùs hoc animal describens litteris mandauit esse belluam cunicu li magnitudine, aculeis vallatam præterquam in ore, & pedibus parte inferiori, quamra ra tantum lanugo operit.

li. 1. Cyneg.

ANATOMICA.



Estes herinacei intus esse, & lumbis adhærentes per anatomen licet conspicari. Præterquamquod habemus Aristotelis testimonium dicentis omnibus animal generantibus testes inesse ante, vel intus, vel extra, præterquàm herinaceo, qui ad instar auiũ, testes lumbis annexos gerit, cum propter eandem causam, congressum ab ipsis celeriter exerceri necesse sit; cum herinacei, more quadrupedum, tergis non superueniant, sed erecti propter aculeos coniungantur. His addamus ad aures Aristotelis cutim horum animantium ad sero tum formandum ineptam esse. Albertus addit solum echinum duobus anis ad aluũ exonerandam præditum esse. Placuit hoc in loco Sceleton huius animantis exhibere, vt lector figuram, & situm omnium ossium huius bestiæ in comparatione ad structuram osseã aliorum animalium possit intueri. Siquidem ossa quædam rotunda, quædam planiora, alia acuta, alia obtusa conspiciuntur, præterea horum alia in parte superiori, alia in parte inferiori à natura collocata fuerint.

ECHINI TERRESTRIS SCELETON.



NATV-

E

NATVRA, ET MORES.

COngenuit herinaceis hanc proprietatẽ natura, teste Aeliano, vt simulatq; latratum canum audiuerint, vel Ferarum odorem senserint, vel venatores appropinquantes conspicati fuerint, in orbem se se colligant, rostro pedibusquè more testudinis, intrò contractis, omnibus contactum formidabilem reddentes. Immò spiritum comprimunt, vt ab omni motu conquiescẽtes, mortui speciem præ se ferant. Quapropter Pierius hominem tutum ab omnibus insidijs, atquè fortunæ periculis per figuram huius animantis demonstrabat. Ion quoquè poeta tragicus huc respiciens sic canebat referente Atheneo. *lib.8. Her.*

Leonis in terris at extuli dolos, *lib.3. Dypno soph.*
Laudani echini artes magis post asperas,
F *Qui primum odorem cum Ferarum senserit,*
Se contrahit, rotundus, & spinis tegit
Totum, facultas nulla tangendi patet,
Mordere nec possunt, humi tutus iacet.

Volebat enim inferre magis probandam esse leonis fortitudinem, qui aperto Marte belligerat, & se defendit, quàm timidam herinacei astutiam, dùm horridis tantummodo spinis se tutatur. Insuper his animantibus talem prudentiam natura indidit, vt ventorum naturam noscant. Vnde Reusnerus cecinit hunc in modum.

Imbres, & ventos cautus præsagit Echinus, *in Parad. poet.*

Aristoteles quoquè de Prouidentia huius animalis loquens inquit. Quod herinacei cubilia sua ad vicissitudinem Aquilonis, & Austri commutant. vel in illis duas fenestras aperiunt, alteram Notũ versus, Boream uersus, alteram. Quaquè parte ventum spiraturum præcognouerint, fenestrã obturant. Immòaddit Aristoteles, si hoc animal domi alatur ad ventorum flatum, modò ad hunc, modò ad alium parietem accedit. Ideò, ex eodemmet Aristotele, quidam Constantinopolitanus Herinaceum domi educatum obseruans, ventum flaturum diuinabat, atquè ab omnibus, herinacei occasione, valdè prudens reputabatur. Pierius verò periconem huius animalis, hominem omnium temporum conditioni se se accommodantem intelligebat. Amplius hanc belluam, ratione prudentiæ, cum formica debemus comparare. Quandoquidem pomis caueraas pro tempore hyberno repleat; in quibus prædicto tempore glirium somnum æmulatur, & ex illis rarò non nisi noctu egreditur. Hinc fit (attestante Matthiolo) vt nonnisi nocturno tempore comprehendatur. Verum animaduertunt Physiologi, quòd in actu capturæ bestia hæc tabificam effundit vrinam, cuius contactu spinæ dorsi decidũt; hocquè ab animali fieri assueuerant, nè pellis ad aliquem vsum trahi possit. At potius metu, quàm alia causa lotium ab hoc animali in captura reddi affirmandum est. Cæterùm postquam in sermonem casus aculeorum incidimus, non erit abre docere modum, huiusmodi aculeos carni infixos extrahendi: Itaquè si pedibus vel alteri parti spina hæc infigatur, humano lotio calenti extrahitur, vt inquit Marcellus. Lotium enim humanum hac gaudet prærogatiua, vt aculeos vtriusquè echini carni infixos extrahat. Denique ex Philosopho Herinacei erecti, humano ritu, propter spinas congrediuntur, vt paulò ante fuit annotatum. *C* *H* *lib.9. de hist. an. c.6.* *lib.5. de hist. an. c.4.*

LOCVS, CIBVS.

VIquè ferè locorum herinaceos vagari, præterquam in Creta Auctores autumant. Vbi Plinius apros, & hermaceos non versari admiratur. Quamùis autem Aristoteles in Mirabilibus scripserit. Echinum terrestrẽ ad annum vsquè sine cibo perdurare posse. Attamen pomis, vuis, alijsq; fructibus, vt plurimum victitare dicitur. Etenim uindemiæ tempore hoc animal vites subit, pedibusquè botrorum acinos in terram decutit, & super hos ie volucns spinis affigit, quos ad cauearn deferens omnibus spectantibus botrus reptans

ette

esse videtur. Eodem astu poma ab arboribus vento decussa in specum portat. Ideòquè optimis de causis Porta scriptum reliquit in sæpibus dumosis, & vineis versari, & pomis per æstatem congestis in cauis arborum hyeme latentem nutriri, quare Bargeus hucrespiciens hos concinnabat versus. *lib. 2. Phyt. cap. 8*

Nec manus hirsuti venient ad pabula Echini,
Interea spinisq; ferent affixa superni
Quæ matura cana componunt arbore poma. *li. 4. Cyneg.*

Præter enumeratos cibos, intelleximus hos animantes si in priuatis ædibus alantur, lac etiam, & vinum potare.

ANTIPATHIA.

MVltæ sunt animalia, nec non plantæ, à quibus hetinacei capitali odio diffidunt. In primis acerbissimas cum vulpibus gerunt inimicitias. Siquidem ab illis, secundùm Textorem, resupinantur, eorumquè venter molliot sauciatur. At Olaus Magnus narrat quòd Echini hostile vrsorum odium concitât, non solum quia ambo hæc animalia fructibus vescantur, sed etiã quia intra aculeos collecti ab vrsis vulnerari non possint. Porta addit quòd herinaceus à Lupo timetur; propterea colligit sanguinem herinacei ad tollendam raucedinem pro gargarizatu vtiliter adhibendum esse. Echinum quoquè tetrestrem serpens, seu, vt alij volunt, vipera odio non mediocri prosequitur, vt Oppianus in opere de piscatione recitauit. Hæ autem bestiæ mutuo inter se odio flagrant, quoniam in cauernis serpentum echinus stabulans, ipsos accedentes pungit. Ideo feruenti ita concitati in echinum irruentes se sauciando perimunt. Denique herinacei à potamogetone summoperè abhorrent; quandoquidem, Aeliano teste, hac planta huiusmodi animalia venenantur. *lib. 18. c. 23.* *lib. 1. mag. nat. c. 7.* *lib 2. Hale.* *lib. 16. c. 69.*

EPITHETA.

MVltæ à Textore proponuntur epitheta, sed inter alia ruber, & æquoreus ab ipso appellatur echinus, quæ duo marino tantùm conuenire videntur, reliqua verò vtriquè competere possunt, Latini Auctores Echinum, cum in locis nemorosis versetur syluestrem, quia se se in spheram conglobet, volubilem, & demùm quia aculeis canes, & Feras a se arceat, cautum indigitarunt. Oppiano autem δειλὸς nempe timidus, & ignauus dicitur, quia vsis Fers intra spinas se condat. Ideo què eidem auctori αἴτωρ, καὶ αἴτιος, nimirum nocuus vocatur. Præterea Latini huius animalis asperum tergus contemplantes, hirtum nuncuparunt. Ideo in epigrammatibus græcis λαχνήεις nempè hispidus echinus fuit nominatus. Item Oppiano ἀγριὸς ἐχῖνος, nam τραχὺς poeticè idem est, quòd τραχύς, quæ vox asperitatem significat. Amplius ἀκανθοφόρος, ideſt spiniger ob aculeos, quibus est refertus. Hac de causa ὀκρώεντες ἐχῖνες, ideſt habentes prominentias longas ab Oppiano nominantur: cum ὄκρις in græcis litteris prominentiam longam denotet. Partèr ὀξυκόμης comam acutam habens exponi potest. Quapropter Oppianus de Echinis scribebat hùc in modum. *lib. 6.*

ἴσε καὶ ὀξυκόμοισι νόος, καὶ μήτις ἐχίνοις

Ideſt

Echinis pungenti coma praditis mens, & prudentia inest.

Ad finem ῥαγολόγος, ideſt acinorum collector proprium est terrestris echini epitheton in epigrammatibus græcis; quandoquidem hæc bestia acinos legens in specum deferat. cum verbum græcum ῥαγολεγῶ idem sit, quod acinos colligo.

B

DENOMINATA.

APud Herodotum ἐχῖνες quidam mures in Africa appellantur, qui pilorum loco aculeos induunt. At ἐχινόσαρος Echinus, ideſt paruus echinus exponitur. Verùm maior numerus plantarum, quæ ab echino denominationem ſortiuntur, quàm cæterorum recenſendus eſt. Clariſſimus vir Cluſius in Exoticis depingit, & deſcribit plantam, quæ ob frequentes aculeos, quibus munitur, Echinomelactos nuncupatur. Alibi quoquè aliam in Regno Valentino naſcentem flores ex cæruleo purpuraſcentes producentem delineat, & Erinaceam nuncupat, quoniam multis aculeis horrida in orbem per Solum diffundatur, hac de cauſa incolis etiam *Erizo* indigitatur. Alia eſt planta ab Erinacea Cluſij floribus luteis tantùmodo diſcrepans; quæ multitudine ſpinarum referta latè per humum ſerpit, hæc ab Honorio Bellio in epiſtolis ad Cluſium Echinopoda dicitur. Alioquin Echinopus ſũ Bauhinũ, Carduus ſpherocephalus, vel ſpina alba altera Matthioli nũcupatur. Echinaſtrũ ab aliquibus Botanicis geranium nominari ſolet, quoniam acus in hac planta, veluti in echino ſpinæ, rigeant. Dipſacus, ſeù Carduus Fullonum herba echinata vocatur, quoniam capitula ſpinis horrentia in ſummitate caulium producat. Chamæleon candidus apud Plinium herba eſt echinata, eò: quòd, ritu echini, ſpinas erigat. Glycyrrhiza eidem Plinio planta eſt echinata, quoniam folia aſpera illi attribuuntur; ſed in glycyrrhiza quid ſimile hodie non obſeruatur. Tandem poma echinata cognominantur fructus cuiuſdam ſolani peregrini, quod Fuchſius ſtramonium, & nucem methel appellat. Loca inſuper nonnulla ab hoc animali denominationem ſumpſerunt, vt Inſulæ Echinades, quæ, vt refert Euſtathius in Dionyſium, vel ab Echione quodam, vel à ſolo aſpero, & ſpinoſo, vel potius à multitudine echinorum ſiuè terreſtrium, ſiue marinorum denominatæ fuerunt. Echinalopix quoquè ciuitas eſt Phrygiæ, ſi veritatem faſſus eſt Stephanus in Azani: vbi Populi fame laborantes, mandato eiuſdem Euphorbi, ἀλωπηξῶν, ideſt vulpem, & ἔχῖνον, ideſt echinum Dæmonibus immolarunt. Ideoquè placatis Dijs fecunditas redijt, & ciuitas ἐχινάλωπηξ quod verbum ſonat ἐχινοαλώπηξ, nuncupata eſt. Ad finem in græcis litteris ἐχινώδης echinatus nempè ſpinoſus, & aſper veluti echinus exponitur. Demùm echinocephalum Cratinus Periclem appellauit, ſi vera ſcripſit Pollux. Quamuis alij ſchinocephalum, non autem echinocephalum legant.

lib. 4. c. 24

li. 1. de plãt. rar. cap. 75.

Planţ.

F

Loca ab echino denominata.

G

lib. 2.

EMBLEMATA, ET SYMBOLA.

IN libro Emblematum, & ſymbolorum ex animalibus. Camerarius delineauit duos canes herinaceũ in modum ſpheræ conglobatũ allatrantes, cum hoc titulo NIL MOROR ICTVS; Cum hoc animal aculeorum erectione beſtijs appropinquantibus reluctetur, vt iram in ſolas ſpinas exerceant. Vnde quidam hanc picturam pro phrenoſchemate ſumentes hoc Dicto coronarunt. NIL MOROR NVGAS. Quo argumento diſcendum eſt hominem integritate, & virtute fretum fraudes, & maleuolorum obtrectationes nihili æſtimaturum. Subſcripſit igitur Emblemati Camerarius hoc diſtichon.

Embl. 94.

H

Integritas virtusq; ſuo munimine tuta
Non patet aduerſæ morſibus inuidiæ.

Ideo non eſt mirandum ſi clariſſimi viri prædictam echini conglobati figurã pinxerint cum hoc Dicto. VNDIQVE TVTVS. Scipio Amiratus in ſuo libello Italico attribuit hoc phrenoſchema fortiſſimo Duci militari Veſpaſiano Gonzagę, illudq; coronat dimidiato verſu Virgiliano. DECVS, ET TVTAMEM IN ARMIS. Præterea Camerarius effigiauit herinaceum vuarum acinis onuſtum ad cauernam progredientem cũ hac inſcriptione. NON SOLVM NOBIS. Quoniam hoc animal non modo vuis, & pomis nutritur, ſed quoquè illorum partem ad ſpecum propijs catulis defert; quapropter ſubſcribit tale diſtichon.

lib. 5. Aene.

Embl. 93.

Ericium

Ericium hic qui ecù gradientem conſpicis vnam, A
Frugi rù, & opes tu quoque linquetuis.

Bargalius etiam ſcriptor Italicus in ſuo de Inſignibus libro, pro phrenoſchemate, prædictam picturam eodem Dicto coronatam exhibuit. At Paradinus in Heroicis, hanc echini terreſtris onuſti acinis iconem repreſentauit cum hac inſcriptione. MAGNVM VECTIGAL. Vt homines intelligerent, quàm magnum ſit vectigal parſimonia. Hoc enim animal victum ſolicitè quæritat, & ſi quos offenderit fructus, ijs ventrem replet, reliquos verò ſpinis affixos domum defert. Tandem multi Auctores in principio ſuorum operum pro ſymbolo, figura huius echini vſi ſunt, cum hoc ſcommate. LAEDENTES SAVCIABVNTVR. Volunt enim alludere ad Zoilos, qui ex alieni ingenij obtrectatione laudem aucupari conantur.

PROVERBIA.

B

EXrat ſenarius Archilochi, vt multi viri docti fatentur. hunc in modum. πολλὰ οἶδ' ἀλωπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα. Ideſt.

Scit multa vulpes, ſed magnum echinus vnum.

Prouerbium in Aſinos. Abijt autem hic verſus in prouerbium de hominibus varijs dolis refertis, vel poteſt proferri, quando ſignificare volumus aliquem vnico aſtu magis operari, quàm alium diuerſis technis præditum. Multi inde ortum eſſe adagium opinantur, quoniam echinus tẽpeſtatem prævidens cauernæ meatus obturet; quod vulpes non præſtat, vel quia vulpes, cum multis dolis vtatur, venatores, & canes arcere non poſſit, quemadmodum Erinaceus, qui ſuis aculeis ipſam etiam vulpem à ſe propellit. Hoc aſſertum, reſpiciendo ad canes, vel alias Feras, non autem ad aſtutias vulpis, & echini veritatem aſſequitur. Siquidem vulpes in conglobatum echinum mingit, vel quia lotij tepore, diſtendatur, vel quia impedita reſpiratione ſuffocetur. Sequitur aliud adagium ex partu echini deſumptum, quod eſt tale, *Echinus partum differt*; vel *Echinus parturiens cunctatur*. Promulgatur hoc de illis; qui quotidie procraſtinando ſuam perniciem procurant. Aut, teſte Budeo, pronunciari poteſt in illos, qui verſuram faciunt, nimirum creditum mutãt, fœnus fœnore ſoluunt, & nomen nomine expungunt. Ortum eſt hoc prouerbium ab echino, qui in paritura ſi cunctetur, fœtuum aculei duriores euadunt, conſequenterquè partus difficilior redditur. Ideirco Pierius effigians echinum cum ſuo partu, malum ex cunctatione deſignari poſſe arbitrabatur. *lib. 8. Hier.* Ἅπας ἐχῖνος τραχύς. ideſt. *Totus Echinus aſper*. Euulgatum fuit hoc prouerbium in homines moroſos, & moribus iniucundis prædiros: nam horum talis eſt natura, vt cum illis citra litem agi non poſſit. Quandoquidem echinus, ſiue terreſtris ſit, ſiue marinus ſpinis vndiquè eſt obſeptus, vt nunquam impunè attingi poſſit. Iuxta illud vulgatum carmen.

C

Ex ſcabro tu lenem nunquam vertetur echinum.

A prædicto adagio non valdè recedit aliud. *Echino aſperior*. Deſumptum eſt prouerbium ab vtroquè Echino, & aſſignatum fuit hominibus, qui aliorum conſuetudinem vitant. *Primo echini amicitiam incant.* Profertur hoc in homines diuerſis ſtudijs, & moribus imbutos cum nulla ſpes ſit, vt inter illos aliqua cadat neceſſitudo. Prædictis tanquam coronidem aliqui hoc addunt. *Echinum capere facillimum, ſed retinere difficillimum*. Hoc de pecunijs euulgari ſolet, quæ ſtatim atquè ad manus peruenerunt, illicò ab illis elabuntur.

D

APO-

APOLOGI.

PHrygius fabulator, vt moralem doctrinam omnibus manifestaret, finxit lupum ob famem errabundum in herinaceum incidisse, quem lętitia gestiens edere decreuerat, sed cum illum spinis armarum conspicaretur, dentibus eum premere non audebat. Quare blandis verbis, vt spinarū pondus ab humeris deponeret illi persuadebat. Tunc herinaceus respondit. Arma non esse deponenda, cum omni tempore bellandi occasio se se offerat. Apologus docet hominem prudentem aduersus inimicorum insidias semper paratum esse debere? Abstemius quoquè introduxit herinaceum hyeme aduentante, blando sermone viperam rogantem, vt angulum cauernæ aduersus ingruentis frigoris iniuriam, sibi cō cederet, quod illa humaniter præstitisse dicitur. Herinaceus igitur in angustam ingressus cauernam, hac, illacquè se peruoluens spinarum aculeis viperam vrgebat. Quapropter læsa maximoperè eum deprecabatur, vt illinc exiret: quandoquidem cauum tam anguſtū ambobus nō sufficiebat. Cui echinus. Exeat, inquit, qui hic stabulari nō potest. Itaquè vipera cessit hospitio. Apologus indicat illos non esse in consortia admittendos, qui cum sint potentiores tempore opportuno expelli nequeant. *in li. Mith.*

MYSTICA, ET MORALIA.

CAtuli herinacei in sacris litteris apud Isaiam, vt notat Glossa ordinaria, designant homines astutos in vitijs occultandis. Quando verò Psalmographus, habet hæc verba. *Herodij domus Dux est eorum; montes excelsi cerui, petra refugium herinaceis.* Lauretus in sylua allegoriarum, herinaceos exponit eos, qui sibi ab inuidis, & persecutoribus cauentes ad petram nēpe ad Christum confugiunt. Interpretatur etiam simplices Christicolas, qui simpliciem fidei doctrinam possidentes, & ad crucem properantes, passionem Christi contemplantur. Præterea quoad spinas. Diuites cum herinaceis comparari possunt. Nam si hæc animalia corpore sunt parua, quoniam maior alimenti copia in aculeos vertatur. Id prædictis auaris accidit; cū eorū nutrimentum, ideſt interior affectio semper ad diuitias, nō autem ad virtutes dirigatur. Ideo Glossa ordinaria per echini catulos meritò auaritiæ sectatores exponit. Hinc nonnulli colligunt iconem herinacei pro symbolo auaritiæ vsurpandum esse cum hoc animal multos fructus in specu recondat. Lauretus per echinos spinis vallatos, errores hęreticorum significat, qui, more horum animalium, sauciāt quicquid contangunt. Amplius herinacei intra aculeos conglobati illis cōparari possunt, qui spinis pœnitentiæ munitires diuinas meditantur. Immò velut herinacei in aqua calida positi resoluuntur, sic ipsi interdum à Diabolo in aqua tepenti deliciarum, & prosperitatum collocati dilatantur, & ad vitia, nec non ad voluptates properant. Hi igitur quando tentamenta diabolica nouerint, rursus more echini se iciunij, & orationum spinis munientes ad diuinorum contemplationem confugere debent. Echinus etiam secundùm Physiologos hac gaudet proprietate, vt diligenter ventos spiraturos obseruet. Hinc discendum est contra ventum non esse reflandum. Immò quocunq; nos rapit tempestas, æquo animo deferamus oportet, quod monebat Virgilius hunc in modum. *cap. 34.* *Psal. 103.* *Supra c. 34. Isaiæ*

——— *superat quoniam fortuna sequamur,*
Quoq; vocat vertamus iter.

Præter hæc, docet nos hoc animal prudentiam, dum iuxta ventorum varietatem cubile mutat. Etenim homo prudens vigente prosperitatis calore, ad frigidum ærumnarum Aquilonem se debet conuertere. Huius conditionis sunt viri iusti, qui impetuosum infernalium pœnarum ventum præsagientes ad cauernam pœnitentiæ confugiunt, ne ab æterno illarum flatu lædantur. Ratione pomorum, quæ ab herinaceis decutiuntur ab arboribus, & spinis affixa ad cauernam feruntur, obseruarunt rerum naturalium scrutatores, si in itinere vnum tantùm cadat, animal ira accensum cætera abijcere, denuoq; *Prudētiam animal docet.*

ad

ad arborem reuerti. Tales sunt multi homines virtutibus onerati, qui si vnam ob diabolica tentamenta amiserint, tanquam desperati rursus ad arborem mundanæ prosperitatis regrediuntur, quòd viros probos dedecet. Debet enim iterum ad arborem, ideſt ad Christum reuerti, tuncquè iterum virtutibus onusti ad cœleste domicilium properare, cauentes, ne illas in itinere amittant. Cuin feribat Seneca. *Cautio est in reliquum lapsus anterior.* Herinaceus quoquè Berchorio teste, in hoc casu Præsidi improbo assimilari potest. Hic enim ascendens dignitatum arborem, poma nempe diuitias propriũ, & non subditorum lucrum respiciens colligit. Demùm, teste Plinio, herinaceus quando à venatoribus apprehenditur lotium reddit tabificum. Homo veterator, & improbus herinaceus potest nuncupari, qui quando à venatoribus, ideſt à viris iustis corrigitur, tunc lotium venenosum, ideſt ignominias emittit. Ad finem negociator qui in rebus peragendis multas semper controuersias proponit, echinus potest nominati; quandoquidem controuersiæ tot spinæ esse feruntur.

lib. 10. reduct. mor.

A

SIMVLACRA.

in 1. par. Iconolog.

AD figurandam aduersus pericula tutelam clarissimus vir Ripa pingit iuuenem armatam manu sinistra gladium euaginatum prementem, dextra verò clypeum cum figura echini. Auctor iconem mulieris iuuenis repræsentauit, quoniam iuuentus ad arma ferendã magis idonea esse perhibetur; clypeus deinde tanquam tutelæ symbolum, & herinaceus tanquam eiusdem Hieroglyphicum effigiatur; cum hoc animal instar pilæ conglobatum insultus Ferarum nil timeat. Idem Ripa, ad repræsentandam læsionem, *in 2. par. Iconolog.* mulierem turpem ferruginei coloris, & manibus bombardam minorem sustinentem cũ herinaceo, & duobus canibus delineauit. Mulier turpis ostentatur, cum non sit turpitudo, quæ offensæ æquari possit. Ideo Chrysostomus dicebat. *Turpitudo iniquitatis est premium.* Color ferrugineus malam intentionem denotat, quæ eruginem meritò æmulatur. Hæc enim quodcumquè tangit, tandem consumit. Denique herinaceus hoc *Serm. 4 sup. epi. ad Rom.* in loco cum canibus depingitur, quoniam hoc symbolo demonstrat offensionem, quæ irã fit, non prodire ab illo, qui iratus operatur, sed ab illo, qui alterum ad iram prouocauit. Itaquè hoc symbolũ insigniri posset hoc Dicto. LAEDENTES LAEDVNTVR.

B

C

VSVS IN CIBIS.

Leui. ca. 11.

SAcræ litteræ herinaceum tanquam animal immundum in cibis non fuisse adhibitum perhibent. Hodie tamen quamuis inutile animal esse videatur, tamen ex Bruyero, ventri humano nasci portentosæ culinarum artes docuerunt. Verùm animaduertendum est ad mentem Gesneri, Echinũ terrestrem suillum tantummodò, non autem caninum mensis apponi. Nostri quoquè rustici hæc animalia sæpè comprehendentes, caninum tanquam malè olentẽ à mensis arcent, & suillum tantum in epulis admittunt. Est autem echinus animal frigidæ in primo gradu temperaturæ plurimis redundans excrementis, quibus aculeinutriuntur. Ideircò, ex Matthiolo, carnes illius potius ad medicamenta, quàm ad alimenta expetendæ essent. Præterquamquòd huiusmodi carnes in ventriculo difficulter concoquuntur, & humorem melancholicum generant. Castor igitur Durantes ad medicinam potius has carnes, quàm ad alimoniam attinere sic canebat.

D

in Theſs. san.

Vtere echino hilaris, stomachum fouet, alia mollit.
Humet, & vrinæ firmat loca laxa fluentis,
Febribus antiquis cibus est aptissimus, agris,
Præficit, & neruis salsi si conditus edatur.

lib. 13. de rer. nat. Antequam igitur ad epularum apparatum trahatur Bruyerus notat hoc animal in extrema spe vrinam tabificam excernere. Hinc fieri non potest quin caro perfundatur; ideoquè hanc edentes in stranguriam incurrerent. Quocirca ad hoc euitandum periculum herinaceus captus vnico ictu mactandus, & diligenter ab interaneis, & potissimũ a vasis

E à vasis urinę expurgandus est. Licèt Plinius retulerit echinum conglobatum in aqua calida, vel frigida collocandum esse, ut extendatur; deinde extensum per pedem suspendendũ, donec necetur. Tẽpus verò harũ belluarũ capiẽdarum ad cibum, a mense Aprili vsquè in Autumnum perdurat; sed mense Augusto ob copiam pabuli sunt pinguiores. Captæ igitur, & necatæ deglubuntur, vel in aqua feruenti more suum depilantur postea abiectis intestinis, abluuntur, & in veru, vel in furno assantur. Castor Durantes ad retundendã malam huius carnis qualitatem, multis aromatibus in artocreate coquit, vel eum allio herbis odoriferis, & modico laridi in olla assar. Gesnerus hanc bestiam detracta pelle, in vino, & aceto feruefacit, deinde laridulis, & caryophilis distinctam in veru torret. *loco cit.*

VSVS IN MEDICINA.

F

NVllæ sunt ferè partes huius animalis, quæ in vsu medico multum adiumenti patientibus afferre non possint: Nam, ex Rhasi, oculus sinister cũ oleo frixus talem effundit liquorẽ, qui in aures instillatus conciliare somnum perhibetur. Hepar huius animalis vino odorifero, ad mentem Vuecherij, abluendum est, deinde in vase collocatum probè in furno siccari debet, ne aduratur: postea in folijs absynthij siccis inuolutum per annuum spatium seruandum est. Postmodum cum aceto mulso potum renum vitijs miro est auxilio. Felle contractæ verrucæ, ex Plinio, siccantur, & ex eodem vitiligines illitæ auferuntur. Marcellus verò fel herinacei cum lacte canino mixtum renibus, summa cum vtilitate patientis imponit. Ad affectiones lienis, herinacei lienem Plinius præscribit. Marcellus autem hunc lienem assat, deinde huius puluerem lienosis tanquàm remedium efficax præbet. Renes deficcatos lepra, & phthisi laborantibus non vulgariter prodesse, G scribit Albertus; Carnem in fluxionibus viscerum, & diuturnis febribus, nec non in morsibus serpentum Auicennas commendat. Castor Durantes ad prohibendum abortum illam præscribit. Quoniam verò caro tam herinacei, quàm hystricis sicco gaudet temperamento, ideo Porta in stomacho imbecilli roborando illam adhibet. Amplius caro huius animalis unica capitis percussione mactati, ad mentem Rhasis, super hominem, vel bestiam stranguria laborantem vtiliter suspenditur. Tandem si hæc caro desiccata, ex Galeno, cachecticis, nephriticis, & elephantiasi laborantibus bibenda præbeatur, ex illa patientes amplissimum fructum consequentur. Quapropter Hercules Saxonia carnem hanc laborantibus Plica exiccatam potius, quàm recentem exhibendam esse iubet, quamuis homines agrestes in huiusmodi affectu herinaceum dissectũ applicent, eiusquè carnem, durante morbo, comedant. Pariter Poloni adipe huius animalis autumno capti in prædicta affectione vtuntur. Hæc etiam pinguedo in lithiasi insignem habet prærogatiuam quocirca Vuecherius hanc in vnguentis ad calculum expellendum descriptis collocat. Sanguis quoquè in morbis multo erit adiumento. Primò, ex Portę sen H tentia, si cum aqua calida ad raucam vocem emendandam pro gargarizatu adhibeatur. Secundò in ardore vrinæ, lapide vesicæ, & renum, locum habet; nam Montagnana ad hos affectus syrupum recipientem drachmas quinquè sanguinis herinacei valde vtilem componit. Tertiò Aetius ad pungentes in palpebris pilos auellendos, sumit cochlearum carnem, illamquè cum sanguine viridium ranarum arundineta colentium, vel herinacei subigit; adiectoquè atramenti sutorij modica quantitate exiccari permittit; diligenterquè palpebras linit, ne pupilla offendatur. Hoc denique animal totum exiccatum, & cum aceto mulso potum, ex Dioscoride, renum vitijs auxiliatur. Salitum verò animal elephantiasi, paralysi, & omnibus neruorum morbis, ex Auicenna, confert. Mizaldus in morbo articulari totum herinaceum in quantitate sufficienti olei, & vini ad tabẽ vsquè decoquit, percolat hocq; linimento morbo articulari vexatos fęliciter perungit. Marinellus autẽ herinaceũ integrũ in oleo coquit, donec caro ab ossibus seperetur, colatoq; ova formicarũ admiscet, hocq; partes plinit, ne pili renascãtur. Herinaceus etiã

libr. Antid. spec.

lib. 4. Phys. cap. 13.

li. 11. de sim pl. med. fac.

In lib. de Plica.

lib. 2. Antid. spec.

lib. 7. Phys. cap. 21.

lib. 10. c. 67.

lib. 2. cap. 7.

cent. 2.

totus cõburitur, cinis enim præcipuã vim ijs affectibus affert vtilitatẽ. Vuecherius, ad mẽ A
lib. 3. antid. spec. tẽ Galeni, hunc cinerẽ ad pilos regenerandos cum melle subigit. Propterea Porta scribebat, quòd cadentes ante ætatem senilem capilli cinere echini terrestris renascuntur. Immò huiusmodi cinere pici permixto Albertus pilos cicatricibus restituebat. Marcellus cinere huius animalis cum adipe potissimum vrsino capillorum decorem reparat.
lib. 9. magnat. cap. 4. Galenus cinerem vtriusquè echini nimirum tam terrestris, quàm marini in sordidis vlceribus commendat, quoniam hic validam extergendi, & digerendi facultatem participat. Plinius talem cinerem cum oleo permiscens linimentum parat, quo, ad tollendas lichenas, faciem prius aceto, & nitro lotam perlinit. Ad custodiendum partum contra
lib. 11. de simp. med. fac. abortum hoc cinere cum olco pro vnguine multi vtuntur. Denique hic cinis cum muris syluestris cinere permixtus, & melle subactus Arthritis medetur. Solet hic cinis aliquando cum aliquo liquore in varijs affectionibus propinari, vnde Aelianus ad lenien dos renum dolores, & ad exiccandam aquam intercutem in vino exhibet: Alij huius cineris tres drachmas, addito agrimonio, & interna stomachi gallinarum membrana, præbent ijs, qui dormientes in lecto mingere solent. Quid dicemus de fimo? Hic recens cum sandaracha, aceto, & pice liquida permixtus, ex Marcello, fluxum capillorum B
Ad fluxum capillorum. cohibet. Prædictis tanquam colophonem addamus hexastichon Baptistæ Fieræ, in quo virtutes huius animalis breuiter recensentur. Est autem huius tenoris.

Hic stomachum fouet, & molitæ dura ilia echinus,
Atquè hic vrinæ claustra relaxa tenet,
Febris in antiqua cœna tutissima mensa est,
Si sale fortè riget, nerue erit antidotum.
Sic certè prætosa olim natura recondit,
Tam custoditum tot bona tergus habet.

Hinc fortsitan Castor Durantes multa desumpsit quando examinans naturam huius animalis suos protulit versus quos paulò ante recitauimus.

C

VSVS IN VARIIS.

ALbertus Magnus oculum dextrum herinacei in oleo frigendum, & in vase æneo seruãdum iubet, deinde hoc liquore pro collyrio laudat, vt illius, nocte, non secus ac die, res intueri possit. Fel huius animalis cum cerebro vespertilionis ad Pylothrũ Plinius adhibet. Rhasis, & Albertus virum perunctum herinacei decollati sanguine oleo permixto, à mulieribus ad mensem vsquè ligari fabulantur. Docent quoquè prædicti Auctores arcanum ad pulices coercendos, si ex decoctione herinacei saliti pinguedo innatans colligatur, & oculus ea illiniatur, nam ad illum in medio domus, vel secundùm Albertum in lecto locatum omnes pulices conuenient. Denique corium huius bestiæ vnà cum spinis, ex sen-
lib. 13. de reb. tentia Bruyeri, olim in expoliendis vestibus adhibebãtur; quemadmodum hodie nostri D
fullones carduo Dipsaci vtuntur. Quare non est mirum si Plinius scripserit pectenechini esse pellem eiusdem animalis ad vestimenta detergenda optimè concinnatam. Alij pellem herinacei aculeis munitam hastilibus præfigebant, vt illis canes fugarent.

DE HYSTRICE.

Cap. XXXVIII.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA, Etymum.

CVm Aelianus, Plinius, & Oppianus hystricem herinaceorum generi adscribant: quamuis postea forma, & longitudine aculeorum discrepet. Huius animalis historiam hoc in loco iure optimo recensendam esse duximus. Dummodo prima facie æquiuocatio vitetur. Siquidem ille piscis orbis echinatus Rondeletij totus aculeis refertus, cum nonnisi per caudam apprehendi possit, hystrix à nonnullis perperam appellatur. Hystrix quoquè exponitur flagellū ex setis suillis cōcinnatum, licet apud aliquos auctores hystrix magis propriè pro animali, & hystrichis pro flagro vsurpetur. Demùm hystrichidas vocat Hierocles siuè equos, siuè equorum caudas, in quibus setæ suillis similes nascuntur. Animal igitur, de quo in præsentia sermo habetur, Græcis ὕστριξ, siuè ὕσθριξ nuncupatur, cum θριξ pilus, ὗς autém porcus apud ipsos exponatur. Videtur enim hoc animal nomēclaturam sumpsisse à setis, seu potius aculeis, quibus multò magis horret, quàm setis proprijs rigere sues soleāt. Quāuis alij ab Hystria regione denominātes hoc vocabulum sine Y scribāt, & alij vt Isidorus à stridore, quē edūt aculei in motu an malis, etymologiā deriuātes, sinè vlla aspiratione Istricē scribant. Plinius tū hystricē scripsit, & in genere fœminino protulit dū hystricē spinis rectam descripsit. Oppianus verò in genere masculino hoc nomē effert, illiq; scribitur ὕστριξ, & in casu obliquo ὕστριγγος per duplex γ, vt syllaba necessariò produceretur, quæ alioqui corriperetur. Achanthochæros apud Suidam hystricem indicare videtur, quod vocabulum cum echino terrestri coincidit. Syluaticus etiam hac voce porcum spinosum, nempe hystricem interprætatur. Giraldus in historia Deorū Gylium à quibusdam cherogryllium exponi scribit, & porcum spinosum esse indicat. Syluaticus insuper cirrogryllium perperam pronunciat. Varinus enim per Gylion porcum, aut leonem designat. Per Arcela Hesychius, & Varinus ouum, vel hystrichem secundùm Cretenses exprimunt. Domitius Calderinus apud Martialem, pro hystrice, Orygem speciem capræ ineptè exponit. Apud Albertum hoc animal Succa nominari videtur, sed apud quas Nationes non declaratur. Arabicè hysthricem vocari Aduldul multi opinantur, quandoquidem scribit Auicennas, quòd notus est Aduldul spinas sagittales, & missiles habens, Verus Glossographus Auicennæ vocem Adulbus echinum montanum interpretatur At Syluaticus in lingua nostra hystricem vertit. Alcercha, teste Andrea Bellunensi, secundùm aliquos, est echinus magnus spinosus, & secundum alios echinus minor exprimitur. Bruyerus refert, quòd vulgus in sua patria hoc animal porcum spicatum, vel spinosum vocitat. Eruditi quidam viri arbitrantur hāc belluam, nomine muris Africani, apud Plautum in Penulo intellectam fuisse, cum hoc animal in Africa frequens esse perhibeatur. Italis dicitur *porco spinoso*, vel *Istrice* sine aspiratione. Hispanis Puerco espin, Gallis Porc espic, Anglis Porkepyne, Illyricis Porcospino. Nonnulli Germanicè Taramnuncupant. At Gesnerus vocabuli originem nescit inuenire, cum alij Dornschuu eyn, ideſt porcum spinum, voce à cæteris Nationibus detorta vocitent.

In Hippiat. cap. 79.

li. 8. cap. 35.

lib. 13. de re cib.

A

DIFFERENTIÆ, ET DESCRIPTIO.

HYſtricis duas aſſignari ſpecies multi docti viri aſſeuerant, quarum alteram terreſtrem, alteram marinam nuncupant. Deinde in huius ſententiæ confirmationem pro aculeis marinę hyſtricis quaſdam ſpinas lapideas ſtrictas, intuſquè concauas oſtenduut, quæ in officinis medicorũ nomine dentalium habentur, Sunt quidem concauæ huiuſmodi aculei penicillorum marinorum inſtar, quoniam in illa cauitate more oſtracorum degit animal, & compoſitionẽ vnguenti citrini Nicolai ingrediũtur; nõ autẽ ſpinæ marinæ hyſtricis vocitari poſsũt. Præterquamquòd nullus auctor tam nouerus, quàm antiquus hyſtricis marinæ meminerit, quamuis Heſychius, & Varinus hyſtricem an mal marinum oſtracordon, nempè teſtaceum, cibiſquè aptum memorauerint; attamen echinum marinum intellexerunt; nam Suidas etiam hyſtricem terreſtrem echinum (vtrumq; tamen impropriè) interpretatur. Hinc colligẽdum eſt hyſtricem non eſſe marinum animal, nec etiam amphibium, vt alij voluerunt, ſed tantummodò terreſtre, vt Oppianus aſſeuerantius dixit. Albertus agens de echino terreſtri, illum in ſuillum, & caninum diſtinxit: deinde ſubdit animal quoq;, quod vocatur Succa (hoc vocabulo porcum ſpinoſum intelligẽs) in caninũ, quia habeat pedes canis, & in ſuillũ, quia habeat pedes Suis diſcriminari. Cui opinioni ſubſcribere non debemus, cum nullus auctor in hyſtrice hanc differentiam obſeruauerit. Præterquamquòd echinus terreſtris nõ ratione pedũ, ſed ob figuram rictus in duas ſpecies diſtribuendus eſt, vt in capite antecedenti fuit exaratũ. Cardanus animal varij generis, & incertæ naturæ deſcribit, quod anno 1550 vidit Papię magnitudine vulpis, ore, & rictu leporino, dentibus prominentibus ad inſtar ſciuri, oculis nigris, & ſerpentinis, coma hircinæ barbæ ſimilima, quæ à capite ad collum ferebatur, cum pedibus anterioribus taxi, & poſterioribus vrſi, auribus in figura humanis, cum ſpinis ferè centum, more hyſtricis, quarum quædam in apice curuabantur, alioquin immobiles, & in motu animalis ſtrepitum edentes. Cauda animalis erat anſerina, cuius plumę paulatim in ſpinas degenerabant. Vox ſubobſcura, & rauca, quaſi latrãtis canis erat. Canesq; odio proſequebatur. Hanc autem belluam non hyſtricis ſpeciem, ſed ex hyſteice, aliaq; beſtia veluti verſo natam opinabatur. Quoad formam hyſtricis. Primo animaduertendum eſt, ne hoc animal cum marmota confundatur; quod ex Scaligero multi præſtare ſolent. Hyſtrix igitur aculeos, pilorum loco, producit, vt voluit Ariſtoteles, quia aculei non confuſis, diſtinctis ordine coloribus partim albicant, partim nigricant, vnde non immeritò canebat Baptiſta Mantuanus.

Dentalia marina.

Diſcrimen ratione pedum.

lib. 10. de ſubtil.

In exercit. cõtra Card.

——— *Et inuadens iaculis bicoloribus hyſtrix.*

Alibi quoquè ſic cecinit.

Quæ ſtrpata meat ſpinis bicoloribus hyſtrix.

Hoc enim animal longioribus, & acutioribus aculeis armatur, quàm herinaceus, ideoq; horridius aſpectui noſtro ſe ſe offert. Quapropter Bargeus de illo ſic locutus eſt.

l. 4. Cynег.

Ille quidam calamis dorſum bicoloribus omne
Contegit, & duris ſic ilia ſcutibus armat;
Vndiquà vt ingentem erectas horreſcere ſyluam,
Et ſtare immites teretis mucrone ſagittas.

Natalis Comitum non ſolum prædictam ſententiam roborat, verùm quoq; figuram pedum, caudæ, & ſtrepitum aculeorum hyſtricis ambulantis eleganter deſcribit hunc in modum.

li. 3. de ven.

Hyſtrice nil ſyluis errat, nil naſcitur vſquam
Quòd magis horrendum: ſpinoſa eſt, & propè nares
Sic vt echinus, & hęc telis armatur acutis.
Vngula ſecta pedum, nigreſcunt lumina, cauda
Exigua eſt, ſonere fera currentia ſpinis
Tergora, qualis vbi ſternit ſata pinguia grando,
Qualis, & armorum ſtrepitus cum membra mouent.
Induta ferro procedunt ordine turma.

Hoc

E Hoc totũ in poemate Claudiani de Hyſtrice expreſſum habemus, vbi, & figura ictus, & oculorum qualitas tali ratione deſcribitur.

——— oculi longius illi
Aſſimilat porcum, mentita cornua ſeta
Summa fronte rigent, oculis rubet igneus ardor,
Parua ſub hirſuto catuli veſtigia dorſo.

Et paulò inferius.

Militat omne Fera corpus, vibrataq́ rauco
Terga fragore ſonant.

Corporis moles ſecundùm alios ad corporaturam vulpis accedit. Sed Oppianus hanc paulò minorem lupina conſtituit, dum interprete Bodino ſic inquit.

——— corpus credas aquale luporum,
Eſſe niſi paulo breuius, denſiſſima terga
Horreſcunt pluſquàm rigidis infeſta ſagittis.

F Cæterùm ad mentem Georgij Agricolæ Hyſtrix habet os leporino ſimile, denteſquè vt lepus quatuor longos, nimirum duos in ſuperiori, & duos in inferiori parte, aures humanis ſimiles; Pedes anteriores pedibus Taxi poſteriores pedibus Vrſi aſſimilantur. Dorſo, & lateribus ſpinæ bicolores, ſcilicet partim albæ, partim nigræ inſunt, & quandoquè ad duorum, vel trium palmorum longitudinem accedũt, quas animal, vt pauo caudam, erigere poteſt. Ingreſſurum verò in cauernam erectas dimittit. Quæ omnia, vt legentium oculis clariora euadant, non modò animalis, ſed etiam eius pellis iconem exhibere libuit, & præcipuè cum ſit icon animantis olim Auctori ab Illuſtriſſimo Domino Camillo Palæoto veræ virtutis cuſtode dono dati. *in li. de ani. ſubter.*

NATVRA, ET MORES.

G QVæ de natura, moribus, & ſpinis herinaceorum in capite antecedenti enarrata fuerunt, eadem multò magis, ad mentem Plinij de natura hyſtricis pronunciare poſſumus, cum hæc bellua ob aculeos adeò horribilis eſſe videatur; vt quandoquè abierit in prouerbium de homine agreſti, & inameno, ipſum eſſe hyſtricẽ ſpinoſiorem. Vnde Calphurnius in Bucolicis ad id alludens ſic fatur.

Venit, & hirſuta ſpinoſior hyſtrice barba. *Eclog. 6.*

Propterea hoc animal non ſolum à natura longis aculeis armatum fuit, ſed etiam talis inſtinctus illi fuit congenitus, vt tenſa cute ſpinas in hoſtem eiaculetur: quare Claudianus, in poemate de hyſtrice, venit in hanc ſententiam populos ſagittandi arte peritos, forteab hoc animali huiuſmodi eiaculandi peritiam didiciſſe. Sic igitur inquit.

Ecce breuis proprijs munitur beſtia telis,
Exteruam nec quærit opem fert omnia ſecum,
Se pharetra, ſeſe iaculo, ſe ſe vtitur arcu.
H *Vnum animal cunctas bellorum poſſidet artes;*
Quod ſi omnis noſtra paulatim inductria vita.
Fluxit ab exemplis, quicquid procul impetit hoſtem
Hinc reor inuentum mirum, hinc traxiſſe Cidonas
Bellandi, Parthoſq́ retrò didiciſſe ferire,
Prima ſagittifera pecudis documenta ſecutos.

Iure igitur optimo hic animans ἐναντιόβολος ſecundùm Græcos poterit appellari: cum apud Nicandrum vir proijciens aculeos hoc epitheto inſigniatur. Cæterùm quod magis mirandum eſt, deſtinato quodam ictu, vulnere interdum incurabili quemlibet ferit. Etenim foramen anguſtum, & profundum efficiens deducit patientes in vitæ diſcrimẽ, & præcipuè ſi neruus pungatur. Quocirca ab homine beſtia hęc non debet irritari. Cum dicat Bargeus. *Spinis in ſe quentes ſau ciat.*

Inquè hoſtem calamos hyſtrix iaculatur acutos.

Et Reuſnerus in Paradiſo poetico ſic canat.

HYSTRIX.

A. PELLIS HYSTRICIS EXTERNA DORSI.

B. CAVDA, SEV VROPYGIVM.

C. CVTIS INTERNA CARNI PROXIMA.

D. PES ANTERIOR.

E. PES POSTERIOR.

Spicula

Spicula ſunt humili pax hæc, ſed bella ſuperbo A
Vulnere de noſtro moreſq; ſalusq; venit.

Verùm animaduertendum eſt, quod hyſtrix non tantùm homines, nempè venatores, ſed etiam quaſcunquè Feras inſequentes iaciendo ſpinas vulnerat. Hoc eleganter declarauit Oppianus Bodino interprete dum dixit.

Cum verò Fera proſequitur præſtantior illam,
Tales verſute molitur pectore fraudes
Arectos calamos iaculatur prapete tergo.

li.4. Cyneg. Bargeus quoquè quid ſimile recitat, dum inquit. B

Et figit duris hyſtrix vrgentia pennis
Ora canum, & certos tenta cute dirigit ictus
Eminus, & calamos iaculabitur acer iniquos.

Hoc non fuit ignotum Reuſnero, dum in Paradiſo poetico recitat hos verſus.

Sus ferus, & canibus iaculis bicoloribus hyſtrix
Noxia, pro telis vtitur illa ſuis.

Et paulò inferiùs. B

Spinis miſſilibus canes, viroſq;
Arcebit procul, & fugabit hyſtrix.

Itaquè moralis doctrinæ profeſſores hanc hyſtricis proprietatem perpendentes, ſcurras, & detractores ad has beſtias comparant, tandemquè concludunt illos his belluis eſſe deteriores, quandoquidem hyſtrices nonniſi in prouocantes, & vrgentes ſpicula iaculantur; cumilli ſua falſa Dicta in quoſuis torqueant. Præterea hoc animal noctu magis, quàm interdiu ad paſcua exit, & ex Ariſtotelis ſententia, hyeme in cauernis veluti Vr
li.8. de hiſt. anim. cap.17. ſus ſe condit; ſed poſtea fatetur Ariſtoteles ſe ignorare, an id propter frigus, an ob aliã cauſam præſtet. Intellexit Geſnerus hyſtricem eſſe animal fœtidum, & in ſyluis ritu
li.6. de hiſt. anim. cap.30. taxorum, caueas fodere; cum pedes anteriores ad id præſtandum idoneos habeat. Tandem, vt ſcribit Ariſtoteles, hæc bellua tot dies, quot vrſa in vtero gerit; cum ſuperius vr
ſã triginta dierum ſpatio fœtum geſtare retulerit. Ideo Natalis Comitum ſic cecinit. C

Et Veneris ſtimulis paribus diuſa dierum
Limitibus, numerus prolis, tempuſq; latendi.

LOCVS, CIBVS, & capiendi ratio.

SOlinus in Aethiopia hyſtrices frequentiſſimas vagari auctor eſt, quamuis paſſim in tota Africa, & India verſentur. Hodie tamen in Italia etiam habentur, quoniam eorum caro in cibis vſurpatur. Gallia autem, Bruyero teſte, raras educat. Poſſumus etiam Gallatiam locum natalem hyſtricum diuulgare, quoniam Peregrini à Sancto Iacobo lanaſi, ſeu Com Poſtellæ reuertentes multos illorum aculeos in pileis deferunt. Prædictis addamus
li.1.cap.33. verba M. Pauli Veneti, qui agens de ciuitate Scaſſem Tartariæ, ſic inquit. *Sita eſt Vrbs* D *hæc in planitie, habetq; in circũiacentibus montibus multa caſtra. Fluit etiãper medium eius magnus quidam fluuius. Sunt in regione illa multi ſues ſpinoſi, qui cum capiuntur, ſpinis ſuis ſæpè homines, & canes ledunt.* Si locum particularem huius animalis contemplemur; ſcribit Albertus hanc belluam circa loca maritima, nec non in montibus ſtabulari, cum præcipuè apud mare locum non inuenerit. Quod eſſe falſum in antecedentibus oſtendebamus. Itaquè de loco peculiari hyſtricum rectius ſcribit Bargeus hunc in modum.

In dumis quoquè ſæua latens, & vepribus hyſtrix,

li.4. Cyneg. Et paulò inferius.

Ille cauo veteris trunco latet abditus orni,
Aut fagi, aut Tilia, aut annoſa ſtipite quercus.

De cibo audiuit Geſnerus hyſtricem potu abſtinere, pane autem, pomis, & rapis veſci, cortice tamen dentibus prius ſeparato. Georgius Agriola retulit ali pane comminuto, pyris, pomis, paſtinacis, & aquam bibere, ſed magna auiditate vinum aqua dilutum potare.

potare. Demùm circa capturam huius Feræ, venatores multis artificijs vti, & in laxādis canibus cauti esse debent, ne iaculis hystricum saucientur. Huius meminit Oppianus interprete Bodino tali ratione.

Idcirco venator, vbi conspexerit illam,
Non in terga canes laxat, sed fraude fatigat. *li. 3. de ven.*

Reusnerus quoquè in Paradiso poetico de hoc venatores admonet dum inquir.

Vt sua ne iaculans magis hystrix spicula mittat,
Sectantes prohibe pone latrare canes.

Itaquè inter alios auctores Natalis Comitum elegantissimis versibus non solum docet captiosos huius Feræ comprehendendæ laqueos, sed etiam perpulchrum modum, quo hystrix canibus citra illorum damnum coerceatur, dum ait.

Sed ne membra canum feriantur ab hystrice, fraudes *li. 3. de ven.*
Inueniunt venatores, & prælia magna
Diuertunt alio à canibus; mox nuda teguntur
Corpora velleribus bubulis hac dura morantur
Spicula, tum cassesq́. parant, ferroq́. sequuntur
Intensos, cornuq́. sono, & clamore fatigant.
Ast alius strictis huic pugnat eminus armis,
Huic balista necem fert improuisa repente.

SYMBOLA, ET SIMVLACRA.

Vltura hystricis coronatę familiare symbolum Ludouici XI. Galliarum Regis fuisse perhibetur. Siquidem hoc ostentare studebat illi arma in prōptu esse non solum, vt eminus, sed etiam vt eminus hostem peteret. Ideo oprima de causa Aegidius Sadelerus inrer symbola Regum Francorum hoc etiam recensuit cum hac inscriptione. VLTVS AVOS TROIAE. *Embl. 92.*
Camerarius quoquè in libro emblematum, & symbolorum ex animalibus, effigiauit hystricem cum corona animali impendente, cui titulus est. COMINVS, ET EMINVS. Deinde subscripsit distichon huius generis.

Cominus vt pugnat iaculis, atquè eminus hystrix,
Rex bonus esto armis, consiliisq́. potens.

Ricciardus etiam in commentarijs symbolicis huius meminir symboli, nec non eiusdem inscriptionis; quo hominem bellicosum, & inuictum significari attestatur. Etenim hystrix dentibus, & spinis cominus se tuetur, eminus verò spicula in ora insequentium canum iaculatur. Alij hoc symbolum pro Phenoschemate vsurparunt, eiquè pro Dicto hoc dimidiatum Claudiani versum addiderunt. FERT OMNIA SECVM. Præterea Ripa in figurando Irrisionis simulacro, hystricis figura vsus est; dum pinxit mulierē exerta lingua, pellibus hystricum amictam; cum Irrisores tot hystrices esse videantur; dum homines sibimet appropinquantes vellicant, & pungunt. Quare non immeritò D. Thomas tunc irrisionem fieri asseuerabat, quando homo, ioci gratia, Proximi imperfectiones deridet. Amplius ad figurandam Maledictionem, idem Ripa mulierem oculis concauis, manibus duas faces accensas tenentem, vestibusquè ex pelle hystricis ornatam delineant. Pellis enim hystricis valde aculeata denotat, hanc esse proprietatem maledici, & obloquutoris, vt more hystricis non corpus, sed honorem, & æstimationem Proximi magnis laboribus conquisitam laceret. *In 1. p. Ico. in sec. sec. q. 79. in 2. par. Iconol.*

VSVS IN CIBIS.

Hystricem esse edilem nullo modo possumns in dubium reuocare, cum passim hodie illius caro in commessationibus adhibeatur. Præterquamquòd Bruyerus scriptis mandauit gulam, nec etiam animantibus aculeatis perpeciisse. Siquidem hystrices longissimis spinis armatas in epularum magnificentia commendat. Itaquè Scappius, mense potissimum Augusti, hystricem coercet; quoniam *lib. 3. de re cib. c. 27.*

hoc

lib. 2. de re cib.

hoc tempore ob copiam pabuli, huiusmodi animal valde adipatum vagatur; licèt illius A caro brumali tempore minus grauem spiret odorem. Deglubit animal, aeriquè sereno, si fit hyems per quatriduum, & si fit æstas per horas sex supra triginta, exponit. Deinde partes posteriores diligenter ablutas, & elixationem non passas pulueribus aromaticis, & sale insperg it, additisq; allio, caryophyllis, & summitatibus rorismarini in veru torret, & assataque in embammate, ex liquore inter assandum cadente, nec non sapa, aceto ros. & pipere cõfecto repositas, mensis infert. Aliter hoc animal deglubitum, & abiectis interaneis lotum, more què hædorum repletum integrum in furno assat. Interdum verò partes anteriores prius elixatæ vnà cum cæpis tritis, & adipe suillo in sartagine coquuntur; coctisquè omphacium, piper, & cinnamomum additur. Denique omnia interanea huius animalis, excepto hepate, abijciuntur; quod ad instar iecoris hædini paratur, & ad esum vsurpatur.

Condiendi ratio.

VSVS IN MEDICINA.

B

lib. 2. Phyt. cap. 37.

VM hystrix in temperatura ab herinaceo valde discrepare non videatur, ijsdem etiam affectibus, quibus confert herinaceus, conducet. Ideò Porta scriptũ reliquit, huius animalis carnẽ stomacho præsto esse, elephãtiasi mederi, & in hydrope, ob suam siccitatem, insignem habere prærogatiuam. Idem legitur apud Platinam, qui carnes hystricis, & herinacei in ventriculo roborando lepra, scabiequè diminuenda extollit; deinde ijsdem carnibus salitis hydropem curari asseuerat, cum Græci nihil tale hystrici assignauerint. Præterea einere huius animalis combusti in aliquo liquore poto, Plinius partus conceptos retinere, & abortus amoliri profitetur. Quam virtutem cineri etiam herinacei Auctores attribuunt; dummodo cum oleo linimentum conficiatur. Demùm Porta cum hystrices, & herinacei pilorum loco aculeos producant, in alopecia hæc animalia non parum *habere* momenti opinatur. Ideoquè illorum cinerem in capillorum defluuio fœlici cum successu adhibendum esse pollicetur. Vnde mulieres hac forte ratione motæ, ad discriminandos capillos, vt illos conseruent illæsos, aculeis potius hystricum, quàm acubus vtuntur. Plinius quoquè spinas hystricis in firmandis, & roborandis dentibus non infrugiferas esse arbitratur; dummodo quotidiano dentiscalpij munere fungantur.

In hydrope valet,

C

DE TATO, SEV ECHINO Brasiliano. Cap. XXXIX.

D

SYNONIMA, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

In 3ũ. Ind. Occ. cap. 22.



INter rerum Indicarum scriptores, primus omnium Ouiedus de hoc animali verba fecit, ipsumquè *Bardate*, nempè panoplia, scilicet integra armatura munitum appellauit. Ideoquè Petrus Martyr non iniuria Phaleratum cognominauit, cum equum armaturis ornatum representet. Quocirca à Græcis, & à Latinis cataphracton posset nuncupari, nam *κατάφρα-*

lib. 5. Exot. cap. 15.

κτος, armis vndiquè munitus in græcis litteris exponitur. Hinc eadem ratione moti Hispani *Armadillo* indigitarunt. Alioquin, ex Clusio, in Brasilia *Tatou* vocatur, vel *Dasipu*, vt in tertia parte historiæ Americæ legitur. Ioannes Petrus Maphæus in historia Indica Tartuffam nominauit. Hodie Auctores Nuperi, corrupto Brasiliano vocabulo, Tatum, vel etiam à tarditate motus Pigritiam, aut à figura rostri, & à tegumento porcellum scutulatum nominant. Gesnerus in appendice quadrupedum viuiparorum speciẽ Herinacei Brasiliani constituit. Quamobrem non sine ratione à nobis echinus Brasilianus

E filianus vocitatur. Lusitanis, ex sententia Monardis, *Encubertado* dicitur. Indis, ex Clusio in Annotationibus ad Monardem, *Aiötochels*; quæ vox cuniculum cucurbitæ, seu cuniculum cucurbitarium significat. Si contemplemur differentias Bellonius in Obseruationibus Hodæporicis, hoc animal cum pedibus bisulcis memorauit. Quare hoc animal in genere bisulcorum, & in genere digitatorum constituceretur, quod Gesnerus loco præcitato reprobat; cum Tatum nonnisi digitatum obseruauerit. Verumquidem est, quod Clusius in Exoticis refert, se intellexisse à viris fide dignis. Tati tres species assignari, quarum prima est magna, vt licet conspicari in figura collocata in Annotationibus ad Monardem, quæ cum icone à nobis hic exhibita coincidere videtur. Secunda est primæ ferè similis, sed minor. Tertia à prædictis forma est diuersa. Hanc ex pictura sic describit Clusius. Illius longitudo sexdecim vnciarum erat, corporisq; ambitus quatuordecim. Tegmen durum, testaceum, & fuliginosi coloris, à collo ad medium corpus tessellatum, quasi orbiculatæ figuræ tessellis variè pictis distinctum medio autem corpore ternis ordinibus quadrangularum tessellarum insignitum; cum tamen F triangulares in prima specie obseruentur. Postrema tegminis pars similibus orbibus distincta erat, qualibus pars anterior. Aures patentiores erant, & minùs mucronatæ, quàm sint in animali, cuius iconem hic proponimus. Venter cum gutture, natibus, & parte crurum posteriorum nulla crusta tectus, sed villis tantùm obsitus erat. Posteriores pedes ternis digitis, & calcaneo, anteriores verò duobus item cum calcaneo prædicti erant, nisi pictor aliquid omiserit. Denique penem satis longum, & exertum habebat. Varietatē igitur huius animalis doctissimus Clusius opinatur oriri ā varietate Prouinciarum, in quibus hoc animal degit. Quandoquidem certum est ex varijs regionibus deferri. Itaquè ex Clusij sententia hoc animal est quadrupes polydactylon, habēs totum corpus cum cauda corio, veluti corneo tectum, coloris est inter album, & cinereū mixti, iuncturis instar thoracum ferreorum complicatis, magnitudine vulgaris cuniculæ. Alioquin Scaliger inquit, quòd animal testis scutulatis est loricatum ad ventrem vsquè se se componens in orbem ritu terrestris herinacei, caudamquè habet longissimā instar lacerti, tessellis pariter incrustatam. His addit Gesnerus digitos quinos in posterioribus, & quaternos in anterioribus pedibus, deinde extremi vtrobiquè breuissimi sunt, & introrsum, ita reducti, vt ferè lateant, vnguibus tamen satis validis armantur. Tandem figura totius animalis, vt supra notatum fuit, equum armis munitum repræsentat: vnde Ouiedus in hanc venit sententiam: Si hæc bestia fuisset conspecta ab ijs, qui primum equos phaleratos in hominum conspectum deduxerunt, procul dubio ab hoc animante equorum armaturæ exemplar didicissent. Hanc descriptionem veritati cōformem esse testificari possumus, cum animalis huius exuuiæ in rerum naturalium penu Illustriss. Senatus Bononiensis adhuc illęsæ seruentur.

lib. de nat. simp. c. 37.

loco cit.

Digiti pedū quot,

Exerc. 206.

In Append, Viuip.

G

LOCVS, CIBVS, & Mores.

H

INdi, Mexicani, & Guinenses hoc animalis genus in alienas mittūt regiones, propterea quòd apud ipsos nascitur. Sed Ioseph Acosta magis peculiarem huius belluæ locum contemplans, per montes libenter vagari, & per dumeta, & rupes versari promulgat. Quibus in locis formicarū cauernas inquirit, quibus vescitur; nam rostro terræ rimas aperit, introq; linguam inserit, deinde formicis onustam, ritu Picimartij retrahens illas deuorat. Gesnerus tamen scribit in Appendice Viuiparorum hoc animal viuum in Gallia n delatum fuisse; vbi ipsum fructibus & seminibus vesci obseruarunt. Sunt qui referant ad mentē Cardani hanc belluam instar suis grunire. Lerius in Historia nauigationis in Brasiliā animal hoc in motu lentum prædicat, cum instar herinacei lentè gradiatur. Qua de causa pro dissidiæ, & socordiæ symbolo vsurpari posset. Deinde more herinacei, ne ab aliquo offendatur, intra suum corticem se se colligit. Quare ab hac proprietate Camerarius emblematis octuagesimi tertij argumentum desumpsit, dum hoc animal effigiauit

lib. 4. hist. nat. Ind.

lib. 3. de rer. var.

cum

TATV M, SIVE ECHINVS BRASILIANVS.

E cum hoc titulo. LORICA VIRTVS. subscripsitque tale distichon.

Virtus ipsa suis firmissima nititur armis,
Sauam hyemem fortis spernere docet a male.

Intentio igitur Auctoris est demonstrare, quemadmodum hæc bellua naturalibus munitur armis, quibus se se defendit, nec externa indiget ope; virtutem instar loricæ in se munitam tutam consistere, vt insultus aduersæ fortunæ facilè superet. Ideo ad rem Horatius eleganter canebat.

Virtus repulsa nescia sordida. *lib. 3. Od. 2.*
Intaminatis fulget honoribus,
Nec sumit, aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.

Ad finem hoc animal licèt in gradiendo sit pigrum, tamen in excauanda terra, vt domicilium sibi paret, est velox. Nam terram egerens, latibula instar cuniculorum fodit, vt *lib. 5. Exot. cap. 15.*
F optimè Clusius animaduertit, quando autem cauum ingressum fuerit, nisi pede apprehendatur, frustra laboratur; nam adeò tenaciter terræ squammis, seu tegumentis, & pedibus hæret, vt, licèt cauda apprehendatur, citius à corpore euelletur, quàm animal à latibulo educatur.

VSVS IN VARIIS.

OViedus in Summario Indiæ Occidentalis litteris mandauit, quòd in illis regionibus similes bestiæ retibus coercentur, balistis necantur, & multæ in campis, adustis potissimùm stipulis, capiantur; quoniam harum carnes in epulis Indorum commendantur, quas Ouiedus degustans meliores carnibus hædinis esse pronunciauit. Quamuis Ioseph Acosta in hac degustanda carne non multam voluptatem perceperit. De vsu medico scriptum reliquit Franciscus Gomara in historia Mexicana facultatem medicam consistere in candæ osseculo *Vires medicæ.*
G ex quo in tenuissimum puluerem redacto pilula confecta ad magnitudinem capitis aci culæ, auriquè indita dolorem sedat, & tinnitum etiam cum exigua surditate sanat. Tandem, vt notat Lerius in Historia nauigationis in Brasiliam. Barbari ex pelle Tati, quæ dura est, permultas cistas compingunt, quas ipsi Conamenos vocant. Hæ si complicentur, digitalia militaria æmulantur.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS.

DE QVADRVPEDIBVS DIGITATIS VIVIPARIS,

Liber Tertius.

ORDINIS RATIO.

NE leuium inextricabili verborum circuitu noſtra obuoluatur hiſtoria; ordo operis expoſtulat, vt explicatis ferorum, & ſemiferorum animantium moribus, ad exponendam domeſticorum animalium naturam, animum noſtrum conuertamus. Verùm, cum hæc vox (domeſticus) amphibologia laborare videatur; ad nos pertinet verum ſenſum, ſeu noſtræ hiſtoriæ accommodatum manifeſtare. Primo, illa vox, animantem manſuetum, & mitem ſignificat, & in hoc ſu Feræ etiam cicuratæ domeſticæ appellari poterunt. Deinde prædicta vox potest ijs aſſignari animantibus, vt canibus, & felibus, qui no biſcum in priuatis ædibus aſſiduè verſantur. & in hoc intellectu, huiuſmodi vocabulũ (domeſticus) in præſenti loco vſurpatur. Prima igitur facie de cane verba fient; cum ſit animal ob ſingularem amorem, & probatiſſimam erga homines fidem nunquam non commendabile, quemadmodum in progreſſu huius hiſtoriæ clarius patefiet.

DE CANE IN GENERE, Cap. I.

ÆQVIVOCA.

HAnc nominis (Canis) ambiguitatem mira verborum parſimonia perſtringentes pronunciamus, quòd præter animal terreſtre, cuius naturam hoc in loco breuiter enarrabimus, ſignificat ad mentem Ariſtotelis piſcem ex cartilagineorum genere; cuius proprietates in hiſtoria Piſcium proſecuti ſumus; deinde ſydus cœleſte, eoquod conſtellatio iconem canis repreſentet; vel quia in illius ortu, canes in rabiem agantur. Idcirco ab

lib. 3.

E hoc sydere dies æstiui caldiores, dies caniculares nominantur, huc respexit quidam poeta canens.

Dum sentis latrare canem, rugire Leonem,
Te medicus curet Bacchus, & umbra tegat.

Mancinellus igitur vnico versu hexametro prædictas tres canum significationes complexus est hunc in modum.

Nat canis in Ponto, latrat quoquè, fulget in alto.

Cæterùm hæc æquiuocatio non solum in prædictis obseruatur, sed alijs etiam conuenire videtur, dum hominis nomen proprium fuisse perhibetur, etenim Canis sclanus, vel secundùm alios Canis Scaliger vir fuit insignis, qui anno 1324. Veronæ atquè Taruisij Principatum obtinuit. Canis etiam, vt refert Bugatus, vocatus fuit filius Mastini à Scala, qui anno 1350. filiam Ludouici Imperatoris vxorem duxit. Pariter Cyno nimirùm Canis vxor bubulci Astyagis Regis nuncupata fuit, si veritatem scripsit Herodotus. Item Canis, immò magnus Canis Tartarorum Imperator nominatur à Can filio Noe, qui erat maior natu, totamquè occupauit Asiam. Ideò cæteri Tartarorum Imperatores Magni Canes fuerunt nominati. Amplius Canis est vox, qua impudentibus inimicis conuitium fieri solet, & pro graui contumelia apud Homerum in aduersarium profertur. Hodiè quoquè Tartari, vt recitat Ioannes Bohemus, fidei nostræ mysteria ignorantes, cunctos Christicolas canes appellant, quia lapides, & ligna veneren tur. Apud Varinum Cyon nempè canis Erynis, ideſt Furia exponitur. Quare Poetæ furias canes cognominarunt. Virgilius de his loquens sic cecinit.

——visaq; canes vlulare per umbram
Aduentante Dea.

Ideirco Apollonius Furias Triuiã noctiuaga concomitantes χθονιους κύνας, ideſt noctur nos canes nuncupauit. Fata etiam in Epigrammatibus græcis canes dicuntur, quia omnia deuorare videantur. His addamus Harpyas canes Iouis dictas. Narrat enim Seruius in Commentarijs ad Virgilium cum Zetus, & Calais Boreæ filij eas insequerentur ad Plotas vsque Insulas, Irin eis apparuisse monẽtem, ne canes Iouis persequeren tur. Quocirca ad rem canebat Apollonius.

Non fas è Nati Boreæ vos enſibus alti
Harpyas vrgere canes Iouis.

In oraculis Zoroastris Dæmones canes terrestres dicebantur, quia ex terræ gremio prosilire viderentur. Mirum est hoc nomen locis, & fluuijs etiam competere. Partes enim inferiores Scillæ scopuli canes indigitantur. Huius meminit Ouidius.

Et vos Scyllei naufraga monstra canes.

Fluuius ex Libano aduersus Aquilonem persluens olim Adonis dictus à Cypriorum Regis filio, quem Venus ob formæ excellentiam in delicijs habuit, ob mortem Adonis ab apro inflictam, si Luciano credimus, die occisionis anniuersario instar sanguinis rubescebat. Hic tandem fluuius Christianorum tempore Canis fuit nuncupatus, vt in Theatro Terræ Sanctæ legitur. Ortellius Canem Arabiæ fœlicis fluuium esse constituit. Canis tandem erat vna talorum facies, quæ vnitatem, ideſt vnum duntaxat punctum continebat, & senioni opponebatur. Quamobrem veluti senio lucrum, ita canis iacturam afferebat. Propterea à Poetis huiusmodi canis semper damnosus appellatus est. Vnde Persius Poeta de hoc Cane verba faciens dicebat.

Scire erat in vetus damnosa canicula quantum,
Raderet.

Ouidius quoquè de his damnosis canibus in ludo cecinit hunc in modum.

Seu iacies talos, victam ne pœna sequatur.
Damnosi facito stent tibi sapè canes.

Quid plura? varijs etiam instrumentis nomen canis competit. Siquidem Io. Baptista Pius in commentarijs ad Plautum, canem vinculum ferreum interpretatur, quo olim

lib. 1. hist. vniuer.

lib. 1.

li. 2. de mor. Gen.

lib. 6. Aen.

lib. 3. Aen.

lib. 2.

lib. 4. Fast.

In Thesau. Geograph.

Satyr. 3.

lib. 1. de Arcanan.

victimam ignem vitaturam ad aras ligabant. Cyon, ſeu canis ex Geſnero, vinculum A
eſt, quo canum ceruices muniuntur. Hodie canis in minori bombarda denotat illud ferreũ inſtrumentũ, quod pyritẽ ſtringir, ad ignẽ pyrio pulueri cõmunicandũ. Poſtremò apud Græcos κύων, quẽ admodũ apud Latinos canis cadẽ æquiuocatione laborat, immò multò plura ſignificat; qñquidẽ præter dictas ſignificationes, hoc nomẽ deſignat id, quo poſt cœnam manus abſtergebantur, quia canibus proijciebatur. Exponitur quoquè ſcintilla profiliens à ferro ignito, dum cuditur. Apud Etymologum κύων idem eſt, quod σύνδεσμον, id eſt vinculum præputij. At in ſcriptis Heſychij, per hoc nomen, tam pudendũ virile, quàm muliebre denotatur. Eſt deniquè morbi genus apud Varinum, ſed quale ſit non explicat, niſi fortè cynanchem intelligere voluerit.

SYNONIMA, & Etymum.

B

lib. 15. hone ſt. diſcip. cap. 6.

PEtrus Crinitus litteris mandauit, quod olim hoc nomen (Canis) in caſu recto ſingulari, apud Priſcos Canes dicebatur, quemadmodum in ſingulari numero & Plebes, & Trabes pronunciabatur. Noſtra ætate dicitur canis, eſtquè vox dubij generis; hac enim tam marem, quàm fœminam intelligimus. Iſidorus putat hoc nomen deductum fuiſſe à vocabulo græco κύων, quòd canem ſignificat. Alij tamen, vt Varo canem deriuant à canore latratu, quia voce ſua ſigna dare ſoleat. Apud Græcos, pro cane legitur κύων, & in caſu obliquo κυνὸς, & tamen tàm in maſculino, quàm fœmino genere effertur. Euſtathius etymologiam nominis παρὰ τὸ κίω deducere videtur, quod verbum amare ſignificat, vel quia canes auidiori quodam affectu Feras, & lepores conſectentur, vel quia in Venerem valdè procliues ſint, aut deniquè quoniam hoc animal φιλοδίσποτον eſſe feratur. Hodie apud Græcos non κύων, ſed σκύλος vulgò dicitur, nomine à voce ſcylax detorto, quæ vox, in Græcis litteris catulum deſignat σκυλαξ igitur catulus & σκυλακιον catula nominatur, quemadmodum apud Sipontinum caniculus, & canicula legitur. Vocatur etiam hylactor nempè latrator à voce quam edit, cum ὑλακτέω latrare ſignificet. Αἰλουροβίς apud Heſychium, & Suidam canis exponitur παρὰ τὸ αἰλλειν, quia cauda notis blandiatur. Hebraicè canis dicitur Keleb, Chaldaicè Kalba, Arabicè Kelbe, Perſicè Sag. Medi canem Spaca vocitant, vt voluit Herodotus. Italis Cane nuncupatur, Gallis Chien, Hiſpanis Perro, Anglis Dogghe; Illyrijs Pes, vel Pas, Germanis H[illegible]. Sed peculiari voce, ex Geſnero, Germani Betz in vocando cane vtuntur, voce fortè detorta ab Illyrijs, qui canem Pes cognominant. C

DIFFERENTIÆ, Deſcriptio.

D

In ſum. hiſt. Indica.

NVlla animantium ſpecies tot formas habet, atquè canum; nam & cornutos reperiri in Heleſponto ſcripſit M. Aurelius Imperator in Epiſtola ad Ambertum Heleſponti Præfectum, vt in illius vita memoratur. Si conſideremus vocem, canes etiam muti reperiuntur. Siquidem, ex Quiedo, in Inſula Hiſpaniola noui orbis, canes prorſus non latrant, immò percuſſi non clamant. His addamus aſſertum Cluſij in curis poſterioribus, vbi narrat in Guinea eſſe quoſdã canes moloſſis ſimiles, qui conantur quidẽ latrare, ſed nullã vocẽ edere poſſunt. A muneribus, quibus canes funguntur, Alij ſagaces dicuntur, alij Feras minuadũt, alij domos cuſtodiunt, Alij voluptatis gratia, vt catelli Melitenſes in primatis ædibus nutriuntur. Ideo non ſine cauſa canebat Scaliger in Poematibus.

Canis cubicularius, canis curſor,
Canes ſagaces quatuor, Canis porta.

Con-

E Conradus Heresbachius canum tantummodò vtilitatem respiciens, illarum tres differentias constituebat; ideoque canem sagacem, canem villaticum, & canem venaticum recensebat. Præter vulgares canes, alia tria genera apud Scotos aluntur, quæ alibi nusquàm licet inuenire. Primum est venaticum celerrimum, & audaciſſimum quod, ex Boetio non solum in Feras, sed etiam in hostes, & latrones impetum molitur. Alterum est odoriſequum aues, Feras, & piſces inter saxa latentes inuestigans. Tertium genus est non maius odoriſequis, colore tamen, vt plurimum rufo, nigris maculis inſperſo, aut colore nigro rufis maculis distincto. Huic tanta ineſt sagacitas, ut fures, & furto ablata diligenter perſequatur, id autem in proprio capite examinabitur. Ratione loci innumeræ constitui possunt canum differentiæ. In primis se se offerunt molossi magni, & proceri, quales in Epiro nascuntur, qui metum intuentibus incutiunt. De his loquebatur Lucretius. *li. 3. de re ru stic.* *In hiſt. Scot.* *lib. 5.*

Irritata canum cum primum magna moloſſum
Mollia rictà tremunt duros nudantia dentes.

F Deinde succedunt canes Cyrenaici, Arcades, & Indici inuictæ virtutis, & immensi roboris, de quibus in historia loci natalis fusius agetur. Postremò descriptionem canis tanquam animalis notiſſimi paucis exponemus, vnum solum ad aures Aristotelis annotantes, nimirum pedes canum priores in quinquè digitos, posteriores verò in quaternos distinctos esse: item fœminarum ventrem duplici mammarum ordine, scilicet in vtroquè latere exornari. Albertus tandem generoſi canis imas nares rotundas solidas, & ferè obtusas obseruat.

NATVRA, ET MORES.

G RAtione temperamenti, canis, vt testatur Galenus, est minus calidus leone, & calidior tauro. Verùm idem auctor agens de temperamentis, canem ſiccioremin comparatione ad hominem, & compararum ad formicas, & apes humidiorem prædicabat. Attamen citra omnem comparationem hoc animal consideratum ſiccisſima gaudet temperatura; propterea in iram præceps fertur, itaut, saxum quo petitur sæpè mordeat iuxta illud. *li. 11. de sim pl. med. fac.*

——latrat, cum murmure miſſum
Stridenti saxum morſibus inſequitur.

Prætereà non est mirandum, ſi canes citò iram concipientes ob vnicum os inter se diutius digladientur. Hæc de causa effreni etiam audacia inſigniuntur; nam Franciſcus Petrarcha narrat ab eius cane enſem cuiuſdam ipſum aggredientis non è vagina, ſed è manibus ereptum fuiſſe. Amplius canes habent hoc à natura inſitum, vt agendo excubias domos custodiant. Licèt olim à Capitolij proditione, quia non fuerunt valde vigilantes crucibus ex arbore ſambucea affixi fuerint annuo ſupplicio; quia canum negligentia illa iactura facta fuerit. Canes igitur diligentes in excubijs, vt plurimum sunt leui somnes iuxta illud Lucretij. *Audacia canis.*

Et leue ſomna canum fido cum pectore corda.

H Idcoquè minimo strepitu ob somni leuitatem excitantur, & latrando fures arcent. Ad hanc canis proprietatem alludens Scaliger de catella Balbinæ noctu latrante sic canebat. *lib. 5.*

Non erat hoc, mea lux, furti quòd conſcia noſtri,
Latrabat greſſus nota catella meos.
Ignotum tibi. ſed canis hæc latrabat amorem;
Quò duce non vnquam pectora noſtra vacant.

Sunt insuper canes adeòin luxuriâ soluti, vt cum mulieribus veneris consuetudinem habuiſſe perhibeantur; nam cum mulier, ex Aeliano, Romæ adulterij à marito accusata fuerit, adulter in iudicio canis fuiſſe dicebatur; neque hoc magnopere debemus demirari; cum aliquando mulieres amiſſos canes inutiles ad desperationè vsquè non ſine aliqua ſuſpicione deplorent. Ad rem Paulus Maccius vir in politiori literatura summus sequès epigramma nobis communicauit, quod, quia perelegans est euulgare non piguit.

IN PHILOCYNAM ANVM CANIS AMORE FLAGRANTEM.

Amiſſam Philocyna canem per compita clamas, A
Prog. tuis ſpondes præmia delicijs.
Non quia latrator, fuſcæ ad limina cellæ
Cuſtos furtinas pelleret inde manus.
Nec quòd blanditijs, forma vel amabilis eſſet,
Aut gereret, qualis, prælia ſæna, Lacon.
Sinè quod ad nutum dolus ſaltaret herilem.
Cur flea ergo, latens ſuſpicor eſſe nefas.
Parce precor Philocyna mihi, ſi vera fatebor.
Quod muſſat populus, dixero, te . . . . .

Ob hanc igitur impudicam naturam, & quia palam, & paſſim congrediantur, Lacedæmonij, auctore Textore, ab omnibus templis canes arcebant. Ingenuit etiam canibus natura talem proprietatem, vt odorum differentias nobis incognitas ſentirent; homo enim ex Ariſtotele numquam ſine dolore, aut voluptate olfacit, quoniam propter potentiæ odorandi imperfectionem, nonniſi extremas differentias poteſt percipere. Ideoquè canes poſteriora odorantur, quia teſte Plinio, cum ſagaces ſint, qualitates habitudinum B corporis odore cognoſcunt. Immò capitibus ad terram inclinatis odorem trahendo inueſtigant. Quare non debemus admiratione teneri, ſi graſſante peſtilentia, canes ſint primi, qui halitum corruptum hauriant, & vim infecti aeris concipiant. Ideo Homerus iure optimo hæc animalia primùm peſtem ſenſiſſe ingruentem recenſuit. Hanc etiam proprietatem contemplans Baptiſta Mantuanus canebat.

Tom. 2.

li. 2. de Ani.

lib. 1. Iliad.

Sic Aquila, vulturq. rapax, & odora canum vis.

Præter hæc, canibus natura auditus excellentiam, nec non longas aures, quemadmodũ aſinis, & leporibus communicauit; quæ animalia, in audiendi facultate, cætera ſuperant. Quapropter à remotis etiam locis vocem Domini ſentiunt, & olfacta veſtigia inquirentes herum ſectantur; iuxta illud Virgilij.

lib. 8. Aen.

Præcedunt, greſſumq. canes comitantur herilem.

Has omnes canis innatas proprietates Reuſnerus, in Paradiſo poetico, vnico diſtichо C ſic complectitur.

Cauda blandus, & ore minax, & naribus acer,
Fidus Heri cuſtos, excubitorq. canis.

Pariter canes id natura comparârunt, niſi vana ſcripſerit Ariſtoteles, vt quarto ætatis menſe dentes tantum caninos nuncupatos mutent, & hybernum pilũ amittant. Poſtmodum in reddenda vrina fœminæ à maribus diſcrepant; quandoquidem, ex Plinio, fœminę ſubſidentes, & mares eleuato crure mingunt, dummodo non ſint ſemeſtres, hi enim, more fœminarum, lotium excernunt. Immò ſi ſtomachi grauedine quandoquè corripiantur, natura eos docuit ad gramen confugere, quo deuorato cientes vomitum liberantur. Hinc Crollius colligit medicos à canibus pharmaca vomitoria didiciſſe. Narrat præterea Mizaldus animalia domeſtica, & præcipuè canes, dum vtero gerunt, facilè abortire, ſi mas, ex quo conceperunt, occidatur. Quod, ſi verum ſit, necnè, nondum nobis compertum eſt. Hoc quidem manifeſtum cunctis eſſe exiſtimamus, ſi canis ſaxo peratur, & ob ingentem dolorem clamores edat, cæteros canes terga dare, cum totum oppoſitum in ſuibus obſeruetur, nam vno percuſſo, & vociferante, reliqui ſentientes adferendam opem accurrunt. Tandem Cardanus in canibus varij coloris hoc obſeruatione dignum annotat. Nimirum illos eſſe mordaces, quia tales varij, & inconſtantis animi eſſe perhibet.

Centur. 3.

D

li. 32. de rer. variet.

COITVS, PARTVS,

CONgreſſus animalium duo ſolet reſpicere, nempè anni tempus, & animalis ætatem. Ratione primi, Ariſtoteles canibus coitum ſemper opportunũ eſſe affirmauit. Tardiuus tamen veris initium, rarius autumnum tempus congrediendi idoneum canibus eſſe ſtatuit. Sed veritas Ariſtoteli attribuenda eſt; ſiquidem canes nunquam coitum aſpernantur, parumquè propter teporem, & pabuli vbertatem, veluti cætera animalia, quæ cum hominibus verſantur

E santur: Ratione ætatis, canes non tota congrediuntur vita, sed, ex Aristotelis sententia, vsquè ad annum duodecimum; & coeunt, & implentur. Verùm, ex Columella animaduertendum est, quòd canibus, nonnisi post annũ, venus est permittenda, quoniam degenerant. Quamuis eo grediendi indicium in mammis appareat, nam turgescere incipiunt; & ad mentem Aristotelis, fœminæ genitale prominet, & humescit. Deinde canes fœminæ nonnisi spatio dierum quatuordecim, vel circiter libidine tenentur, & post sextũ mensem à partu marem denuò apperunt. Cæterùm vt fœtus fortes, & robusti procreentur, mas quadrimus eligatur, & vltra octauum annum Venus ei non concedatur. Fœmina verò, ex Polluce, à triennio vsque ad sexẽnium circa sobolem occupari debet. Immò si mas in prædicta ætate constitutus iusto frigidior fuerit. Tardiuus ei fuillam, & ouillam carnem pinguem vnà cum iure exhibet. Auersantur autem hæ bestiæ in coitu, & etiam cohærent, quemadmodum Lupi, & Phocæ, si vera Philosophus docuit. In congressu igitur, vt optimi nascantur canes, ætas masculi, & fœminæ adæquari debet, & cauendum est, ne canes ex eadem matre prognati simul commisceantur. Deinde ani- *li. 5. de hist. ani. c. 14.*

F maduertendum est, ex Aristotelis sententia, canes cum diuersis alijs animantibus coire. Nam in Cyrineusi agro Lupi cum canibus commiscentur, & Crocuti secundùm Textotem cognominantur. Hanc mixtionem posse dari ex eo colligimus, quia agricola quidam nobis narrauit se habuisse canem villaticam, quam eo grediendi tempore Lupus quidam domũ vsquè sequebatur, & cum ea placidè morabatur, sed quia timuit, ne illam dilacararet, congressum non expectans, lupum mactauit. Canes aliquandò ex mixtione vulpium, & canum oriuntur, quos alopecidas vocant. Alij congressum Leonum, & canum credunt, & fœtus Leontomiges nuncupant. Alij coitum Castoris, & canis admittunt; fœtusquè inde ortos Castorides appellant. Mixti etiam, & bigeneres canes nominari possunt, qui ex vtr oquè parente cane, sed diuersorum generum nascuntur. Quando quidem ex Molosso, & Laconico, secundùm Aristotelem, celer simul, & validus canis oritur. Excogitarunt autem Venatores priorem mixtionem ex cane, & Fera, vt magis robusti canes aduersus maiores Feras producerentur. Secundam verò, vt vitia quædam eanum emendarent, vel vt rariores dotes ijs adijcerent. Si ad partum nosmet *li. 18. de hist. ani. cap. 28.* *Alopecides, & Castorides canes qui.*

G conuertamus. Primò vteri gestatio se se offert, quam, ob canum frequentiam, omnibus notissimam esse opinamur. Ferunt enim vtero dies sexaginta, & nonnullæ canes paritudinem ad sexagesimum tertium diem producunt, vt Niphus in Commentarijs ad Aristotelem annotauit. Circa fœtuum numerum Albertus refert, quòd singulos, vt plurimùm enituntur illæ catellæ, quas mulieres in delicijs habent. Idquè exiguitati, & angustiæ vteri attribuendum esse arbitratur. Parit tamen canis plerumquè duodecim, sed magna ex parte, teste Aristotele, quinquè vel sex catulos in lucem emittit. Verùm canis leporaria hic Bononiæ, vniea fœtura, catulos septenos supra decem enixa est. Quocirca non erit à ratione alienum Alberti assertum, quando dixit se vidisse canem ex illorum genere, qui mastini vocantur, primo partu decem, & nouem catulos, secundo partu decem, & octo, tertio verò tresdecim parientem. Signum fœturæ canis est, quando lac ante dies quinque quàm pariant, in mammis colligitur. Præterea primum mares parere, & in cæteris fœturis alternare ex Plinio dicuntur, dummodò tempore oppor- *li. 5 de hist. ani. cap. 14.*

H tuno congressus fiat? Primusquè catulus in lucem prodiens, secundùm nonnullos Auctores, patrem refert. Cæteri verò, vt casus tulerit, nascuntur. Tuncquè catuli degeneres, & aliquo vitio maculati reijciẽdi sunt; deinde palea, vel stupa reliquis substernatur, quia canis animal est, quod frigoris impatiens esse perhibetur. Cum nascuntur, sunt cæci, & antè diem nonum oculos non aperiunt. Sunt tamen, qui tradant, si vnus tantum canis nascatur die nono cernere, si gemini decimo, & sic deinceps iuxta catulorum numerum id verum esse affirmant. Quod adhuc experientia non demonstrauit. At Ratisius Textor in sua Officina fuit huius opinionis catulos per duodecim dies cæcutire, & si vberiori lacte nutriantur, serius visionem acquirere. *Quis canis patrem refert,*

VOX,

A

VOX, ÆTAS.

LAtratum propriam esse canum vocem omnes latini auctores consentire videntur. Ideo Virgilius cecinit.

——*fauces, canum latratus ad auras.*

Et auctor Philomelæ canit hunc in modum.

Rite Canis latrat, fallax vulpecula gannit.

Hic enim auctor canes latrare, & alibi catulos glaucitare asseruit. Reperitur etiam apud
lib. 5. Latinos baubari pro latrare, quo verbo vsus est Lucretius quando dixit.

Et canum deserto baubantur in aedibus omnes.

Est enim verbum à voce canum per onomatopœiam formatum. Vnde postea dimanat baubatus, qui pro latratu canum à latinis vsurpatur. Apud Lexicographos græcos duo etiam inueniuntur verba vocem canum exprimentia, nimirum ὑλάω, & βαΐζω. Varius tamen βαΐζειν propriè de catulis, & ὑλακτεῖν de canibus adultis pronunciat. Cum tamen B
βαΐζω potius canibus adultis latrantibus competere videatur, cum hoc verbum per onomatopœiam factum sit à voce βαῦ βαῦ, quam canes latrando edunt. Hinc αὖ αὖ fictitiæ voculæ apud Aristophanem leguntur, quæ ad imitationem latratus canum pronunciatæ sunt. Præterea canibus aliæ voces, iuxta diuersos affectus, attribuuntur. Etenim vlulare canes dicuntur, quãdo lugubrem, & quærulã quẽdã vocem edunt. Ideirco apud Græcos legitur ὠρυόσθαι, quod de lupis, canibus, & leonibus effertur, quando aut dolore, aut fame stimulati vlulant. Nam λάσκω dicitur de sono, quem canes bibendo edũt. Patiter apud Græcos habetur hoc verbum γρύζω, quod grunnire significat: hoc etiam Aliqui cani attribuunt, quamuis potius κνυζάω gannio canibus queribundis, aut blandientibus conuenire videatur, quia blandè immurmurantes vocem similem voci vulpinæ edunt. At κνυζᾶν canire, & catullire significat, quem sonum edunt canes, *quando* libidine feruntur. Videtur autem hoc conuenire cum verbo κνυζᾶσθαι secundum Aris- C
tophanem in vespis, quod verbum de obscura, & submissa voce canum promulgatur. At προσυρεῖν canes dicuntur, quando, teste Polluce, latrant antequàm Ferã inuenerint, tandem quando canes irritantur, quemdam proferunt sonum, quem Græci verbo ἀφαρ-
Ætas canũ. ζειν exprimunt, quia canes irritati τὸ ἀφ sonant. Circa ætatem huius animalis scribunt Physiologi annum decimum quartum Canes non excedere, quamuis nonnulli ad annum vsquè vigesimum secundum peruenerint, vt de Cane Vlyssis apud Homerum liquidò constat. Laconici tamen, referente Plinio, annos decem, fœminę duodecim, cæterum verò canum genera quindecim viuunt. Indicium verò ætatis à duobus sumendum esse
Li. 2. de hist. ani. cap. 2. scripsit Aristoteles, nempè à dentibus, & à voce. Dentes enim in canibus iunioribus albissimi sunt, & acuti, in senescentibus hebetes, fusci, & crocei, conspiciuntur. Deinde ex eodemmet Aristotele aduentante senio canum vox semper grauior euadit, vt etiam quotidiana docet experientia.

LOCVS, CIBVS. D

BArbaris verbis loca à canibus frequentata complectamur, cum nulla ferè sit Regio, in qua canes non versentur. Lerius tamen in historia nauigationis in Brasiliam tradit, quòd ante Villagognonis expeditionem, Americani numquam canes viderant: Textor quoquè in Cornucopia refert Sigaron esse Arabiæ Insulam, quam Canes non intrant; immò expositos ea litora errantes perire testificatur. Deinde de victu canum multa non esse prosequenda existimamus, cum ab Auctoribus inter pamphaga animalia reponantur. Cæterum cibus iuxta genus, & statum canis mutandus est. Etenim si canis fuerit melitæus delicatioribus cibis alendus est, si verò fuerit villaticus, vel pecuarius, vt plurimum ferè lactis nutriendus est iuxta illud Virgilij.

Veloces Sparta catulos, acremq; molossum
Pasce fero pingui. *lib. 3. Georg.*

Tempore

E Tempore verò parituræ ijs panis potius hordeaceus, quàm triticeus exhibetur, quia melius nutrit, & maiorem lactis copiam producit. Alioquin ossa ouium carne exuta, sed cocta, vt eorum medulla ius pinguefaciat, & contusa canibus deuoranda exhibẽtur, nam eorum rosione dentes exacuunt. Præter quamquòd ossium cibus naturæ canum siccæ est conuenientissimus. Verùm Tartari ab ossibus medullam eximunt, antequam illa canibus obijciant; non vt canum naturam siccam conseruent, sed, vt notat Io. Bohæmus, quia aliquid cibi, vel potus perire non permittunt. Ideo occasione ossium cibi canum, obiter narrandum est quod tecitat Suidas de Ptolemeo Rege Aegypti cum Hyreano Ptolemeo Rege cœnante. Nam carnium omnium ossa conuiuij elam ante Hyrcanum cumulata fuerunt. In fine cœnæ Tryphon scurra Regis dixit. Vides, inquit, ossa ante Hyrcanum sita? Hinc colligendum est patrem eius Syriam omnem ita nudasse, vt hic ossa carnibus spoliauit. Tunc Rex ridens rogauit Hyrcanum cur tot ossa ante ipsum iacerent. Ingeniosè respondit; non immeritò. Siquidem hi conuiuæ, tanquam tot canes, vnà cum ossibus carnẽ deuoratunt (quia nulla ante ipsos ossa conF spiciebantur) homines verò carnes, ossis abiectis, edunt, vt rego feci. Canes igitur cum sint carniuori cadaueribus, & etiam humanis vescuntur. Vnde Baptista Mantuanus sic canebat. *li. 2. de mor. gent.*

——— Hominorum corpora passim
Lascuntur per rura canes, Aquilæq. rapaces.

Animaduertit tamen Mizaldus canes, quamuis libentissimè cadauera vorent, ab illis, quæ fulmine icta sunt, abstinere. Quemadmodum etiam à carne canina abhorrent; nam Aelianus tradit canes tanta narium sagacitate esse præditos, vt adduci non possint, vt carnem caninam varietate condimentorum temperatam degustent. Præterea cum omniuorum sit animal, cauendum est, ne iuscul. piperata, vel zinzibere alijsquè aromatibus condita sorbeat, quoniam hæc ob insignem caliditatem canes in rabiem pellere possunt. Insuper canes piscium carnem non abominantur, quod ex quotidiana percipitur experientia. Immò Balbus in suo Itinetario prodidit in quodam Regione segetes non producente, animalia veluti gallinas, & canes piscibus victitare. Est quidem verum caG nes aliquando segetem herbescentem, & quamdam graminis speciem depasci, sed, ex Aeliano, id pro medicamento, non autem pro alimento illis famulatur. Quandoquidem verminatione laborantes tali præsidio a luti liberantur. De potu canum nulla quæstio esse agitanda, cum notissimum sit ipsos aquam potare. Vidimus tamen canes interdum ex potione vini, vel aquæ ardentis consultò eis exhibita, tanquam furentes, & dementatos tandiù huc, atquè illuc diuagari; donec vapor illius potionis euanuerit. Athenæus scripsit Oenutha herba canes inebriari; sed Theophrastus, ex quo Athenæus descripsit, tradidit radice Oenothera data ex vino mitiores, & hilariores canum mores reddi. Hinc conijciendum est hoc vocabulum (Oenutha) corruptum esse; cum apud Theophrastum Oenothera scribatur, quæ vox, secundùm peritos vitos, rhododaphnem significat. *lib. 3. c. 26.*

ANTIPATHIA,
H # & Sympathia.

HOstilem canum, & leporum dissensum silentio inuoluẽdum esse opinamur, quoniam in libro antecedenti, & in capite de lepore huiusmodi antiphathia exarata fuit. Hic solùm de odio, quod canes aduersùs alios animantes exercent, verba faciemus. Canes igitur lupos, & viciſſim lupi canes graui odio prosequuntur. Idcirco ob hanc antipathiam retulit Porta pellem lupi suspensam super demorsum à cane rabido, aquæ timorem amoliri. Præterea canis hyænam ita formidat; vt ex sententia clarissimorum virorum, scilicet Plinij, & Solini, eius vmbra canes obmutescere cogat. Tantam etiam discrepantiam inter canes, & bestias Nili Auctores obseruarunt, vt canes ad flumen potaturi accedentes, Ferarum Niliacarum metu perterrefacti non quietè, sed semper secus flumen currentes aquam lambant. Amplius sunt nonnullæ aues canibus valdè inuisæ. Blondus scriptis mandauit *lib. 1. Mag nat.*

dauit canes horrere Sturnum. Verùm nulla eſt auis, quæ canem magis timeat, quàm Otis; hæc enim, teſte Aeliano, propter ſui corporis grauitatem canes maximè perhorreſcit, cum demiſſo, & humili volatu vtatur. Hinc fit vt ſimulatquè canum latratus audierit, illicò intra dumeta ſe abſcondat. Hodie quidam Canes ab oſſibus auium ſylueſtrium abhorrent, cum tamen illa domeſticarum deuorent, & Canis Pontani, teſte Blondo, carnes gallinæ abominabatur, immò ijs oblatis fugiebat. Olim in templum Herculis victoris canes non ingrediebantur, ſed ob quam antipathiam Auctores non exprimunt. Alij id odore clauæ in limine oſtij poſitæ attribuebant, Alij cùpiam ſub ſolio portæ ſepulto, à quo canes maximoperè diſſentiebant. Immò quidam particulares canes in odium quorundam peculiarium rapiuntur, dum alij ad pulſatum Citharæ miſerè gemũt, alij ad clangorẽ tubarum vlulant, alij in diſploſione bombardarum longiſſimè auſugiunt. Quid pluta? canes, & feles agreſti odio ſibi inuicem aduerſantur. Sed poſtea pellem ſelium canes adeò diligunt (inquit Cardanus) vt ob inſignem ſympathiam ſupra illam ſe voluant, atquè reuoluant. Immò etiam loco, vbi ſepulta fuerit, ſummoperè delectantur. Sicquè mortuum animal amore proſequuntur, quòd viuum oderunt. Ad finem, inter homines, & canes maximum eſſe conſenſum omnibus exploratiſſimum eſſe arbitramur; quia humana tecta cuſtodiunt, pro Domino morti ſe exponunt, & cum hominibus ad prædam currunt. Ab hac ſympathia nonnulli ſpeculatores colligunt canes aduerſus humanas ęgritudines mirandum in modum valere, ideoquè catulos adhuc lactentes membris languidis apponunt. & omnes affectiones in illos transferri aſſeuerant. De hoc Quintus Serenus ſic cecinit.

lib. 3. cap. 4.

Canes quidã ſonũ Citharæ, & clãgorem tubæ odio habent.

Quin etiam catulum lactentem apponere membris
Cenſuit, eunce malum tranſcurrere ſertur in illum.

ANATOMICA.

ARiſtoteles, & Aelianus canis caluam futuris carere aſſeuerarunt, cum vnũ tantum os continuum ſit, quemadmodum etiam in cranio Cynocephali licèt conſpicari. Muſculos autem temporales in canibus veluti in lupis, & leonibus robuſtiſſimos Galenus ſemper obſeruauit, quoniam in frangendis oſſibus maxillas exercere debebant. Inſuper idem Galenus neruos recurrentes in canibus euidentiſſimè conſpici teſtatus eſt. Quamobrem noſtræ ætatis Chirurgi, & Anatomiti ſolent interdum, curioſitatis gratia, aliquorum canum neruos recurrentes incidere, ne poſt vulneris curationem latrare queant. Circa dentes notandum eſt, quòd homo ex vtraquè parte dentem caninum producit, canes verò, & lupi, ex Galeni ſententia, multis huius generis dentibus referti ſunt. Præterea partes internæ thoracis à partibus ſpiritualibus hominis non valdè diſcrepant, vt in anatomica inſpectione liquidò conſtat. Nam periti Anatomici quotieſcumquè ſingulis annis in Bononienſi Gymnaſio publicam anatomen exercent, canes viuos diſſecare ſolent; vt Philiatris verum cordis motum oſtendere poſſint. Lien canis ex ſententia Ariſtotelis, ſplenem hominis, vel Suis longitudine æmulatur, in colore verò eſt nigrior, cuius rationem afferens Galenus dicebat Canes eſſe animantes natura ſicciores; ideo eorum lienes, diſſecto animali, ſtatim nigredinem contrahere. Deinde reliqua canum interanea viſceribus Leonis perſimilia, quidam Scriptores prædicant. Ventriculus tamen paruus, & arctus, nec multo amplior inteſtino, ad aures Ariſtotelis, eſſe perhibetur. At inteſtinum iuxta ventriculum laxius, & in fine arctius eſſe fertur; hac de cauſa, ſequidùm Ariſtotelem, & Plinium, canes in reddendis alui excrementis valdè nituntur. Denique Galenus in commentarijs ad Hippocratem ſcribebat canem habere ſimilem homini colorum naturam, & ex Meſocolis veluti ex Meſenterijs dependere.

lib. 11. de vſu par. c. 2.

lib. 11. de vſu par. c. 9.

li. 6. de anat. admin.

li. 6. de mor. vulg. com. 4

E

PHYSIOGNOMONICA.

ARistoteles in Physiognomonicis, monimentis mandauit, qui caput habẽt magnum, canum instar, eos sensatos, & sagaces esse, acerrimoquè nariũ sensu vigere. Sed quoniam Philosophus pluries canum meminit, illos aliquando appellans generosos, & magnanimos, quãdoq; adulatores, & interdũ conuitiatores. Idcirco Porta scripsit quòd robusti, & molossi canes sunt, qui magnanimi, & fortes dõr, sagaces, qui nariũ sagacitate vestigãt vulgo *Brachi* nũcupantur. Cutsores, & Ferarũ amatores, & custodes cõuitiatores, & adulatores nominantur; quorũ omnium veluti mores, ita illorum formæ variæ sunt. Inchoantes igitur ab aspectu, vnà cum Porta, faciem oblongam hominis iniurioſi esse attestamur. Sed quidẽ hic vir doctus huiusmodi hominẽs ad canes villaticos refert, qui iniurioſi, inuere cundi, & etiam oblonga facie præditi sunt. Deinde qui minus planam frontem habent, sagaces sunt, & ad canes secundùm Aristotelem reducuntur. Immò frons in longum protracta optimos sensus, & docilitatem demonstrat; qualem frontem non solum in canibus, sed etiam in genuina Platonis effigie Porta obseruauit. Gratarola verò homines protensæ frontis, vt patet in canibus, adulatores esse constituit. Præterea, quibus sunt oculi ignei, inuerecundi sunt, & ad canes referuntur. Etenim Adamantius tradebat oculos igneos, & caninos impudentiam demonstrare, quare apud Hesychium, & Varinũ impudentissimus, & inuerecundus animus, ob fixionem, & impudentem aspectum caninus exprimitur. Canes autem venatici supra oculos episcenium habent; homines igitur hac physiognonomia insigniti crudeles habẽtur, quod cõtemplari licet in Actiolino Patauinorum tyranno cuius effigiem Porta Venetijs in marmore diligenter contemplatus est. Ille enim suæ, & prioris ætatis viros crudelitate superauit. Si labia considerem. Aristoteles habentes labium superius sursum eleuatum, itaut dentes, & gengiuæ appareant, tales immodestos, & philodoros, nempè munerum amatores, esse decreuit.

F

lib. 2. Phys.

loco cit.

G Vnde Porta ex prominentia superioris labij, homines ad conuitia, & contumelias pronos, & ad canes referendos esse statuit. Gratarola aures meditans prodidit homines auribus moderatis ad morem canis præditos, fideles, & si irritentur, in iram valdè pronos esse arguit. Prædictis addamus figuram nasi, qui si erit subtilis, & acutus, veluti in canibus domi versantibus conspicitur, tunc hominem valdè iracundum demonstrabit. Quapropter Philosophus scribens ad Alexandrum dicebat per huiusmodi nasum homines sęuæ iræ denotari, & ad canes referri, cum canes in iram procliuiores quàm tigres esse ferantur. Deniquè ad contemplationem dentium si accedamus; aliquando dentes caninos in aliquibus hominibus firmos iustò longiores, & ad exteriorem partem expositos possumus intueri, qui non modò homines ad iram procliues, sed etiam helluones, & lasciuos indicant. Quandoquidem Gratarola fatetur se plures cum his dentibus nouisse, qui lurcones, bibaces deceptores, & homicidæ fuerunt.

lib. 2. Phys.

In Physiog.

In lib. Phys.

H

INGENIVM, MEMORIA, Docilitas.

CAnibus à natura insitum, ingenitumquè esse ingenij vigorem ex eo colligunt Auctores, quia persequentes Ferę alicuius vestigia, & ad foueam aliquam peruenientes quodammodo ratiocinantur, dum Feræ odorem neque in sinistra, & dextra parte, neque in souea persentientes, Feram transilijsse fossam conijciunt. Ideoquè & ipsi transeuntes Feram sectantur. Deinde maiorem ingenij solertiam hoc animal indicat, dum inter alia proprium herum cognoscit sectatur, & tuetur. Iuxta illud.

Inter quadrupedes Canis fidelis,
Inter quadrupedes canis voluptas

Inter

E rum Dominorum mortem reuelarunt. Nicias venator, referente Maiolo, in fornacem imprudenter incidit; eius autem canes, & latratu, & cursu Niciam aduri transeuntibus indicarunt, cum nemo vnquam id animaduertisset. Pariter Leuticas tres puellas à Spar tanis quibusdam iuuenibus constupratas, moxquè occisas, & in puteum deiectas canis Sedaso patri peregrè aduenienti latratu, & cursitatione ad puteum prodidit. Blondus etiam tradit, quòd catulus puerum concomitans, ipsumquè se laqueo in cella vinaria suspendentem intuens tanquam suspensi nuncius sursum, & deorsum latrando currere non cessauit, donec parentes canem secuti puerum suspensum inuenerint. Apud Io. Tzetzem legitur contigisse, vt quidam Caupo humaret cadauer hominis à se occisi, qui postea à cane proditus, & rem confessus iussu Præfecti Vrbis suspensus fuit. Ad rem ex Ambrosio habemus Hecati Antiochiæ militis canem cadaueri adstitisse, qui mesto eiulatu amorem Heri testatus ad fidelitatis spectaculum ingentem hominum coronam conuocauit. Interea aduenientem, qui eædem patrauerat, conspicatus, eum mordicus apprehensum tandiù detinuit, donec flagitio patefacto, reus ad vltimum supplicium ductus fuerit. Apud Plutarchum de Pyrrho fertur, eum aliquando cani obuiã factum cadauer herile tridui spatio sine cibo custodienti; quod Pyrrhus sepeliri, canemq; sibi diligenter seruari iussit. Accidit autem vt paulo post Pyrrhus exercitum lustraret, dum ei assidebat canis interim cum inter sectores Heri nomina daturi præstò essent, canis, vbi eos adesse conspicatus est, magno latratu Pyrrhum identidem respiciens, omnes circũstantes exurdabat. Id autem omnibus spectantibus facti suspicionem insinuauit. Ideo illi capti, & confessi meritas pœnas, mandato Pyrrhi penderunt. Similem casum recitat Blondus accidisse in Gallia. Dùm Mercator per solitudinem proficiscens, nefanda lucri cupiditate captus alterum à cane associatum (ambo enim ad Nundinas equitabant) iugulauit, & humo condidit. Canis, hero mortuo, illud nemus ingenti vlulatu replebat, quem Accolæ in diuersorium duxerunt, & cibo refecerunt, ille refectus ad locum cadaueris sepulti reuertebatur. Interim, mercatoribus a Nundinis redeuntibus, canis homicidam agnoscens tanquam hostem latratibus, & morsibus prodidit. Idcoquè captus, & flagitium confessus, manibus carnificis vitam finiuit. Non dissimilis casus prædictæ historiæ, referente Scaligero, est Galliæ peculiaris. Quidam Regis Aulicus amicum, cui canis erat comes, fortè ob perfidiam obtruncauit, & in agro sepeliuit. Canis amore victus diù sedit in tumulo; postquam verò fames pietatem superauit, in aulam sine Domino reuersus est, rati cõtubernales bestiam temere vagari, ei cibum dari iusserunt, fatur autem tumulum petebat, toriesquè iuit, & rediuit, donec canem secuti cadauer inuenerunt, & agnitum sepultura affecerunt. Canis exequijs peractis, socius fit eorum, quorum dux fuerat ad inuestigandum. Tandem al quando homicidam in aulam reuertentem conspicatus i lum magnis latratibus i persecutus est, vt talis suspicio, orta fuerit, quæ etiam mouit Regem, vt iuberet homicidam causam dicere. Dum ille hanc cũlpam deprecari cœpit; canis & latratibus, & assultibus orationem obturbabat res eò deducta est, vt, iussu Regis, homicida cum prouocatore singulari certamine præliari coactus fuerit. Picta est canis victoria in Cœnaculo quodam Regio. Immò pictura vetustate obliterata, Regum mandato, semel, atq; iterum instaurata est. Postremò canis fidelitas eò peruenit, teste Aeliano, vt quicunque proditores à canibus detecti fuerint, quia canes curam honestatis Domini gerentes reperti sunt. Catellus enim Siculus cuidam adultero infensissimus fuit, etiamsi adulteræ familiares omnes corrupti faucrent. Itaquè admissum adulterum, in repentino mariti reditu certò quodam loco occularunt catellus solus fidelis nunquam cessauit penès ostium illius cubiculi allatrare, pedibusquè fores conuellere, donec maritus quid mali suspicãs, aperto ostio, adulterum armatum sequenti nocte maritum occisurum inuenerit. Ratione tertij, non desunt exẽpla, quæ declarant canes adeò fideles, & benevolos fuisse, vt vnà cũ heris perire voluerint. Polus Tragedus, ex Aeliano cũ defunctus cremaretur, canis eius alũnus in medios saliens rogos cũ altore suo exustus est. Fuit alter Pyrrhus, qui cũ in rogo positus esset; it idẽ eius canis in pytã saltans concremari pertinacissimè voluit. Canis Theodori præstantis fidicenis, cum ipse humaretur, Melitæus in eius sepulcrũ spontè descendit. Item canis Eupolidis poetæ comici, Augeas nomine celebratus, mortuo, & sepulto Domino, præmœrore, & ipse cõtabuit. Canis ẽt Iasonis lycij, hero suo interfecto, capere cibũ noluit arq; ita cũ illo inedia perijt. Aelianus narrat Darĩũ, qui postremus regnauit apud Per-

Coloq. 7.

Cauponis historia.

De Pyrrho & cane.

Nefanda lucri cupiditas.

Exerc. 202.

lib. 7. hist. An. c. 33.

loco cit.

Canes defũctis heris pereuntes.

lib. 6. hist. An. cap. 22.

 sas,

ſas,in ea pugna, quam contra Alexandrum ſuſcepit, à Beſſo multis vulneribus confoſſum,& iacentem,omnibus diſcedentibus,à ſolo cane abeo educato ad mortem vſq; cuſtoditum fuiſſe. Noſtra ætate (inquit Blondus) in ciuitate Aſtenſi, cum mulieris cuiuſdam genere claræ ſunus procederet,canis,facto impetu,ſuper cadauer inſiliit,& præ dolore tanquam ab aliqua Fera laniatus interijt. Ioannes quoquè Tzetzes recitat canem Xanthippi,qui fuit pater Pericles,vt Dominum nauigantem ſequeretur, in mare ſe proiecciſſe,atquè natando viribus exhauſtum expiraſſe. At maiori nobis eſt admirationi id,quod tradit Aelianus de cane cuiuſdam Colophonis, qui vna cum eo, & famulo mercatum in Ioniam ad ciuitatem Thcon ſe contulit: cumque in itinere ſeruus pecunias ferens,alui exonerandæ gratia,a via paulumper deflexiſſet,loculi humi depoſiti immemor abijt. Canis ad marſupium cuſtodiendum remanſit,donec illi,re infecta,ob amiſſas pecunias reuertentes eam penes monumentum inuenerunt, qui diù fame afflictatus ſtatim poſt illorum reditum exanimatus eſt. Non eſt ſilentio inuoluenda fidelitas canis Titij Sabini qui auctoribus Plinio,& Solino cum in carcere,nec in morte vnquam deſeruit,immò proiectum illi panem ori Domini mortui apposuit, & cadauer in Tyberim proiectum,accurrente multitudine ad ſpectaculum, canis natans tergo ſuſtentare conabatur. Ad finem Scaliger prodit, quod Agreſtis Corſus ſolum ſolus eduxit canem ad venatum,eius fœtus cognita fide & ferocia, peruenit ad ſummitatem montis, vbi ingens frigus dominabatur,ſeditque in rupe feſſus. Poſtridiè eius familiares ratæ hominem a feris interemptum,quæſitum exiuerunt,illumque procul conſpicati alta voce appellauerunt,ſed cum nec reſponſum audirent,nequè vllum corporis motũ conſpicerent (dirigucrat ibi gelu) acceſſerunt, vt cadauere ſaltem potirentur. Ibi canis excubabat,qui illicò in omnes etiam notos tanquam furatum Herum venientes magno impetu irruit,aliquoſquè proſtrauit,nequè prius à pertinaci tutela recedere voluit,donec ſagittis confoſſus ad Heri genua vitam depoſuerit.

Chyliad. 3. cap. 130.

Canis Marſupij cuſtos

Exerc. 202.

A CANE, ET OB CANEM occiſi.

RLinius monimẽtis mandauit Coryngem Reginam propter liberiorem cum marito Nicomede Regem Bithyniæ,a Cane Regis fuiſſe interfectam. Siquidem id hominem aduersus Regem agi canis putauit. Euripides etiam poeta, ex Textore, noctu rediens à cœna Archelai Regis Macedoniæ a Canibus a Pomero quodam æmulo immiſſis extinctus est.

lib. 7 hiſt. nat.

Tom. 2 offi.

Diogenes Philoſophus deceſſit ex morſu canis,iuxta mẽtem Textoris,eodem die, quo Alexander Macedo in Babylone mortuus eſt. Heracleſus autem philoſophus (referente prædicto auctore) cum eſſet hydropicus,ad remedium ſebo bubulo inunctus,atq; Soli expoſitus,profundoquè ſomno correptus à canibus laniatus eſt. Linum Apollinis filium ex Pſamata Crotopij Argiuorum Regis filia,à matre apud Nemeum flumen expoſitum canes dilacerarunt. Cuius meminit Ouidius in Ibin.

Quique Crotopiadem deripuere Linum.

Neanthus,ſi vera ſcripſit Politianus in Nutricia,propter Apollinis Chelyn temerè affectatam à canibus meritò tantæ audaciæ vindicibus interfectus fuit. Cecinit igitur hunc in modum.

Improbus hanc ſtultè Chelyn affectare Neanthus
Anſus Apollinea pendentem ſuſtulit ade;
Quam tamen inducto ferientem pollice chordas
Vindice diſcerſis rictibus ora canum vis.

lib. 16.

Lycaon Rex Arcadiæ,vt tecimus Volaterranus,cum in Lupum eſſet conuerſus à ſuis canibus in venatione occiſus eſſe perhibetur. Hic caſus ſimilis fuit morti Actæonis,quẽ cum incautè Dianam in fonte nudam conſpexiſſet,in Ceruum cõuerſum proprij canes lacerarunt. Quare non immeritò canebat Ouidius.

Infelix Actæon cernens ſine veſte Dianam
Præda fuit Canibus non minus ille ſuis.

Thra-

E Thrasus quoquè puer Delius Dianæ cariſſimus vi canum perijſſe dicitur. Hoc memorat Ouidius in Ibin.

Prædaq́, ſis illis, quibus eſt Latonia Delos
Ante diem rapto non adeunda Thraſo.

Parthenius narrat in Theſſalia Cyanippum filium Pharacis, pulchram puellam, quam deperibat, à parentibus impetratam vxorem duxiſſe. Etat autē iuuenis venationi valdè deditus, itaut interdiù Feras inſequeretur, noctu autem in profundum ſomnum delaberetur; quare vxor diligentiam adhibens, vt cognoſceret quid tota die maritus operaretur, ad genua ſubductis veſtibus clam miniſtris omnibus ſyluam ingreditur. Porrò Cyanippi canes ſortè, Ceruum inſequentes ferociores reddit, cum puellam olfeciſſent aggreſſi, nemine prohibente, totam dilaniarunt. Inſuper Perithoi, & Coris interitum à cane dimanaſſe tradit Suidas; nam Moloſſorum Rex fuit Hades, nempe Pluton, ſeu Orcus, hic filiam habuit Periſphonem, quam vocauit Corem (Formoſas enim mulieres Moloſſi Cores appellabant) hanc Perithous ex corde amans noctu illā rapere decreuerat. *In Ero. c. 10*

F Quo cognito, pater Hades canem ſuum à magnitudine Tricerberum nuncupatum ante fores ligauit, qui ex conſtituto venientem Perithoum neeauit, itē Corem adopem ferendam accedentem interfecit; quam poſtea Poetæ à Plutone raptam fuiſſe fabulantur.

Canace filia Regis Aeoli, cum inhoneſte Macareum fratrem adamaret; ex ipſo filium ſuſcepit; quo intellecto ex vagitu infantis, dum extra palatium ad nutricē deferreretur, Rex indignatus infantem canibus deuorandum expoſuit; deinde Macareo in Delphū aufugiente, nudatum enſem filiæ miſit, vt ſemetipſam perimeret. Aliam hiſtoriam habemus apud Aelianum, de quodam ſeruo Diogenis, hunc Patriam relinquentem famulus nomine Manes ſolum ſecutus eſt: hic tandem conſuetudinis Diogenis impatiens terga dedit. Cumq́; Diogenem aliqui hortarentur, vt eum quæreret, reſpondit indecorū eſſe, cum Manes Diogenis non indigeat, Diogenem Manis egere. Verum ſeruus ille poſtea captus, Delphoſquè adductus à canibus diſcerptus fuit. Dubrauius hiſtoricus hoc idem Boleslao Secundo Polonię Regi contigiſſe docet. Hic enim Rex ob eędem S. Stanislai Cracouienſis Epiſcopi Regno à Romano Pōtifice exutus, actuſquè in exilium, in tantā G amentiam incidit, vt per ſyluam oberrans à ſuis tandem canibus deuoratus fuerit. Præterea, ex Contareno habemus, quod Aſtrologus quidam celeberrimus interrogatus à Domitiano Imperatore de fine vitæ, reſpondit Imperatorem breui périturum. Hac de re Imperator indignatus, necemquè Aſtrologo machinans denuò ipſum interrogauit, nùm propriæ vitæ finem præuidiſſet, cui Aſtrologus ſe à canibus dilaniandum eſſe protulit. Tunc Imperator prognoſticum irritum facturus Aſtrologum mactari, comburi, cineresque humari iuſſit. Cum autem miniſtri ad comburendum cadauer rogum accēdiſſent, oborto repentino imbre, miniſtris recedentibus, & extincto igne, canes illud deuorarunt. *In Auctario*

Omiſſis interea infinitis ſine nomine, quos canes interfecerunt, nam tradit Saxo Grammaticus, Broinoni inuſitatæ ferocitatis canem extitiſſe, horrendæ quidem acerbitatis belluam, atquè humano conuictui formidoloſam, quæ ſola biſſenos viros oppreſſerat. Tandem, qui à canibus rabidis morſi interierunt, ſunt innumeri. Vnum tamē aut alterum recenſere libet. Matthiolus in Commentarijs ad Dioſcoridem memorat Baldū *lib. 6. hiſt. Dan.*

H virum clariſſimum Iuris vtriuſq́; Doctorem, qui Tridenti colludens cum catello iam rabie affecto, in labio inferiori demorſus fuit, ſed ipſe huius rei ignarus rabidus factus, & hydrophobicus nullo adiutus medicamento miſerabiliter interijt. Nonne S. Bellinus, ex Geſnero, idem mortis genus paſſus eſt? hic Patauio pulſus à pleriſquè Nobiliū, quia ſeuerius, & ſanctius, quam ab illis probari poſſet, Epiſcopū ageret; in paluſtre agri Germanici Solum quindecim millia paſſuum Rhodigio diſtans diuertit. Hic cum manus hominum euaſiſſe videretur, Canum rabiem euitare non potuit, à quibus laniatus tādem in Diuorum numerum relatus fuit. Poſtremò ſi eos, qui cauſa canum perierunt enumerare vellemus, proculdubio diem integrum conſumeremus. Vnà igitur inſtat omnium legentibus hiſtoria à Pauſania in Laconicis recitata ſufficiat. Hercules cum Oeno conſobrino Spartam veniens ſortè Hippocoontis ædes pertranſiuit. Tunc canis domus cuſtos Oeonem inuaſit, ille lapide canem percuſſit. Quod obſeruantes Hippocoontis filij curſim egreſſi fuſtibus Oeonem confecerunt. *D. Bellinus a canibus laniatus.*

ÆGRITVDINES CANVM, & Medelæ.

Anum valetudinem innumeris ſerè morbis eſſe obnoxiam. Gratius poeta eleganter declarat in opere de venatione, quando de morbis canum verba faciens ſic inquit.

Quid dicam tuſſis, quid mœſti damna veterni,
Aut incuruatæ, ſi qua eſt tutela podagræ
Mille tenent peſtes, curaq́ potentia maior.

li. 2 memor. cap. 27. Solent autem potiſſimum canes ægrotare, quando Iupiter in Sagittario propria domo B verſatur. Tunc enim teſte Merula, erit magnorum animalium, & canum ſtrages. Noſtra igitur intererit in præſenti hiſtoria omnes canum affectiones vnà cum præſidijs enumerare, excepta tamen rabie, de qua ſeorſim in capite ſubſequenti ſermo habebitur. Inchoantes igitur à morbis capitis, canes epilepſia opprimi ſtatuimus, tum quia canes ſæpiùs conuulſos conſpicati ſumus, tum etiam quia Clariſſimus Montuus in Anaſceue morborum, & canes, & Cercopithecos conuulſione laborare obſeruauit. Idco in hoc caſu Medici canum non ſolum ad inuſtionem, ſed etiam ad olcum coſtinum, & vulpinum

Morbi oculorum. confugiunt. Oculi canum aliquando lippitudine vexantur, tuncquè Tardiuus aquam tepidam cum farina, & albumine oui adhibet, & in tollendis albuginibus oſſe ſepiæ cremato vtitur, huncquè pulucrem ad oculi abſterſionem per fiſtulam inſuflat. Si ſurditate afficiantur, qui morbus ex pigritia, & ex omni amiſſa alacritate deprehenditur; Tardiuus olcum roſaceum cum vino generoſo permixtum in aures inſtillat. At ſi aures ver

Surditatis curatio.

mibus ſcateant, idem auctor ſpongiam tritam cum albumine oui exceptam, inſtar cataplaſmatis, applicat. Præterea ſolent canes fortè propter nimiam capitis humiditatem C

Vermes aurium.

contractam, amittere odoratum; idcirco tunc purgandi ſunt, & præcipuè ſi ſint ſagaces,

Odoratus amiſſio curatur.

vel venatici ad coturnices. Plinius in hoc affectu, vtitur elleboro, quam doctrinam hodierni venatores ſectantur. dum ſumunt radicum ellebori albi drachmã ſemiſſem mi

In lib. de cura canum. cap. 4.

ramquè cum modico lardi canibus præbent. Hac enim ratione per partes ſuperiores, & inferiores optimè expurgantur. Tardiuus ſtaphiſagriam tritam cum oleo, & propinat. Carcanus tandem, vt canes odorem recuperent odoratum, recipit draxmas duas agarici, ſcrupulum vnum ſalis gemmei, & cum oximelle pilulam confectam, butyro inuolutam cani ægrotanti tradit deglutiendam, hocquè remedium experti commendat. Amplius canes aduerſa valetudine palati, gulæ, & thoracis identidem vexantur. Propterea Tardiuus palatum nimio calore refertum butyro melli permixto inungit. Si hirudines gulæ adhærcant accipiendæ ſunt muſcæ per æſtatem circa equorum capita volitantes, quarum crematarum nidore hirudines cuicumquè parti adhærentes excidunt. Quando verò aliquod os gulæ canis infigitur, naſus canis apprehendendus, oleumque per fauces infundendum eſt, quia hac ratione, ex Tardino, omnia gulæ infixa per ſuſſim excutiuntur. Si morboſa tuſſis canes infeſtet, ita vt venationem, & cuſtodiam impediat, Blondus amygdalis dulcibus mundis, & contuſis in vino diſſolutis non modicam vtilitatem attribuit. Tardiuus pulegium in oleo, & melle non infrugiferum eſſe opinatur. Si ad ventris inferioris affectus recenſendos deſcendamus.

Morbi gulæ.

Tuſſis.

Vomitus. Primò in ſtomachum incidemus, qui interdum languore, & vomitu laborat. Quam

Tormina.

obrem Tardiuus oſſa bouis in aceto cocta ſummo cum emolumẽto rodenda obijcit. Ad tormina ventris nonnulli parùm pulueris cymini in cibarijs canum miſcent. Tardiuus

Verminatio

allium cum oleo calido tritum commendat. Si in ventre fuerint lumbrici, idem Auctor recipit ſemen abſynthij, coſtum cerui, & lumbricos ſiccatos, omniaquè cum melle exhibenda eſſe præcipit. Demùm canes alui adſtrictione laborant, quando frequenter gemunt, loco permanere nequeunt, & aſſiduo egerendi conatu premuntur. Hæc affectio

Stypticitas.

potiſſimum catellis delicatis accidere ſolet, propterea potione olei, vel modico mannæ in iure, aut potis ſcammoneę granis liberari ſolent. Per vrinã eriã canes, qñq; ſanguinẽ reddũt, & Tardiuus in hoc morbo laudat coriãdrũ in aqua oleo, & lẽricula coctũ; oiaq.

Cani

E Cani edenda curat. Post hæc, morbi pedũ considerandi sunt. Etenim si pellis aut vngues apedibus separentur. Tardiuus farinam aquæ permixtam supèr locum affectum deligat, vel pedes canum ponit in decocto facto cum corticibus mali punici, sale, & aceto. Quãdo vero aculei pedes canum lęserint. Albertus furfuresçam cum larido tritam loco faucio apponens spinam extrahit. Hoc præsidium aliqua non caret difficultate, cum Auctor, quid per furfuresçã intelligere voluerit, non doceat. Gesnerus tamen non sine ratione hanc farsaram nempe tussilaginem esse opinatur; quoniam folia huius plantę albis quibusdam, ceu fursuribus obducantur; quæ folia in hoc casu, non sunt spernenda; quia Ruellius folia farfarę tela omnia corpori infixa extrahere tradidit. Vermiculi quoquè in posterioribus canum cruribus identidem nascuntur. Ideo ad illos perimendos, præter vnguentum Apostolorum, & Aegyptiacum, quorum descriptio in Antidotario Bononiensi habetur, succus foliorum persici adhibendus est. Quidam venatores experti huiusmodi vermiculos in omnibus brutis animantibus interire affirmant, si stechas citrina de collo eorum suspẽdatur. His animaduersis, nobis morbi cutanei se se offerunt, inter quos primum locum scabies occupat, in qua auferenda varij auctores varia remedia præscribũt. Gratius poeta in libro de venatione sic inquit.

Morbi pedũ.

Furfuresca Alberti qd.

Scabies canum.

F

An si deformis lacerum dulcedine corpus
Perſequitur ſcabies longi via peſſima lethi.

Idem auctor paulò inferius hoc assignat præsidium.

Tunc, & odorato medicata bitumina viro,
Imponesq; picet, immundaq; vnguen amurcæ.

li. j. de mat. med.

Dioscorides oleum lentiscinum, & cedriam in scabie eatum commendat. Alij canes scabiosos in aqua marina sæpius mergunt. Alij decocto lupinorum, vel lixiuio frequenter lauant, aut in aqua, in qua fabri ferrarij ferrum cãdens extinguunt. Alij denique sanguinem detrahunt a quatuor cruribus tundẽdo venam maiorem, quæ per exteriorem cruris partem descendit; simulq; adhibent vnguentum pro scabie, quod nostri pharmacopęi in officinis paratum seruant. Verùm si scabies præscriptis medicamentis reluctetur; tunc Franciscus Carcanus ad hydargyrum, tanquam ad sacram anchoram confugit. Recipit enim vnciam vnam argenti viui, & vncias quatuor axungiæ, quibus simul mixtis, canem Soli expositum inungit, vt vis medicamenti penetrare possit. Hæc inunctio alternis diebus terrepetenda est, deinde canis sapone nigro, & lixiuio dulci diligenter abluendus est, quoniam pristinam valetudinem recuperabit. Quoniã verò prædictum vnguen casum pilorum generat. Ideo axungia veteri canis postea liniendus est, siquidem hæc augmentum pilorum solicitare potest. Inter morbos cutaneos variolæ recensentur, quibus canes Meliteos laborare nostræ mulieres obseruarunt, sed quoniam in his superandis totum opus naturæ reliquunt, Hac de re ad verrucas, & clauos ponderandos deseendemus. Verrucas igitur diligenter fricant, deinde illis medicamentis instar emplastri applicant compositum ex puluere corticis cucurbitæ, sale, oleo, aceto, aloe, & sinap. Pro clauis ex fimo arido, cortice cucurbitæ, pane hordeaceo simul eremaris, addito puluere plũbi, & aceto medicamentum componunt. Prædictis addamus vulnera, quibus canes variè consauciantur. Huiusmodi igitur vulnera, vel simplicia, vel composita erunt. Simplicia

In lib. de cura canũ c. 5

Verrucę.

Vulnera.

H canibus tantum lingenda relinquuntur, vel puluere cranij canini insperguntur. Sin cõposita fuerint; tunc adhibenda erunt illa præsidia, quæ in curandis humanis vulneribus vsurpantur. Postremò canes à quibusdam animalculis veluti ricinis, pediculis, & pulicibus infestantur; quæ animalia pro viribus profliganda sunt. Varro aduersus pediculos staphisagriam tritam inspergit, & canem in decoctione radicum aceris, vel mandragoræ abluit. Blondus verò decoctum radicum cyperi præfert. Alij pulices eneant, dum canẽ in aqua marina, vel muria mergunt. Alij denique succo ellebori, vel cucumeris syluestris totum canem perlinunt. Ad finem sunt qui credant, ex Blondo, propter fascinum canes emaciari, & interire, cum Virgilius id etiam agnis accidere scripserit.

Fascinum canum.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinet agnos.

Itaq; Blondus animaduertit cauendum esse, ne catuli ab inuidis hominibus inspiciãtur; quandoquidem quidam maligni spiritus ab oculo fascinantis exeuntes animal tenellũ inficiunt. Vnde Blondus ad fascinum præcauendum coralium decollo suspendit, & baechare viridi frontem coronat.

RETINENDI, FVGANDI, & necandi Ratio.

CYnogloſſa herba matrici canis coniuncta, Alberto auctore, omnes Vrbis, vel ruris canes allicit ad locum, in quo occultata fuerit. Idem præſtare affirmat eamdem herbam ſub planta pedis geſtatam, quia latratum canis impedit, & canem hominis aſſeclam efficit. Varro, vt fugam Canis euitet, ranam coctam ei obijcit; vel hoc remedio non conferente, canem caſtrat, quia canis emaſculatus tanquam fœmina domi morari cupit. Alij optima de hac ſa hoc remedium non probant, quoniam canes imbecilliores redduntur, & præcipuè ſi pro venatu, vel pro armentorum cuſtodia alantur. Tardius alas canum oleo inunctas, quia hoc præſidio eorum curſum impedire putat. Creſcentienſis primùm loro, deinde ferrea catena ligari præcipit, vt in determinato loco morari aſſuefiant. Frontonis Geoponicis græcis fugam à canibus arcet, dum totos à capite ad caudam vſquè butyro perlinit, & lingendum butyrum eis exhibet. Vel, ex eodem auctore, fugam impedies, dum alterius canis ſecundam in panniculo ligatam ei olfaciendam obijcias. Porta commendat oſſiculum repertum in latere rubetæ, quod deferentem libenter canis ſectabitur. Cæterùm ad canes arcendos, Scholiaſtes Homeri inquit, quòd oportet ſederebaculũ deponere, ne canes inſidias, & ſuſpicari poſſint. Sed ſatius erit ad venena confugere. Quamobrem Dioſcorides chamæleonem album cum polenta pertritus canes ſues, & mures occidit. Apocynum quoq; & braſſica canina, ex eodem Auctore, ſi dentur canibus illos interimũt. Plinius ad venenandos canes commendat aquam qua aſparagus decoctus fuerit. Item plumbi fumum extollit. Fraxini fructus canibus magno eſſe nocumento perhibetur, quia dolorem vertebrarum, & coxarum excitet; licèt ſues illo ſaginentur. Rhododaphnes planta, quam hodierni Botanici oleandrum appellant canes interficit, ſi folia, vel flores cum cibarijs canum miſceantur ſi Dioſcorides, & Aucennas veritatem ſcripſerunt. Cardanus nullum venenum ſpongiæ æquiparandum eſſe exiſtimat, quoniam hæc nequè digeri, nequè egeri poſſit. Nux vomicam, quam ab effectu canicidam Auctores vocitant, ad canes venenandos non procreaſſe videtur; ſiquidem hæc recens, ſi lima teratur, caniquè vel cum butyro, vel alio pingui deglutienda præbeatur, trium horarum ſpatio illum ad interitum perducit. Ariſtoteles in Mirabilibus narrat circa Scytharum, & Medorum regionẽ quoddam hordei genus naſci, quo homines veſcuntur, ſed ſues, & canes excrementum hominis cum panem ex hoc hordei genere comederit, tanquam lethale venenum abominantur. Omiſſo interea aconito cyoctono, ita appellato, quia canes perimat, nec non napello, quæ inter cætera venena nulli animanti parcit.

lib. 7. Phyſ. cap. 15.

li. 3. de mat. med.

li. 32. de rer. variet.

EPITHETA.

BIncxſplebilem edendi auiditatem apud Græcos canis λαίβρος, ſcilicet nimium vorax, ὠμηστὴς καὶ ἀμοβάρης crudiuorus, à dentium acutie καρχαρος, & καρχαρόδους dicitur. Ratione coloris ἀργὸς, nempe albus, ἀργιόδους albos dentes habens, & καροτὸς ob glaucos oculos vocitatur. Latini ob aſſiduum latratum, canem vocalem, vociferum, oriſonum, & latrantẽ nuncupant. Alioquin Homero ὑλακομορος canis latrando fatigatus exponitur. Albertus fortè ob magnitudinem canis pro moloſſis maſtinos vertit, quod epitheton Italicani magno accommodant. Immo non ſolum canes magnos, ſed etiam quodcumq; moderatam magnitudinem excedens, maſtinum nũcupant. Geſnerus autem huius nominis originem inuenire neſcit, niſi per maſtinum Albertus maximum ſcribere voluerit. Canes enim maſtini ſunt grandes, & mordaces, vt inquit Alunnus. In Gallia autem Narbonenſi Canem magnum, & robuſtum latratu maiores adorientem *Limiera* appellant. Præterea locus natalis multis epithetis occaſionem præbuit. Etenim Vmbrum vocant

ab

E ab Vmbria, Laconē à Laconia, Epiroticū ab Epiro Græcię regione, Iberū, ideſt Hiſpanicū, Sauromatā Oppianus exponit Polonicū, Amycleum ab Amyclis Laconiæ ciuitate, Amorgū ab Amorgo Inſula vna Cycladū, vt refert Stephanus; Dulichiū ſecundùm Mattialē à Dulichio Inſula Maris Ionij. Arcades pariter a regione ita cognouinata dicūtur; licèt tales ex canibus, & alijs Feris geniti fuiſſe dicantur. Moloſſus quoq; & Moloſicus ex Moloſſia regione denominatur; quāuis Ariſtoteles Moloſſos canes magnos, & robuſtos ad paſtores, & venationē attinentes intellexerit. Verū ab æquiuocatione huius nominis cauendū eſt; quādoquidem hoc vocabulum non ſolum cani, ſed etiam homini Moloſſię Regionis competit. Immò & Moloſſo Pyrrhi filio, & pedi metrico moloſſo cognominato, quia odas hoc pedis genere conſtantes Moloſſi populi in templo Iouis canerēt. Gratius poeta canem metagontem fortè à loco nominat. naim Metagonium apud Stephanum Vrbs Libyæ eſſe perhibetur. Alij Promontorium ab angulis ita dictum eſſe ſtatuunt, quod Africam à Numidia diuidit. Idem Gratius Poeta canes aliquos petronios indigitat, qui vnde denominentur ambiguum eſt. Eſt quidem notum Petroniam *In lib. de ven.*

F eſſe amnem in Tyberim defluentem ita dictum, quia per petras currat. Amplius à nonnullis dotibus, & prærogatiuis Latini canibus varia epitheta aſſignarunt. Nam aliquando canem vocant fidum, & fidelem, quandoque pernicem, citum, & celerem, veltrum hūc Itali dicunt. Interdum leui ſomnum, vigilem, auritum, ſagacem, odorum, & odoriſequū indigitarunt. Id exprimitur verſu myuro apud Terentianum in Hymno.

Dirige odoriſequos ad certa cubilia canes.

Item Græcis ob allatas rationes, canis τα χὶς velox, & θοὸς celer exponitur; necnon ἀδδὴς poeticè pro ἀδεὴς intrepidus, θυμολέων animoſus, ſeu animo leonino præditus, & καρτερόθυμος apud Calabrum; quia animi fortitudinem omnia vincat. Aliter σιβὺς, & ἰχνευτὴρ veſtigia inquirens, hac de re ἰχνευτικὸς apud Xenophontem canes ſagaces, quibus ineſt bonus naſus, exponuntur. Latini inſuper ob animalis ſęuitiam, & immanitatem, canem immanem, immitem, ferum, infeſtum, damnoſum, formidabilem, horrēdum, atrocem, mordacem, audacem, ſęuientem, triſtificum, rabidum, rabioſum, & lethiferum indigitarunt. Geſnerus refert eos canes in Gallia vocari ſerpentinos, qui anguina fœuitie *lib. 2.*

G referti ad capiendas maiores Feras è Britannia plerunquè diuuntur. Eaſdem ob cauſas, Græcis canis ἀγριόμορφος ferinam habens faciem θρασὺς audax, & temerarius, ὑβριστὴρ inſolens, λάθαργος clandeſtinus, quando latenter mordet, αἱματόεις ſanguinarius, ἀνδροβόρος homines vorans, λυσσαλέος rabidus, & λυσσητὴρ rabioſus cognominatur. Præterea à muneribus, quibus funguntur, varia etiam epitheta ſortiuntur. Etenim qui ad capiendas Feras eſt idoneus, venaticus & venator dicitur Virgilius ſic canit.

Venator curſu canis, & latratibus inſtat.

Qui pecudes à lupo defendit, paſtoritius, qui villam cuſtodit villaticus, qui templum ſeruat, ædituus, & tandem qui cum equis currere conſueuit, parippus, ſecundùm Cælium ex Polluce nominatur. Ob eadem munia apud Lexicographos græcos, canis vocatur θηρευτὴς venator, θηροφόνος Feras interimens, λυκορράιστης luporum interfector; ideoq; Βοτὴρ, nempe paſtor, ſeu ὤων σκοπὸς ouium ſpectator, & cuſtos; immo φιλοποίμνιος apud Theocritum, ſcilicet gregis amās exponitur. Alioquin οἰκοφύλαξ, ſeu οἰκουρὸς, apud A-

H thenęum, domus cuſtos, & θυρωρὸς ianuæ tutela indigitatur. Hac fortè ratione motus Theocritus canem aliquando lampurin nominauit; nempe à λάμπειν, & ὠρῖν, quod cuſtodire indicat; ſi velimus lampurin à flauo caudæ colore canem nominare. Τραπεζοῦς autem menſæ aſſeela canis ab Homero dicitur. Ab ornamentis, & vinculis canes, varijs donantur epithetis. Nam canis armillatus eſt, qui millo, ſeu collari munitur. *In Iliad. ψ, & χ.*

Numelarius, vt legitur in hiſtoria Batauiæ, cognominatur, qui vinculis detinetur; ſiquidem apud Feſtum numella eſt vinculum, quo canes ligantur. Item catenarius canis legitur apud Senecam, qui ad fores domus, cuſtodiæ cauſa, catenis vincitur. Tandem ad mentem Pollucis, Canes Caſtorij, Harmodij, & Menelaides à Dominis, & nutritoribus nuncupati fuerunt. Scimus quidem aliquos ob pilorum copiam hirſutos, ob moleſtiam pulicum pulicoſos, & quia ſub tutela Dianæ venationis Deæ fuerint, Dianios nuncupari. Legitur etiam libro quarto Anthologij græci, canis ficulneus. Verūm huiuſmodi canem vir quidam eruditus Priapum horti cuſtodem interpretatus eſt. *lib. 3. de Ira*

DE-

A

DENOMINATA, & cognominata.

NOn poſſumus ſummatim omnia à canibus denominata exprimere, cũ hęc, ob multitudinẽ, longum ſermonem expoſtulent. Veruntamen ordinatim incedentes à viris inſignibus ad animalia, plantas, Regiones, cæteraquè inanimata deſcẽdemus, quæ a cane aliquam denominationem, ſumpſerunt. Iupiter Cynetheus ab Arcadibus cognominatus fuit, quoniã ipſos olim rudes ad venationem inſtruxerit. Cynoſuriũ nonnulli Mercurium appellarunt. Verùm Gyraldus in hiſtoria Deorum id non admittere videtur, dum exponit Cynoſuram Arcadiæ eſſe arcem à Cynoſuro Mercurij filio denominatam. B Cynatas Rex fuit Cypri. Cyneas Theſſalus Pyrrhi Regis legatus. Huius meminit Plutarchus. Cynegiras vir fuit Athenienſis in bello Perſico fortiſſimus. vt docet Suidas. Cyniſcha Archidami filia plurimum ſtudij ad Olympicum certamen contulit, primaquè mulierum equos nutriuit;. Κυνοκλόπος fur canis exponitur; quapropter Hercules, quia canem cerberum furatus fuerit, ab Ariſtophane hoc cognomine decoratur. Alioquin κυνόπληκτος, & κυνόδηκτος homo à cane percuſſus, vel morſus, κυνίβρωτος à canibus exeſus dicitur. Nam κυνόλυσσος vocatur hydrophobus, nempe qui rabie impulſus in metum aquę incidit. Κυνηγὸς verò venator, venatrix, & canum ductor à Græcis cognominatur, Hinc κυνηγία venatio, & κυνηγέω venor, cum in venatione canes adhibeãtur. Κυνοβλέψ nuncupatur ille, qui caninum aſpectum repręſentat; ſed præcipuè hoc nomen in hominem impudentem tranſfertur; quamuis hic κυνολύσσης apud Euſtathium turpiloquus exponatur. Nam κυνοθαρσὴς ſecundùm Theocritum eſt ille, qui canina præditus eſt audacia. Vnde Cydimachi filius propter ſimilem audaciam κύων fuit cognominatus. Κυνὼδης autem apud Heſychium, & Varinum homo illiberalis, & ſordidus legitur, inde oritur C κυνικώτατος miſerrimus, peſſimus impudentiſſimus. Diogenes etiam cynicus à canibus cognomentum ſortitus eſt, quia more canum mordax eſſet, & quemlibet acriter reprehenderet. Quamobrem Alexander huic ſportulam oſſium plenam dono miſit, quam cynicus accipiens dixit; caninis quidem eſt cibus, ſed donum nequaquam regium. Hinc nonnulli eruditi viri philoſophos cynicos dicebant, qui contra humanam verecundiam in propatulo, ritu canum, cum vxoribus congrediebantur; quoniam, cum honeſtum ſit coniugium, palam etiam licere cum vxoribus concumbere prædicabant. Cynices tamen ſecta philoſophiorum (teſte Lacrtio) nuncupata fuit, quia huius auctor Diogenes diſſereret in Gymnaſio non procul à portis Athenarum, cui cynoſarges nomen erat. Prædictis poteſt addi Zoilus canis rhetoricus nominatus, qui omnes auctores taxando, more canis, allatrat. Cynna apud Heſychium nomen fuit meretricis, Alterius ſub nomine Cyne per ſimplex n Ariſtophanes in Veſpis meminit. Canius poeta temporibus Martialis floruit, quem libro primo epigrammatum memorat. Poſtmodum Catullum Catulum, Caninium, Canidium, & Canulcium propria virorum nomina apud Veteres D Romanos legimus. Refert etiam Plutarchus quoſdam ciues Romanos canes cognominatos fuiſſe, quorum munus in Vrbe erat, vt omnia bona capitali iudicio dãnatorũ, quocumquè pretio etiam viliſſimo venderent. Ideo adagio de re vili pretio venduta, proferebatur venditorem ad canes reductum eſſe. Hoc prouerbium ad noſtra vſquè tempora penetrauit; cum hic Bononiæ dicatur. *E ridotto alla Cagnola*. De homine, qui aliquid vili pretio vendere cogatur. Prilci guloſos catillones vocabant, quia more catulorum alienas ædes intrarent, aut quia omnes patinas lamberent. Demùm à catellis multas familias nomen ſumpſiſſe notum eſt. Hac de re Vulteius ſcribens ad quemdam cognomento catellum, alludens ꝙ; ad cognomen, & ad animal ſic canebat.

Iupiter à canibus cognominatus.

Idil. 15.

Diogenes cur canimus.

Cines quidã Romani Canes dicti.

lib. x. Epigr.

Ignaues, turpes, Hulloſq; Catelle catellos
Immodicè axiollens cur facis eſſe Ioues?
Ediſcunt, dicis, totam referuntq; Mineruam.
Quod ſi o ſi ſcires, non (puto) deſperes.
Quod facis, odiſſe eſt, cæcos nec amare catellos,
Sic catulos turpes ſimia turpis amat

Cæcos

E

Cæcos cæce tuos cognosce Catelle catellos
Illa patris virtus maxima, nosce tuos.

Nostra etiam ætate multæ familiæ à canibus cognominatæ Mediolani, Sulmonæ & Bononiæ viuunt. De Castracanis Fani, & Lucæ. Vt missos faciamus auctores insignes, qui à canibus cognomentum sumpserunt. Nonne extat percelebre opus Gabrielis Cagnoli, in quo de calore innato luculenter agitur? Nonne Marsilius Cagnarus volumen de sanitate tuenda, & aliud Obseruationum euulgauit? & alij multi, quorum nomina, breuitatis studio, omittimus? Subsequuntur Populi à Canibus denominati, inter quos Alani recensentur, cum Iulius Cæsar Scaliger *Alan* Scythica lingua Canem interpretetur, eoquè magis, quia huiusmodi Populi in vexillis pictum Canem præferrent. Insulam Anganiam dictam (vt notat Paulus Venetus) homines rictu canino incolunt. Plinius quoquè in nemoribus Indiæ, homines caninis capitibus esse constituit, qui loco vestium pellibus Ferarum velantur. Ioannes etiam Bohemus in quadam parte Africæ Populos Cynnaminos, vel potius Cyaminos à canibus cognominatos versari docuit, quia greges Canum ad tutelam vitæ nutriant. Insuper Aelianus Populos Cynamulgos recenset, quia à canibus lac exprimentes, quemadmodum nos ouillum, & caprillum, bibant. Licèt secundùm alios auctores, Cynamulgi canes nonnulli appellentur, quibus lac bubulum in cibis gratissimum esse perhibetur. Alioquin Canibales (vt exponit Petrus Martyr in historijs noui Orbis) Populi Anthropophagi esse ferũtur. Sunt quoq; ad mentem Plinij Canarij populi circa Athlantem Africæ montem habitantes ita nuncupati, quia victus eis vt Canibus sit promiscuus. Tandem Hemicynes, quasi semicanes à Stephano memorantur non procul ab Hyperboreis habitantes, & instar canum latrantes, qui Apollonij poetæ versibus celebrantur. Si ad animalia fiat transitus; in primis se se offert Cynopotamus, ideſt canis fluuiatilis, quem Syluaticus Castorem, vel lutram esse declarat; deinde Cynoglossus, quem piscis plani speciem Rondeletius constituit, hanc cæteri auctores soleam, vel lingulam appellant. Sequitur Cynomia muscæ genus impudentissimum, vnde nomen sortitum est. Accedit Cynoraistes animal insecti genus canibus valdè infestum, quod alio nomine Croton, vel Ricinus dicitur.

lib. 3. ca. 21.
lib. 7. cap. 2.
F
li. 1. de mor. gent.
lib. 5 cap. 1.
Animalia à canibus cognominata.

G Est enim ad similitudinem seminis Ricini herbæ, ideſt Keruæ Arabum. His annectamus catulos fœtus canum, quamuis, & fœtus aliorum quadrupedum catuli secundùm Nonium nuncupentur. Verùm, cum de fœtibus Canum fit sermo, catuli absolutè pronũciantur, cæteris verò fœtibus differentia additur. A catulo postea aliud diminutiuum dimanat, vt catellus, & catella: licèt aliquando hoc vocabulum catella, apud Liuium ambiguum sit, quatenus pro catenula vsurpatur. Verumtamen Sipontinus pro catello caniculum, & pro catella canicnlam legit. Hæc vox, canicula, apud Isidorum æquiuoca est, cum instrumentum Harpax dictum denotet, quo quicquid cadit in puteũ extrahitur. Alioquin *κυνάριον*, & *κυνίδιον* pro catello apud Xenophontem legitur. Hinc *κυνίζω* canem ago. Latini catillare, per alienas domos, more catulorum, vagari exponunt.

lib. 20. Orig.
Plantæ.

Plantæ succedunt nobis ponderandæ iuxta ordinem partium canis, quibus assimilantur. In antiquis herbarum nomenclaturis, crocum cynomorphon, quam faciẽ canis Dioscorides appellat, psyllium quoquè in eodem loco cynocephalion dicitur, fortè quia foH liculus caput canis referat. Rectius Anthirrinum Cynocephalea herba vocatur, cum flos, vel semen caput canis repræsentet. Cynopsis apud Theophrastũ à Theodoro Gaza caninus oculus vertitur. Porta hanc herbã eamdem esse cum psyllio opinatur, tum quia Dioscorides illam cynoma, vel cynocephalion nuncupauerit, tum etiam quia florẽ oculo canino similem producat. Lingua canis multis plantis accommodari potest, sed inter antiqua Dioscoridis nomina, plantago cynogloſſa dicta legitur. At viri eruditi putant plantaginem non cynogloſſam, sed anticynolyſſum legendum esse, cum rabiem canis expugnare valeat. Aliter cynogloſſa apud Botannicos nuperos planta est à plantagine valde discrepans, cuius multæ species à Bauhino assignantur. Et Tragus scorpioidem cæruleam, seu Alsinem scorpioidem cynogloſſam minorem cognominauit. Dens canis apud Clusium planta est, quæ ineunte vere, duo tantùm producit folia cum flore. & radice dentem caninum æmulante. Crescit etiam passim quædam graminis species radice candida, & geniculata, quam vulgus herbariorum dentem canis vocat. Hanc multi caanariam, vel herbam canis esse volunt; quia hac uorata à canibus, vomitus prouocatur. Gesnerus autem arbitratur per herbam canis determinatam speciem gramini-

lib. 4. Phys. cap. 14.
lib. 2. plant. rar. cap. 60.

nis

nis non eſſe intelligendam; quandoquidem canes aſpera cuiuſcumquè graminis folia A
mandunt, vt vellicando fauces vomitum excitent. Fructus ſebeſten, qui paſſim in pharmacopęis conſpicitur ob figuram ab aliquibus mamilla canis indigitatur. Quamuis etiã Chamæleon niger in antiquis nomenclaturis Cynomazon, quaſi mamilla canis a Dioſcoride dicatur. At ſecundùm alios à mactandis canibus maza canis legitur. Aliter etiam Cynozolon ob grauitatem odoris nominatur. Satyriorum multæ ſpecies a Botanicis oſtenduntur, quas plantas, cum radices rotundas teſtium inſtar procreent, Græci Cynoſorchides, & Latini teſticulos canis indigitant. Orobanchem herbam ſine foliis creſcentem, & in figura genitale canis imitantem Priſci Cynomorion dixerunt. Nam Cynomoron per quatuor tantùm ſyllabas prolatum apocynum herbam indicat, quæ in cibis mixta canes perimit. Cæterùm aduertendum eſt in doctrina Plinij, Apocynum deſignare etiam officulum in ſiniſtro latere Rubetæ inuentum, quod canis impetum cohibere perhibetur. A graui canum, vel catulorum odore multæ plantæ denominatæ eſſe videntur. Etenim Syluaticus hyoſcyamum herbam caniculârem interpre- B
tatur, quoniam huiuſmodi planta odorem valdè ſimilem odori catulorum ſpiret; quod odor in cynogloſſa etiam obſeruatur. His fortè de cauſis Bryoniam, ſeu vitem albam Matthioli, Tragus cucurbitam caninam dixit. Naſturtium Priſci cynocardamum, quaſi naſturtium caninum, & Abrotonum Cynonchitem vocarunt. Abrotonum fœminam
lib. 3. plant. vsu. cap. 40. Salmanticenſes, ex Cluſio, thymum caninum dixerunt. Sideritim tertiam Matthioli Auctor Herbarij Lugdunenſis rutàm caninam nominat. Rumicis quartum genus Fuchſij, ſeu chryſolacanum Dodonei à Loniceto Attriplex caninum dicitur. Pariter obvirioſum odorem ampelopraſſum aliqui allium caninum. Item hyacinthum primum Matthioli cępam caninam, immò, & ſcillam cępam caninam vocitant. Tandemquè apud Priſcos, fructus mandragoræ malus canina à Romanis appellabatur. Ad inferendam canibus necem, terra producit Aconitum, quod ab effectu cyoctonũ Botanici dicunt, cyniã, vel cynocrambem, quam Latini braſſicam caninam. nucem vomicam, quam officinæ nucem caninam, necnon Capſicum, quod multi Zinziber caninum eſſe volunt. Quid plura? Violarum, & Roſarum quædam ſpecies à canibus denominantur. Siquidem Violam C
martiam ſylueſtrem flore ampliori, & parùm odorato Tragus violam caninam cognominauit. Cynorhodon roſa canina exponitur, vel quia (Auctore Geſnero) rigentes huius ſpinæ ſerratos canum dentes æmulentur, vel quia huius roſæ radix aduerſus canis rabiem commendetur. Cynorhodon quoquè ab Heſychio, & Varino lilium rubrum nominatur. Quædam rubi ſpecies à cane nomen deſumit, & Cynosbatos nempe rubus caninus dicitur, quamuis Dioſcorides in antiquis nomenclaturis ſimilacem aſperam Cynosbaton appellauerit. Κυνοσὶφαρον nomen eſt herbæ apud Heſychium, quæ aculeus caninus transferri poteſt, hæc autem an ſit cynacantha, nimirum ſentis canina, an vero alia planta diuerſa, ſuo loco, & tempore perpendendum erit. Bauhinus in Matthiolum quandam Caucalidis ſpeciem nodos echinatos circa caules producentem deſcribit, quã lapulam caninam vocat, fortè quia huiuſmodi echinati nodi canibus tranſeuntibus facile adhæreant. Cania vrticę ſpecies eſt apud Plinium, & cynæ ſunt arbores Arabicæ apud eundem foliis palmæ ſimilibus, ex quibus Incolæ veſtes concinnant. Poſtremò herba eſt cynoſpaſtos dicta, aliter à lucis ſplendore, Agloophotis cognominata, quę fi- D
ne ope canis à terra etui non poteſt, quemadmodum Porta in Phytognomonicis vbertim declarat. His notatis de plãtis quidã lapis vulgò *Caſtracane* dictus elapſis annis ex
lib. 8. cap. 10. Perſia in Italiã delatus ab Auctoribus Nephitis quaſi nebuloſus appellatus põderandus ſe ſe offerret; verũ quia noſtro negotio parùm famulatur; propterea hoc prætermiſſo ad varias ægritudines à cane denominatas accedemus examinandas. Primùm
Morbi à cane denominati. morbus caninus apud Feſtum rabies per antonomaſiã exponitur. Sequitur cynanthropia, ſeu inſania canina, quæ proculdubio à lycanthropia non diſcrepat, cum ſimili ægritudine affecti, more canum, vel luporum, noctu circa oſſa mortuorum verſentur. Immò quædam conuulſionis ſpecies canina dicitur, quam Græci cynicum ſpaſmum eſſe volunt, quoniam tali morbo affectus dimidiam faciem in obliquum torquet, & rictum afcentis canis æmulatur. Cynanche in ſcholis Medicorum anginæ ſpecies eſt à canibus denominata, vel quia canes hoc morbo ſæpius laborent, vel quia hoc affectu decenti, ritu canum, aperto ore reſpirare, & linguam exerere cogantur. Alioquin συνάγχη eſt manuum vinculum apud Varinum. Sequitur caninus appetitus, affectio, ſecundũ

Galenum

E Galenum, in qua multa cibaria ingeruntur, quæ paulò post euomuntur, quod canes præstare solent. His quamdam tussis speciem clamosam addemus, quam Syluaticus caninam interpretatur, quia hæc canes frequenter afficere soleat. Quamdam scabiei speciem vulgus caninam appellat, vel quia sicca sit, nec vllam humiditatem emittat, vt cõtingit in canibus, vel quia sit curatu difficilis; nam si accidat, vt canes scabie corripiantur, vt plurimum cum illa commoriuntur. Prædictis etiam addere possumus κυνικὸν θάνατον nimirum caninam mortem, quam Aristoteles difficilem interpretatur, cum canes difficulter animam efflare deprehensum sit. In equorum vngulis prominentiam quamdam nonnulli cynoplon vocant, & Leonicenus hanc partem ita dictam existimat, quoniam calli in equi vngula tanquam in vnguibus caninis subsint. Demùm in homine quandoquè iannorum ossa quædam à Græcis cynolopha dicta eminent, quam prominentiã Cælius caninam cognominat. Iam libet accedere ad Insulas, ciuitates, oppida, cæteraquè loca à canibus denominata. Illæ igitur septem Insulæ fortunatæ olim cognominatæ, hodie a Bordonio, ob magnorum canum multitudinem Canariæ nuncupãtur. *lib. 1. de sym pt. caus. c. 7.* *Loca.*

F Cynopolis, vel si placet duobus vocibus κυνῶν πόλις, apud Stephanum, est canum ciuitas in Aegypto, in qua Anubis colitur, ab hac postea Cynopolitana præfectura deducitur. Cynos est ciuitas in Luciade, vt refert Liuius. Cynethea ex Stephano, Vrbs est in Arcadia, vnde Cynethenses Populi dimanarunt, quos nonnulli ex Cynetheo Lycaonis filio deriuant. In agro postea Cynethensiũ vicino, fons scaturiebat, cuius aqua, ex Hermolao in Plinium, demorsos à cane rabido liberabat, hac de causa hunc fontem Alysson vocauerunt. Alioquin Cynetha Vrbs Thraciæ sub Nerito monte sita est. Cyne Vrbs Lydiæ, Cynura, Vrbs Argolicæ regionis ex Cynuro Perfei filio, à Stephano dicitur. Deniquè ex eodem auctore Cynna oppidulum propè Heracleam reperitur. His dictis de vrbibus, ad cætera loca descendemus. Cynosarges, auctore Stephano, locus erat Athenis; vbi olim Dionus quidam Athenienfis Herculi sacrificauit, sed canis quidam albus portionem victimæ abripiens in alium locum detulit, quo prodigio Dionus perterritus, cum Deum consuluisset, responsum habuit eo in loco Herculi sacellum extruendum esse. Canis caput collis est Thessaliæ, & parua regio Thebarum, patriaquè Pindari. Si veritatẽ fassus est Stephanus, nam Cynosura, ex eodem auctore, Arcadiæ Promontorium à Cynosuro Mercurij filio dicitur. Cynossema, vel Cynotaphiũ, auctore Plutarcho, erat in Arce locus, in quo canes sepeliebantur. Siquidem Xantippus Dux Lacedæmoniorum canes familiares humandos curauit. Aliud est cynossema apud Calydonios, vbi canis Atalantæ occisus à Calydonio apro sepultus fuit. Pollux quoquè in Hellesponto Cynossema à celebri quodam cane constituit. Varinus, & Suidas, Cynossema Chersonesi locum faciunt, vbi Hecuba post captam Troiam, in mare desiliens vitam finiuit. Verum, teste Plinio, tumulus Hecubæ vxoris Priami Cynossema, vel sepulcrum canis dictus fuit, quoniam hæc, post exitium Troiæ, doloris impatiens in canẽ conuersa fuerit. De hoc Cynotaphio Reusnerus in Hodœporico sic cecinit. *lib. 3. ca. 17.* *lib. 1. Insul.* *Deca. 3. li. 8.* *Cynosura Promontorium.* *lib. 5.*

Non procul inde aliud monumentum insigne perennat,
Latrantisq; Canis viua sub imagine saxum
Prominet, & funus, & bustum funeris expers,
Fertur in hoc Priami coniux mutata fuisse.

H Habemus ex Huberto, quòd circa Vuratislauiã, quædam lata planities est, quæ in hodiernam vsquè diem campus caninus à Polonis, & Germanis cognominatur, & ille, qui ibi est vicus nomen hoc retinuit (vno autem ab Vratislauia milliario abest) quoniam post peractam ibi pugnam cadauera, canibus insepulta remãserunt; vnde tanta canũ vis eò confluxit, vt difficilem itinerantibus transitum præberent. Hodie ex Ortelio canini campi Rhetorum sunt, qui Italicè *i fossi* vocitantur. Deniquè Canaria hospitia apud Romanos illa vocabantur, quæ erant penès catulariam portam ita nuncupata, quia non longè ab illa ad placandum caniculæ sydus canis immolabatur. Hinc dies festus, quo ex canibus res diuina fiebat, secundum Cælium, cynophontis nominabatur. Modò ad reliqua à canibus denominata descendere oportet. Primum in homine considerandi sunt dentes canini dicti, quia acuti, & caninis dentibus similes sint, vulgus oculares vocat, vel quia oculis recta subijciantur, vel quia, illis auulsis, oculi summopere lædantur. Κυνῆν subintelligendo δορὰ pellis canum est. Aliter κυνῆ κυνῆ, κυνία, κυνῆν fœminini generis, & κυνέας masculini pileum, vel galerum significant, aut secundùm alios galerũ *lib. 4. hist. Polon.* *In Thes. Geogr.* *Dentes canini.*

cum

cumolim ex pelle canina fieri ſoleret. Quamuis Etymologus à Cyne inuentore hoc A
petaſi genus denominatum fuiſſe putauerit. Hodie noſtri artifices pileos, vel alia veſtimenta lanea parantes quandam lanæ ſpeciem, caninam appellant, vel quia minimè tenuis, vel quia pilis canum valdè ſit ſimilis. Quidplura? littera R apud Perſium Poetam canina dicitur.

Satyra 1. ——— *ſonat hic de more canino.*

Littera.

Littera R. cur canina. Nec immerito canina poteſt nuncupari. Hanc enim litteram canes reſtrictis dentibus ringendo exprimunt, vel dicitur canina, quia hæc tremula vibratione linguæ, more ringentium canum, proferatur. Præterea in græcis Auctoribus legũtur multę voces à canibus deductæ, vt κυνομαχίω aduerſus, cancs pugno, κυνοφθαλμίζομαι caninis, & impudẽtibus oculis aſpicio, κυνοδρομῶ incitato curſu tanquàm canis feror. Hinc κυνοδρομία canũ curſus, & κυνιλασία canũ incitatio apùd Callimachũ legitur Κυνιχος lorũ, quo canis tenetur apud Suidã, & apud Heſychiũ marſupium exponitur. Κυσάρον apud Galenũ vocatur inteſtinũ rectum κυοδιτομίον præputij vinculum apud Pollucem, Κυσὶς nates, & mu- B
Canis cibi canum. liebre pudendum indicat; hinc fortè deducitur Cyſocrenę vinculum, quo ſcorta coercebantur. Canicæ teſte Nonio, erant de farre furfures, quia ex his cibaria canum parabantur, vnde canicaceum panem furfuraceum dicebant. Κυνὰς à Lacedæmonijs medulla panis vocabatur, quia hæc, vt voluit Pollux, manibus poſt cęnam abſterſis, canibus obijciebatur. Solebant olim conuiuæ bucellã panis, qua manus abſtergebant, abeun-
Aſtrocynes. tes ſecum deferre, ad nocturnum pauorem amoliendum, qui in compitis accidere ſolebat. Verùm, retulit Eraſmus, hoc remedium non fore inutile, aduersùs canes viatorẽ in compitis adorientes. Κυνὰβρα odor ab alis dimanans exponitur; quamuis Scholiaſtes Ariſtophanis hanc vocem cibum canis quaſi κυνοβορὰν interpręterur. Ad finem ἀστρόκυνος canis ſydereus à Cęlio Rhodigino dicitur. Cynoſura verò Vrſa ex caudæ imagine, quia κυνὸς οὐρὰν ἴσχει, ſcilicet, quoniam canis caudam habeat. Hinc caniculares dies nuncupantur, quæ tempora Varinus κυνοκάυματα indigitauit. Indè poſtea cynicus annus dimanauit de quo Cęlius eſt conſulendus. C

CANVM NOMINA.

NOn longiſſimis nominibus appellandos eſſe canes docuit Varro, vt celeriùs vocem Domini noſcant; nec tamen breuioribus, quàm duabus ſyllabis enunciandа ſunt. Hoc præceptum aſſignabat Natalis Comitum hunc in modum.

——— *ponantur nomina cuiq.*
Certa cani, teneatq. ad ſummum ſyllaba bina
Proinnus, vt noſcat voces, & verba vocantum.

Neque etiam canum nomina vt plurimum tres ſyllabas debent excedere. Nam Theocritus quemdam canem vocauit Lampurum. Pallamedes agricola, ex Blondo, canem nomine Vlyſſem educauit. Famoſa eſt Aeſopica catella, quæ Lycena vocabatur. Cerberus, præter canem infernalem, Epiroticus fuit canis, ex Polluce. Item Cerberus canis Alexandri, qui cum Leonibus præliari non dubitabat. Superius etiam poeta varia canum nomina recenſet, dum inquit. D

Pone ſequebantur Domini veſtigia nota
Fidus Hylax, veloxq. Lacon, rapidus q. Licarbas,
Aſterionq. canes duris venatibus apti.

Cæterùm multò plura recitantur ab Ouidio canum nomina, quando de tranſmutatione Acteonis in Ceruum verba facit his verſibus.

Dum dubitas videre canes, primus q. Melampus,
lib. 3. Meta- *Icnobates q. ſagax latratu ſigna dedere,*
mor. *Gnoſſus Ichnobates, Spartana gente Melampus,*
Inde ruunt, aly rapida velocius aura
Pamphagus, & Dorceus, & Oribaſus Arcadas omnes,
Nebrophonoſq. valens, & trux cum Lelape Theron,

E *Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,*
Hylæusq; ferox nuper percussus ab apro,
Dequè Lupo concepta Nape, pecudesq; secuta
Pamenis, & natis comitata Harpyia duobus,
Et sub Arctæ gerens Sicyonius ilia Ladon;
Et Dromas, & Canache, Stictesq; & Tigris, & Alce,
Et niueus Leucon, & villis Asbolus atris,
Prænalidusq; Lacon, & cursu fortis Aello,
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lycisca,
Et nigram medio frontem distinctus ab albo
Harpalos, & Melaneus hirsutaq; corpore Lachne,
Et patre Dictæo, sed matre Laconide nata
Labros, & Aglaodos, & acuta vocis Hylactor.

Itaquè Melampus à pedibus nigris fuit nuncupatus, Ichnobates per vestigia ambulãs,
F Pamphagus omnia comedens, Dorceus acutè videns, Oribasius montes ascendens, Nebrophonos ceruorum catulos perimens, Theron Feras persequẽs, Lelape à velocitate, atq; impetu: lelaps enim apud Græcos procellã significat. Pterelas alatus transferri potest, nã πτέρον alam indicat. Agre à venatione dictus fuit, etenim venatio ἄγρα exprimitur. Hylæus quasi syluestris, Nape quia in saltibus versetur, Harpya, quia rapacissimas aues harpyas æmulerur. Ladon à fluuio Arcadiæ, & Dromas à cursu nomẽ sumpserũt. Canache à strepitu, quia hic canis latratu omnia nemora repleret, Stictè à coloris varietate, Tigris à ferocia, Alce à perniciissimo Alces cursu, Leucon ab albedine, Asbolos à nigris pilis, Lacon à Patria, Aello à procella, Thous à velocitate, Lycisca quasi parua lupa, Harpalos rapax, Lachne à villorum densitate Labros vehemens, & impetuosus, Aglaodos à nitore dentium, & Hylactor quasi latrator. Vnde colligendum est nomina secundùm varias, & peculiares belluæ proprietates canibus esse imponenda, longissimaquè semper esse vitanda, vt Hippocentaurus, quo nomine apud Pollucem quidam canis decoratus fuit. Hæc præcepta seruant etiam Naperi: siquidem apud Augustinũ
G Niphum Turcus, & Falco canum nomina leguntur. Hodie etiam canis appellatur *Leo*; Lupus, Stella, Fulgur, Bellina, Rubinus & ratione Patriæ, Britannus, Gallus, Milanus. Tandem sexcenta apud Xenophontem canum nomina leguntur, ad quem, breuitatis studio, lectorem relegamus.

Nominum canum Etyma.

PROVERBIA.

NOn possumus cursim, breuiterq; adagia ad canem attinentia recensere; Siquidem tot sunt, quot ferè canum proprietates. Propterea, si vocem canum consideremus. Primò solet dici. *Catulus Leonem oblatrans.* Quoticscunquè homo vilis potentiorem vultre darguere. *Canis non latrans fugiendus.* Passim profertur de homine taciturno; quoniã huiusmodi canes vt plurimùm mordere solent. *Canes timidi vehementius latrant.* Huius meminit Quintus
H Curtius, dum scribit vulgò iactatum fuisse apud Bactrianos; quandoquidem similes canes non mordeant: quapropter ad rem Bononiæ prouerbio dicitur. *Canis latrans nõ mordet.* De illis verò qui in proprijs negocijs nullum progressum faciunt, sed potius hircos mulgere videntur, solet proferri hoc adagium. *Lunam allatrare.* Ad quod alludens Ioan. Franciscus Apostolus scribens ad Cyrnum sic canebat.

In me quid sœuis rabidis latratibus, aliam
In Phœbem sœuit, ceu rabiosa canis?
Rictus ede tuos, latratusq; emome Cyrne,
En perago cursus attamen ipse meos.
Enthea nam virtus spernit furiosa malorum
Murmura, ceu rabidos candida Luna canes.

Huic affine est illud, quod apud vulgum Bononiensem passim enunciatur, *Dum canis latrat Bos pascitur.* Et promulgatur in illũ, qui aliquem maxima vitiorum labe refertum à cræminibus remouere conatur iuxta illud.

Inuehit incassum, qui publica crimina taxat,
Laudat, & auditor verba, nec vllus agit.

Ab hoc canino latratu dimanat aliud, quod memorat Saluſtius apud Nonium Marcellum. *Canina facundia.* Effertur què in quoſdam, qui tantùm ad maledicendū eloquentiæ ſtudium exercent. Præterea à cuſtodia, & à mordacitate canis, alia emergunt prouerbia Vt. *Canis in præſepe.* Quadrat in eos, qui nec re quapiã fruuntur, neque alijs copiã faciunt. Vulgus Bononienſis hunc vocat canem olitoris, qui olera nõ edens, ab alijs tamen auferri prohibet. Thomas Morus huic cani hominem auarum comparat hoc epigrammate. A

In li. epigr.

In præſepe canis fœno nec veſcitur ipſe,
Nec ſinit vt fœnum, qui cupit, edat equus.
Seruat auarus opes, opibus non vtitur ipſe,
Atq; alios vti, qui cupiunt, prohibet.

Canis clanculum mordens. Hoc competit detractoribus, qui beneuolentiam ſimulãtes, clanculum ſuis morſibus Proximum lędunt. *Canis furiens in lapidem.* Quadrat in illos, qui cauſam mali cuipiam alteri, & non auctori attribuunt. *Tetigit lapidem à cane morſum.* Spectat ad homines valdè iracundos. Quandoquidem Plinius litteris mandauit tangentes lapidem à cane demorſum fieri iracundiores. *Canis mendico auxilians.* B Euulgatur hoc adagium, quotieſcunquè aliquis nobis aduerſatur; nam canes mendicis infeſti eſſe perhibentur. *Præſtat canem irritare, quàm animum.* Refertur à Menandro, ſiquidem canis iratus, & latrat, & mordet; at aniculæ non modò linguæ veneno, ſed interdum malis etiam artibus nocere ſolent. *Canes mortui non mordent.* Geſnerus hoc attribuit illis, qui omnia formidant. *Palearij canis.* Hodie profertur de homine inutili; cum palearium nulla indigeat cuſtodia. *Cane canem.* Dicebatur ab Antiquis, & repetitur à Nuperis, quotieſcunquè ab aliquo loco homo arcendus eſt. *Canes, & feles.* Pronunciatur adagium in illos, qui inter ſe ſemper certant. *Odit cane peius, & angue.* Hoc dicitur de odio capitali. *In puteo cum cane pugnare.* Pertinet ad hominem contentioſum, à quo non ita facilè quis ſe poteſt extricare. *Canem auribus tenes.* De illo dicitur, qui negocia amplectitur, quorum nihil ſua refert. *Canis in ſuarum ædium veſtibulo fortis eſt.* C Enuntiatur de illo, qui alienam expectans opem acriter dimicat. *Canis vindicta.* Subintelligendo, paſſus eſt. Hoc promulgatur in illos, qui præter opinionem pœnas dant de illis, quos aliquandò læſerunt. Ortum eſt adagium ab interitu Euripidis poetæ Tragici. Etenim cum Thraces, de more, canem Archelai oberrantem immolaſſent. Archelaus, hoc cognito, talentum eis mulctam dixit. At illi, cum ſoluendo non eſſent, Euripidem ſubornarũt, vt ſibimetipſis mulctam remitti à Rege impetraret, quem admodum fecit. Poſtmodum Euripidem in ſylua ſolum vagantem Archelai canes à venatu reuertentes dilaniarunt. Multiquè fuerunt hùius opinionis, canes illos fuiſſe ex cane prognatos, quem Thraces ſacrificarunt. Ratione cibi, & educationis canum, alia ſunt prouerbia, quæ à varijs auctoribus proponuntur. Vt, *Canis panes ſomnians.* Diciturquè de illis, quibus p quietẽ occurrit, quod impensè deſiderant. *Te ipſum non alens canes alis.* Profertur in illum, qui carẽs neceſſaria alimonia, conatur tamen famulos, & equos domi habere. *Canem alis externum.* Effertur in illos, qui nota ingratitudinis ſignatos multis beneficijs æmulant. *Dignus eſt canis iſto cibo.* Hoc recitat Suidas de illis, quibus meritò aliquid mali contingit. *Caninum prandium.* Pronunciatur in Abſtemios, qui D tanquam canes à vino abhorrent. *Canis famelicus non timet fuſtem.* Auctores hoc aſſignant illis, qui neceſſitate coacti omnia audent. *Attali canis.* Textor id homini voraci attribuit, quoniam huiuſmodi canis rictu ingenti cibaria integra deglutiret. *Quam facile canis exta edit.* Legitur hoc dicterium prouerbiale apud Senecam de re admodum expedita. *Canis vinens è magdalia.* Euſtathius in Homerum, hoc iactat in Paraſitos alieno victuantes cibo; nã Magdalia erat manuũ purgamentũ, quod poſt earũ abſterſionẽ canibus obijciebatur. *Canis in olla.* Geſnerus ſcribit id eſſe promulgandum, quando nec bolus quidem in menſa relictus eſt. *Melitæus canis.* Id cõpetit homini tenuis victus, quoniam Melitæi canes, & paucis, & delicatùlis cibis veſcuntur. *Canis circa inteſtina.* Spectat ad illos, qui rem deſideratam conſpicantes, illa tamen frui non poſſunt. Canes enim circa inteſtina oberrant deuoraturi; niſi lanij fuſtem timerent. *Periculoſum eſt canem in-* *Idyl. 10.* *teſtina guſtaſſe.* Theocritus hoc adagio admonet non facile à vitijs eum remoueri, qui ſemel criminum illecebras degustauerit. Hinc oritur aliud recitatum in epiſtola D. Petri. *Canis reuerſus ad vomitum.* Pronunciatum in illos, qui in eadem flagitia relabuntur,

labuntur, à quibus semel recesserunt. *Obycere canibus agnos.* Dicebatur olim, qui homines imbelles, & litium imperitos calumniatoribus exponebant. *Morbus pecudum salus canum.* Hodie passim effertur, quando vnius dispendium in alterius compendium vertitur, cum pecudes ob aliquem affectum pereuntes canibus obijciantur. *Canem alligare lactis⁹ agnini.* Huius meminit Plautus in Pseudolo, vbi volebat inferre, qui credit homini malæ fidei, eum nihil operari; cū frustra eum habeat obligatum, qui non est soluēdo. *Canibus ossa prodo.* Manifestatur de eo, qui inimico proprium aperit consilium. *Cani das paleas, & Asino ossa.* Hoc recitatur, quando munera non conuenientia mittuntur, vt si bipalium sapienti, & liber rusticus donetur. Ideo Seneca ad rem scribebat. Cauendum esse ne munera superuacua mittantur. *Canis caninam non est.* Id conuenit artifici, qui alium eiusdem professionis non vult taxare. Quamuis autem multi Auctores, vt relatū fuit in cibo canum, tradant canes caninam carnem non edere attamē Scaliger fatetur se nouisse cantorē canem habētem, quæ omnes suos fetus deuorabat. Si ad venationē mentem conuertamus, inde multa etiam prouerbia dimanare colligemus. Nam *Canes venatici.* Vocātur illi homines, qui semper aliquid rimātur, & inuestigant. *Inutilis canibus venari.* Denotatur hoc adagio res non facilè succedere, quando à Nolentibus extorquentur. *Absq; canibus & retibus.* Hoc protulit Pindarus in illos, qui clancularijs artibus prædam capiunt. Licèt etiam possit transferri ad eos, qui aliena non egentes ope, proprio marte rem aliquam assequuntur. *Ceruus canes trahit.* Assignauit hoc Theocritus in Thyrside, quod pronunciandum est, quotiescunquè res præpositæ succedunt. Etenim Ad rem Ouidius canebat.

Non decet iuuenes currere cerua canes.

Multi canes mors leporum. Gesnerus affert hoc adagium docens multitudini cedendum esse, *Panis, & non canis capit lepores.* Promnlgatur quotiescunquè ad aliquod peragendum negotium non vnum, sed plura concurrunt. *Lepores à paruis etiam canibus comprehenduntur.* Non valdè recedit hoc adagium ab illo uersu Ouidiano.

A cane non magno sæpè tenetur aper.

Monemur enim, ne fortitudinem mole corporea metiamur. Insuper ab alijs etiam canū proprietatibus alia prouerbia scaturiunt, vt *Catula meltea.* Quadrat in eum, qui in delitijs educatur; cum huiusmodi canes ad voluptatem tantummodo nutriantur. *Cauda blandiri.* Refertur in illos, qui spe alicuius commodi allectati more canum alicui blandiuntur. *Vt canis à Nilo.* Eulgatur in illum, qui artem quampiam, obiter tantùm delibat, cum proprium sit canum Aegypti, ob metum Crocodilorum, Nili aquam currendo bibere. *Complura masculi canis cubilia.* Iactatur in hominem muliebrosum, qui non certo contentus thoro per alienā cubilia vagatur. *Sternere lectum cani magnus labor.* Proferri debet in illos, quibus minime potest satisfieri. *Canis dormiens non est excitandus.* Hoc Gesnerus docet eos non esse irritandos, qui nobis nocere possunt. *Canes vetuli non facilè assuescunt loro* Gesnerus inquit hoc enunciandum esse in senes, qui difficilimè & linguam, & mores mutant. *Canis in vincula.* Potest pronunciari de homine, qui sponte seruitutis iugum subit. Sumptum est prouerbium à canibus, qui colla in vincula inferunt. *Docere canem vetulum motationem caudæ.* Vtitur hoc vulgus Bononiensis in illum, qui hominem versutum vult astutijs imbuere. *Non magis quàm canem.* Hoc adagio odium, & contemptio demonstratur. Quandoquidem quid simile per canis vocabulum declaratur. *E canis podice.* Lucianus hoc adagium rebus difficilibus accommodauit, propterea quòd canes hanc partem angustam habeant; ideoquè difficilius, quàm alij animantes excernunt. *Canum claudicatio; Meretricum nutus, & mercatorum iuramenta.* Gesnerus tradit hec tria ex æquo fidem non merere, quoniam canes idem nullo morbo coacti claudicant. Præter institutum ordinem, alia adagia succedunt examinanda. Vt. *Qualis herbalis canis.* Refertur à Clemente Alexandrino, & profertur in ebriosæ, & impudicæ matris libidinosam, & temulentam filiam. *Catulæ Dominam imitantes.* Attinet ad famulos, qui Dominorum ferociam repræsentare volunt, aut ad discipulos, qui præceptoris arrogantiam recipiunt. *Canis blandiri Domini causa.* Notissimum est apud nos prouerbium de illis, qui ab aliquo beneficiū expectantes non illi solum, sed omnibus etiam familiaribus gratificari conātur. *Pro malo cane fuit repositis.* Diogenianus hoc memorat, quādo pro re vili pretiosa expetitur; nā fus esculentus est, canis verò nequaquam. *Canis peccatum sus dependit.* Pronunciatur quando

Exerc. 202.

Rdngia alia ex alijs cane proprietatibus.

Alia adagia præter ordinē institutū

lib. 3. Pedag.

pro eo,qui peccauit,alius dat pœnas. Verùm vnde originem habuerit Manutius ſe ignorare fatetur. *Aliter Canis longè olent, aliter ſues.* Legitur apud Plautum in Epidico, quo denotatur hominem ab homine veſtibus non dignoſci,ſed ineſſe cuicumquè quoddam proprium in facie,& oculis refulgens,quo Dominus à famulo, generoſus à ruſtico,& probus ab improbo dignoſcitur. *Delia nota canibus.* Dicitur de rebus notiſſimis; cum Diana ex Delo Inſula venationis Dea olim eſſe perhiberetur. Ad rem Virgilius canit.

In li. Adag.

Notior vt iam ſit canibus non Delia noſtris.

Quaſi Millus cani. Prolatum eſt ad firmum indicandum præſidium, eum millus collare mucronibus ferreis armatum canibus ſecuro ſit munimento. *Cum cane ſimul, & lorum.* Dicitur quotieſcumquè omnia ſimul pereunt, vt nulla ſpes aliquid recuperandi relinquatur. Vulgus Bononienſis ad rem dicere ſolet. Poſt amiſſam ſecurim proijcere manubrium. *Canes expellis, ſimul & ipſe egreditur.* Geſnerus iactat in illum, cui nihil omnino negocij eſt in aulis Principum. *Canem excoriatum excoriare.* Huius meminit Ariſtophanes in Lyſiſtrata (referente Suida) conuenitquè illis, qui iterum patiuntur ea, quibus aliquando fuerunt afflictati,ſcilicet addere afflictionem afflicto. Diogenianus id illis competere opinatur, qui ad aliquod opus peragendum incaſsùm accedunt. *In canis podicem inſpicere.* Legitur apud Ariſtophanem,ſed Interpres admonet hoc in cæcutientes iactari ſolere. *Canis in eadem dormitat tegula.* Vſurpatur ab Ariſtotele prouerbij loco de illis, qui inſtinctu naturali erga ſimilia afficiuntur. Etenim Empedocles interrogatus,teſte Ariſtotele, cur ſemper in eadem tegula dormiret canis. Reſpondit canem ſimile quid tegulæ habere,& proinde ob ſimilitudinem èò tendere. *Pellem caninam rodere.* Martialis hoc dixiſſe videtur prouerbiali metaphora pro eo,qnod eſt hominem maledicum,& improbum conuitijs inſectari. Demum tanquàm coronidem hoc addemus. *Ad Cynoſarges.* Hoc proferebant Priſci contumeliæ loco,in homines viles, & præcipuè nothos. Etenim Cynoſarges locus erat apud Athenienſes,vbi nothi tantummodò exercebantur. Erat enim ibi ſacellum Herculis,& Hercules nothus tanquàm ex adultera natus eſſe ferebatur.

Lib. 2. Mor. cap. 11.

A B C

PROBLEMATA.

Primũ Problema.

Secundum de olfactu.

Tertium de lingua.

Quartũ de dentibus.

Quintum.

QVm varia ſint problemata ad naturam canum attinentia inchoantes à capite,primò de viſione diſseremus. Nam quæri ſolet,cur canum, & leonum catuli cæci naſcantur. Reſponſum fuit capite primo primi libri. Hæc animalia ab vtero prodeuntia non eſſe adhuc perfectæ maturitatis. Ideoquè paulatim viſionem perfici. Deinde de olfactu quæritur, cur canes inter quadrupedes,& vultur inter aues præcipua odorandi vi potiantur. Reſponſio eſt id euenire huiuſmodi animalibus, quia ficciora ſint, cerebrumquè nulli pituitæ obnoxium habeant. Aliud etiam ſpectat ad ſenſum odoratus; nimirum cur Zephiro flante canes malè venentur. Ratio eſt, quoniam Zephirus omnium ventorum maximè eſt continuus, & terram attingens Ferarum odorem diſſipat, ſicquè difficilem efficit venationem. De lingua,Curioſi quærunt,cur hæc in cane ſit medicinalis. Hoc nonnulli ab aliqua linguæ caninæ occulta proprietate dimanare opinantur. Alij reſpondent linguam canis multis poris refertam, in abſtergendis vulneribus, omnem malam eorum qualitatem ad ſe trahere. Alij deniquè linguæ canis humores vulnera ſanantes ineſſe arbitrantur. Nos autem huiuſmodi effectum,& abſterſioni, & ficciori animalis temperaturæ attribuimus. De dentibus,quærit Cardanus in Commentarijs ad aphoriſmos Hippocratis,cur canes duriſſimis cibis, nempè oſſibus veſcentes firmiſſimos vſq; ad ſenium dentes conſeruent. Hanc rationem ibi aſſignat,quia hæc animalia à calidis cibis ſe abſtinent. Quapropter monet eos,qui ad ſenectutẽ vſq; dẽtes cõſeruare cupiunt,vt omnia calida vitent; etenim à frigido membra exanguia roborantur. Poſſumus nos id ſicciori capitis huius belluæ temperamento attribuere. De latratu canum multa proponuntur problemata. Primum eſt, cur canes domi morantes omnibus aduenis latratu infeſti ſint, in foro autem, & in itinere, neminem allatrent.

Scitè

E Scite respondent aliqui, cum canes extra proprias ædes sint, nullumque locum tutum habere videant, eos quasi omni auxilio destitutos maximè formidare. His addamus, extra ædes, custodiendæ domus voluntatem cessare. Secundò quærunt aliqui, cur vno cane latrante omnes vicinię canes latrare incipiant. Responsio est canem animal acerrimi sensus, audita alterius voce, vehementem iram concipere, consequenterquè latrare, necnon cæteros ad latrandum excitare. Tertio proponitur, cur multis canibus latrantibus, & vno verberato, & vociferante, cæteri aufugiant. Nonnulli respondent, caninam vocem à canibus cognosci, ideoquè cognito canis percussi clamore dolorem denotante, reliqui canes sibi metuentes terga vertunt. Quartò enrioſi rimantur causam, propter quam mendicis, baiulis, alijsquè malè indutis latratu infesti esse soleant. Responsio nonnullorum est, quia huiusmodi homines minis, & percussionibus, vt plurimum canes vexare solent, vel dicamus, quòd canes vrbani cum hominibus cultibus, & benè indutis semper versantur; quapropter mendicos, alioſquè vestibus laceris amictos, tanquàm externos allatrant, quemadmodum vicissim canes gregarij, & armentarij ciuibus, alijsque benè indutis accedentibus molesti esse solent. Quoad motum huius animalis. Aliqui inuestigare conantur rationem, propter quam canis inter ambulandum alterum crus posteriorum contrahat; itaut tribus tantùm podibus incedere videatur. Id enenire dicunt, quia canes blandi, & adulatores sũt, ideirco & corpore, & corporis partibus interdùm saltando gestiunt. Alij id dementię, & leuitati canum assignant, quæ in paruis potissimùm canibus obseruatur, cum hi aliquando insanire videantur; hanc tamen veram esse rationem existimamus, quoniam canes siccissimæ sunt temperaturæ, eoquè magis partes posteriores; hinc fit, vt illæ sæpè sæpius contrahantur. Circa motum pariter quæritur cur canis hominem potiùs, quàm aliud animantium genus amore prosequatur, & concomitetur. Hanc causam viri eruditi puro, & defęcato sanguini attribuunt, ex quo puri spiritus, indequè actiones vegetiores dimanant, quas sagacitas, & prudentia consequitur; qui affectus necessariò amorem exposcunt. Quamobrem canis hominem, & vicissim homo canem beneuolentia prosequitur. Alij asseuerant hocinde nasci, quia cætera animalia ex se victum inueniunt, canes autem nequaquam, nisi ab homine illis suppediteretur. Quæritur denique cur canes hominem sectantes semper præire velint. Responsio aliquorum est, quia canes, quò tendunt, citius aduentare cupiunt, vel quia sagaces sunt, sagacium autem proprium est præcedere. Nos autem ab eorum audacia id prouenire existimamus; quandoquidem audacia non solùm homines, sed etiam cæteros animantes primos ad operandum impellit. Amplius canis iracundia alijs problematibus ansam dedit. Etenim Aristoteles inuestigant cur canes iram concipientes rictum contrahant, & dentes ostendant. Id à ficca complexione canum dimanare asseuerant, proprium enim est siccitatis neruos ad suam originem trahere. Canis autem itascentis siccitas augetur; ideoquè, & labia, & nerui contrahuntur. Pariter considerandum est, cur canes post partum fiant iracundiores, cum cætera animalia, vt ouis, & mulier mitia euadant. Respondent rerum naturalium periti, Canes post partum non expurgari, quare illa excrementa in bilem conuersa natiuam canis iracundiam augere solent. His notatis, ad lotium canũ accedemus, de quo duo quæri solent. Primùm est; cur canes mares mingendo crus eleuent, fœminæ verò nequaquam. Pro responsione sciendum est, post sextum ætatis mensem membrum genitale canum adeò rigidum, & tensum versus venerem fieri, vt, nisi crus eleuaretur, totus venter lotio madefieret; ideo canes in eleuatione cruris hoc incommodum euitant. Antequam verò sextum attingant mensem tanquàm fœmellæ subsidendo meiunt. Denuò quæritur; cur potius secus parietes, quàm alibi mingere cupiant. Pro dissoluenda difficultate notandum est, canem quatuor cruribus incedere, quare vno eleuato casum timeret, nisi esset penès aliquid, vt posset se sustinere si oporteret. Tandem congressus canis nos in magnam admirationem trahit, vt necessariò inuestigandum sit; cur canes post permixtionem adeo copulentur, vt nonnisi post longam moram separari queant. Philosophi multifariam respondent. Alij autumant membrum genitale canis in comparatione ad totius corporaturam esse magnum, orificium verò pudendi canis fœmellæ esse angustũ, cũ venereo tempore in turnescatibus de causa canes in congressu connectuntur. Sed veriorem causam putamus eliciendam esse à ficciori canum temperamento, consequenterquè ab inopia semi-

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Decimum.

Vndecimũ.

Duodecimũ

Tertiumdecimum.

Quartumdecimum.

Quintumdecimum.

Sextumdecimum.

nis, quod tunc totum citra pœnam colligitur. Vnde turgidus penis à vulua exire nequit, nisi prius guttatim exeunte semine, detumescat. A

FABVLOSA.

CErberum fuisse Plutonis canem tartareum nempè Inferorum custodem trifaucem, seu tergeminum omnes poetæ fabulati sunt. Quapropter Virgilius de hoc sic canebat.

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduerso recumbens immanis in antro. lib. 6. Æne.

Aliquando etiã poetæ hunc canẽ non solum tricipitem, sed etiam centicipitem vocitarunt propter innumeros colubros, quos loco pilorum in capite habuisse finxerunt. Cæterùm Historici veritatis perquàm studiosi tradunt Cerberum fuisse serpentem in Tænaro, quem canem à mordacitate appellarunt, cum lethiferis dentibus homines mordens interimeret. Hunc tandem Hercules ad Eurystea deduxit. Alij posteà hunc canem fuisse philosophiæ symbolum ab Hercule patefactæ referunt; quæ tribus distinguitur capitibus; quorum vnum Rationi, alterum Naturæ, & tertium Moribus famulatur. Vnde Philosophia Rationalis, Naturalis, & Moralis dimanauit. Præterea aliã Phoci, seu Thyphonis filiæ fabulam Higinus recitat; cuius inguina, dum hæc in fonte herbis veneficis à Circe infecto abluerentur, in canes conuersa sunt, quibus perterrefacta, & quasi insana in proximum fretum se præcipitans in saxum ingens conuersa est. Huius meminit Ouidius dum inquit. B

Scylla venit, mediæ. tenuo descenderat aluo,
Cum sua fœdari latrantibus inguina monstris
Aspicit, ac primò non credens corporis illas
Esse sui partes, refugit, abijtque, timetque,
Ora proterua canum, sed quos fugit attrahit vnà. lib. 4. Meta. C

Hodie autem Scylla ob impendens nauibus periculum famosus maris scopulus esse perhibetur, à cuius cauitatibus soni latratus canum æmulantes exeunt. Vnde Baptista Mantuanus hunc respiciens canebat hunc in modum.

Flectite vela citi, loca iam malè tuta videntur;
Excitat ratas Scylla propinqua canes.

Orionem optimum fuisse venatorem omnibus est manifestum. Hunc igitur poetæ post mortem vna cum cane syderibus adiunctum fuisse nugantur. Meram quoquè canem Icari Athenienſis patris Erigones inter astra Ouidius collocauit. Idem poeta Hecubam a Thracibus lapidatam latrasse, & in canem transfiguratam fuisse scribit his versibus.

——— Priameia coniux
Perdidit infelix hominis, post omnia formam,
Externaſquè nouo latratu terruit auras.

D

APOLOGI.

NOnnulli apologi, seu fabulæ à natura canis desumptæ mordacitatem, seu custodiam, & munera, quæ canes obeunt, respicere. Ratione primi: Feruntur quidam de collo proprij canis quoddam tanquàm mordacitatis signum suspendisse, vt homines illac transeuntes sibi caueren; quòd nostræ ætatis rustici plerumquè præstare solent. Idcirco canis ille huiusmodi signum sibi præstantissimo honori esse credebat, cui alter canis dixit. Hoc non tibi decori immò dedecori esse existimare debes. Apologus indicat, quòd inanis gloriæ captatores opprobria etiam maximo sibi honori esse opinantur. De mordacitate Abstemius complures vrbanos canes villaticum præcipiti cursu fugientem infectantes finxit; ad quos, villaticus conuersus statim, atque rictum contrahens dentes ostendere cepit, hi quiescentes ei appropinquare non audebant. Hac fabula Auctor docet quamcunquè In lib. Myt.

leuem

E leuem resistentiam hostibus timorem incutere. Amplius canis quondam olitoris in puteum incidit, sed olitorem ei auxiliaturum in puteum descendentem momordit, quoniam canis ad ipsum demergendum descendisse putabat. Auctor hanc fabulam in viros inuistos, & ingratos protulit. Olim vir quidam domi plures canes alebat. Accidit autem, vt Heri filius ab vno illorum demorsus interiret. Quapropter Herus tunc omnes canes confecit. Hac fabula indicatur quòd interdum homo improbus multos viros probos ad pernicem trahit. Ratione custodiæ, & aliorum munerum, quibus canes fungûntur alij emergunt Apologi. Primò narratur quòd fur noctu ingrediens diuitis domum à peruigili cane custoditam ad iram canis compescendam panem obtulit. Canis autem poscens fallaciam dixit, Huiusmodi munus mihi posthac damnum machinaturum parui facio, ideoquè nisi hinc discedas, latratu tua furta prodam. Ex apologo percipiant veri beneficio aliquo affecti, vt nunquam illius memoriam obliterent. Habebat quidam duos canes, quorum alterum domus tutelam, alterum verò venationem docuit; attamẽ ambobus captæ prædæ portionem quotidie impartiebatur. Canis venaticus id ægrè

F ferens alterum obiurgabat, quòd nullum passus laborem præda potiretur. Cui canis domus custos dixit. Herum potius esse reprehendendum, quia ipsum ad venationem non instruxerit. Ab hoc apologo percipiendum est non iuuenes imperitos, sed eorum parentes esse redarguendos, qui eos à teneris vnguiculis doctrina imbui non curauerint. *In li. Myth.* Item quidam pastor, vt refert Abstemius, oues suas cani commiserat custodiendas, quare illum optimis cibis nutriebat: attamen canis clanculum aliquam semper ouẽ occidens vorabat. Pastor, hoc cognito, canem conficiendum apprehendit. Interim canis ad Herum conuersus sic est locutus. Non me tuum familiarem, sed potius lupum tuo ouili quotidie insidiantem interimere debes. Pastor autem canem potius, quàm lupũ morte dignum iudicauit. Dixit enim, lupus palàm se meum esse hostem profiteturi; tu autẽ, simulato amicitiæ officio, in dies meum gregem diminuis. Apologus ostendit illos potius esse puniendos, qui amicitiæ prætextu nobis nocent, quàm eos, qui apertam inimicitiam exercent. *Prætextu amicos quis nocet.* Amplius quondam lupus canem valde adipatum intuens interrogauit; vnde tanta corporis pinguitudo dimanaret. Cui canis dixit, id à copia alimenti ab

G Hero quotidie mihi suppeditata prouenire, quare lupus inuidia motus se illi associare volebat. Interim collum canis depile conspicatus, huius causam scisitatus est. Cui canis, id euenire dixit à vinculis, quibus identidem detincor. Tunc lupus mutauit consilium dicens se velle potius pauperem liberum, quam locupletem seruum viuere iuxta illud.

Non bene pro toto libertas venditur auro,
Hoc cœlestis bonum præterit orbis opes.

Canes enim, data occasione, & vinciuntur, & verberantur. Vnde quidam habens canem proprijs manibus alebat, sed illum ligandum, vel verberandum seruo tradebat. Tandem canis aufugit. Herus autem coram cane comprehenso conquerebatur, cur talem dominum proprijs manibus animalia nutrientem vitaret. Responsum fuit à cane. Quicquid à famulo tuo accepi, à te accepisse existimo; quandoquidem tuo iussu id fecisse manifestum est. *Cui malum fit attribuẽdum.* Declarat Apologus malum semper ei attribuendum esse, qui illius fuit causa. Pariter legitur, quod quidam canem venaticum habuit excellentem, à quo

H in viridi ætate constituto nulla præda euadebat; sed ab illo senescente ob defectum virium, & dentium omnes Feræ fugiebant, hac de causa ab hero sæpè fuste cædebatur; ideo canis de hoc conquerens domino dixit, se confectum senio venaticos labores perferre non posse. *Homini ingrato non debemus fa mulari.* Denotat Apologus illum inane seruitutis iugum subire, qui homini ingrato famulatur. Præter dicta, occurrit canis, & sus, qui animantes de fœcunditate inter se certabant. Sus autem cani fœcunditatem concedebat, sed postea addebat fœtus else imperfectos, cum cæci nascerentur. Indicat Apologus res non iuxta copiam, sed iuxta perfectionem iudicandas esse. Denique finxerunt Mythologi, quod quidã vir amicum ad cœnam ingenti epularum apparatu instructissimam inuitauerit. Illius etiam canis alienum canem ad conuiuium duxit; sed ministri externum canem in ædibus versantem obseruantes comprehensum de fenestra eiecerunt. Monemur hoc Apologo, ne fidem ijs adhibeamus, qui, alienis bonis, nobis gratificari pollicentur.

MIRA-

MIRACVLA.

A

DEus Optimus Maximus verus miraculorum patrator canes habuit ministros, illosque Sanctis suppeditauit, vt quid supra vim naturæ operarentur. Nam Thobias à cane ductus, & reductus fuit, vt sacra monet pagina: Canis Diuo Roccho ægrotanti, & in solitudine sub arbore cubanti panem iussu Domini deferebat, ne fame periret, vt in Actis huius Sancti legitur. Thob. c. 11.

Ministri iræ Dei fuisse perhibentur canes, quando Regi, Achab Elias præduxit, fore vt canes eius sanguinem lamberent. Etenim paulò post in pugna aduersus Galaditas, vulnerati Regis sanguinem è curru profluentem canes lingebant. Regina Iezabel, cum vineam Naboth concupiscens abstulisset, eiusdem Eliæ prædictione à canibus deuorata est. Petrus etiam Apostolus (referente Maiolo) iussit cani Simonis Magi tanquam ministro, vt aduentum Petri Apostoli Simoni nunciaret: quod canis voce humana, omnibus spectantibus, præstitit. Anachoreta quidam Galata cũ olim esset ouium pastor quemdam peregrinum hospitio excipere recusauit, qui postea sub dio cubans à canibus deuoratus fuit. Hæc de causa pœnitentia ductus, & anachoreta factus, teste Sophronio, post triennium, quod ipse sæpè prædixerat, à canibus discerptus est: cum tamẽ quotidie impunè inter Leones versaretur. Lucianus Sophista Samosatensis, qui Traiani tempore floruit, à canibus laniatus est, non sine diuinæ vltionis suspicione, vt tradit Volaterranus, quoniam cum prius esset Christianæ fidei addictus, ab hac postea recedens religionem infectari cœpit. Item narrat Cæsarius Heisterbacensis quemdam seruum olim cursorem Othonis Archidiaconi Leodicensis, proprium munus deserentem, se multitudini prædonum associasse, quibus se Episcopum per insulam tepræsentãs peccatorum absolutionem tribuere solebat, sed Dominus duos canes tanquam iustæ diuinæ vindices ei immisit, à quibus, nonnullis socijs spectantibus, necatus fuit. Idem auctor recitat quandam ancillam omni genere scelerum inquinatam per quietem cõspicatam fuisse, ante Christi tribunal, alias defunctorum animas ad gloriam, alias ad supplicia demandari. Euigilans autem id religiosæ cuidam matronæ retulit (hæc enim erat de villa quadam Diœcesis Colonien sis) quæ respondit vitam criminibus maculatam emẽdandam esse. Ancilla primùm timuit, sed paulò post omni metu depositò, ad vitam dissolutam reuersa est. Hæc tandem graui oppressa morbo expirauit. Tunc canum copia illuc confluens domum defunctæ intrans cadauer laniare cœpit: itaut vix fustibus ab incolis villæ abigi possent. Atta nen canes fugati ad tumulum sepulti cadauetis reuertentes inter se acriter prælia bantur. Mannus in historijs selectis refert quemdam iuuenẽ libidinis flamma accensum formosam mulierem deperisse. qui, docente Diabolo, famulo mulieris numerosam pecuniam pollicitus est, si ei in ædes Domine aditũ patefaceret. Famulus nũnais allectus docuit iuuenẽ, vt obseruaret Dñam ad sacrũ audiẽdũ die festo pergentẽ; nã tunc domũ ingredi, ibiq; latitare licebat. Quo facto, mulieri domũ reuersæ verbo Dei, & orationibus munitæ de improuiso iuuenis œstro libidinis incitatus se se obtulit, qui varijs blandicijs animũ mulieris solicitare cœpit. At fœminatur bata, cœlum suspiciens, qua potuit vi, iuuenis petulantiam reiecit. Deinde cum violentas ei inferre manus vellet, astitit illicò canis ferocissimus, qui fœminæ patrocinium suscipiens in iuuenem dente iracundo prosilijt, caputque a collo auferens euanuit. Parritet quidam incestuosus, vt affirmat Baronius, cum mulierem consanguineam nuptiali fœdere sibi conIunxerit, neque obiurgatus, neque excommunicatus timuerit. Contigit vt panes nuptialis mensæ canibus proiecti ab ipsis minimè tangerentur. Idem Auctor narrat canes etiam famelicos à pane proiecto ab interfectoribus Sancti Thomæ Cantuarien sis abhorruisse. Idem Baronius recitat quòd decollato sancto Anastasio, & cadauere cũ aliis relicto, nocte subsequenti Christicolæ accedentes, vt Sancti cadauer auferrent, canes hoc intacto, aliorum corpora exedisse inuenerunt. Modò mirabilia de Diabolo canis formam induente dicenda supersunt. Mannus enim tradit in historijs selectis, quòd Persianus sacerdos, qui Philippo Nerio a confessoribus erat, grauj oppressus morbo a Diabolo sub nigerrimi canis specie vexabatur. Interim accessit Philippus, quem vbi ægrotus vidit, in hæc verba prorupit. Adiuua me sancte Philippe, nam canis hic nigerrimus

Lib. 3. Reg. cap. 22.

Colloq. 7.

In Prato spir. c. 167

Lib. 11. Mirac. c. 53.

Lib. cit. c. 59.

cap. 138.

To. 11. Ann. Eccl.

Tom. 12.

Tom. 9.

cap. 388.

E rimus me lacerare nititur; quibus verbis motus Beatus Philippus humi stratus preces ad Deum pro ægrotante fundere cœpit, sed statim æger exclamauit. Canis recedit, & fugit canis. Ex eodem auctore, quidam Catholicus opulentæ suppellectilis amissionem timens, fide Christi postposita, ad Ecclesiam Caluinistarum se contulit; vbi conspicatus est ministrum Dæmonis miserrimo populo panem pollutum tradentem, nec non canem nigrum, atquè horribilem de manu ministri illum accipientem; qua terribili visione perterrefactus, domumquè reuersus paulò post obijt. Pariter ex eodem auctore, quidam monachus, cæteris quiescentibus in meridie vociferari cœpit. Tunc cæteri accurrentes cum apertis oculis trementem ad altare sancti Andreæ Apostoli duxerunt, vbi ipse confessus est senem ei apparuisse, qui canem nigrum ad eum dilaniandum dimisit dicens. Quarè hoc monasterium vis deserere? nam monachus eo die illum ordinem religiosum relinquendi consilium habuit. Abdias etiam narrans certamen D. Petri Apostoli, & Simonis Magi coram Nerone Imperatore, retulit, quòd D. Petrus panem hordeaceum benedixerat, atquè fractũ in dextra, atquè sinistra manica collocauerat. Tunc Simon indignatus, cum arcanum Apostoli detegere non posset, exclamauit. Procèdant canes F magni, & Petrum in conspectu Cæsaris deuorent. Illicò canes mirandæ magnitudinis prosilientes in Apostolum irruerunt. Petrus autem orans panem benedictum canibus ostendit, quem conspicati subitò euanuerunt. Tunc conuersus ad Cæsarem Petrus dixit, quos promiserat Simon Angelos contra me esse venturos, canes fuisse iam omnibus exploratum est; cum ipse non diuinos, sed caninos tantummodo Angelos habeat. Præter hæc, sexcenta recitari possent miracula eorum, qui lacerati à canibus, & mortui ad vitam supra vim naturæ reducti fuerunt. Nos autem vnum, aut alterum attingemus. Apud Abdi.m legimus, quòd Andreas Apostolus egressus Niceæ, cum ad portam Nicomediæ appropinquasset, videns iuuenem iam à septem canibus dilaniatũ, mortuumquè deferri, expansis ad Cœlum manibus, illum viuum, & incolumem parentibus lachrymantibus restituit. Ex Surio in vita sancti Maximi Antistitis Rhegiensis Vrbis, adolescentulus ob morsum canis rabidi mortuus diuina virtute viræ restituitur. Immò paulo post in canem rabidum Sanctus inspirans illum necauit. Tandem addamus tanquàm coronidem illud miraculum recitatum à Cæsario Heisterbacensi. Quan- G doolim quidam pueri Sacerdotem imitantes in quodam amne, sub trini nominis inuocatione, canem baptizarunt. Canis autem, cum virtutem tanti nominis sustinere non valeret, illicò à rabie correptus est.

cap. 501.

cap. 622.

lib. 1. hist. Apost.

lib. 3. hist. Apost.

lib. 16. Miracul. c. 54.

MYSTICA, ET ALLEGORICA.

CAnes latrantes in sacris Bibliis D. Augustinus Hæreticos aduersus Ecclesiam clamantes mystice exponit. Lauretus autem Iudæos aduersus Christum vociferantes interpretatur. Iuxta illud Apocalypsis. *Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & Idolis seruientes.* Amplius, per canes, vitæ eruditi Romanos milites Pilato præsidi assidentes intellexerunt, cum scribat Psalmographus. *Circundederunt me canes multi.* Quapropter Prædicti ministri H immundi, & admodum impudentes veluti canes visi sunt, dum sacrosanctam Christi faciem sputis fœdarent. De his ministris verba faciens Ioannes Franciscus Apostolus scribens ad Pontium Pilatum sic canit.

cap. 22.

Psalm. 21.

lib. 2. Epigr.

Tu tamen infando pressus, vicisti timore.
Illum das canibus sanguinolente feris.

At Origenes per canem infamum intellexit Herodem; siquidem canis lapide percussus, cum percurrentem ferire nequeat, lapidem mordet, pariter Herodes iracundia pulsus, tanquàm demens in eædem insantium furere uisus est. Diabolus etiam in sacris litteris canis cognominatur, cum dicat Psalmographus. *Libera animam meam de manu canis.* & in Exodo. *Apud omnes autem filios Israel non mouebit canis ab homine.* Canes muti, vt legitur apud Isaiam, mystice intelliguntur Principes sacerdotum, qui tanquàm canes impudentissimi fuerunt; immò muti, quia Christum Dominum non prædicauerunt: Licèt canes muti Pastores superbos etiam denotare possint, qui gregem Domini ab Hæreticis, & à Dæmonibus defendere non curant. Immò ex sententia D. Ambrosij, hi præuatica-

cap. 11.

cap. 50.

uaricationes Populi ſilentio inuoluunt. Præterea canes muti homines etiam ingratos A
deſignare poterunt, qui nunquam os aperiunt, vt Domino benefactori dignas grates
perſoluant. Tandem cum muti fuerint canes in exitu Iſrael de Aegypto, tacitum etiã
In Cõ. Sym. egreſſum filiorum Iſrael denotabant. Vel ſecundùm alios, corda Aegyptiorum pauida,
& tacita fuiſſe ſignificabant; quandoquidem ex Ricciardo, illa vox, quàm Interpretes
canes verterunt, cor etiam indicare perhibetur. Canis mortuus in ſacris litteris hu-
milem ſignificat, quoniam Dauid cum Regem Saulem capitalem hoſtem in manibus
ſolum habuiſſet, veſtis fimbriam præcidiſſe contentus ſubſequens Regem exclamauit.
lib. 1. Reg. cap. 24. *Quem perſequeris Rex Iſrael, quem perſequeris, Canem mortuum perſequeris.* At per canem
vilium in Eccleſiaſte. Eucherius peccantem contumacem intelligit, qui interdum ad
bonam frugem reduci poteſt. Per canes patientes famem, vt habetur in Pſalmo octa
gesimo ſupra quinquageſimum. *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur, vt canes, &*
circuibunt ciuitatem. Viri ſapientes aſſerunt pſalmographum Iudæos intellexiſſe, nã eo-
rum mendicitatem præſagiebat, cum per varias ciuitates eſſent vagaturi. Lauretus ta-
men canes famem patientes, Apoſtolos myſticè interpretatus eſt, qui fidem in Iudæis nõ B
inuenerunt. Alij per huiuſmodi canes famem patientes, homines humiles, & miſericor-
diam à Deo petentes exprimunt. Id autem patet exemplo mulieris Cananeæ apud
Matthæum, quæ Chriſto appropinquans ipſum venerata eſt, dicens. *Domine adiuua*
cap. 15. *me, qui reſpondens ait, non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus, at illa dixit,*
etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum. Suc-
cedunt canes aquam lambentes conſiderandi; nam habentur in ſacro Textu hæc verbà.
lib. Iud. cap. 7. *Qui lingua lamberint aquam, ſicut ſolent canes lambere, ſeparabis eos ſeorſum.* Tales canes
exponuntur illi, qui mundum aſpernantur à Deo electi ad hoſtes fidei ſuperandos. D.
Auguſtinus per hos intellexit viros perfectos, qui ex rebus mundanis non niſi neceſſa-
rium ſumunt. Per canes autem vlcera lingentes, ut legitur apud Lucam de mendico La-
cap. 16. zaro. Lauretus in Sylua Allegoriarum homines venientes ad fidẽ interpretabatur. Ca-
nes etiam allegoricè, peccantes perfectam pœnitentiam non agentes intelliguntur. C
Cum legatur apud Matthæum. *Nolite dare ſanctum canibus, neque margaritas ponere*
cap. 7. *ante porcos.* Quamuis Lauretus per huiuſmodi canes, homines veritatis oppugnato-
res declaret. Attamen Chryſoſtomus homines caninis, & ſuillis moribus imbutos intel
lexit, quibus Sanctum non eſt dandum, quia ſanctum illos non ſanctificat, neque myſte
rium veritatis eos illuminat. Immò viciſſim ipſi omnia coinquinant.

MORALIA.

Doctrina moralis canem tanquam virtutum, & vitiorum ſymbolum con-
templatur. Primò canis refert ſimulacrum virtutum, nempè prudentiæ,
fidelitatis, fortitudinis, patientiæ, temperantiæ, & diſciplinæ. Secundò
iconem vitiorum, ideſt impudentiæ, impietatis, iniuſtitiæ, infidelitatis, ri-
xarum, iniuriæ, & timiditatis repræſentat. Præterea in hoc animali ſpe-
ctanda eſt Adulantium gratia, Inuidorum proprietas, Iracundorum natura, ſtultorum
garrulitas, Diuitum ſollicitudo, Tyrannorum crudelitas, & Dæmonum inſidiæ; de quibus D
ſygillatim agendum eſt. Itaque quoad virtutes. Viri iuſti, & perfecti canibus iure me-
Ratione virtutum viri canibus aſſimulantur. rito comparandi ſunt. Etenim canes, & potiſſimum leporarij, ſecundùm Ariſtotelem, la-
borantes maiorem vim in generatione, quàm quieſcentes exercent. Pari ratione viri
probi magis in labore pœnitentiæ, quàm in quiete mundanæ proſperitatis lucrantur.
Immò a canibus diſcunt, qui ab Hero verberati, & mox vocati ad ipſum accedunt. Sic
viri perfecti, etiamſi vi malorum a Deo vexati fuerint, ad ipſum proficiſcentes ei gratiã
habent. Immò canes optima memoria inſignitos imitantur, Dum beneficiorum me-
mores quotidianis Chriſtum benefactorem laudibus cumulant. Inter viros iuſtos, Con-
cionatores recenſentur, qui tanquam canes ex Tigribus prognati aduerſus Eccleſiæ
calumniatores verbis præſtantur. Hoc Diuus Paulus tanquam ex Tigrium; nem-
nempè Iudæorum gente dimanans præſtitit, dum ad expugnandos Dæmones, & ad vi-
tia climinanda fortiſſimus, & ad prædicandam Chriſti fidem audaciſſimus extitit. Hic
tanquam canis Indicus Leonem, nempe Simonem magum peremit, & Elephantum,

ideſt,

ideſt Neronem Imperatorem inuaſit. Ad viros perfectos, & iuſtos referendi ſunt optimi Præſides, qui etiam canibus aſſimilandi ſunt, quoniam canis domus cuſtos herum diligens, fures latratu, & morſu arcet. Item Epiſcopus Chriſtum Dominum ſingulari amore proſequens domum Dei, nempe eccleſiam diligenter cuſtodit, & latratu prædicationis, & dentibus reprehenſionis Dæmones, & chriſtianæ fidei calumniatores fugat. Deinde filios ſuos cæcos, ideſt homines ſimplices, tanquàm canes vberibus doctrinæ nutrit; eoſque extra cubile, nimirùm extra Eccleſiam vi criminum ſitos, more canum, dentibus correctionis denuò ad priſtinum Eccleſiæ cubile reducit. Alioquin muti canes vocarentur illi Epiſcopi, qui laicorum vitia diſſimularent. Numero perfectorum virorum addendi ſunt concionatores, & potiſſimum qui, teſte Berchorio, ſunt tanquàm canes mares, qui citius ad generationem mouentur, ideſt, qui propter Deum tantùm ad prædicandum excitantur. Illi verò, qui tanquàm fœmellæ canum ſerius mouentur, ideſt qui tantùm propter lucrum, & famam munus concionatoris ſubeunt, hypocritæ, & non veri concionatores vocabuntur. Idque ſciendum eſt, ſi catulis venaticis cibus ſtudio ſubtrahitur, ne pinguefacti ad venatum inertes reddantur, Chriſtum catulis ſuis venaticis nempè prædictis viris iuſtis non multum cibi, ſcilicet mundanæ proſperitatis ſupeditare, ne delicijs adipati ad curſum bonorum operum ſegnes euadant. His notatis ad peccantes ſermo conuertendus eſt, qui multifariàm canibus comparandi ſunt. Primò canis iram concipiens blandirijs mitigatus illam deponit. Peccans etiam criminibus inuolutus benigna correctione ab illis recedit. Secundò canis baculum odit inter familiares eſt animoſus, & verſans inter externos latrare non audet. Peccans baculum correctionis, & pœnitentiæ abominatur, cum amicis verſans ſuperbus eſt, ſed tandem inter Dæmones apud Inferos collocatus omnem audaciam deponit. Tertiò canis rabie agitatus omne animal mordens ad internecionem trahit, præter hominem, qui medicinæ beneficio ſanitati reſtituitur. Hic Peccantes tanquàm beſtiæ à Diabolo cane rabioſo tentamentis demorſi pereunt, niſi rationales fuerint, quia tunc medicamento pœnitentiæ ſanantur. Immò rectius Peccantes cognominantur canes, quia cæci ob originale crimen naſcantur. Præterea ſecundùm Phyſiologos triplex cæcitatis catulorum cauſa, nempe velox partus, copioſus fœtuum numerus & victus ſuperfluus aſſignatur. Pariter tria ſunt, quæ Peccantem cæcum reddunt. Primùm velox partus, quando hic adhuc imberbis dignitatibus cumulatur; ſiquidem tunc à ſuperbia excæcatur. Secundùm eſt ſociorum copia, quia plures amici anaritiæ, gulæ, alijſque criminibus dediti oculos ſocij peccantis vitiorum velamine tegunt. Tertium eſt ciborum redundantia, nã Peccans in deliciarum flumine natans, res diuinas minus meditatur. Tandem Peccantes canem ad vomitum redeuntem imitantur, dum ad vitia ſemel relicta reuertuntur. Iuxta illud ſacræ paginæ. *Vt canis ad vomitum ſuum redit, ſic ſtultus iterat ſtultitiam ſuam.* Prouer. 26. Itaquè Peccans pœnitentia ductus non ſolum vitium, ſed etiam peccãdi occaſionem deſerere debet. Hoc, canis exemplo fracta catena fugientis, demonſtratur. qui pars tem catenæ de collo adhuc pendentis denuò, & facilè coerceri poteſt. Quod à Perſio poeta perbellè exprimitur his carminibus.

Præſides in ſimiles canib⁹.

lib. 10. redu ct. mor.

Diabolus eſt canis rabioſus.

Nec tu, cum abſtineris ſemel, inſtantiq́; negaris,
Parere Imperio, rupi iam vincula, dicas.
Nam luctata canis nondum arripuit, attamen illi
Cum fugit, à collo trahitur pars longa catenæ. Satyr. 5.

His animaduerſis de Peccantibus in genere. Modò ad peculiares accedemus. Primus Iracundos canibus ſimiles contemplabimur. Etenim, ſi canes erga homines noſtros mitiores ſunt, & ignotos latratu laceſſunt. Ita iracundi ſecundùm Heraclitum nouos homines potiſſimum infeſtant, cum erga notos mitem animum oſtendant. Deinde canis ira ductus aliquando etiam in proiectum ſaxum ſæuit. Id etiam homines in iracundiam procliues præſtare ſolent; dum quamcumquè leuiſſimam etiam iniuriam vlciſcentes, verbis detractionis, Proximum ſuum mordent. Ad rem Reuſnerus canit.

Quid lapides mordes iactos, morſuq́; laceſſis
Hæc tibi non alijs ira nocere ſolet. In Parad. poet.

Quapropter Ruſſellius in lib. memoriæ artificioſæ homines iracundos in octaua Inferorum ſede collocat, vbi à Dæmonibus in formam canum transfiguratis in dies cruciantur. Guloſi quoquè voracitati ſuæ deſeruientes canibus ſimiles eſſe feruntur; cum hi

animantes ad ventrem distendendum carnem, & ossa edent. Verùm helluones à va- A
rijs gulæ irritamentis minimè se abstinentes, canis naturam posteà deberent meditari,
qui etiam famelicus ad prædam non accedit, & inuito Domino, paratæ mensæ non ap-
propinquat. Pari ratione redarguendi sunt illi, qui nulla necessitate coacti copiam ca
num domi alunt, in illosquè merito pronunciauda sunt illa carmina, quibus Scaliger in
quemdam venatui dedicum inuehebat.

In Poema.

An non satis dedisse te cani panem,
Qui pauperi debetur, atque pupillo.

Sed quid dicemus de ijs, qui in pernicioſam luxuriam soluti sunt? cum naturam canum
imitentur, qui ad aures Aristotelis, donec viuunt congressum frequentant. Ideoquè lu-
xurioſi, impudentissimi tanquam canes appellantur. Iuxta illud Isaiæ. *Canes impuden-*
cap. 56. *tissimi nescierunt satietatem.* Illa enim fœda voluptas tanquàm canis, si pellitur, fugit,
sin fouetur, & nutritur permanet. Præterea Auari magis, quàm alij criminoſi canibus
comparandi sunt, quoniam canes, quæ non possunt vorare, studio recondunt. Sic auari-
tiæ dediti, diuitias superfluas pauperibus minimè communicantes occultant. Insuper B
Auari, canes rabidi nominari possunt, quoniam ab illis tanquàm à canibus rabie corre-
ptis cæteri homines, & potissimum pauperes abhorrent. Præterquamquòd imitantur
canes, qui frustum carnis ab hero captantes deglutiunt semper ad spem futuri inhian-
tes. Sic vsurarij præsentem pecuniam abscondentes semper ad nouam aspirant. Sed
interdum accidit, vt omnes opes amittant. Idcireo Thomas Morus id eleganter decla-
rat hoc tetrastichо.

In li. Epigr.

Os canis implet anas aliam capturus hiabat,
Non capit hanc & quam ceperat ore, fugit.
Sic miser interea dum rem captas alienam,
Sapiens, & meritò perdis Auare tuam.

Iam ad Detractores sermonem conuertamus, qui canes multis de causis nuncupandi
sunt. Etenim, si canes aliquando cauda alicui blandiuntur, & postmodum terga ver- C
tentem mordent, qui euaginata lingua Proximum prosequuntur, præsentem blandis col-
loquijs remorantur, absentis verò famam asperis verborum dentibus lacerant. Amplius
quemadmodum canes ignotos allatrant, ita Detractores aliquod nouum opus legentes,
quicquid non intelligunt carpentes, id Auctori vitio vertunt. Sicquè tot Zoili, & canes
latrantes esse videntur. Quapropter quidam Poeta huius non immemor opus suum Fe
derico Principi dicatum hoc Distichо inscripsit.

Da Federice tuo genio foueatur & aura
Hic liber, & rabido, qui volet ore latret.

Horatius quoquè scribens in Poetam maledicum sic canebat.

Lib. 1 pod. ode. 6.

Quid immerentes hospites vexas canis
Ignauus aduersùm lupos?

Ouidius Emiliter sermonem habens de illo, qui passim in alienam famam debaccebatur,
sic canit in Ibin.

Latrat, & in toto verba canina foro.

Ad rem Nicolaus Reusnerus in quemdam cognomine Cannium hoc distichon promul-
gabat. D

Tom. 3. Poem.

Cannius es Roma, quòd mordes dente canino,
Transposito sano aptè hic forte canonus eris.

Viri igitur omnigenis virtutibus exornati paruifaciunt illos, qui falsissimis rumoribus
alienam gloriam obruere conantur: nam semper præoculis habenti illud distichon quòd
Io. Franciscus Apostolus prodidit hunc in modum.

In li. Epigr.

Sic virtus non ora timet, linguamq; caninam,
Fortuna taculum, duraque cuncta fugat.

Amplius Ethiopici ad canes comparantur. Siquidem scribit Plinius, quòd catulus vlti-
mus in lucem prodiens optimus reputatur. Pari ratione Ethnici tanquàm vltimi, qui ad
fidem Christi accesserunt, primis nempè Iudæis primùm credentibus prælati fuerunt;
cap. 2. in Epist. ad Rom. c. 5 iuxtà illud Matthæi. *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* Huc etiam respiciens D. Pau
lus hæc verba protulit. *Vbi abundauit delictum, ibi superabundauit & gratia.* Postremo D.
Chrysostomus ad corrigendos peccantes ad frugem, exemplo canis vtebatur. Dicebat
enim

E enim ſicut Leonum domitores arreptum canem, coram Fera, fuſte verberant, vt Leo clamore, & eiulatu canis perterritus citius manſuefiat. Ita Deus ſceleratorum ſupplicia exhibet, vt reliqui peccantes admoniti reſipiſcant. Lycurgus, etiam cum Cives ex diſſoluto viuendi genere ad honeſtius transferre cuperet. Catulos duos (teſte Plutarcho) ijſdem parētibus natos educauit; quorum alterum gulæ indulgentem domi reliquit, alterū vero leporū venationē edocuit. Poſtea in concionē hos deduxit; vbi vno, & eodem tempore, cibarijs quibuſdam expoſitis, & lepore emiſſo, hic ſtatim leporem ſecutus eſt, ille verò cibaria obliguriuit. Ad finē expoſitum fuit in Myſticis per canem quandoquè Diabolum intelligendum eſſe. Hoc in præſenti doctrina morali auctoritate D. Chryſoſtomi robotare licet. Scripſit enim, ſi canis è manibus puſionis placentam arripere ſtudeat, & puer illam parentibus tradat, tunc canis illicò abit. Pariter Diabolus dum obſeruat diuites partem opum ſuarum pauperibus impartiri, tanquam canis amiſſa placenta recedit. Addamus tanquàm coronidem, nonnullos philoſophantes canes indigitari; quandoquidem in ſtudio Philoſophiæ illi dicuntur aues, qui ad
F contemplationem rerum naturalium ſe conferunt, illi verò nominantur canes, qui ad rixas, & morſus ſophiſtarum accedunt.

In Apophte. Lacon.

NVMISMATA.

FIgura canis millo munitiore aperto tanquàm ſignum animoſi defenſoris, & ſolicitiPrincipis in numiſmate Theodoſij Imperatoris Chriſtianiſſimi conſpicitur. Collare canis erat tanquam ſymbolum tutelaris armaturæ, qua Imperator munitus erat aduerſus lupos famelicos, qui Romanā Eccleſiam deuorare nitebantur. Icon canis aperto ore in nummo cudebatur, vt inde quiſquè perciperet Principem non eſſe inter illos canes ſtupidos reponendum, qui nec latrare, nec mordere poſſunt. In C. Mamilij moneta canis icon ita inſculpta erat, vt latrare videretur. Et Pierius Valerianus ad dēnotandam fidem hunc nummum cuſum fuiſſe affirmat. Nam C. Mamilius S. C. limitibus metandis aliquando præ-
G fectus fuit. Quòd munus fidelitate indigerc, omnibus compertum eſt. Nummus C. Poſthumij figuram canis currentis erecta cauda inſculptam habet, cum ſigno iaculi in parte inferiori. Currens fingebatur canis ad deſignandam celeritatem, & eò magis, quia iaculum velocitatis ſymbolum ei additur. Erectio autem caudæ ſecundùm diſciplinam Aruſpicum, futuram victoriam præſagiebat. Sebaſtianus Erizus exhibet monetam magnam æream Antonij Pij, in cuius latere inuerſo conſpicitur icon Herculis nudi, qui dextra manu canem tricipitem trahit. In nummis etiam Phyntiæ, imago canis, ſeu lupi ſculpta eſt, & ſupra iconem ΒΑΣΙΛΕΩΣ, & in parte inferiori ΦΙΝΤΙΑ legitur. Noſtra etiam ætate in nonnullis monetis argenteis Sereniſs. Vincentij Gonzagæ Ducis Mantuæ impreſſa icon canis videtur, cum litteris circumſcriptis. INFENSVS FERIS TANTVM. Vel quia hic Princeps venatione delectaretur; vel quia hoc ſymbolo innuere volebat homines ſceleſtos odiſſe.
H

Numiſma C. Mamilij.

HIEROGLYPHICA.

INuerecundiam canum propriam eſſe, cuicumquè coniectamus eſſe exploratiſſimum. Ideo olim ad figurandam impudentiam effigies humana cum capite canino pingebatur: Itē ab Aegyptijs Sacerdotibus ad indicandum olfactū canis figurabatur; cum hoc animal excellenti odorandi facultate potiatur. Rurſus ab ijſdē Aegyptijs, Pierio teſte, per iconē canis aliquis vitio lienis affectus intelligebatur. Siquidem canis liene admodum gracili prædituſ eſſe feratur. At per imaginem canis cauda ſub verenda ſubiecta, Pierius fugam poſſe demonſtrari atteſtatur, quoniam canis formidine affectus, & fugam arripiens caudam intra crura demittat. Amplius ex pictura diſſecti canis hieroglyphicum vaticinij

li. 5 Hierog.

colligere poſſumus; cum ſtatua cum diſſecto cane in Olympia conſtituatur. Præterquamquòd Aliqui tradunt Trasibulum à cane vaticinium excogitaſſe. Immò ad Faum exprimendum, quidam canem currui alligatum pinxerunt. Iuxta illud Cleantis. *Volentem ducunt, nolentem trahunt.* Item effigiabant canem ad ſignificandum ſacrarum litterarum profeſſorem, ſeu ſacrum Scribam. Hic enim, inſtarc anis aſſiduè latrando, ideſt vitia corrigendo, vigilare debebat. Immò, & Libitinarium indicabant, quia ſicut canis domus cuſtos eſt, ita hic ſepulcrorum, & cadauerum cuſtos eſſe perhibetur. Cæterum ad Principem, vel Legislatorem oſtendendum, hieroglyphico canis faſcia cincti vtebantur. Propterea quòd Princeps inſtar canis vigilare debet; addebatur autem faſcia; quoniam hæc olim Inſigne regium eſſe ferebatur. Non deſunt, qui per hieroglyphicum grati animi, figuram canis meritò oſtendant. Immò Valerianus hieroglyphicum etiam amicitiæ, figurato cane poſſe, móſtrari arbitratur; cum hoc animal fidelitatis vexillum ferat. Tandem, ſimplici cane effigiato, hieroglyphicè militis oſtentabant: nam quemadmodum canis ſuo hero obtemperat, pariter miles præceptis ſui Ducis obſequitur; deinde quia ſi, duobus canibus inter ſe præliantibus, Fera occurrat, ſtatim, omni odio depoſito, ad Feram coercendam, & laniandam vnanimes ſe conuertunt; quæ proprietas in optimis militibus elucere debet. Poſtremò ad ſimplex obſequium indicandum Aegyptij canem conuerſo in dorſum capite pingebant; cùm nis currens, audita heri voce, ſtatim reuertatur.

Princeps cur hieroglyphico canis ſiſtatur.

Conditio optimi militis.

EMBLEMATA

ARgumẽta, emblematum à varijs canum proprietatibus deſumpta eſſe videntur. Primò ratione vigilantiæ, fidei, & cuſtodiæ, Camerarius eanẽ vnà cum anſere effigiauit hoc titulo inſignitum. NEVTER SOLVS. Deinde ſubſcripſit diſtichon huius tenoris.

Emb.62.

Quid vis fida canis? quid vult ſibi candidus anſer?
Sit, monet, integritas, ſit vigilaxq; fides.

Satis enim nota eſt anſerum vigilantia, quæ Capitolium ſeruauit; cuius hiſtoriam Liuius eleganter exarauit; ideo Socrates per anſerem, tanquam per vigilantiæ auctorem, iurabat. Auctor igitur inde colligit fidem ſimul, & vigilantiam iungendas eſſe. In picta Poeſi Grex pecudum canibus ſtipatus ſine paſtore figuratur cum inſcriptione. SECVRITAS. Ibiquè inſcripta carmina leguntur.

Paſtor vtramq; lupi ſecurus dormit in aurem,
Cum vigiles omnibus ſentit adeſſe canes.
Dulcia ſic Princeps poſitis agit otia curis,
Cum fidos populo præpoſuit Satrapas.

Iunius etiam meditans canis fidelitatem, pinxit Aeſculapium lauro coronatum, cum cane, dracone, & gallo & pro titulo addidit hæc verba. MEDICI ICON. Poſtea ſubſcripſit huiuſmodi tetraſtichon.

Embl.25.

Sceptriger, & lauro, baculoquè inſtructus acerno,
Quid draco, quid gallus vult ſibi, quidue canis?
Imperat hic agris, operoſaquè arte medetur
Sedulus, & fidus, dignus honore vigil.

Ratione latratus canum, Alciatus delineauit canem aperto ore lunam intuentem, quaſi latrantem, cum hac inſcriptione. INANIS IMPETVS. Alludebat enim ad Sycophantas, & alienæ famæ captatores, qui quamuis aduerſus homines perfectos in rabiem agantur, tamen illorum honorem opprimere non poſſunt. Carmina autem ſubſcripta ſunt huius tenoris.

Embl. 164.

Lunarem noctu, ve ſpeculum canis inſpicit orbem,
Sequè videns alium credit ineſſe canem,
Et latrat, ſed fruſtra agitur vox irrita ventis,
Et peragit curſus ſurda Diana ſuos.

Came-

F Camerarius quoquè vt innueret spernendas esse obtrectationes eorum, qui libenter fame viri iusti insidiantur, pinxit canem aduersus Lunam latrantem cum hoc titulo. FORTIS CONVITIA SPERNIT. Et subscripsit hoc distichon. *Embl. 61.*

Irrita vanilequæ quid curas spicula linguæ?
Latrantem curat ne alta Diana canem?

Paulus Maecius, qui hodie in politiori litteratura palmam refert, ad rem, delineauit iuuenem altera manu escam cani porrigentem, altera verò saxum occultantem cum titulo. IN ASSENTATORES. Deinde declarat emblema hoc eleganti tetrastichо. *In lib. em: 49.*

Altera dat panem manus, occultis altera saxum,
Alliciat illa, ferat vulnus vt ista cani.
Assentatorum mollissima verba cauete,
Esca dant animo, vulnera dant animæ.

Aeliatus ab iracundia canis, alterius emblematis argumentum accepit; dum figurauit hominem canem lapidantem, & canem ira percitum saxa mordentem, eum hac inscriptione. ALIVS PECCAT, ALIVS PLECTITVR. volebat enim arguere illos, qui veros hostes impunes dimittunt, & postea insontes vexant. Id declaratur his versibus.

Arripit vt lapidem catulus, morsuq; fatigat,
Nec percussori mutua damna facit.
Sic plerique sinunt veros elabier hostes,
Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

Amplius à cane vinculis fractis fugiente Camerarius elicit huius emblematis argumentum, & exhibet picturam canis fugientis loro implicati eum inscriptione. LIBERTAS NON LIBERA. Et subscribit hoc distichon. *Embl. 60.*

Quid iuuat abruptis in libertate morari.
Vinclis si maneant, & tibi colla premant?

Admonet Auctor, hoc emblemate, vt homines caueant, ne insatiabili importunæ libertatis cupiditate in maiorem morbum incidant. Ex proprietate canis indici Camerarius canem mordicus Leonem apprehendentem depingit, cum hoc titulo. NEC CAESVS CEDAM. Quamuis alij hoc emblema inscribant hoc dimidiato versu Virgiliano. MENS IMMOTA MANET. quoniam canes Indici, vt superius relatum fuit, instinctu quodam naturali, spretis minoribus Feris, Leonem potissimum petant, illumq; comprehensum etiam à venatoribus cæsi non dimittunt. Ideoquè subscribit hoc distichon. *li. 4. Aenild.*

Nunquam casa licèt linquit canis Inda Leonem,
Nec licet occisus fatis decora bonus.

His versibus Auctor admonet viros fortes & virtute præstantes, vt nihil, nisi quod honestum est amplectantur, atquè pro patria, pietate, & sui nominis fama constanter præliari studeant. Insuper hoc vitæ curriculo adolescentes innumeris laboribus onerandos esse, Clarissimi viri, exemplo canum, ostendunt; dum varia exhibent emblemata. Etenim Camerarius canem cum lepore mortuo inter crura iacente pictum tradit, cum inscriptione. GLORIA FINIS. cum notum sit ex Aeliano, capta præda, canem incredibili voluptate affici. Deinde si canis, eodem teste, in leporem mortuum incidat, cum non tangit, ne alieni laboris auctorē se constituat. Ideoquè canis non carnem, sed victoriam amare videtur, quapropter subscribit hoc distichon. *Embl. 63.*

Cuncta facis bene, dum finis tua gloria facta,
Laudem veneris, ceù canis hic leporem.

Non enim ingenti laborum difficultate animus iuuenum in studēdo premetur, quotiescunquè à tenera ætate multiuagas curas, & vigilias ferre assuescat. Nam ad rem Camerarius picturam canis ossa rodentis cum leporibus circa ipsum innoxiè vagantibus tradit, & emblema sic inscribit. A TENERIS ASSVESCERE MVLTVM. Et ad maiorem intellectionem infrascriptos addit versus. *Embl. 59.*

Vincit naturam consuetudo, atq; reformat;
Cui quisq; assuetus, deditus esse solet.

Cuius emblematis argumentū hausit ex Plutarcho in Lacohicis Apophtegmatibus, vbi refert Lycurgum duos canes ijsdē parentibus prognatos, diuersimodè tamē educatos, alīqn in eōcionē duxisse; dicentē. Videte ò ciues hos catulos ijsdē parētibus natos, edu-

eatione ſi diſſimiles: nã ibi expoſitis cibarijs,& leporibus emiſſis,qui venationi aſſuefactus erat ad coercẽdos lepores accęſſit, alter verò cibaria ſtatim deglutiuit. Horũ canum exẽplo, Lycurgus ciues ex diſſoluto viuendi genere ad honeſtius deducere conabatur; quemadmodum in Moralibus exaratum fuit. Hoc aſſertum poſſumus roborare duobus emblematibus Pauli Maccij de quo pluriès iam illata eſt mentio, in quorum alterò exhibetur pictura, in qua conſpicitur canis, qui venationem edocetur, cum inſcriptione. EX RECTO CVLTV CORPORIS, ANIMIQ ROBVR. Hoc enim emblemate monet Patres, vt filios, à teneris vnguiculis, in omnigena palæſtra exercere incipiant. In altero effigiat iuuenem duos canes venaticos ducentem cum titulo. IN ACADEMICOS. Innuit enim iuuenes grauibus laborum oneribus opprimendos eſſe, vt ad gloriæ faſtigium celeriùs peruenire valeant. Denùm Nicolaus Reuſnerus fortè ex fabulis Aeſopicis pingit canem fruſtum carnis ferentem ſecus flumen, & carnem deponentem, vt in aqua repræſentatam ab vmbra, apprehendat, cum hoc titulo. INCERTA PRO CERTIS AMPLECTI STVLTVM. Additquè ad maiorem intellectionem hæc carmina.

Emb.1. *Emb.24.* *in li.emb.23*

A

Quem gerit effigiem carnis, cum ſpectat in vndis,
Et verè carnem, quod fuit vmbra, putat;
Captat, & incautus patulo canis appetit ore
Sic ſe cum damno decipit ipſe ſuo.
Ridiculum captando cane imitaris auare,
Fas ergo ſortem te quoquè ferre Canum.

B

PHRENOSCHEMATA, INSIGNIA gentilitia, & Symbola.

EMblematibus valde affinia eſſe phrenoſchemata hoc notius eſt, quàm vt plura in id verba ſumenda ſint. Ideo illa hoc in loco recenſere operæpretium eſſe duximus. Iouius igitur in libro Inſignium militarium phrenoſchema Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolanenſis exhibet, in quo canis poſterioribus cruribus humi ſedens pingebatur cum hoc Dicto. QVIETVM NEMO IMPVNE' LACESSIT. Princeps hic ſignificabat ſe neminẽ moleſtiam allaturum, niſi fortè prouocaretur. Alij verò in huiuſmodi phrenoſchemate canem dormientem cum eodem Dicto effigiarunt. Lucas Contilis Inſigne cuiuſdam Academici Laborioſi cognominati tradit, in quo canis cum anſere delineatus conſpicitur, & Dictum eſt hoc. NEVTER SOLVS. Ab hoc fortè Camerarius emblema ſexageſimum ſecundum deſumpſit, quod ſuperius declaratum fuit. Non diſſimile illud fuit, in quo canis & Draco penès arborem pomiferam pingebantur cum Dicto VTERQVE SIMVL. Nam cuſtodia huius arboris, vigilantia & fidelitate indigebat. Quidã vir eruditus, vt ſignificaret ab illis detrimentum dimanaſſe, à quibus opem ſperabat, figurauit canem venaticum ad aues eripientem auem externam ab vnguibus accipitris, cum hoc Dicto Italico. D'ONDE SPERAVA AI VTO. Bargalius collare canum aculeis ferreis munitum, pictum exhibuit cum Dicto. SAVCIAT, ET DEFENDIT. Nam auctor ſe ad tutelam, & ad pugnam paratum eſſe innuere volebat. Ruſſellius canem catena columnæ alligatum figurauit cum Dicto Italico. PER ELETIONE E' PER DESTINO. Auctor enim per canem fortè amorem, & per columnam amicum, vel amicam deſignabat. Camillus de Camillis monimentis mandauit quendam virum nobilem effigiaſſe canem leporarium fugientem, atquè lorum ſecum trahentem, orequè ferentem illud pilei genus, quod libertatem ſignificat, cum hoc Dicto Italico. E TEMO NON ADOPRE. Hic vir pictura canis ſemetipſum fortè ab amore alicuius fœminę liberum, & fugientem indicabat; ſed picto loro de collo canis pendente, innuebat ſe vereri, ne ad illius amorem reuocaretur, cum per lorum, canis fugiens denuò, & facilè coerceri poſſit. Ioannes Andreas Palatius multa etiam deſcribit Inſignia, in quibus canis pingitur. Primò delineat canem leporarium in leporem mortuum

in lib.Inſig. *In li.Inſig.*

C

D

incidẽ-

E incidentem, & illum intuentem cum hoc dicto GLORIA FINIS. Sed hoc Insigne Camerarius ad Emblemata transtulit, vt paulò ante fuit expositum. Exhibet etiam vulpem ad cohibendam galsinam currentẽ à cane cõprehensam cũ hoc Dicto Italico BEN LA MERCEDE HAVRA SECONDO IL MERTO. Verùm hoc phrenoschema proponit, vt illud postea excludat, quon am non gaudet veri phrenoschematis conditionibus. Alij canem telo sauciatum cum orea rictum vinciente pinxerunt cũ Dicto. NEC GEMERE, NEC CVRARE. Fortè alludebant ad illos, qui in suis calamitatibus nullum prorsus habent refugium. Perciuallus affert Insigne cuiusdam, in quo pictus erat quidem canis saucius, sed vulnus lambens cum Dicto. VIX CONSOLABILIS DOLOR. Quoniam Auctor denotabat dolorem non modo ad corpus, sed etiam ad animum attinere. Ex eodem auctore habemus Insigne cuiusdam qui figurauit canem tricipitem cum Dicto. TIBI ALTER ERO. Quasi vellet suam crudelitatem significare. A Phrenoschematibus ad Insignia gentilitia facilis est transitus; cum interdum phrenoschemata Insignis gentilitij vicem gerant. Etenim Eminentiss.

F Card. Bessanus olim Fani Episcopus, vt notat Io. Andreas Palatius, *in* gentilitio Insigni habebat canem hac Inscriptione coronatum SPES NVTRIX. Menapij iconẽ canis in clypeo gerebant: Illustrissima Campegiorum familia in gentilitio Insigni cane gaudet, quod meditans Bocchius in symbolis sic cecinit. *Insigne gentilitium Cãpegiorum.*

Dextra semiaquila, ac læua latrator Anubus
Abstitit, reliqua est aurea planities.

Non desunt præterea aliæ Bononienses Senatoriæ familiæ, vt Sãpetriorum, Fibbiorũ, quarum Insignia gentilitia imago canis exornat. Præterea cum admiranda de canũ fide ab Auctoribus recitentur. Idcircò canis albus fidei symbolum esse perhibetur; Iuxta hæc Pici carmina.

Signa quibus subitò visum est ostendier albis
Ex villis animal Dominis, domibusq; fidele.

G Russellius in libro de memoria artificiosa symbolum Sancti Dominici canem faculam accensam ore ferentem esse cõstituit. Paradinus quoquè symbolum Galbæ statuit fuisse canem à prora nauis se se inclinantem cum titulo. INFESTIS TV TAMEN AQVIS. Quo symbolo aduersus maris pericula vigilantiam necessariam esse demonstrabat. Imago canis linguam exerentis Apuliæ, Italiæ, regionis calidissimæ symbolũ esse perhibetur, cum canis magno vrgente æstu, perpetuò linguam exerat. Quidam optimo natus ingenio nouum opus euulgans, pro symbolo in prima libri facie delineauit canem lectum sibi sternentem cum his litteris circumscriptis. CANI LECTVM STERNERE MAGNVS LABOR. Auctor fortè alludebat ad Zoilos, & Assentatores, quibus nouo opere gratificari est difficillimum. Tandem in dandis, & accipiendis muneribus, canis, cum Dominis, domibusquè famuletur, symbolum serui repræsentat, quare donum canis significat magna in Donantem non officia accipientis, sed merita. Denique Io. Angelus in Astrolabio plano (referente Ricciardo) canem ore, & au- *in lib. de symb. her.*

D ribus magnis decimum nonum gradum Scorpij, & hominem nobilem, & canem sedentem in curru vigesimum gradum Cancri, & hominem pigrum significare autumat. Canis verò sedens, intuensquè Leonem pariter sedentem, ex eodem auctore, vigesimum primum Arietis gradum, & hominem fidelem denotat. At canes duo se mutuò mordentes, vigesimum gradum Tauri, & hominem inuidiosum, duo autem currentes vigesimum tertium gradum Aquarij, & hominem iocosum designant. Item canes duo simul currentes decimum gradum Virginis, & hominem venatorem; tres autem simul in oppositum ambulantes vigesimum nonum gradum Geminorum indicant. *in Cõ. sym.*

A

EPITAPHIA.

TAntam canes Priſcis attulerunt voluptatem, vt poſt mortem epitaphia demeruerint. Quamobrem non eſt mirandum, ſi Aelianus in varia hiſtoria ſcripſerit Polymarchum ad eam mollitiem peruenisſe, vt canes etiam, quibus delectatus fuiſſet, mortuos publicè efferret, & amicos ſuos ad funus conuocans ſplendidè canes ſepeliret, atquè ad illorum monumenta columnas erigeret, quibus eorum epitaphia inſculpebat. Olim etiam apud Perſas equi, & apud Moloſſos, canes ſepulchra, & epitaphia meruerunt. Vnde Statius poeta canebat.

lib.8.

lib.2.Syl.

——— gemuit inter bella peremptum
Parthus equum, fidoſque canes fleuere Moloſſi.

Blondus igitur pulcherrimum catelli epitaphium quatuor verſibus exaratum refert hunc in modum.

B

Corporis exiguos cura dum cogor in artus,
Subducto matris lacte, miſer perij.
Ne tamen, & fati nomen vis aſpera tollat,
Leucippi cineres hac canis vrna tegit.

Non multum diſſimile eſt illud epitaphium catelli, quod Romæ habetur, & vnico continetur diſticho.

Parue canis tibi parua domus, & corpore paruus,
Et breuis eſt tumulus, & breue carmen habe.

In Hortis domeſticis Eminentiſſimi Aldobrandini hoc legitur canis epitaphium.

SCITAE CATELLAE BLANDISSIMAE ANTONIVS TIBALDEVS.

Quod potui poſui tibi bella catella ſepulchrum
Digna magis Cœli munere, quàm tumuli.
Candentis è lapide hæc tibi conuenit vrna fuiſti
Candida tota pilo, candida tota fide.
Si Cœlum, vt quondam cantibus patet, haud tua terras
Incedent, ſed ver Bella perenne dabit.

C

Item vixit quidam canis Peruſinus, qui noctu fures latratu mirandum in modum vexabat, ſed adeò Amaſijs Dominæ addictus erat, vt ſine vllo ſtrepitu illos admitteret. Ideo mortuus hoc meruit epitaphium.

Latrabam ad fures, ſed Amantum furta tacebam,
Vt placui Domino, ſic placui Domina.

Bernardinus Rota lib. ſecundo Epigrammatum hoc epitaphium ſic refert.

Latrani ad fures, tacui eum venit Amator,
Sic & Heroplacui, ſic & Herę placui.

Amplius Ioannes Cotta in libro carminum recitat pulcherrimum epitaphium canis nomine Capparij, ſed quoniam multis carminibus exponitur, breuitatis ſtudio, primum & vltimum diſtichon in medium afferemus.

D

Capparion ego ſum, quem viuum maximè amauit
Liuiades tumulum poſt dedit, & titulum.

Tandem in fine addit.

Quiſquis ades Domino referas, precor hæc quoquè pauca
Abdita amat te etiam trans ſtygia Capparion.

Mantuæ in Palatio olim Sereniſſimi Ferdinandi Gonzagæ hoc legitur Catellæ epitaphium.

CATELLA VIOLA.
LVCINAM INFAELICITER EXPERTA HIC SITA SVM
HOC LVSVS, HOC FIDES MERVIT MONVMENTVM,
QVID MIRARE?
FIDES IPSA CANES COELI INCOLAS FACIT.

Sexcenta eſſent huius generis epitaphia recenſenda, ſed prolixitatem omittentes vnum, aut alterum etiam afferemus.

RV-

E RVBINVS CATVLVS.
LONGO, ET FIDO AMORE PROBATVS DOMINO
SENIO CONFECTVS, SERVATA STIRPE HIC IACEO
HOC ME HONORE SEPVLCHRI
HERVS DIGNATVS EST.

Aliud quoquè non omittendum est, quoniam legentibus non erit iniucundum, est autem huius tenoris.

BELLINAE
CANVM FLOSCVLO BELLISSIMO SVAVISSIMO
IN DOMINI, DOMVSQ. DELICIIS OLIM
HABITAE.
QVAE PRIMO VENERIS CONGRESSV LVCINAM LAEVAM
EXPERTA
DIFFICVLTATE PARTVS INTERIIT.
F HEV BREVEM VOLVPTATEM LONGA MORTE PERSOLVENS.

Extat præterea apud Martialem epitaphium canis Lydiæ ab apro occisæ, & multò plura apud Cynthium poetam libro primo syluarum, & Epicedia, & epitaphia canum legun tur ad quem lectorem relegamus. *li. 11. epigr. epigr. 70.*

HISTORICA.

CAtellos duos à cane mare olim lactatos fuisse Cœlius Calcagninus auctor est, nam frequenti fœtu ex grandioris canis papillis lac euocarunt. Sed magis admirari debemus, quod referr Textor in Officina, scilicet Habidem Hispaniæ Regem canes, & alias Feras incredibili humanitate pauisse. Amplius ex Lactantio Firmiano collegimus, Aesculapium incertis parentibus natum, & expositum à venatoribus lacte canino nutritum fuisse & adultum G à Chirone medicinam didicisse. Quocirca simulacro Aesculapij iconem canis addiderunt. Quamuis alij fuerint huius opinionis, Canem ob medici fidelitatem, Aesculapio assignatum fuisse iuxta illud Sapientis, *lib. 1. epist. quæst.* *Tom. 2.*

Corporis auxilium medico committe fideli.

Cyrus etiam, qui postea apud Persas regnauit, Astyagis aui mandato, expositus, nutritus a cane perhibetur; si Textor veritatem fassus est. Veriorem tamen sententiam hãc esse Historici referunt, nimirùm Cyrum ab vxore bubulci Mitridatis, quæ vocabatur Cyno, nempe canis, educatum fuisse. Quapropter ex Aeliano, in varia historia, Graucã Cytharistriam canes adamasse, & filium Xenophontis canem pariter deperisse colligimus. Hinc, ex Textore, Ptoemphane canem habent pro Rege, cuius nutu imperia augurantur. Adeo enim canes hominibus grati fuerunt, vt pro illis acriter dimicauerint. Hoc Thebani possunt attestari, qui in Aegypto contra Romanos pro cane pugnasse dicuntur. Non immeritò id præstiterunt, quoniam canem ob custodiam, fidelitatem, H & vigilantiam sat dignis efferre laudibus non possumus. His addamus, quòd purpuræ inuentor fuisse perhibetur canis. Quandoquidem Tyrij aiunt Herculem capri fuisse amore Nymphæ illius Regionis, cui nomen fuerat Tyro. Sequebatur autem canis Herculem (cum olim canes in concionem Heroes comitarentur) canis igitur Herculeus, cũ circa saxum reptantem purpuram vidisset, carnem prominentem mordicus apprehensam deuorans labia colore purpureo tinxit. Hunc ergo colorem in labijs canis virgo intuita, Herculem imposterum se admissuram negauit, nisi illi vestem colori canini labij simulem afferret. Itaquè Hercules, hoc animali inuento, & cruore collecto, munus puellæ obtulit. Primus igitur ex Polluce, tinturæ purpureæ inuentor canis fuisse dicitur. Agathias narrat à Persis humana cadauera non tumulari, sed inhumata canibus, quos sepulchrales vocant, voranda relinqui. Hoc enim ex lege seruant Persæ. Immò quando ad expositum cadauer canes statim non accedunt, illud hominis moribus inquinatis prædicti fuisse coniectantur. Cæterùm màior fuit Alexandri crudelitas in Callistenem philosophum, quem Persicæ salutationis pompam indignanter ferentem iussit abscissis auribus, naso; & labijs cũ cane in cauea clausum ad cæterorum metum circumferri *li. 2. de bello Goth.*

ferri. At Epaminundam, vt tradit Aelianus, reuerſum à Laconica, cum Beotarchiam cõtra legem geſiſſet, Thebani capitis ſupplicio damnare volebant, & tamen ipſe optimè de Republica meritus erat. Sed à curia regrediens, catello ei blandiente præſentibus dixiſſe fertur. Hic canis mihi pro beneficio gratiam habet, at Thebani de quibus ſæpè, multumquè ſum præclarè meritus, mihi mortem iudicio conſtituerunt. Balbus in Itineratio in Indiam Orientalem prodit, in Pegu, hoc publica conſuetudine receptum eſſe, vt Incolæ quotidie Diabolo ſacrificantes, ne ipſos vexet, lauras epulas in vijs exponant. Verùm cum canes ad ipſas votandas accedere conſpicantur, à Diabolo miſſos eſſe aſſeuerant, ne talia munera diſſipentur. Lerius in hiſtoria nauigationis in Braſiliam, illos Barbaros ita iracundos eſſe conſtituit, vt pedem impingentes in lapidem, eum illicò more canum rabidorum mordeant. Deniquè Aulus Gellius recitat, Scipionem Africanum, priuſquàm dilucularet, in Capirolium ventitaſſe, iuſſiſſeque cellam Iouis aperiri. Vbi diù quaſi cum Ioue de Republica conſultans moratus eſt, Aedituoſque templi demiratos fuiſſe, quod canes in alios ſeuientes, eum non allatrauerint, neq; in ipſum irruerint. Canes quoque cuſtodes templi Palladis Acheæ, in quo arma Diomedis, & ſociorum ſeruabantur, Græcis adeuntibus blanditos, cæteris verò mortalibus feros, & agreſtes fuiſſe perhibent.

lib. 13. var. hiſt. *cap. 10.* *lib. 7. Noct. Attic. c. 1.*

A B

AVGVRIA, PRÆSAGIA, Prodigia.

CAnem nigrum apud Terentium peſſimi augurij fuiſſe pro comperto habetur, eoquè magis, quoniam Romana Antiquitas nigrum canem externum in ædes introiſſe, infauſtum augurium prædicabat; ſi Ioannes Roſſinus veritatem faſſus eſt. Pariter canem aliquid deuoraſſe, quod in cura eſſet, malum augurium fuiſſe, ex Priſcorum mente, Sueſſanus recitat. Amplius canem prægnantem iterantibus obuiam factam iter infortunatum præſagire, & diſcrimen ominoſum afferre Antiqui crediderunt. Vnde Horatius ad Galatheam.

Impios parræ cinentis omen
Ducat, & prægnans canis.

Solinus etiam tradit Aethyopes Sicambris proximos ſummam Regię poteſtatis cani tradere, de cuius nutu, quiſnam imperitet, augurantur. Vltimo anno Belli Meſſenici, ex Pauſania, canes vlulatu magno in caſtra venientes Lacedemonijs victoriam, & Meſſenicis excidium portenderunt. Et Richardus Dinothus ſcriptum reliquit, ante bellum ſociale, cuncta animantia humanis vſibus ſubdita, vt canes, relictis Dominorum tectis, ritu Ferarum, ſyluas, & campos peragraſſe, & poſt fœdus initum à Cæſare Lepido, & Antonio, canes more lupornin, vlulaſſe. Immò, ex eodem auctore, antequàm Bizantiũ à Turcis tetra, mariquè oppugnaretur, apud Comum Galliæ citeriotis Vrbem, canum multitudo cum hominum exercitu per aerem ferri viſa eſt. Quando verò Tarquinius à Regno fuit pulſus (vt notat Textor) canem locutum fuiſſe, & ſerpentem latraſſe perhibent. Item in libro de Prodigijs, & Oſtentis legitur, quòd anno ſecundo ſupra centeſimum ante Chriſti aduentum, Ariminini canis locutus eſſe dicitur, & Cimon Athenienſis poſt paratus aduerſus Cyprios, aut Aegyptios copias, canem in littore maris immenſę magnitudinis latrantem vidit, & inter latrandum humanam vocem protuliſſe audiuit. Ex hiſtorijs Polonię habemus, quòd Dux Lesko Niger, cum anno Domini 1282, adhortatus fuerit milites, vt pro fide Chriſtiana, & pro Patria viriliter aduerſus Barbaros fugientes prælìarentur, vidit (mirabile dictu) canes, quaſi noſſent, quos inſectari deberẽt, hoſtes diris morſibus laniare. Franciſcus Petrarcha prodidit inter illa, quæ Veſpaſiano ferunt accidiſſe, canem externum in cœnaculum ingredientem, manum hominis, quam mordicus geſtabat, ad pedes eiuſdem prandentis deieciſſe. Quamuis alij protulerint melius, & fauſtius augurium, ſiue omen fuiſſe, ſi canis humanum caput, & non manum detuliſſet. Idem Petratcha refert quòd Lucius Aemilius Probus aduerſus Perſen Macedonię Regem Bellum geſturus, eodem die, quo Prouinciam ſuſcepit, ſerò ſe ſe domum conferens filiolam ſuam, cui Tertia nomen erat, ſolito triſtiorem deprehendit.

lib. 3. Rom Antiq. *li. 1. de aug.* *In lib. de Prodig.* *loco cit.* *Tom. 2. li. 3* *li. 4. de Vir. Illuſtr.*

C D

Tunc

E Tunc pater, quid causę est, mea Tertia, cur mœsta sis? Respondit illa, voce querula: Mi pater, Persa perijt (decesserat enim huius nominis catella) pater puellam amplexus acc pio, inquit, omen filia; nec piguit talem virum tali omine lætiorem ad bellum profisci; vnde mox Macedonico cognomine, & celeberrimo triumpho in Capitolium redijt ornatus. Iouius quoquè litteris mandauit, quòd Heluetijs ad Nouariam contra Ludouicum XII. Galliarum Regem pro Maximiliano Sfortia pugnantibus, canes Gallorum, relictis castris, & Heluetijs admixti, eorum crura lambere cæperunt. Ideo Iacobus Mottinus Vrbinensis Dux, accepto omine, victoriam præsagiuit, quia hostium canes ex infelicibus castris ad tuta, & fortunata hospitia se recepissent. Demum quò die Io. Antonius Campanus Eps Aretinus ab hac vita decessit, gemini canes nulla vi à proprio loco educi potuerunt, tanquàm ad herum præmortuum se pertrahi intelligerent; idemquè impostorum nec latrare, nec alicui blandiri visi sunt. Hæc Michael Fernus in vita illius viri retulit. *li. 11. hist.*

F

VISIONES. ET SOMNIA.

VIs ignea Sancti Dominici Bononiæ Diui tutelaris, antequam nasceretur prævisa est. Siquidem mater eius grauida, vt narrat Egnatius, per quietem sibi visa est parere catulum accensam facem ore circumferentē, qua totus terrarum orbis conflagrabat; nec defuit nocturnæ visioni euentus; cum ex illa D. Dominicus ortum traxerit, ex quo postmodum numerosa, & sapiens Prædicatorum familia dimanauit, quæ sanctissimis prædicationibus vitia humana reprimens, & virtutem inseminans, omnes ferè totius vniuersi machinam incolentes diuino amore inflammauit. Pariter qui scribunt vitam, & mores D. Bernardi de christiana pietate optimè meriti, referunt matrem eius prægnantem somno oppressam imaginatam fuisse se catulum candidum, & latrantem in vtero gestare. Quocirca ex sapiente viro responsum habuit esse optimi, & candidi catuli futuram matrem, qui stu- *lib. 1. var. hist.*

G dium obseruandæ non solum religionis, sed etiam amplificandæ suscipiens, diuinasquè ædes custodiens assiduo latratu profanos, & impios erat vexatus. De insomnijs vulgaribus, & nullius valoris, ad quæ canes concurrunt, multa ab Auctoribus recitantur. Nam Aelianus narrat, quòd Gelon Syracusanus per insomnium fulmine percuti sibi visus est, quare adhuc dormiens præ timore vociferabatur. Tunc canis propè eum quiescens, Heri clamore excitatus, surgens terribili latratu ipsum circumiuit, donec Gelon expergefactus metu solutus fuerit. Alioquin canum latratu per somnū audito, aliquid malè ab inimicis metuendum monet Varinus. Et Blondus, ex Artemidoro, tradit canes venaticos per quietem ad venationem exeuntes visos bonos esse, & actionum prænuncios, Reis autem, & in ius vocatis malos. At Cardanus canes per quietem visos deno- *lib. 1. var. hist.*

tare fidos amicos asseuerauit; si sint albi sinceros, si rubri iracundos, si nigri maleficos, *lib. 1. de insomn.*
varij, dolosos, melitei blandos, & verbosos, venatici potentes significant. Quibus Cardani verbis tanquam imaginarijs minimè credendum esse existimamus.

H

MONSTRA.

EMporibus Rhasis natum fuisse canem tricipitem credendum est, si qui dē à se ipso visum fuisse fatetur. Nostra etiam ætate canis tripes, scilicet altero pedum anteriorum carens natus est. Item canis bipes capite leporino visus est; quorum icones in Zographia Musæi Illustriss. Senatus Bononiensis ad viuum repręsentantur. Ex Huberto in historia Polonica, anno 1269. Calisij in Cracouia vitulus cum duobus capitibus caninis natus est. Clarissimus vir Trincauella conspicatus est canem, qui cum vno tantum teste, & sine oculis genitus fuit. Romæ olim apud Cardinalem Medicem erat canis capite serpentino prædi- *lib. 7. c. 13.*

tus cum reliquis partibus corporis formæ inusitatæ, quem iam mortuum balsamo condiri curauit. Pareus depingit monstrum, cuius pars superior figuram humanam, inferior *lib. 24.*

autem

autore canina refert narratum est Anno Domini 1493. & missum fuit ad summum, qui tunc sedebat Pontificem, vt scribit Volaterranus. Tandem in libro de Prodigijs, & ostentis legimus, quòd circa finem Imperij Lotharij Cæsaris, qui fuit Saxoniæ Dux, anno Domini 854. quædam mulier monstrosum edidit partum, nempe hominis, & canis dor so connexis, solidissimeque conglutinatis unox subsecutus est Imperatoris interitus. A

SIMVLACRA, ET STATVÆ.

NOn est irrdubium reuocandum, vt legitur apud Orum Priscos simulacris Deorum simulacra canum canum ob vigilantiam addidisse. Verùm magis admirari debemus viros Zipangrios, qui ex Paulo Veneto, varia idola capud canum, & bonam habentia venerantur. Fortè id ab Aegyptijs didicerunt, qui Anubim Deum capite canino præditum colunt; ideoque Anubis latratorē Virgilio nuncupatus fuit. Iuuenalis etiam de hoc Ægyptiorū Deo verba faciens sic cecinit. B

lib. 3. c. 6.

lib. 8. Aeneid.

Satyr. 15.

illic

Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Hanc Anubis venerationem indecoram esse multi opinantur, quoniam olim in bellica expeditione Anubis pro Insigni, canis simulacrum gestauerit, vel, ex Gyraldi sententia, quia Anubis tanquam canis corpora Isidis, & Osyridis custodiuerit. Aelianus tamē hanc canis adorationem in Nili inundationē refert, quæ campos, oriente canicula, irrigare incipit. Ethnici quoque figuræ Deorum Larium simulacrum canis addebant, quoniam tam canibus, quam Laribus ob vigilantiam custodia domus assignabatur. Iuxta illud vulgatum carmen.

Syntag. 9.

lib. 3. c. 22.

Peruigilanteq; Lares, peruigilanteq; canes

Ouidius tamen in Fastis id totum eleganter exprimit his carminibus. C

lib. 5.

Et cadis ante pedes fauo fabricatus eodem
Stabat, qua Bandusium Lare causa fuit.
Seruat uterq; domum, Domino quoq; gratus uterq;
Compitis grata Deo, compita grata cani.

Quapropter quidā vir eruditus pro Insigni familiari effigiauit Lares cum figura canū, & picturā hoc Dicto coronauit. SERVAT VTERQ. DOMVM. Immò in picturis Larium pelles etiam canum effigiabant, cuius rationem adducit Plautus, quia Lar familiaris in canis formam sæpè transmutabatur, vel rectius, vt Prisci ostenderent, quemadmodum canes in domesticos mites, & in adrenas feri sunt, ita Lares, quibus totius familiæ cura credita erat, haberentur. Chrysippus aliam affert rationem nimirum Larium tergora caninis pellibus velari, quia Lares Genios repræsentant, qui humanæ custodiæ tanquam canes delegantur, nos Angelos appellamus. Amplius simulacrum canis penès iconem Aesculapij pingere solebant. Nam Pausanias staruam Aesculapij ex auro, & ebore elaboratam à Thrasymede Pario sic describit. Is in throno sedebat dextra baculum tenens, Lęua verò supra caput Draconis extensa, canisq; eia sistebat, vel in monumētum lactis, quod à cane suxerat, vel quia Aesculapius à capella altus, & à cane custoditus fuerit, vel potius ob fidelitatem, quæ in medico relucerē debet; vt in Historicis enucleauimus. Insuper canis simulacrum tumulum etiam Diogenis Cynici exornauit; ideo apud Ausonium legitur hoc Diogenis Epitaphium. D

Simulacrū Aesculapij cum canis icone.

Epitaphium Diogenis Cynici.

Dic canis; hic cuius tumulus? canis. At canis hic quis?
Diogines, obijs? Non obyt, sed abit.
Diogenes, tui pera penus, cut dolia fides,
Ad Manes: abijs? Cerberus ire vetat.
Quoniam igitur? Clari flagras qua stella Leonis
Abditus et rursus nunc canis Erigone.

Nec mirandum est, quoniam hodie Romæ apud Massæos in Cippo pulcherrimi operis canem humi iacentem capite eleuato licet intueri; cum tali inscriptione. C. IVLIO VRBANO ET IVLIAE OPTATAE CONTVBERNALI, C. IVLIO VRBANO PECV-

E PECVLIARI FILIO. Icon enim canis ob custodiam hic posita esse videtur. In simulacro Memoriæ, canis etiam pingebatur, quod in capite de Leone, occasione simulacri tricipitis, scilicet cum capite canis Leonis, & Lupi expositum fuit. Pingebãt etiam Dianam, seu Hecatem triformem, seu tricipitem, nempe habentem caput humanum equinum, & caninum, cuius ratio in historia equi declarata fuit. Omittentes igitur Menapios, & Tertiodecimanos, qui in parma simulacrum canis gestabant, ad simulacra canum in gratiã picturæ à Ripa figurata accedemus. Hic auctor ad demonstrandum currum quatuor elementorum, Vulcano addit canes; cum Prisci in templo Vulcani canes seruauerint, qui homines impios latratu arcerent. In delineando Piceno, idem Auctor mulierem cum spicis frumenti, & cane depinxit; quoniam spicæ tritici hanc Prouinciam abundantissimam denotant, Canis verò icon ob fidelitatem additur, vel vt alij volunt quoniam hæc Prouincia canes bonitate insignes nutriat. Præterea Iuuentutem pingit hunc in modum. Delineat iuuenem vestibus variorum colorum indutum cum cane venatico, & equo, dextra manu pecunias spargentem. Hoc simulacrum ab arte po

par. 1. Icon.

in par. 2. Icon.

F etica Horatij desumptum esse videtur, vbi Poeta sic canit.

Gaudet equis, canibusque & aprici gramine campi
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper
Vtilium tardus prouisor, prodigus aris.

Ibidem Ripa pro exprimenda Iustitia, quæ nec amicitia, nec odio flectatur, pingit mulierem ensiferam, regali diademate coronatam cum bilance, eique simulacrum canis, & serpentis addit; cum canis amicitiam, & serpens odium significet. At pro declaranda Fidelitate, mulierem vestimentis albis indutam cum cane candido effigiat. Auctorque addit canem, tanquam animal fidelissimum iure merito iuxta hanc imaginem locum demereri. In simulacro etiam Amicitiæ conspicitur mulier candidis vestibus amicta, catellum album amplectens, qui amicitiam ab omni labe intactam conseruandam esse demonstrat. Vicissim in pictura Inimicitiæ mulier nigris induta vestibus cum cane, & fele rixantibus cernitur. Pariter in simulacro Lesionis canes duo Herinaceum allatrãt, cuius simulacri expositio in capite herinacei allata fuit. Item in icone Adulationis Ripa

Tum fidelitatis.

Amicitia simulacrum.

G canem mulieri blandientem depinxit; cum hoc animal cibum præbenti semper blandiri soleat. Tandem in imagine Inuidiæ Ripa pinxit Vetulam cum cane admodum gracili, quia hoc animal alienis bonis summopere inuideat. Circa canum statuas diù immoraremur, si omnes priscas recensere vellemus. Vna tamen instat omnium erit illa, quam Vulcanus exære monesio conflauit. Hodie Romæ in primo Viridario Cæsiorum Bacchum cum pulchra canis statua secus pedes locata conspicati sumus. In Palatio nouo Farnesiorum inter alias statuas in lapide sculptas conspicitur Aquila, serpens, canis venaticus, & psittacus, qui lapis in Thermis Antonianis inuẽtus fuit. In Aedibus Episcopi de Rusticis à Cardinale de Valle ædificatis, elegans nudi Bacchi statua visitur, vnæ racemis coronata cum pulcherrima canis statua. Item in ædibus Laurentij de Rodulphis multæ statuæ sitæ sunt, inter quas Hermaphroditus nudus trunco arboris nixus, cum eleganti canis statua primas tenet. Insuper domi Francisci de Norsia Medici in platea Farnesiorum vidimus Adonis statuam tenui velamine tectam, cum cane secus pedes adeo diligenter sculpto, vt spirare, vel latrare videatur. Demùm in ædibus

Statuæ canum.

H Ascanij Magalotij lapidem marmoreũ obseruauimus, in quo homo taurum mactans, & canis taurum mordens conspicitur. De statuis autem canis cerberi nihil in præsentia dicemus, cum has ferè innumeras in diuersis Romæ locis intueri liceat.

VSVS IN CIBIS.

INstructis cõmessationibus catulinã carnem olim appositam fuisse indiciũ fuit Catuliana Plauti; præterquamquòd Plinius hoc idem confirmat. Cadamustusin, sua nauigatione, Populos Senegæ caninis carnibus vesci conspicatus est, quod alibi nusquam obseruauit. Immò in descriptione Guineæ habemus quòd Incolæ carnes caninas vaccinis præferunt. Num modò hi sint illi Populi barbari ab esu canum Cynophagi à Brugero cognominati, dubitandum est. Prædicta. Galeni auctoritate stabilire possumus, qui retulit nõnullas

cap. 43.

lib. 3. de Al. fac. cap. 2.

las eſſe gentes, quæ canibus iunioribus, & potiſſimùm caſtratis frequentiſſimè veſcantur. Rhaſis tamen ſcribit à carnibus caninis humores, & ſpiritus corrumpi, ſuccoſquè melancholicos generari; ex quibus poſtmodum prauæ imaginationes tam in ſomno, quã in vigilia diuanant. Hodie tamen notum eſt carnes canum in caritate annonæ, & in Vrbium obſidione multò eſſe adiumento. A

VSVS IN MEDICINA.

CVm omnes canum partes medico vſui famulentur; noſtra intererit primò capitis virtutes recenſere, deinde ſigillatim aliarum partium vires in medium afferre. Calua igitur canis in puluerem redacta, ad mentem Sexti, teſtium tumores diſſoluit, vitijs ſedis medetur, & in vino morbum regium diſcutit. Plinius hunc puluerem in ambuſtis, & pterigijs tollendis commendat. Rhaſis hoc puluere cuncta vlcera exiccat, & ſi fuerit canis calua rabidi canis ad ſoluendam rabiem exhibet. Cerebrum canis duobus affectibus vtilitatẽ afferre ſcribit Plinius, nempè glaucomatibus, ſi per ſeptem dierum ſpatium angulis oculorũ immitatur, nec non fractis oſſibus, ſi inſtar emplaſtri ſuperponatur. Hoc à Quinto Sereno probatur, dum inquit. B

Cerebrum.

His indigna nouo ſi ſparſeris oſſa fragore,
Conuenient cerebrum blandi canis addere fractis.

Dentes.

Plinius dentes canis doloribus dentium multum adiumenti afferre autumat, ſi canino dente maximo gingiuæ ſcarificentur. Immò dentem longiſſimum nigri canis in febre quartana tollenda idem Auctor patienti alligat. Dentem autem canis caninum nuncupatum ab animali tamen rabioſo exemptum, & in aluta ligatum Dioſcorides, & Serapio pro amuleto aduerſus rabiem extollunt. Aeſculapius autem, in dolore dentium ſedando, puluere dentium canis pro dentifritio vtitur. Porta verò huiuſmodi puluerem cum melle mixtum in dentitione adhibet. Omiſſa lingua, quæ, vt notum eſt, ſua, & aliena vlcera, nec non vulnera ſanat, ad coagulum accedemus. Hoc enim in vino diſſoluto Rhaſis colico dolore affectos ſanat. Actius verò hoc idem in aceto hydrophobis propinat, vt aquæ deſiderio capiantur, Sextus non coagulum, ſed vomitum canis ſuper ventrem hydropicorum collocat, & hac ratione aquam per ſecceſſum educit. Hepar canis & potiſſimum rabidi aſſatum ſingulare remedium in rabie prædicant, ne patientes in metum aquæ incidant. Immò Galenus nonnullos hoc medicamento vſos ſuperſtites ſe nouiſſe teſtificatur. Felle canis cum melle mixto Aeſculapius à leucomate oculos liberat. Fel pariter cum melle ad curanda aurium interna vlcera Marcellus vtiliter infundit. Denique ſelle canis nigri ſi tota ſuffiatur domus, à malis medicamentis ſcelera redditur, vt tradunt Magi (referente Plinio) Lienem canis in vino, ſextus lienoſis propinat. Marcellus verò lienem à cane recenter exemptum regioni ſplenis applicat. At Sextus ad ſplenem curandum catulum recenter inciſum tumido lieni apponit. Porta igitur in hac affectione caninum lienem valere ex eo colligit, quoniam canes exili admodũ liene præditi ſint. Carnem canis neruoſam potam Blondus ad morſum canis laudat. Geſnerus tamen non carnem neruoſam, ſed carnem rabioſi canis legere mauult. Sanguis caninus, ex Dioſcoride, partibus percuſſis à cane rabido, & à veneno vexatis magno erit adminiculo. Vnde Quintus Serenus prædictæ auctoritati nixus ſic dececinit. C

lib. 3. Phyſ. cap. 41.
Coagulum canis.
Vomitus canis.
Hepar.
lib. 11. de ſimpl. med. fac.
Fel canis nigri.
Caro.

Toxica præterea, quæ ſunt pellenda medela
Expediam ſanguis poterit prodeſſe caninus.

li. 2. demat. med.
Sanguis.

Galenus ſanguine pediculi canini partes ſtricat, vt pilorum ortum prohibeat. Pinguedo canis, ad mentem Aeſculapij, podagra laborantes ſubleuat. Marcellus autem medullam quoquè cum vino veteri ſubigit, & modo emplaſtri condylomatis imponit. Præterea in cicatricibus, & maculis faciei auferendis Plinius, adipe catuli varij coloris vtitur. Porta meditans magnitudinem aurium canis eoneludit caninum adipem cum oleo veteri, & ſucco abſynthij inſtillatum aurium graui tatem ſanare. Lac caninum illitum, ex aliquorum ſententia, pilos in palpebris naſci prohibet, cum tamen Galenus id negare D

in lib. de remed. facil. p. 47.
lib. 3. Phyſ. cap. 40
li. 11. de ſimpl. med. fac.

E re videatur. Verùm Q. Serenus in mitigando oculorum dolore lac caninũ mirificat dum inquit.

Si genus eſt morbi miſerum, quod lumen adurit, *Lac caninũ*
Hic calor infuſo miteſcit, lacte canino.

Sextus hoc lacte gingiuas infantium aſſiduè linit, vt ſine dolore dentes erumpant. In vitijs autem oris, & faucium huiuſmodi lac commodum, & ſalutare Quintus Serenus prędicat dum ait.

Ora ambuſta cibo ſanabis lacte canino.

Præterea, ex Dioſcoride, lac potum non ſolum fœtus mortuos expellit, ſed etiam vicem antidoti ſubiens potentiam veneni reprimit. Ad ſecundas pellendas Plinius membranam è ſecundis canis non mediocriter conducere teſtatur, cum obſeruatum ſit canes, & feles ſtatim à partu membranas deuorare. Ex eodem Plinio canina vulua in oleo decocta melleq; addito pterigijs, quæ naſcuntur in digitis commoditatis plurimum affert. Pariter genitale canis ſub limine abditum, eodem Plinio referente; Magi totius domus ſingulare amuletum aduerſus omnia mala medicamenta magnificant. Mirandum eſt, *Excrementa canum.*
F quòd etiam omnia canis excrementa ex medico ſint vſu. Etenim Sextus, vt pili, vt & verucæ defluant, lotio canis vtitur. Quamobrem Quintus Serenus id confirmat dicens.

Id poteris vitium ſanguis curare lacerta,
Aut vrina canis cum terra inducta madenti.

Plinius, quoniam canes ægrius vrinam reddant, nec poſſint niſi eleuato crure mingere, *Vrina canis ad quid.*
in vitijs vrinæ illam non parum habere momenti exiſtimat. Si canina vrina cum nitro miſceatur, & ſuper lepram inducatur, ex Dioſcoride, facilè deletur. Herba verò vrina canis irrigata, & abſquè ferro euulſa Mizaldus luxatis medetur. Alui quoquè excremen- *Centur. 8.*
ta in morbis commoda, & ſalutaria ſint. Nam Archigenes (referente Galeno) in Ictericia puluerem ſtercoris canini cum melle ad triduum datum laudat. Immò Galenus *lib. 9. de cõp. med. ſec. loc.*
in angina, dyſenteria, & vlceribus inueteratis ſtercus canis, qui per triduum comederit *li. 10. de ſim*
oſſa, præſcribit. Dioſcorides in prædictis affectibus ſimum caninum æſtate colligi, & *pl. med. fac.*
& arefieri præcipit. Ioannes de Vigo chirurgus inſignis emplaſtrũ de ſtercore canis parat, ex quo in vlceribus fraudolentis magnum fructum percepiſſe fatetur. Rondeletius idem emploſtrum pro angina componit. Matthiolus tamen, in angina huiuſmodi *lib. 2. ca. 63. com. Dioſc.*
G ſimum in renuiſſimum puluerem redactum per fiſtulam in fauces ſufflat. Alij chirurgi hoc eodem præſidio in vua curanda vtuntur. Sextus epilepticis huiuſmodi ſtercus album in vino propinat Marcellus ex ſimo canis albo, ad Solem exiccato, & cribrato cum cera rubra per partes, &, modico olei medicamentum pro iſchiade concinnat. Plinius non ſtercore, ſed oſſibus in ſtercore canino inuentis, & alligatis firiaſim puerorũ emendat; quemadmodum vermes ex canino cadauere ortos tanquàm amuletum aduerſus rabiem adhibet. Tandem cutis, & pili medicis virtutibus non carent. Etenim Plinius pelle canina ad deſtillationes cohibendas quemlibet digitum induit, & aduerſus anginã corrigia ex pelle canis parata ter collum circundat Marcellus verò in dolore ventris eadem corrigia ægrotantem cingit. Pili varijs adhibentur modis. Crollius vulneribus à cane rabido inflictis illos imponi iubet, vt venenum attrahant; deinde eoſdẽ exuſtos propinat. Plinius illos in panno ligatos cyatho ſupponit, ne patiens in metum aquæ incidat. Eoſdem Blondus in ſupprimendo ſanguine vndequaquè manante non
H infrugiferos eſſe arbitratur. Poſtremò ex toto cane tàm viuo, quàm mortuo ægrotantes ampliſſimum fructum, ſunt conſecuturi. Mizaldus in expugnanda febre quartana colligit lotium ægroti, quod in paroxiſmo vnica vice redditur, & vnà cum farinæ *Centur. 6.*
polline placentam conficit, quam coctam cani famelico exhibet, qui poſtmodum pro homine ægrotare dicitur. Deinde in chiragra, podagra, & omni arthritidis ſpecie, ad tollendos cruciatus, nullum præſentius remedium inuenitur, quàm catulos concolores partibus affectis apponere. Porta hoc verum eſſe propter magnam hominis, & canis ſympathiam opinatur. Leonellus Fauentinus deſcribit hoc vnguentum ad paralyſim. Recipit enim catellos ſubrufos exenteratos, & in aqua ad oſſium ſeparationem decoquit, & pinguedinem ſupernatantem colligit, poſtea ſpinam dorſi, & membra reſoluta inungit. Vuecherius quoque deſcribit mirabile medicamentum ad vulnera machinis bellicis inflicta, quod recipit libras quatuor olei violacei, duos catulos recenter natos, percoquit omnia diligenter, addita libra vnà vermium terreſtrium præparatorum, *lib. 2. Ant. ſpec.*

& ad vſum percolat. Galenus ad finiendam tuſſim, canem lycurgum nuncupatum, ſcilicet qui lupos exagitauerit, excoriatum, & coctum patienti apponit edendum. Denique ex catulis Andreas Furnerius aquam chymicis organis ſublimat, quam in cohibendo pilorum augmento mirifice commendat. A

lib. de med. fac. parab.

VSVS IN SACRIFICIIS.

OLim Ethnici, hoſtiarum loco, catellum manè genitum Dijs ſacrificabant, quoniam hæc animalia Numinibus placandis peridonea eſſe iudicabant. Habemus etiam in libro ſecundo Epigrammatum Græcorum, quòd venator quidam cum nihil in venatione cepiſſet, canes Pani, & Nymphis ſuſpendens dicauit. Deinde ſolebant Ethnici, quotannis, ortum eaniculæ diligenter obſeruare, ex quo eonijciebant, ſalubris, an peſtilens futurus eſſet annus; propterea ad hoc mitigandum ſydus, canem ſacrificandum inſtituerunt. Ideo Ouidius ad rem canebat. B

Pro cane ſydereo canis hic imponitur ara.

Præterea adarcendam à ſegetibus rubiginem, Deo Rubigini canem immolabant (aduertendum autem eſt, quòd Rubigo tam in genere maſculino, quàm fœminino efferebatur) quamobrem Ouidius in Faſtis hæc habet.

Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ouis.

Apud Thracas cum alibi, tum præcipuè in Zerintho Samothratię antro nihil ferè libèntius, quàm canis immolabatur. In Inſulis etiam nuper reperis, vt recitat Petrus Martyr, propter inopiam puſionum, & puellarum, canibus litant. Amplius Turcæ ſingulis annis canes mactare decreuerunt, vt notat Baronius, in monumẽtum illorum canum, qui totum latùs cadaueris Mahometis deuorarunt. Immò etiam quotannis apud Romanos, canes palo ſambuceo affigebantur in memoriam neglectarum excubiarum obſidionis Capitolij. Quid plura? Nonne in Lupercalibus canes ſacrificabantur? aut quia canes Lupercos per Vrbem diſcurrentes latrando vexarent, aut quia in venerationem Lycei Panos, hoc ſacrificium perageretur. Cui, vt voluit Plutarchus, propter Caprarum gregem canis gratus habebatur. Inſuper Romani Genetiæ, Græci Proſerpinæ canẽ ſacrum fecerunt. Et Pauſanias ſcriptis mandauit, Colophonios catellum nigrum Triuiæ olim ſacrificaſſe. Verùm apud Argiuos, ob partus facilitatem Deæ Cyoniæ canes dedicarunt. Sed aduertendum eſt, ex mente Pierij, nonnullos per Deam Cyoniã, Scriptorum incuria, Lyoniam legiſſe. Denique Lacedæmonij, proper canis audaciam, hoc animal Marti conſecrarunt. Nam eorum Ephebi inter ſe præliaturi, prius quàm certamen inirent, catulum canis Marti tanquam Deo fortiſſimo victimam ex cicuribus validiſſimam immolare neceſſarium eſſe duxerunt. C

Tom. 9. An. Eccleſ.

VSVS IN LVDIS, & Supplicijs. D

IN publicis olim ludis, nempè in theatro Romano canes, ſpectante populo, ad capiendas Feras emittebantur. Vnde Martialis ad rem cecinit hũc in modum.

Spectauere canes prædam, Rutupiq; ſuperbus
Venator, cultro nil ſupereſſe ſuo.

lib. 4. epigr. 35.

Idem repetit in epigrammate quarto ſupra ſeptuageſimum. Item Alexander ab Alexandro tradit, quòd Alexander Seuerus Imperator, diebus feſtis, catulorum, & perdicum certamine oblectabatur. Amplius Ricchardus Dinothus in Aduerſarijs narrat Regem Albaniæ dono dediſſe Alexãdro Indiã petenti canem Indicum, cuius audaciã

lib. 3. Gen. diet.

Alexan-

E Alexander in publico theatro expertus fuit; dum primò Leonem in certamen perduci iussit, quem protinus à cane fractum vidit. Postea Elephanto in arenam ducto, canis hortantibus per totum corpus villis, ingenti primùm latratu classicũ dedit; deinde eũ bellua congressus victor remansit; eum alio nunquam spectaculo Alexander magis delectatus fuerit. Item in supplicijs, canibus vtebantur. Etenim reos stipiti, vel etuci ligatos canibus, & alijs Feris deuorandos exponebant. Vitoldus Lituaniæ Dux, ex Fulgosio, *lib. 9. cap. 2.* si quem morti destinasset, vrsina pelle inuolutum canibus laniandum obijciebat. Indi quoquè Marianes, vt legitur in relatione historiæ Indicæ, hoc publica consuetudine receperunt, vt omnes filias canibus dilacerandas exponerent. Bactriani etiam ex Plinio canes habent, quos vocant sepulcrales, quibus viuos homines, sed potissimum senio, vel morbo confectos necandos exhibent. Insuper Cromerus narrans supplicium Iudæi, qui anno Domini 1530. Pragæ in Bohemia cum muliere christiana rem habuit, scripsit, quòd in vase picato Soli expositus fuit cum pudendo in dolij foramine cultro appositò, sed hic cum vi caloris torqueretur, membro, per quòd peccauerat, amputato, terga dedit. Interim fugientem atrocissimi canes dimissi dilaniarunt. Huiusmodi genus supplicij memorauit Io. Petrus Mapheus in historia Indica dum inquit. *Illum verò bra-*
F *chys post tergum reuinctis in litore ferocissimis duobus Molossis obiecit, quorum impetum, ac dentes varia corporis declinatione aliquandiù frustra euitare conatus, circumspectare primò cepit fugam, deinde cum terrestres omnes exitus milite obsessos cerneret, in mare se ad incertam spem salutis immisit, nequè canes quippe iam inescati ab insequendo abstitere, & pedibus tantum nanti cum adhærerent, dolore, & desperatione in rabiem actus repentè se conuertit, deinde (horribile dictu) certare cum canibus cepit, atquè ad extremum vnius aure mordicus apprehensa, cum iam vires deficerent, moribundus molossum vnà secũ ad ima detraxit. Atrox & inhumanum id pœnæ genus.* *lib. 10.* Hoc admirari non debemus; quandoquidem multi sancti Martyres hoc tormenti genus Infidelium Imperatorum iussu passi sunt. Nam pro compertò habetur ex Surio, Benignum Presbyterum, & martyrem, cum nullis ad Idolatriam cruciatibus posset impelli, iussu Aureliani vnà cum duodecim ferocissimis canibus diuturna fame maceratis in carcere inclusum fuisse. Quãuis postmodũ Sancto nullo fuerint nocumento. Nec mirum, quia ex Textore supra vim naturę canes etiam famelici cadaueră sanctorũ Martyrũ Gorgonij, & Dorothei à Diocletiano interfectorũ nõ attigerũt.

G VSVS IN BELLO, ET IN VECTIONE.

PLutarchus in Arato monimentis mandauit, quòd Achei ductu Arati Sicyonij, expugnato Acrocorintho arce munitissima, imposuerunt quadringentos armatos, & quinquaginta canes, qui in arce alebantur. Finni septentrionales, ex Olao Magno, canes maximos & ferocissimos aduersus *lib. 11. c. 13* hostes ducunt, quoniam saltu & motu naribus equorum insidiantur; vnde equũ sese erigentes equites excutiunt. In Cimbrico bello, ex eodem Auctore, canes Cimbrorum pro Dominis acriter dimicarunt. Quare Baptista Mantuanus non immeritò scripsit.

H —— *vastus canis ibat in hostes.*

I Lydorum etiam Rex Halyattes, vt refert Polyænus, robustissimos canes ad pugnã educebat, qui Barbaros tamquàm Feras adoriebantur. Colophonij, & Castabalenses (teste Raqisio Textore) propter bella, cohortes canum habuerunt, quæ nunquam pugnam detrectantes primæ in acie præliabantur. Ex historia rerum Indicarum habemus Hispanos in subigendo nouo Orbe, canum ope fœlicitèr vsos fuisse. Amplius Saxo Gram- *lib. 6.* maticus in historia refert Fridlerum secundum Danorum Regem contra Amundum Norueg iorum Regem certantem; canem in hostem concitasse; ideoq; cæso Amundo, victoriam, ope canis, reportasse. Insuper Magnates Accolæ Mędri, ex Aeliano, cũ bellum Ephesijs inferrent, singuli equites commilitonem canem adduxerunt. Non desunt hodie Nationes aliquot, quæ canes hostium cadaueribus quoquomodò conquisitis alant, eosque in prælia ducant, vt sędissimas hostium strages pariant. Philippo in Arbe liorum religionẽ irrumpẽte, Barbari, ex Polyæno, in locis asperis se occultabãt, ille autẽ *lib. 1.* canes dimittebat, qui hostiũ vestigia insequẽtes, plurimos eorũ coercebãt. Tandẽ canes

in bello ſtratagemata ſuppeditarunt; cum manifeſtum ſit in hiſtoria Darij, ipſum fugien A
tem canes in caſtris reliquiſſe, quos cum latrantes audirent Scythæ, adhuc Darium in caſtris morari crediderunt. Quoad vectionem, Indi canes habent magnos, & doſsua-
rios, quos venatum proficiſcentes farcina vigintiquinque librarum onerant. Hinc non
Colloq. 7. debemus demirari aſſertum Maioli, qui ſcripſit in plaga noui orbis à canibus edoctis, farcinulas geſtari. Præterea compertum eſt ex hiſtorijs Petri Martyris, apud Tarta-
ros Septentrionales, ſex canes magnitudinis aſininæ ad currum iungi, in quo poſtmo-
lib. 1. ca. 23 dum duo mercatores vnà cum rhedario vehuntur. Hoc non eſt magna admiratione
lib. 10. de ho neſt. diſcip. dignum, Siquidem Cardanus in hiſtoria de varietate rerum, id à quibuſdam Germanis Mediolani factitatum vidit. Propterquàquod Petrus Crinitus Heliogabalum quatuor canes currui iunxiſſe, & ab illis publicè vectatum fuiſſe retulit.

VSVS IN VARIIS.

B

lib. 2. de nat. Deor. M. Tullius Cicero pronunciauit fidam canum cuſtodiam, amãtem Dominorum adulationem, tantumquè in externos odium, & tam incredibilem ad inueſtigandum ſagacitatem, nec non tantam in venando alacritatem nil aliud denotare, quàm ad hominum commoditatem eſſe genitos. Ideo apud varias Nationes ſemper varios vſus habuerunt. Quamobrem Ioannes Bohemus Leges olim conſtitutas fuiſſe autumat, quibus ante aliquot ſecula, Bauari parerunt, ſcilicet canè venaticum furantes aut ipſum, aut ſimilem reddere, & ſex ſolidos ſoluere. Quoniam hs beſtijs Villici. Paſtores, Venatores, & demum Aeditui prò templorum cuſtodia vtuntur, de quibus omnibus ſeorſim verba fient. Heroes, teſte Polluce, olim in concionem prodeuntes canes habebãt comites, quemadmodum innuit Virgilius quando ait.

lib. 3. de mo rib. Gent.

Nec non, & gemini cuſtodes limine ab alto

Rurſus alibi.

——greſſumq; canes comitantur herilem.

C

lib. 2. Odyſſ. Homerus quoquè Thelemachum inſtar Herois duobus canibus aſſociatum in concionem prodeuntem introducebat. Alcibiadem verò magnus canis formæ inuſtratæ, truncata cauda comitabatur, hocquè cane, non alia de cauſa, vt batur, niſi vt detractores mõſtrum caninum meditantes, Heri vitia non taxarent. Fuerunt nonnulli, qui tempore belli, canibus tanquam nuncijs vſi ſunt. Siquidem epiſtolas aliquo ſcalenato inuolutas cani deglutiendas præbuerunt vt poſtmodum ex mactati canis viſceribus nuncius
Tom. 2. exiliret. In Hiſtoria rerum Polonicarum, in qua de prima Lituanorum religione agitur, legimus quòd defunctorum cadauera cum pretioſa ſupellectili, armis, equis, & duobus
li. 2. de geſt. Feder. Imp. canibus concremabantur. Otto etiam narrat apud Francos, & Sueuos legem hanc in turbatorem pacis inoluiſſe, vt ſi quis Nobilis, Miniſterialis, vel Colonus coram Iudice pro tali crimine accuſatus, & inuentus fuerit, antequam mortis ſententia puniretur, ad maiorem ignominiam, Nobilis canem, Miniſterialis ſellam, & Colonus aratri rotam de
D comitatu in comitatum portare cogebatur. Kiranides, ad præſagiendam mortem, vel ſalutem ægrotantis, vſus eſt cane, dum paſtam ſuper faciem, mamillas, & inguina ægroti fricatam cani exhibet, quam ſi ederit, ægrotum euaſurum, ſin ſecus interiturum prõnunciat. & hæc de vario vſu canis viui dicta ſint. Iam varium vſum canis mortui, & illius partium examinare oportet. Primùm cuiere ergmati canis cum oleo ſupercilia illitos Plinius ilia denigrat. Veterinarij ad roborandas animalium vngulas ſumunt cerebrum, illumquè in aqua ad oſtium ſeparationem decoquunt; deinde oleo addito; hoc med camine vngulas animalium fœlici cum ſucceſſu perungunt. Si partes canis ponderemus. Sextus alterum oculorum à quo cane grui iubet, vt illum deferens non tangatur à canibus. Mizaldus verò dentem caninum in corde canis defigi iubet, vt id deferens à canibus latratu non vexetur. Alij dentem caninum vnà cum cauda,
cent. 1. & pedibus in aula ſepeliunt, vt inde moroſos abigant. Deinde fas etiam inauratæ dente canino polluntur, vt quendam veluti ſplendorem acquirant. Artifices

E fices *eburnire* dicunt, quasi vi canini dentis rem auro tectam ad nitorem terſi, & politi eboris reducant. De lingua canis Plinius tradit ab ipſa in calce delata, policiq; ſubdita, canis latratum inhiberi. Porta hoc de ſanguine canis nigri refert, nimirum ſi eo parietes domus inſpergantur, illicò omne maleficium diſſipari. Deinde lacte priniparæ canis illito, pilos cadere promulgat Dioſcorides. Vuecherius autem omnes capillos lacte canino perlinit, & ad arcendam canitiem hoc tanquàm ſingulare præſidium commendat. De pinguedine nigri canis ſcribit Albertus, quòd hæc mixta cum oleo ſambucino, & in lapade habẽte olychnium è pilis candæ caninæ in medijs ædibus accenſa, homines circumſtantes fœdæ formæ efficit. Pellis canina miro artificio præparatur, vt planè mollis euadat, ex qua poſtea chirothecæ concinnantur, quę hyeme aduerſus acrẽ frigidum, & æſtate contra calorem peridoneæ eſſe perhibentur. Immò, & caligæ parantur, quæ crũribus tumidis duplici commoditate præſtò ſunt. Primò ſtringendo partem, humorum fluxionẽm inhibent. Deinde vi huius peliis exiccante, humiditates excrementitiæ diſſipantur, & crura mirificè roborantur. Vngues etiam canum venaticorum ab vſibus varijs non ſunt arcendi; ſiquidem homines, vt ſcribit Porta, reddunt bellicoſos. Vnde extat compoſitio naturalium Magorum, ad inuitos homines reddendos, quæ vngues canis vanatici recipit. Poſtremò excrementa canina varijs vſibus famulantur. Nam Democritus in Geoponicis, ſtercus caninum cum vrina putidiſſima miſcet, quo plantas, & ſemina perfundit, quæ à pecore tangi ægrè fert. Pelliones etiam ſtercus caninum aridum in puluerem redigunt, deinde hoc cum farina milij mixto, pelles agninas ad vſum concinnant. Tandem ex Alberto, & Rhaſi ſordes aurium canis cum vino permixtæ ebrietatem ſtatim generant.

lib. 3. Phyſ.

li. 5 de ſecr.

F

lib. 7. Phyſ. cap. 11.

Ne ſemina, & plantæ pecoribus attingãtur.

DE CANE RABIOSO. Cap. II.

G

SYNONIMA, ETYMVM, CAVSÆ, & ſigna, rabiei canis.

PRæclariſſimus vir Euſtachius Rudius in hanc venit ſententiã, rabiem eſſe propriam canis affectionem; qua canes correpti tanquàm furore acti huc, atquè illuc, nullum quietis locum inuenientes vagantur. Hoc aſſertum doctrinæ Galeni quadrare videtur, qui ſolum canem hoc affectu vexari decreuit. Quamuis autem Lupos, Vulpes, & Muſtellas in rabiem poſſe incidere ſuperius declaratum fuerit, attamen ſententia Galeni non eſt exploden da, quandoquidem canes potiſſimum, & ſæpiſſimè in cõparatione ad prædictas animantes rabie afflictantur. Rabiem igitur periti viri vocant, quaſi rauiem à vocis rancedine, vel quia canes hoc morbo oppreſſi ſtatim raucam vocem nanciſcantur, vel vt alij

li. 5. de mor. ven. cap. 5.

li. 6. de loc. affec. cap. 5.

H volunt, quia homines à cane rabioſo demorſi vocem raucam, ſimilemquè latratui canum acquirant. Albertus rabiem, vel ſecundùm Nonium rabiam, caniciem, nomine barbaro indigitat, quaſi caninã inſaniã nominare voluerit, nec ſine ratione, quia multi rabiem, furorem caninum cognominant. Aduertendum autem eſt, quòd rabies aliquando de impetu quodam furibundo dicitur, qualis canum rabidorum eſſe ſolet, de qua in præſentia verba non fiunt. Græcis λύσσα, ſiue λύττα nominatur, vt vult Etymologus à verbo λύω ſoluo, quia rabioſum animal tanquàm ſolutum, & liberum vagatur. Si ad omnes cauſas rabiei noſmet conuertamus, has varias eſſe comperimus. Siquidem Alij cauſam caninæ rabiei magno æſtui, & frigori attribuunt, cum diebus canicularibus, & horrida vr gente bruma, ob excellentem ſiccitatem cães in rabiẽ ſoluantur. Non negamus quidem diebus præſertim canicularibus, canes rabie agitari, attamen cum alijs etiam temporibus, hoc affectu canes corripiantur, dicendum eſt potius ab eſu putridorum ciborum, & carnium vermibus ſcatẽtium, necnon à potu aquarum putreſcentium rabiem prodire. Cum enim corrupta alimenta, & prædictæ potiones, aliaquè abominabi-

Furor caninus quid.

lia putrida sint, & subinde excrementitia; facillimum est, vt dum à canibus ingeruntur, in humoribus ingentem pariant corruptelam, ex qua deinde multiplicata, teste Galeno, grauia suboriuntur symptomata, canesquè in rabiem, consequenterquè in mortem præcipitat. Præterea Alij inter causas rabiei canum, sanguinē menstruum ab ipsis deuoratum collocant, quod tamen Matthiolus experimento reprobat; cū ipso nouerit mulieres, quæ nō alia de causa catellos Meliteos domi alebant, quàm vt dum mensibus laborarent, ea excrementa lingerēt, quę concreta pudendis partibus inhærebant, quos canes cunilingos vocant, nec tamen, ob hanc causam, aliquo rabiei periculo agitati sunt. Quoad signa, primò canis rabie vexatus cibum, & potum abominatur, sed præcipuè ab aqua abhorret hic, illuc furiosè vagatur, ab alijs canibus vitatur; latratum edit raucum, ab ore, & naribus copiosam, & eruginosam spumam effundit, præter morem, torue intuetur, demissam fert caudam, & nullo edito latratu homines aggredi ens mordet. Quæ omnia à Galeno in libro de Theriaca ad Pisonem recensentur. Immò in gratiam curiosi lectoris iconem canis rabidi ad mentem Gratini libuit exhibere. Cæterùm ad dignoscendum, hum canis à rabido cane morsus fuerit, varij Auctores varias excogitarunt technas. Aegineta ex Oribasio, nucleos fuglandis contritos, & super vulnus fricatos gallinis obijcit, ex quibus superuiuentibus canem vulnerantem non fuisse rabiosum coniectatur. Alij medullam panis morsui prius appositam alijs canibus offerunt, ex qua deuorata morsum canis vulneratitis venenatum nō fuisse arguunt. Alij demum grana tritici vlceri imponunt, donec intumescant; deinde hęc gallinæ obijciunt, quæ si fastidiat, pernicioſum, & lethale vulnus esse arbitrantur.

lib. 6. de loc. affec. c. 5.

lib. 3. epist.

cap. 16.

A

B

CVRATIO RABIOSI CANIS, & præcautio.

C

ETius canirabido helleborum album cum polenta exhibet, vt euomat; hoc enim præsidio illum à rabie soluere nititur. Theomnestus in Geoponicis canem rabie affectum in aliquo loco claudit, ne per spatium diei naturalis alimentum sumat, deinde portionem albi veratri in potu miscet, vt exactam moliatur purgationem; postea hordeaceo pane canem nutrit. Mizaldus stercora gallinarum cibis caninis permiscet, nam hoc auxilio canem à rabie liberare profitetur. Blondus in hoc casu, post tertium diem venas turgentes in cruribus canis tundit, vel canem proijcit in lacunam, in qua multæ hirudines innatent, quæ à toto canis corpore sanguinem sugant. Deinde totum canis corpus vnguento populeone illinit, & pharmacum cholagogum ei propinat; deinceps, peracta diligenti purgatione, canem decoctione fumariæ, lapathi acuti, & radicum enulæ sæpius abluit. Cætera præsidia huius generis apud Gratium poetam legere licet. Quoad precautionē scribit Plinius lac mulieris, quæ marem peperit semel catulo exhibendum esse, nam ipso gustato posthac rabiem non incurret. Columella caudas catulorum post diem quadragesimum ab ortu castrandas esse monet, quia hoc præsidio tutos à rabie reddi opinatur. Modus autem est talis. Prehēditur caudæ extremum, in quod vltima spinæ articulatio desinit, & tandiu digitis torquetur donec excidat.

Centur. 7.

D

Canis rabiosus Greuini cum Alysso Dodonei.

CAVSAE

A

CAVSÆ, ET SIGNA RABIEI humanæ.

Lib.6.cap.5.

GAlenus agens de locis affectis pronunciauit, canem rabie correptum non solum morsu, sed etiam spuma ab ore fluente humanum corpus mirum in modum afficere posse. Quamuis autem prima facie morsus canis rabidi grauia symptomata parere non videatur, tamen, ex eodem Galeno, post quatuor, vel sex menses hominem potest perimere, quia non omnes intra diem quadragesimum rabie afflictari incipiunt: quod naturæ dissimilitudini attribuendù est, cum varia patientis temperatura magis, vel minus venenato morsui reluctetur. Ideo Auicennas, ex nonnullorum sententia, scriptum reliquit, aliquos post duodecimum à morsu annum in rabiem incidisse. Et Albertus cuiusdam historiam recitat, B qui transacto anno duodecimo, cicatrice recrudescente, intra biduum obijt. Cur autem aliqui sint à cane rabioso demorsi, qui postmodum nullam prorsus rabiem incurrant. Augustinus Niphus dentibus mordentis canis causam assignat, cum vis veneni non æqualiter omnibus dentibus insit. Præterea morsus cuiuscũq. canis et non rabidi perniciosus esse perhibetur, quapropter Auctores referunt eum, qui semel fuerit à cane læsus, pestilenti contagione gallinarũ incubitũ, pecudũ fœtus interuentu vitiare, eiusq; introitu, sauciati vulnera aggrauari. Quoad signa imminentis rabiei, oportet obseruare, hæc esse quando patiens, nulla oblata occasione, iram concipit, turbulentis somnijs vexatur, timet ne pluat, præter morem parùm bibit, lucem, vt plurimum abominatur, & tandem quando nonnullas stomachi querelas edit. Deinde præter hæc, ex Galeni mente scribentis ad Pisonem, quando corpus arescit, & interdum conuellitur. Si verò accidat, vt rabies altas egerit radices, tunc ægrotans ab omnibus liquidis auertit, intuens aquam tremit, totum corpus, & præcipuè facies rubet, interdum, ritu canũ, latrat, & mordet, adstrictione alui corripitur, stillicidio vrinæ premitur, raucedine affligitur, linguâ C cum difficultate respirandi exerit, deniquè nigram bilem aliquando cum singultu euomit.

In 1. pr. Hip per. com. 2.

Morsus canis cuiuscunq; canis pernicio sus.

CVRATIO DEMORSI A CANE rabido cum præcautione.

OMnis curandi ratio solet à tribus medicinæ instrumentis desumi, nimirum à chirurgia, pharmacia, & dieta. Ratione Chirurgiæ: pars vulnerata per tres, vel quatuor digitos supra morsum diligenter liganda est, ne virus alijs partibus communicari possit. At si vulnus inflictum fuerit parti, quæ vinciri nequeat; tunc ad medicamenta intercipientia confugiendũ est, quæ ex sanguine draconis, bolo rubro, albumine ouj, oleo myrtino, sumach, & modico cœti componuntur. D Postmodum circa vulnus caro est scarificanda, vel hirudines parti sunt applicandæ, vt, si fieri potest, omnem veneficam vim hauriant. Sin secus galli podex, vel pipionis viui depilatus ligato rostro vulneri apponatur, vel ijsdem animantibus per medium dissectis, & adhuc calentibus pars demorsa tegatur, sic enim dolor non solum mitigabitur, verùm quoqnè lethale virus à prædictis animantibus attrahetur. Alij Chirurgi in hoc casu paruam cucurbitulam cum magna flamma parti affectæ superpositam commendant. Alij ferro candenti partem affectam inurunt, & ablata eschara vulnus per spatium quadraginta dierum apertum seruant, donec omnis veneni suspicio euanescat. Verùm quantum attinet ad sectionem venæ, communis opinio medicorum est, venam non esse aperiendam; immò si demorsus à cane rabido aliquo morbo acuto corriperetur, itaut sanguinis missio indicaretur; tunc cucurbitulas potius partibus inferioribus applicatas, & scarificatas, quàm uenæ apertionẽ probarẽt. Pharmacia nobis suppeditat medicamenta, quæ vel simplicia, vel composita ab

Chirurgiæ remedia.

Sectio venæ

Remedia Pharmaceutica.

Auctо-

E Authoribus proponuntur. A simplicibus igitur inchoantes, primitus de Animalibus, & eorum partibus; postmodum de plantis sermonem habebimus; quæ omnia, corpore cholagogis diligenter expurgato, adhibenda sunt. Canis igitur, & eius partes, vt pili, iecur, pulvis caluæ, & cætera huius generis nõ sunt prætermittẽda, vt in capite antecedenti enucleatũ fuit. Ideo Philostratus narrat, quòd cum Apollonius Tharsi versaretur, incidit in adolescentem à cane rabido morsum, & instar canis latrantem; propterea eundem canem lambere plagam coegit; sicque iuuenem liberauit, nam totum virus in eãdem reddijsse creditur. Gobius, caro Mituli, pisces omnes salsi, & præcipuè Thunnorum caro inueterata morsui superposita à Dioscoride commendantur. Anser aquaticus solus, ex Aristotele, non rabit, ideoque contra hydrophobiam valere dicitur. Mergum in aquis assiduè versantem Aetius mirifico experimẽto contra rabidi canis morsum probat. Hinc multi Authores iecur Mergi assatum cum oleo, & modico sale aduersus aquæ metum exhibent. Quamuis Lemnius inopinato, & subito impulsu hydrophobũ in aquis mergendo liberare profiteatur. Quicquid Ouidius dixerit his versibus

lib. 6. vit. Apol. c. 18.

li. 2. de mat. med.

Tollere hoc saepe nescit medicina potegrãm,
Nec formidatis auxiliatur aquis.

F In Prouincia *Caraiam* nuncupata, scribente Petro Martyre, magni serpentes stabulantur, quorum fel vẽditur caro pretio, cum medicas vires participet, etenim demorsos à cane rabido liberat. Amplius Anseris adeps, gallinæ cerebellum potum, fimum, & galli crista à Plinio in hoc affectu præscribuntur. Galenus probat castoreum, & Auicennas pecudum stercus cum aceto illinit. Insuper Galenus in Parabilibus, vrinã hominis nõ infrugiferam esse arbitratur. Ab Auicenna capilli hominis cum aceto vtiles esse perhibentur. Fimum etiam humanum ab hoc affectu non est arcendum; quoniam Euonimus, chymicis organis aquam ab excremẽtis humanis sublimat, quam in homine rabiem ad sydera vsquè extollit. Inter plantas Dioscorides lac ficulneum in plagam instillat, folia cuiuuis satiui cum vino morsui illinit, Alyssum contusum, & melyssophillum alligat, & denique allium in potu præbet. Galenus brassicæ folia cum laser, & aceto imponit, & eiusdem brassicæ decoctum propinat. Plinius cynorhodon, rutæ folia, & sphragidem plurimum conferre autumat. Aetius caprifici corticem, centaurium minus, Chamædryn, lapathi omnes species, potamogeton, radicem vitis albæ, fœniculum, scandicum, asparagum, & cichorium agreste nominat, quæ omnia ad curandam rabiem non infrugifera esse arbitratur. A Serapione betonica, & ebulum, & ab Auicenna fici folia commendantur. Aegineta cinerem ficulneum cerato excipit, deinde folia marubij, & menta probat. Denique Apuleius radicem personatæ cum sale marino, & verbenæ huic affectui multũ esse adiumento testificatur. Succedunt composita medicamenta, quæ sunt ferè infinita, veruntamen in præsentia, potiora tantum recensebimus. Inter hæc primas tenet Diacarc non Actuarij, nec non aliud medicamentum ex cancris Crateri apud Galenum, quod præter cancros Gentianam, aliaque simplicia multæ virtutis recipit. Cancri igitur æstiuo tempore, ortu iam canicula, & post plenilunium comprehendendi sunt, viuique in sartagine ærea, lẽto igne cremandi, & in tenuissimum pulueren redigendi, cui decem partes gentianæ, & quinquè partes thuris addun tur. Huius autem pulueris drach. vna cum modico vini ad quadragesimum vsquè diem, singulo die, à grato exhibetur. Non est omittenda theriacã magna Andromachi, quæ insuper cochleis, & cancrinsectis adhibita in hoc casu insignem habet prærogatiuam; quandoquidem in eiusdem authoris poemate sic canitur.

lib. 2. ca. 41.

In Thes. re med.

li. 1. de mat. med.

li. 3. de med. fac. parab.

Simplicia præsidia.

lib. 2. de Antid. cap. 71.

G

H *Haec q; canum rabiem fato impiadente fugabis;*
Cui cupidat mortem, & sitiat ger aquas.

Praeterea theriaca diatessarõ, hiera Archigenis, Antidotũ ex nucibus iuglãdibus Actij, Antidotũ Zenonis apud Galenum, amylyssos Renodei, & decoctũ aduersus rabiem Quercetani nõ sit silentio inuolũda. Extat & eius emplastrũ Damocratis ad morsũ canis rabidi, in nostris descriptum, extat apud Gal. apponitur Capinaceus ex cinere cãcrorũ gentiana, & testis chelonia rotunda cũ sacrorum emplastrũ componit perutile. Apud Iunctinũ Rõanum legimus, quod Apuli ad frenandum rabidi canis morsum, quoddam carbunculi genus oppidatim canunt, quod fabulosum esse existimamus. Quando hic thorlaca naturalibus præsidijs non cedit, tunc ad diuina confugiendum est. Extat templum Dei Melini in illis locis, in quibus Sanctus à canibus discerptus fuit, in quo tẽplo, vt

lib. 2. de Antid.

loco cit.

refert Gesnerus, arca marmorea ferreis occlusa cancellis sita est, in qua sanctissimum eiusdem Diui corpus latet. Clauis igitur, qua valuæ templi recluduntur, si tetigerit quis quid rabie incipit agitari, præsentissimum est remedium, & nunquam non verum. Hic Bononiæ à cane rabido saucij ad diuinam sancti Domnini opem confugiunt. Qui plura de curatione rabiei videre cupit, legat Ambrosiũ Pareũ, & Eustachiũ Rudiũ, qui de hoc affectu elegantissimè disserunt. Tandẽ à cane rabido demorsi, & fanati per annũ spatiũ à quodã lignorũ contactu, nẽpe à ligno sorbi virgę sanguineæ, & ab Atractilis se abstinere debent. Alioquin ex prædictarum plantarum virga secundùm Matthiolum manibus detenta, donec incalescat, denuò à rabie mirum in modum exagitantur. Postremò ad euitandum cuiusquè canis morsum multi, Nerij radicem magna cum utilitate de collo suspendunt. Dicta tandem sit affectui conueniens.

Præsidia diuina.

A

DE CANE MELITÆNSI.

Cap. III.

B

SYNONIMA, ET ETYMVM.

CArellum Melitęum, vel Melitęnsem ab Insula Melita Pachymo Siciliæ promontorio imminente, Blondus, cognominatum fuisse, testificatur. Quare Strabo scriptum reliquit olim in delicijs mulierum fuisse catellos, qui nascebantur in insula Melita in sinu Adriatico sita. Quamuis hodie illa non amplius ob delicatos catulos celebretur, cum tantùmodò mendici pastores eam incolant, ideo Mantua Coryca nigram delicatis canibus redũdantem esse constituit. Blondus nostra ætate hos ab Hispania deferri astruit. Gesnerus verò elegantissimos Lugduni in Gallia nutriri affirmat; quorum singuli decem denarijs, vel drachmis aureis venduntur, nequè hoc debemus admirari, quandoquidem huius generis catellum quadringentis libris monetæ Bononiensis hic venundari conspicati sumus, Hi catuli in aliquibus Italiæ locis *Rondi* appellantur, quia, cum sint exiguæ corporaturæ, feroces, & iracundi instar rubetæ esse feruntur. Ruberam enim Itali Borram nuncupant. Nos prædictos canes gentiles, nimirum nobiles, & delicatos, vel quasi exoticos indigitamus.

lib. 6. de sit. Orb.

li. 3. Polym.

C

DIFFERENTIÆ, DESCRIPTIO, & Natura.

CAnes delicatos Blondus in duplici differimine constituros esse decreuit, quoniam alios longioribus, alios verò breuioribus pilis prædictos esse obseruauit. Nostri canum melitensium curatores, eq catellos longioribus pilis rese-ctos nothos appellant, quamobrem amborum icones hic exhibebimus. Ratione coloris, Blondus partim albos partim nigros commendat. Hodie tamẽ catelli rufi, & candidi probantur. Est igitur huiusmodi catellus ad mentum Blondi pedalis, vel semipedalis, & in maiori pretio habetur, quando corporaturam muris non excedit. Verissimum igitur est magnitudinis Idibis, Mustelæ syluestris, quam viuerram appellant. Deinde paruus conseruandus est, dum in canistris occludunqibiquè nutritur, nam frequenti motu agitatus in nimium molem excrescit. Aliter etiam auctio horum catellorum impeditur. Etenim aliqui sumunt corticem capprificus recentem, & lecoti, vel splenitumido apponunt, deinde in æstuario suspendunt, donec arescat; nam vno, & eodem tempore tumorem visceris diminui asseuerant. Eodem artificio, vt notat Marcellus Empiricus, in coercenda horum catulorum auctione vtuntur. Insuper sunt huius

Magnitudo canis Melitæsis qualis

D

naturæ

naturæ catelli huius generis, vt pauciſſimis, & delicatulis cibarijs veſcantur. Tantam igitur ex huiuſmodi canibus percipiunt homines voluptatem, vt Regine in vaſis aureis modicam cibi portionem illis præbuerint. Non eſt igitur mirandũ, ſi Martialis cecinerit.

Iſſa eſt blanditor omnibus puellis
Iſſa eſt deliciæ catella Publi.

Sunt præterea huius conditionis, ex Alberto, catellæ Melitenſes, vt ſi plures concipiant fœtus, frequenter moriantur. Curatores tamen horum catulorum omnem adhibent diligentiam, vt quæſtus gratia, prolem habeant, Idcirco catellos mares admodum paruos cõquirunt. Immò ſi segnes ſint ad congreſſum, acrioribus quibuſdam calorem adiuuãt. Nam Aegyptij quoquè ſuos canes ad coniunctionem inertes, ſalſamentis alacriores ad venerem reddebant. Amplius catellis recenter natis digitis roſtrum torquent, vt elegantiores in conſpectu hominum videantur, & quando cupiunt canes villoſiores naſci, loca, in quibus aſſidue cubant, velleribus pecudum ſternunt. Siquidem cum præoculis hæc ſemper habeant, filios iubatos inſtar Leonis generant. Hoc fortuitò accidiſſe narrat Porta, quando catella ſuper pellibus arietinis in dies iacẽs, natos, quos peperit, eleganter iubatos produxit.

Vt fiãt alacriores ad cõgreſſum.

CANIS MELITENSIS BREVIORIBVS PILIS CVM GRAMINE canino ſpurio Anglorum.

Canis Melitenſis hirſutus cum cynogloſſo puſillo Narbonenſium.

DE

DE CANE VENATICO.

Cap. IV.

DIFFERENTIÆ, ET DESCRIPTIO.

DIscrimina canum venaticorum à tribus potissimum colligi solent, nimirum à differentia Ferarum, quas coercent, à loco natali, & à colore. Ratione primi Alij canes dicuntur leporarij, quia huiusmodi belluas tantummodò insequantur. Alij odorisequi, qui vulgo *Segusi* quasi sagaces nominantur. Alij vulgo *Bassets* nimirum humiles, qui taxos tantummodò venantur. Alij venatici ad aues, quibus pedetentim in retia pellunt, vel à Domino mactatas inter spineta, & dumeta inuenientes Hero deferunt. Alij venatici ad aquas vocitantur, qui quamcunquè prædam in aquas cadentem natando inueniunt. Alij denique venatici ad magnas Feras cognominantur, cum nonnisi ceruos, & apros insectentur. Secundò locus natalis aliquas constituit canum differentias; quandoquidem Oppianus, interprete Bodino, canit hunc in modum: *li. 1. de ven.*

Arcades, Ausonij, Cares, Thracesq;, & Iberi,
Pannonici, Argini, Lacedemonij, Tegeatæ,
Sauromatæ, Cretes, Celtæ, Magnetes, Amargi.

Tertiò Carolus Stephanus colorum discrimen meditans canes venaticos ad quatuor genera reduxit. Alios enim albos, alios melleos, alios leucophæos, & alios nigros constituit. Albos in primis, nisi parumper aquam formidarent, ad venandum idoneos, & meliores, immò rubore maculatos commendat: Albos verò nigris maculis insignitos non item probat; cum hi vt plurimum pedes crassos, & tenellos habeant, qui sunt mellei coloris non formidant aquam; idcoquè sunt audaciores, & tanquam albi ad ceruos, & ad cæteras Feras capiendas libentissimè currunt, calori tamen tanquam albi non resistunt. Cæterùm hi postea in duplicem speciem distinguuntur; quandoquidem prædictus author meliores cum pilis ad rubedinem tendentibus iudicat; deteriores autem, quorum color ad flauitiem vergit. Canes Leucophæi coloris fortes, & audaces sunt; sed in cursu nõ multum veloces prædicantur, præterea calorem, & venantium strepitum minuunt. Denique canis nigri validi quidem sunt, sed cum crura habeant humilia, celeritatem alborum non assequuntur, amplius Feras malè odoris, vt apros, & vulpes libenter insectantur. Bargeus in huiusmodi canibus colorem heluum, nempè medium inter rufum, & album laudat. Itaquè eligendus est canis atroci vultu, capite magno, labro superiori ad inferius pendente; oculis rubicundis, naribus apertis, dentibus acutis, collo tumente, pectore amplo; itaut Leonis similitudinem præseferre videatur. Bargeus igitur ad rem sic canit. *li. 6. Agric. cap. 24.* *Color heluus quis.* *li. 5. Cyneg.*

Ille tibi ingentes tauros aggressus, & vrsos
Sistat, & imposito fugientes vulnere tardet;
Cui lata pendent aures, cui laxa supernè
Labra fluunt, cui vultus atrox, cui maxima ceruix.
Obtusumquè caput, pressumque ante omnia rostrum,
Præterea magnique pedes, vngueſquè recurui,
Molle solum, sublime femen, suppressior alvus.
Ipsaquè rectorum longa internodia crurum.
Spina duplex, pingues lumbi, color heluus honestum,
Pectus, & è patulis efflet, qui naribus ignem
Latratu quoties sylvas implenit, & ampla,
Pectore conceptas subitas decurrit ad iras.
Tum verò splendens oculi, collumquè tumescit,
Et eandem crebro villosa in terga reiorquet.

Amplius silentio non sunt inuoluenda Oppiani carmina, quibus, Bodino interprete, optimam formam venatici canis elegantissimè describit hunc in modum:

Ergò canis melior forma decorabitur illa
Oblongum corpus, & aëri robur fulsum,
Argutum leuiter caput, fulgentibus igne
Luminibus glaucis, naribus quoque hiatibus ora
Dilucta, atq; breues obducat flaccida pelles
Auriculas, pectusq; ingens, & plurima ceruix;
Atq; pedes primùm posteriùs sint breuiores,
Attamen oblongi, tenues, pectaque ferantur.
Hinc lati tumeant armi, costæq; patentes
Obliquo sursum versu, lumbique toroso;
Strictâ aquè decurtat tergo longissima cauda,
Tales ad cursus diuturnos rite parabis
In lepores, oryges, damas, cernosque luposque.

li. 1. de ven.

LOCVS, CIBVS.

IN quadam historia Regionis Brittonum Ioannis Monumetēsis, legimus, post euersionem Troiæ, Aeneam cum filio Ascanio in Italiā peruenisse, qui postmodum Rex Latinorum factus genuit filium nomine Syluium, à quo deinde Brutus dimanauit, qui venatione delectatus multitudinem canum venaticorum nutriebat. Hic cum in venatione Syluium patrem imprudenter occidisset, vnà cum multis Nobilibus Regionis, & venaticis canibus in Insulas fugit Armoricas, quas hodie Britagne, quasi Brutagne à nomine Bruti vocitat. Vnde postmodum hoc genus canum venaticorum Galliæ, aliisque regionibus distributum fuit, In Hircania canes robusti, & feroces stabulantur, qui ex cane, & Tigride cōcepti ad venationem peridonei esse feruntur. Quamquàm Plinius Indicos solum canes ex Tigribus natos esse scripserit. Epirotica Regio, ex Aristotele, canes producit in venatione celeberrimos, inter quos Cerberus Epiroticus canis clarus est. Molossia quoque Epiri Regio esse dicitur, vnde optimi canes Molossi dicti dimanarunt. Chaonia quoque Epiri pars est, ex qua canes non inelebres Chaonides nuncupati emergunt. Megasthenes scribit apud Prasios Indiæ populos, canes audacissimos, & velocissimos versari, qui Feram demorsam nō dimittunt, donec aqua naribus infundatur. In Regione *Tebith*, vt tradit Paulus Venetus canes venatici maximi sunt, & in Prouincia *Gingui*, sunt talis audaciæ, vt Leonem adoriri non dubitent. Quoad quidam notandum est ex Oppiano catulos canum venaticorum non lacte ouium, aut caprarum, sed ceruarum, luparum, & similium belluarum agrestium esse nutriendos, vt generosam canum sobolem habeant his carminibus.

Canum venaticorū origo.

lib. 2. c. 36.

li. 1. de ven.

Sed cane, si catulos cupias nutrire fagaces,
Distentas mammas exfugant lacte recenti
Non ouium, neq; nunc, hirsutarumue caprarum;
Quippe graues tandem ferrent, fugerentque labores.
Sed primò beribus Ceruę lacte entur agrestis,
Aut crudo domitę pascantur lacte leęnę,
Nocti nanque lupę, capreque falacis alantur
Vbere, sic celeres euadunt, atque feroces.

Deinde catuli post duos menses ab ortu ablactandi sunt, & pane, lacte inijsque ad decimum vsque mensem nutriendi. Postmodum parandus est panis ex partibus æqualibus frumenti, hordei, & fecales constans, cuius pastu canes in sua tēperatura conseruātur, & à multis affectibus præseruantur. Quando verò canes, amissis dētibus, nouos recuperant, tunc ex Bargei mente non opima cibaria, sed tantùm panis cum aqua, & ossa contusa suppeditanda sunt. Aliquando etiā carnes, sed hyeme canibus sunt exhibēdæ, ijsque præcipuè, qui sunt graciles, & ad ceruos coercēdos currunt. Carnes autē sint equorū, asinorū, & mulorū, vt ferociores, & fortiores euadant, & caro omni pelle nudata sit, ne canes qualitatē bestiæ noscere possint. Aliqui venatores interdum insculta oulum, & caprarum canibus, & potissimum macilentis exhibent. Immò quandoque insculis non nihil sulphuris addunt, vt canes inertes, & frigidiores calefaciant.

Quorū animaliū carnibꝰ earnes sint nutriendi.

NA-

Canis venaticus cum Sebesten Mamilla canis nuncupato.

NATVRA, ELECTIO, & EDVCATIO.

THres præcipuas canibus venaticis Natura ingenerauit proprietates, ſine quibus ſegnes ad venationem reputarentur. Prima eſt ſagacitas, ſi Feras inueſtigare, ſecunda eſt curſus, ſi eas conſequi, & tertia eſt audacia, ſi eas inuadere, & mordere debent. Molem verò corpoream canum venatores non valde curant, ſed robur virium iuxta illud Ouidij.

A cane non magno ſæpè tenetur aper.

Tantæ igitur, & tales ſunt canum venaticorum prærogatiuæ, vt Principes allectati venatu ſummoperè gaudeant. Alphonſus ex Aragonorũ gẽte, qui primus Neapoli regnauit, incredibile ſtudiũ in alendis canibus venatorijs adhibuit. Magnus Tartarorũ Imperator, ex Paulo Veneto, cũ venatio illi ſit maximæ curę, quinque millia canum venaticorum ſemper ali iubet. Hoc autem præſtare Epiſcopis vetitum eſt, per concilium Matiſc, vt refert Baronius, his verbis. *Cuſtodienda eſt igitur epiſcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morſibus venenatis. Vbi igitur Dei eſt aſſiduitas cantilenæ, monſtrum eſt, & dedecoris nota, canes ibi, vel accipitres habitare.* Itaquè quoad electionẽ optimi canis venatici, eum eſſe eligendum ſcribit Albertus, qui pilos mediocriter longos habeat; nam quando nimis longi ſunt cutis fœtori, & ſcabiei obnoxia eſt. Inſuper idem Albertus eum catulum, qui vltimus videre incipit, vel quem primò mater in cubile reportat, optimum pro venatione alendum eſſe præcipit. Quapropter Bargeus hoc meditans ſic canebat.

Quin etiam mater pariens tibi certa volenti
Signa dabit.

Et paulò inferiùs.

Namq; ea, quem ſecum tulit in ſtramenta, thoroquè
Compoſuit primum, primoq; affecit honore
Ille alios omnes, curſuq; animoſq; ſuperbis
Vincit ouans.

Alij in electione generoſi canis, circulum flammarum ſtruunt, in cuius centro omnes catulos collocant, quem autem mater accurrens, primum ſeruandum curauerit, illum omnium generoſiſſimum eſſe arbitrantur. Alij catulos lac ſugentes obſeruant; etenim eos, qui mammis cordi vicinioribus adhærent, ratione illius loci meliores, & ferociores eſſe exiſtimant. Alij ſunt huius opinionis, illos catulos ad bonitatem accedere, qui pilos, ſetarum inſtar, ſub gutture emittunt. Alij omnium catulorum nuper natorum palatum inſpiciunt, quod ſi nigrum viderint, optimum fore canem, ſin rubore ſuffuſum, nihili faciendum iudicant. Hæc autem de electione neceſſaria, quæ ſciantur, cenſuimus, vt quando canis enixa fuerit catulos numerum mammarũ excedentes, proiectis segnioribus, meliores, & audaciores ad venationem alantur. Oppianus autem optimos canes per congreſſum curandos eſſe autumat; cuius interprete Bodino ſic inquit.

Si miſcere canes cupias, prolemq; creari;
Vere cani gratum veneris permitte cubile.

Et paulò inferius.

Iam verò primùm curabis vt optima quæquè,
Et generoſa canum genera admiſcere paratus
Nunquam degenerem ingenuo, ſed congrua iungas,
Arcadas Eleis Cretenſi, Pœona miſce,
Et caribus Thracas, Tyrrhenos adde Lacanis,
Sarmaticoquè canis iungatur Iberica ſponſa.

Quamobrẽ iuxta ſententiam Oppiani eligenda eſt canis gaudens omnibus notis in deſcriptione optimi canis venatici tecitatis. Hęc enim cũ cane iungẽda eſt ſub ſigno Geminorũ, vel Aquarij, nimirũ circa finẽ mẽſis Maij, vel Ianuarij, propterea quòd canes hiſce tẽporibus concepti nõ ſolum generoſi, ſed etiã non ita facilè rabiẽ, aut aliã ægritudinẽ incurrũt. Hæc canis pgnãs ad venationẽ nõ erit ducẽda, ne fętuũ nutritio impediatur, neq; in ſtabulo sẽper detinẽda, ſed p ædes, & loca proxima vagari dẽt. Catuli poſtmodum

ęap. 13.

li. 5. Cyneg.

li. 1. de ven.

E postmodum orti ad venationem debent educari, siquidem adulti ad illatum Ferarum capturam accedent; ad quam primis diebus instructi fuerint. Verùm, teste Tardiuo, ante decimum sextum ætatis mensem, vel secundùm alios solùmodò ante decimum ad venationem non sunt soluendi, quia ante hoc tempus ob teneram ætatem, disruptionis aliquorum vasorum periculum immineret. Deinde huiusmodi canes iuniores vnà cum adultis erunt congregandi, sed manè primis diebus venatum non sunt ducendi. Etenim si hora frigidiore currere incipiũt, postea Sole circa Meridianum versante, currere recusabunt: Venator quoquè cœlo sereno, & aere tranquillo ad venatum cum his canibus exibit, cum pluuiæ, & venti Canum odoratum impedire soleant. Item cauendum est, ne canis post vomitum ad venationem ducatur; nam tunc ob virium imbecillitatem labori resistere non posset. Amplius canes post venationem fessi ouis vino infractis recreandi sunt. Alij, ex Tardiui consilio, aquam paruo aceto miscent, qua collum, & dorsum canis madefaciunt. Insuper omnes canes venatici simul in vno, & eodẽ stabulo nutriri debent, vt se inuicem cognoscant, & diligant, mutuumquè latratum intelligant, seorsim tamen separati vinciendi sunt, ne simul iuncti putore, scabie, aliouè morbo affligiantur. Cubent prope magistrum in stramine, & bis quotidie, aut semel F saltem à vinculis soluantur, moxquè iterum ligentur, ne diutius soluti, ex Tardiui sententia, alacritatem, & audaciam amittant. Custos etiam sit placidus, illosquè idẽtidem paleis, & panno abstergat, & per prata aliaquè loca viridia ducat, vt in venatione quando reuocantur, vel animantur, illicò præceptis Heri obsequantur. Aedificium pro custodiendis huiusmodi canibus ortum Solis respicere debet cum ampla area, vt canes se exercere, & alui excrementa deponere possint. Per hoc, si fieri potest, aquæ riuulus transeat, vel ibi vas lapideum aqua plenum semper feruetur. Locus cloacis non careat, vt vrinæ, & immundiciæ canum expurgẽtur, parietes domus dealbentur, ne ab araneis, cimicibus, & pulicibus canes infestentur. Penès hanc habitationem sit domicilium custodis cum vaporario, vt canes à venatione madefacti redeuntes, accenso luculento igne, abstergi, & exiccari possint. Verùm quoniam venationis vsus latissimè patet, quæcunquè ad eum pertinent legenda sunt in capitibus animalium, quæ venatione capiuntur. Immò lector Xenophontem, & Pollucem, Nemesianem, & Gratium poetam adire potest.

Educatio canum venaticorum qualis.

Quo cibo refici debeãt canes post venationẽ.

Aedificium pro canibus venaticis.

G

ÆGRITVDINES, & Medelæ.

QVoniam canes venatici quosdam peculiares affectus patiuntur, in quos aliæ canum species non incidunt; propterea seorsim de his verba facere decreuimus, vt lectores perfectam horum historiam haberent. Affectiones omnibus communes, rabies uerminatio, & scabies esse feruntur, de quibus in primo capite huius tertij libri fusim egimus, Valetudo igitur canum venaticorum non paucis morbis, præter enumeratos, est obnoxia. Primùm ob H nimium cursum pedibus laborare solent. Ideoque vesperi aqua salsa abluendi, & vitellis ouorum cum succo granatorum, vel pilosellæ, & modico aceti fouendi sun, nec nõ quies per diem naturalem illis concedenda est. Deinde à Feris aliquando vulnerantur, & tunc præter vulgaria præsidia, Aliqui succum soldanellæ commendant, & ad vulnera consolidanda succum Nicotianæ adhibent. Si verò aliqua canis pars in cursu contundatur, nonnulli emplastrum ex consolida maiore, & oleo rosacẽo parant. Alij parti prius abrasæ emplastrum de meliloto apponunt. Præterea canes currentes in vrinæ suppressionem incidere solent. Ideo in illa prouocanda, decoctio in vino albo facta cum malua, althea, & radicibus fœniculi probatur. Tandem si canes, vel tempore plunio, à quo cauendum est, vel circa ripas lacuum venati fuerint, vesperi apud luculentum ignem calefaciendi, & diligenter manu fricandi sunt. Non desunt etiam alij morbi, qui omnibus canibus sunt quidem communes, sed venaticos potissimùm vexare solent. Quocirca hoc in loco illos denuò recensere operæpretium esse duximus. Venantes igitur in syluis huiusmodi canes à serpentibus sæpè morãntur;

Vulneracanum quibus curentur.

Morſus ſerpentum quò modo curentur.

quamobrem ſuccus fraxini, vel decoctio rutæ, verbaſci, & geniſtæ cum portione theriacæ exhibenda eſt: eademquè antidoto partem ſauciam linire oportet. Item canes venatici æſtiuo tempore ſæpius, quàm alij canes, pulicibus, ricinis, alijſquè vermiculis afflictantur. Qua de cauſa, decoctione creſcionis, maioranæ, ſaluiæ, roris marini, rutæ, & ſalis diligenter lauandi ſunt. Ad finem canes venatici ad taxos, à canis horum animalium exeuntes magna ſedulitate à puluiſculo abſtergendi ſunt. Alioquin ſcabiem incurabilem incurrerent, & hæc de canibus venaticis in genere dicta ſufficiant.

A

DE CANE LEPORARIO.

Cap. V.

B

INter canes venaticos non infimum locum leporarius occupat; hic enim optimus ex Alberto eſt, qui longo, & plano eſt capite, auribus acutis retrorſum directis, & paruis, labijs ſuperioribus ſupra inferiora non pendentibus, collo longo, & aliquantulum turgido, pectore acuto, coſtis longis, & validis, ilibus ſtrictis, cruribus altis, maeriſq; potius, quàm obeſis, cauda non craſſa, nec admodum longa, qui rarò, aut nunquam latret. Canes igitur huius generis in duplici diſcrimine conſtituuntur. Nam alij vt plurimum ad venationem leporum ducuntur, alij verò ſponte exeunt, & comprehenſis leporibus domum reuertuntur, quos Priſci a uertendo Vertagos appellabãt, quorum fortè meminit Martialis hunc in modum.

li. 14. epigr. 200.

Non tibi ſed Domino venatur Vertagus acer,
Illeſum leporem qui tibi dente ferat.

Quoad victum horum canum ſcribit Albertus, quòd leporarij alendi ſunt ijſdem cibis, qui cæteris venaticis competunt; præterquàm quando lepus captus fuerit, tunc venatores in deglubti, & exenterati leporis ventre panem, & caſeum intinctum conuocatis canibus præbere debent, vt huiuſmodi odore allectati leporibus ſemper inſidias tendant. Nam carnes aliarum Ferarum his canibus non ſunt exhibendæ, ne relictis leporibus, ad alias Feras coercendas currant.

C

Canis Leporarius hirsutus albus cum carpa canina, seu hyacintho Dioscoridis.

Canis

Canis Leporarius alter ferruginei coloris, ſeu Turcicus cum Roſa canina odorata.

DE

E

DE CANE SAGACE.

Cap. VI.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA, & Differentiæ.

F NVlli dubium est canes sagaces ad genus venaticorum reducendos esse, sed primò sciendum est sagacitatem multifariam dici; quoniam Plinius hanc gustui conuenire protulit. Seneca sagacitatem sensuum corporis nominauit. Alij sagacitatem ad ingenium transtulerunt; vnde mulieres sagæ dictæ nomen adeptæ sunt, quæ vt ait Cicero, multa scire volunt. Cæterùm sagacitas in præsenti loco tantummodò ad odoratum pertinere videtur. Hinc postea catulus sagax ab auctoribus nuncupatur. Italis nomine corrupto *Segusio* dicitur. Alij canem odorum, Oppianus canem agasæum cognominat. Brachum vulgares vocitant, quasi Brochum, vel Bronchum, quia crasso, & prominenti sit ore; nam Brochus dentes ἀπὸ τῦ προχῶν prominentes, & aduncos indigitant. Horum sagacium canum multæ assignantur differentiæ: nam alij ad Taxos; alij ad lepores, alij ad aues, & ad aquas sagaces dicuntur. Primos in latibula Taxorum, ad illos expellendos, venatores immittunt. Secundos ad excitandos lepores alunt. Tertij sunt duplicis generis, etenim alios Germani, teste Gesnero, canes auium dicunt, quorum aduaria accipitrum genera vsus est, alios canes retium, qui coturnices, & perdices ad retia pellũt.
G Alij heros minori bombarda venantes sequuntur, & aues mactatas per dumeta, & in aquis quærunt, & ad herum deferunt. De hoc postremo canum genere Stroza filius in Epicedio canis sic canit.

Nare sagax alius campisq; vndisq; volucres
Quæris, & ad nutus huc indefessus, & illuc.
Discurris.

Hector Boetius scriptis mandauit in Regione Scotorum tres canum species vagari, quæ alibi nusquam reperiuntur. Primum est genus venaticum audacissimum, & in cursu celerimum, alterum odorisequum Feras, aues, immò, & pisces inter saxa latentes inuestigans. Tertium prædicto non maius est, sed vt plurimum rufum nigris, maculis, aut nigrum rufis inspersum; tantamquè ei sagacitatem attribuunt, vt fures, & furto ablata persequatur, & deprehensos continuò inuadat. Immò si fur, vt canem fallat, flumen traiecerit, canis, & ipse in aquam se præcipitat, & ad alteram perueniens ripam,
H circumquaquè currere non cessat, donec, odoratu, furis vestigia assecutus fuerit. Itaquè peruulgati moris est apud Scotos, & Anglos huiusmodi canes alere; cum multi in confinibus ex mutua agrorum prædatione victum sibi quærere consueuerint, Ideo dum quis sibi aliquid ablatum cane indagatore persequitur, qui in secretiora cubilia eam sagaci ingressum denegat, is plane pro fure habetur.

In hist. Reg. Scot.

Canum sagacium species apud Scotos.

A

DESCRIPTIO, & Natura.

CAnis ſagax an vnius, vel varij coloris ſit parùm refert, inquit Beliſarius, veruntamen vt plurimum paruæ ſunt corporaturæ, auribus propendẽtibus, retortis ſurſum naribus, odoratu acutiſſimo. Blondus canem ſagacem deſcribens inquit, eſſe debere breuem, ſimo potius, quàm adunco roſtro, capite concinno, cruribus poſterioribus eadem ferè altitudine, qua ſunt anteriora, pectore non ventre maiore, dorſo plano, & ad caudam porrecto, aures denique ſint pendulæ, & oculi agiles, crebroquè moueantur. Iſquè laudatur, qui inuenta præda, Heri accurſum expectat. In Italia eligitur varius, & maculoſæ Lynci perſimilis; cum tamen niger color, vel albus, aut fuluus non ſit ſpernendus. Canes ergo ſagaces ſunt huius naturæ, vt non rectè odorentur, niſi priuſquam diluculauerit; B namquè calore Solis accedente, omnia in vaporem ſoluuntur. Quando igitur Feram per nemora vagantem inuenerint, primum cauda, deinde roſtro inuentam demonſtrãt. Quare non ſine ratione ſcribebat Oppianus minimè ad latrandum promptos eſſe debere. Cæterùm aduertendum eſt ſigna inuentæ prædæ eſſe varia, iuxta variam canum ſagacium inſtructionem. Siquidem alij auribus tantùm micant, alij auribus immotis, ſummum caudæ vibrant, nonnulli aures dimittunt. Multi nihil horum præſtant, ſed velut inſanientes, & veſtigia circumlatrantes ob ambulãt, donec in manus venatorum, vel canum leporariorum prædam deijciant. Qua de re Baptiſta Mantuanus de huiuſmodi cane non immerito cecinit.

Anteuolant catuli, atq; auras ſecl antur odoras.

Vt canis ſagax aſſuefiat.

Aliquando venator canis ſagacis ad lepores, periculum facturus, leporem mortuum domo non recto, ſed obliquo tramite ad villam defert; vbi ſcrobe facta, leporem inhumat, mox reuerſus canem educit, qui percepto ſtatim odore, nullis apparẽtibus veſtigijs, anxius, & ſolicitus vagatur, donec deprehẽſo aeris tractu locum ſepulti leporis attingat. Aliquando ſunt ita inſtructi huiuſmodi canes, vt inuenta præda, & dato vibrarione cau C dæ, vel aurium micatione, ſi quo, & tenſis à venatore retibus intelligant ad excitandam Feram ſtrepitu opus eſſe; quapropter vehementi latratu locum replent, vt Fera fugiẽs in caſſes incidat. Qua capta, canis inſtar viri in bello victoriam referentis, exultat lętitia triumphat gaudio, & quaſi vitulatur. Præterea canes ſagaces ad aues capiendas, hoc modo inſtruuntur. Inuentis perdicibus, primo circunducuntur, vt tandem minis eas circumire aſſueſcant. Deprehendunt autem perdices odorando, ſi, ex Alberti ſententia, captarum auium veſtigijs ſæpius imponantur. Huiuſmodi canes tota hyeme liberi dimittuntur, at, vere aduentante, ad reſectas vſquè ſegetes vinciuntur, quibus poſtmodum ad cotutnices, perdices, & phaſianos coercendos vtuntur. Quandoquidem hic canis per campos prægradiens, viſis prædictis auibus, aucupem reſpicieus caudam motat, ex quo ſigno, auceps cognoſcit propè canem aues verſari, idenquè retibus, & canes & aues cooperit. Quamobrem Itali hos canes retiarios appellant, cum & retibus aſſiſtant, & ijſdem ſe obrui patiantur. Deniquè canes ſagaces ad aquas, & præcipuè D longo pilo pręditi magis dociles, & magis ingenioſi eſſe perhibentur. Nam Cardanus hos tenu ori ſanguine nutriri, conſequenterquè prudentiores fieri opinatur. Horum autem canum præcipuum officium eſt, vt omnia, quę excidunt, Domino deferant; hanc ſagacitatis prærogatiuam Gratius poeta canibus Britannis aſſignat. Ouidius Gnoſios canes ſagaces facit. Geſnerus hos audiuit in Hiſpania excellentes naſci, qui lepores potiſſimùm, & cuniculos excitant. Nemeſianus canes Tuſcos commendat, quamuis alij meliores ſagaces ex Vmbria dimanare exiſtiment.

lib. 32. de ſ ver. var.

Canis

Canis Scoticus sagax cum Aconito luteo
Pontico Canicida.

Canis Scoticus furum deprehensor cum Anemone tuberosa fructu canino Lobel.

Canis

Canis sagax ad coturnices capiendas pantherinus cum gramine canino Anglorum.

Canis ſagax ad aquas, cũ cynorhodo polyacãtho.
Huius canis etiam officium eſt,
vt cadentia colligat.

Canis

DE CANE VILLATICO, & pecuario. Cap. VII.

Villaticus canis, ratione corporaturæ, venatico assimilatur in domesticos placidus, in externos implacabilis esse debet, ne blanditijs corrumpatur. Item toroso corpore sit robustus, & cominus vasto latratu canorus, vt eminus audari flatu minax vtrinquè insidiantes terreat. Sit oculis sanguinea luce suffusis fulgurans, vt dentium fulmina audacibus, & hostibus ponendat. Villo sit niger, vt clara luce finibus terribilior conspiciatur, & in tenebris nocti concolor, inuisum penitus ad hostes, vel ad fures accessum habeat. Sin vero canis villaticus fuerit albus prædictis tamen dotibus insignitus. Porta nigro colore tingendũ esse docet. Recipit enim calcem viuam, illaimquè cum lithargyrio in aqua feruefieri curat; quo canem liniens in nigrum colorem facilè mutat. Villatici canes apud Turcas, ex Bellonio, Herum peculiarem non habent, ideoquè ædes non ingrediuntur, sed solum tegetes in area habent stratas, quibus incubant, atquè secundùm parietes quædam sunt saxa concaua in quæ panis, & offarum reliquiæ, ossaquè conijciuntur, quibus vesci possint. Singuli locum, in quo fuerunt educati, tutantur, ab illoquè insidiatores reliquos canes, & lupos arcent. Ad hoc canum genus nauticus canis referendus est, qui nauibus vehitur, vt rudentes merces, & denique totam nauim custodiat. Hic pariter, ex Blondo, ijsdem conditionibus, quibus villaticus gaudere debet. Pastores quoquè frequentem pecudum gregem sine fida canum pecuariorum collaribusquè ferreis armatorum custodia à lupis insidiantibus illæsum seruare nequeunt. Iuxta illud.

li. 15. Magnat.

lib. 3. obser. cap. 40.

Canis nauticus qualis.

Fida canis pecoris, custodia fida suorum
Virgil. occlusas extubat ante fores.

Nam olim apud Romanos res pecuaria tantùm creuit, vt quingentos canes ad stabulorum tutelam alere coacti fuerint. Conradus Heresbachius ad hoc munus obeundum mares potius, quàm fœminas canes eligit, quamuis fœminas castratas admodum vigilantes, & mordacissimas esse assecureret. Color in cane pecuario albus commendatur; non modo, vt à lupis discriminetur, sed etiam vt noctu eminus, & à lupis, & à furibus videatur, & timeatur. Varro tamen pastoricium, seu pecuarium magnæ staturæ, & formidabilis ianitus probat. Niphus hunc mastinum appellat. Blondus cani hominum defensori, & bellicoso valde similem prædicat. Quod vi ctum cum huiusmodi canes quotidie inter pecudes versentur, non immerito sero lactis nutriendi sunt quoci. Virgilius optima ratione scribebat hunc in modum.

lib. 3. de rust.

——— ——— ——— ——— ——— acremq; molossum
Pasce sero pingui, nunquàm custodibus illis,
Nocturnum fidulis furem, incursumq; luporum,
Aut impactus à tergo horrebis Iberus.

lib. 3. Geor.

Aliquando etiam hordeacea farina in aqua lactis cocta alendi sunt. Sin secus pane triticeo admixto liquori fabæ coctæ sunt saturandi. Columella carnem pecudum ab illis attingi non permittit, ne in pecudes sequire assuescant; cum scribat Frõto difficillimum esse reuocare canes, qui semel carnes crudas degustauerint.

DE CANE BELLICOSO, & hominis tutore. Cap. VIII.

CAnes, qui in priuatis, & in publicis etiã certaminibus hominẽ tutãtur Græcis, σύμμαχοι, & σωματοφύλακες hominũ nuncupãtur. Hi à canibus pecudis non alio discrimine, quàm institutione, & educatione differre Authores existimant. Canis igitur bellicosus, ex Blondi sententia, horridi sit aspectus, & semper pugnaturo similis, cunctisquè, præter Dominum, inimicus: itaut, nec etiam à Familiaribus tangi patiatur, sed omnibus tanquàm hostibus dentium fulmine minetur, & omnes tanquam ira accensus semper intueatur, nec non circumquaquè, vt animosi solent, prospiciat. Hic canis à tenera ætate ad pugnam instruendus est. Munitur igitur aliquis pelle densa quam canis lacerare nequeat, & aduersus hunc canis incitatur; tunc homò pelle munitus fugiens, & capi, & cadens ante eũ morderi patiatur. Postridie in arenam eadem pelle armatum immittatur, hocquè pluries repetatur; nam tandem insequetur eum, super cuius vestigijs collocabitur. Post pugnã canis vinciendus est, & in vinculis alatur, donec optimus hominis tutor euaserit. Immò, ex mente Blondi, strictis mucronibus interdum huiusmodi canem oportet aggredi: etenim hac ratione generosissimum, & audacissimum fieri arbitratur; tuncquè aduersus hostes duci poterit. Tales autem canes, ex eodem Blondo, in multis Hispaniæ locis hodie habentur. Hnius generis canem generosissimum, annis elapsis, Illustrissimus Comes Philippus Aldrouandus Bononiæ Senator domi alebat, qui omnibus admirandus, & formidabilis conspiciebatur.

Cõditiones canis bellicosi.

DE CANE INVTILI. Cap. IX.

RÆter canes melitenses, in priuatis ædibus plerumq; alũtur etiam canes, qui, ex sententia Blondi, ad nullum enumeratorum genus pertinent; siquidem temere latrant, & tantùm in cibarijs vorandis occupantur. Idcirco non est admiratione dignum, si Homerus huiusmodi canes ἀνεδήδας, nimirum mensales nuncupauerit, eò tantummodò paratas mensas petant, & tanquam parasiti circumquaquè oberrent. Horum autem plures assignantur species, iuxta regiones, è quibus delati sunt. Gallicos vocant breuioribus pilis insignitos, Hispanicos longioribus refertos, Indicos depiles cognominant, qui postremi quoad cutim colorem musculi nuperrimè nati repræsentant. Hæc species canum sine pilis annis elapsis Bononiam delata fuit, sed cùm frigoris esset impatientissima paulò post periit; quod nobis harum belluarum locum natalem calidissimum esse significauit. Hæ igitur nominatæ species inappositis iconibus licet intuebitur.

Canes mensales.

Canis bellicosus Anglicus cum Apocyno hederaceis folijs.

Canis Gallicus cum Dente canino.

Canis Hiſpanicus auribus demiſsis, pectore, ventre, pedibus albis maculis nigris diſtinctis, reliquo corpore nigro, cum Cynocrambe, ſeu braſsica canina.

Canis

Canis Hiſpanicus alter auribus demiſsis cum Cynogloſſo vulgari.

Canis sine pilis cum gramine Mannæ primo Dodonæi.

Canis

DE FELE.
Cap. X.

ÆQVIVOCA.

OVemadmodum canis ad custodiam tum domus, tum facultatum, item Felis animal pariter domesticum propter vtilitatem ad arcendos mures tam à supellectili, quàm à frugibus in ædibus nutritur. Quocirca meritò post historiam canis de fele agendum esse opinamur. Prima igitur fronte ambiguiras nominis sese offert ponderanda, quæ consistit in pluribus, cum plura sint nomina, quibus hoc animal insignitur. Primùm Aluco Gallis catus nuncupatur, cum nocturno tempore in agris more Cati mures venetur. Apud Dioscoridem quædam piscis species æluros, nempè felis vocatur. Item piscis catulus minor catus dicitur à Romanis; vt in historia piscium explicauimus. Alioquin felis marina secundùm Belgas est lolligo, vt Nomenclator affirmat. Cum apud Scriptores Arabicos lutra catus aquæ cognominetur. Præterea apud Nicolaum Monardem planta, quæ Lyceium Græcis, & latinis indigitatur, catè vel cato in natali loco nominatur. Sed huius nominis rationem ignorare fatetur Author. Felis insuper ab Alberto musio appellatur, Musio pariter primus est fluuius post Cinerium promontorium, vt Blondus Flauius in historia Piceni retulit. Catus etiam machina militaris erat ex ligneis leuioribus constructa, lata pedibus octo, alta pedibus septem, longa sexdecim. Huius tectum munitione duplici nimirum tabulatis, & cratibus contexebatur, latera uimine sepiebantur, ne lapides, & tela penetrare possent. Extrinsecus autem, ne ab hostibus immisso concremaretur incendio, recentibus, & crudis animalium corijs operiebatur. Hoc instrumentum Lipsius in opere machinarum militarium eleganter depingit. Aliter etiam turris ambulatoria, & Vinea vocabatur, vt memorat Propertius hunc in modum.

li.2.cap.29.

lib.1.hist. Arom.

lib.1.de mach.

Dumq; Aries mutuum cornu pulsabat ahenu,
Vineaq; inductum longa tegebat opus.

lib.4.

Christianus Vrst. in parte altera Chronicorum Germaniæ de hoc instrumento sic loquitur. *Catus leue vas erat, & facile vehebatur, cum autem instrumentum ad ciuitatem esset perductum signa quædam pro pedibus sibi fecerunt; vt ad murum per fossatum possent facilè peruenire. Cum ad murum peruenissent, iuuenes de ciuitate egressi Cati pedes succiderunt, & in fossatum cadere coegerunt.* Tandem Catus erat nauis genus legimus enim in Annalibus Flandriæ à Philippo Burgundione, grandem nauim Cati nomine ædificatam fuisse, quæ valli instar esse videbatur; sed præter rationem, cum Catæ naues apud Gellium etiam legantur.

lib.16.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

FElis apud Columellam, & Varronem Fouimus exponi videtur. Ideoquè bi clarissimi viri felem cum mustelæ speciebus confundunt, sed error inde ortus est, quoniam tam feles, quàm mustelæ muribus insidiatur; deinde quia in textu græco Aristotelis, vbi legitur γαλῆ, quandoquè ab interpretibus mustela, & interdum cata exponitur. Sed nos Plinium sectari debemus, qui pro Gale Aristotelis mustelã, & pro Aeluro felem vertit. Felis igitur nomen, quidam Grammatici tam in masculino, quàm in fœminino genere efferunt. Vallà hoc nomine in fœminino tantùm genere vtitur. Sunt etiam, qui masculini tantùm generis esse constituunt; & ad mentem Goropij, huius nominis etymologiam à lingua Cimbrica antiquissima deriuant: Siquidem fel in illa lingua crudelem significat. Hinc fel succus biliosus humanæ naturæ valdè pernicioſus, & felis animal iracundissimum deducitur. Opinio tamen Salmasij in Solinum nobis magis arridet

dere videtur. Quandoquidem, vt ipse refert, hoc animal Græcis antiquioribus αἴλε nempe adulator dicebatur, & cum Aeolico digammate Fαῦλε pronunciabatur. Inde felis latinum nomen dimanauit, quemadmodum in vetustis codicibus hodie etiam legitur. Aliter etiam hoc animal catus cognominatur. Nam Baptista Mantuanus in Buccolicis sic canit.

Sicq; repugnabant votis contraria vota,
Non secus, ac muri catus, ille innadere pernam
Nititur, hic rimas oculis obseruat acutis.

Alij Authores gemino T. nomen hoc proferunt, vt Martialis in epigrammatibus dum inquit: *Romanicas nobis nunquam dedit Vmbria cattas.*

Quidam Grammatici ab vsu huius nominis abstinent, quia, vt ipsi inquiũt, apud nullum idoneum authorem reperiatur; cum tamen Martialis Palladius, & Theodorus Gaza Aristotelis interpres hoc nomen adhibuerint. Hic enim in historia Animalium, αἴλουρον catum semper vertit. Cæterum aduertendum est, quod Auicennæ quidam interpres catum pro stellione perperàm transtulit. Itaquè catum quidam dictum volunt quasi delicatum, & mollem. Alij catum cautum, & expertum interpretantur, quia olim Sabini catum acutum vocabant. Hinc cata Dicta accipienda sunt acutè dicta, vt testatur Varro. Vnde cato quis dicitur, quasi Sapiens, & doctus, & apud Ethnicos catius Deus (vt tradit D. Augustinus) qui homines cautos, & acutos reddere ferebatur. *lib. 12.*

Alij felem dici catum putant quasi captum à captura; mures enim captat. Sed tectius deberent appellare catum, quia catat, idest videt, & obseruat. Etenim in Gallia; ad mentem Salmasij in Solinum, *gattare* obseruare dicitur. Vulgus etiam Bononiensis dicit *guattare*, nempè more felium; obseruare. Amplius hoc animal musio ab Isidoro dicitur, quia muribus infestus sit. Albertus murilegum ob eandem rationem nominat. Apud eundem Authorem furioz pro catio perperàm legitur, & Gesnerus hanc vocem ab Auicenna sumptam fuisse, Albertumquè vim vocis ignorasse opinatur. Aegyptij, vt refert Stephanus, felem bubastum cognominarunt, ex quo nomine Bubastis ciuitas Aegypti nũcupata est, in qua feles honorificè sepeliebantur. In græcis litteris, & præcipuè apud Aristotelem αἴλουρος dicitur. Et ex sententia Etymologi παρὰ τὸ αἰόλλειν, καὶ κινεῖν τὴν οὐράν, nimirum à vertendo, & mouendo caudam. Quamobrè quidam Latini hanc belluam torquicaudam, & trahicaudam appellarunt. Vox etiam αἰγίλωπος apud Suidam legitur, quam Etymologus, & Varinus felem exponunt. Hermolaus tamen, in Corollario, vocem hanc poeticam esse arbitratur. Cum αἰγίλωπος quinquè syllabis carabus, idest locusta exprimatur. Spatalem, in doctrina Suidæ, Authorano nymos catum transfert. Alioqui tamen τροφὶν nempe cibum interpretantur. Insuper in græcis litteris κάττης etiam legitur, quam vocem Varinus felem domesticam vertit. Hodie hæc bellua à vulgaribus Græcis κάτις nominatur. Hebraicè Catul, & Schanar, vel schunara dicitur, vt Munsterus in Dictionario trilingui declarat. Italicè gatto, Hispanicè gato, Gallicè chat, Germanicè Gatz, Anglicè cat, Illyricè Koozka, *li. 4. cap. 21.* *lib. 12. orig.* *lib. 5. hist. an. cap. 2.*

DIFFERENTIÆ, ET DESCRIPTIO.

OLaus Magnus felium duas species constituit, & alteram domos frequentantem domesticam, alteram verò per syluas vagantem, syluestrem appellat. Domestici postmodum cati, ratione loci, & ratione coloris varij sunt. Quandoquidem ex Gesnero, Hispanici agiliores, & rapaciores sunt, cæteriscquè maiores, nec non pelle molliissima tecti; hac de causa ad vestes expetitur; quamuis, vt plurimum pellibus syluestrium vestes hyemales fulciantur. Ratione coloris, cati domestici diuersis coloribus picti esse solent; cum tamen syluestres cinereo tantùm colore sint insigniti. Olaus Magnus scribit, quòd in Solo Septentrionali omnes toti albi vagantur. Cardanus alios nigros, alios albos, alios rufos, alios varios constituit. Nigros ab atra bile dominante maleficos, agiles, inquietos, nec non magis audaces, & furaces esse statuit. Albos, ratione pituitæ, ad capturam murium segniores esse statuit. Varios autem, quos syriacos appellant, mitiores iudicat; quoniam ex regione calida aduehantur. Præterea catus ratione figuræ Leoni, aut potius *lib. 17. c. 5.* *lib. 7. de rer. var.*

Leoni

Leenæ ſimilis eſt, vnguibus, & dentibus acutiſſimis inſtructus, aures tamen habet acutiores, cum Leenæ rotundiores inſint. Inſuper ambo hæc animalia linguam imbricatam, & dentes ſerratos habent. Pilis quoquè circa os ſunt referti, quibus abſciſſis audacia illorum, ex Alberto, perit. Inter tot, & tantas catorum varietates, optimus eſt coloris leucophæi pallida, & fuſca varietate virgatus, qui à Syria originem, & nomen trahit. Etenim tanquam à calida regione prognatus, (Cardano authore) ſanguinis eſt temperatioris ad manſueſcendum docilis, & ad venandum ſedulus. Eſt inſuper ore toruus, pectore toroſus, pedibus amplis, vigilax, & fidelibus excubijs totam domum perluſtrat, pauco cibo contentus famem tolerat, ſicenim hoſtilibus rapinis veſcitur, & herilibus damnis inexplebilem ventrem non diſtendit. Duas igitur Syriacæ felis icones exhibemus, vt legentibus aliqua ex parte ſatisfaciamus. A

Felis Syriaca cum herba cataria.

Felis

Felis Syriaca altera punctis multis interstincta cum Gnaphallio montano Æluropo, siue pede cati nuncupato.

A

NATVRA, ET MORES.

Natura felibus hoc peculiare ingenuit, vt oculi eorum ad Lunæ vices, ampliores, & minores euaderent. Immò ex Porta (mirabile dictu) hoc animal Solis vices sentit, & pupillas oculorum syderis cursu mutat. Nã diluculo protenduntur, meridiẽ in orbem contrahuntur, & Sole occidente, obscuriores hebescunt. Hanc autem proprietatem in felibus præcipuè Syriacis nonnulli obseruarunt. Hinc colligenda est ratio, propter quam Aegyptij hoc animal lunare esse constituerint; Cardanus feles pro arbitrio pupillas contrahere, & distendere protulit; ideo Scaliger optima de causa hanc opinionem explodit; quoniam ad hunc motum voluntarium, musculi necessariò concurrerent, qui ibi nulli esse videntur, quemadmodum ipse Scaliger in anatome huius partis diligenter obseruauit; ergo concludendum est huiusmodi variationem temerè, & sine voluntate fieri ex affluentia, retractione, & resolutione spirituum, quæ neutiquam in potestate animantis consistunt.

lib. 8. Phys. cap. 11.

In Exerc. 354.

B

Cur noctu videant.

Itaquè oculi horum animantium noctu radiantes medium illuminant, & optimè res conspicantur. Qua proprietate multa alia animalia, & præcipuè hominès carent; licèt Suetonius Author sit Tiberium Cæsarem experrectum etiam in tenebris, more felium, vidisse. Deinde, quamuis cati sint immemores, longius tamen in faceis delati ad propriam sedem reuertuntur, quia loca consueta diligunt, & in hoc à canibus discrepant, nam hi altores suos sectantur, illi autem magis ædes, in quibus fuerunt educati, quàm heros amore prosequuntur; ideoquè dominis etiam migrantibus, in antiquis domicilijs, plerumquè manent. Præterea foci, fornaces, & alia loca calida illis pergrata sunt, hac de re (teste Volaterrano) pilos sæpissimè adurunt. Postea excrementa sua obruũt, vel quia huiusmodi odorem indicem sui esse intelligant, vel quia à sœtoribus summoperè abhorreant, aut tandem, quia munditia summopere delectentur, cum Albertus hoc animal verecundum, & formæ admodum studiosum prædicet. Hęc animalia nomina sua agnoscunt, quibus nempe vocantur, & fugantur. Cæterùm masculi fele ob venerem vagantes sæpè domos deserunt; quare aliqui illos castrant, vel ex doctrina Alberti aures abscindunt, quia aquæ guttas, & stillicidia auriculis apertis illabentia, cum sustinere nõ possint, domo non exeunt. Insuper manu hominis familiaris catus molliter demulceri, & contrectari gaudet: quapropter sub manum it, reditquè vt huiusmodi voluptate diutius fruatur, nec non capite pressiùs se manibus demulcentis applicat, vt pili planiùs componantur. Cruribus etiam prætereuntium tanquam blandiẽdo latera affricat, hãcquè animi voluptatem submisso quodam murmure testatur. Cum non sit facile vocem huius animantis exprimere; dicebat enim Ausonius.

Mundicia felibus grata.

C

Epigr. 75.

Et quicquid vocum bellua felis habet.

Amplius hæ bestiæ facillimè, & proclines ad ludos sunt, non solum cum prouocantur, sed etiam sponte, & præsertim ætate adhuc tenera. Etenim si quid pẽdere, aut trahi, aut aliter moueri viderint, mox saliunt, mordicant, multisq; modis gesticulantur; cum imagine sua in speculo interdum colludunt, eamdemq; in aquis putei conspicatæ cum ea gestientes cadunt, & merguntur. Quando verò inter colludendum manum hominis apprehenderint, nec mordent, nec laniant, sed leniter tantùm detinent, mox dimittunt. Quandoq; se erigunt, & pedibus anterioribus veluti pugnis in minantem dimicãt; vnde Crollius fuit huius opinionis, homines à catis lusum pilæ palmatiæ didicisse. Tandem sunt animantes, qui diu dormiunt, noctu verò ad mures coercendos vigilant. Quare Clisius Calentius ad rem canebat.

In lib. de interser. sign.

D

lib. 1. Batr.

Catus erat, cui dum viguere in corpore vires,
Cura fuit sacra Triuiæ virginis ædæ
Arcere infestos mures, ac morte plare
Iniuriam, & sacros tutari lampadis ignes.

Quando igitur diligenter vagantur ad mures inuestigandos, vicinis molesti esse solent: qua de re muscipulis, & laqueis interdum capiuntur.

LOCVS

E

LOCVS, CIBVS, ÆTAS.



OLim feles, vt recitat Textor, non erant manſuefactæ. Sed in agris paſſim viuebant; inde vrbes, & domos repleuerunt. Porta refert in alpinis regionibus plerumquè vagari, qui vtrum de manſuefactis, an de ſyluestribus loquatur ambiguum eſt. In Iberia autem apud Tarteſios populos feles maximas naſci omnes Authores conſentiunt. Quoad victum, cati veſcuntur iſdem cibis, ad mentem Ariſtotelis, quibus canes aluntur: Sed piſces potiſſimum appetunt, & adeò intemperantes ſunt circa cibum, vt eius gratia, magna pericula etiam in coercendis moribus ſubeant, iuxta illud. *lib. 2. Phyſ. cap. 28.*

Inſidijs captat mures, ſequiturq; nocentes,
Triticeo felis pellat vt à cumulo.

F Præterea non ſolum muribus, ſed etiam auibus inſidias tendunt; ideo apud Agathiam extat græcum epigramma pulcherrimum de fele, & perdice, quæ in cauea detinebatur. Amplius lacertos necant, & comedunt, buſones verò, & ſerpentes interimunt quidem; ſed ab eorum eſu abſtinent. Ad rem legimus in Itinerario Bartholomæi de Saligna no, in Cypro verſari catos, qui ad venationem viperarum, chamæleonum, aliorumquè reptilium incũbunt: idcirco patriam magnis periculis liberare perhibentur. Solus Edoardus Vuot, tradidit à felibus, victus gratia, lepores etiam coerceri. Quod olim fabuloſum eſſe putabamus, ſed poſtmodum hoc verum eſſe à ruſticis intelleximus; quandoquidem ipſi ſæpè obſeruarunt feles cnixas per nemora gradientes lepores iuniores prehendere, illoſquè ad catulos nutriendos deferre. Prædictis addamus feles interdum in propriam ſpeciem ſæuire, namhic Bononiæ nouimus feles adultas cum paruulis primùm colludere, deinde illis laniatis veſci. Viuunt feles annis ſenis ex Plinio, apud nos decẽ. At ſi caſtrati fuerint diuturniorem vitam agere liquidò conſtat. *lib. 5. de diſ. Anim.*

G

COITVS, PARTVS.

IN Europa feles menſibus Ianuario, & Februario, plerumquè libidine exardeſcunt, & tunc noctu, diuquè magnos clamores edunt. In Indicis autem regionibus, omni anni tempore in luxuriam ſoluuntur, nequè ſicut alibi vociferantur. Conſtat enim in noſtris regionibus feles fœminas in congreſſu clamare, vel quia ob ſeminis caliditatem vas genitale aduratur, ſiue, quia maris retineatis vnguibus lædantur. Quandoquidem ex Ariſtotelis ſententia, fœminæ in hoc genere, tempore prodigi luxus, maxima libidine agitatæ marem ad permixtionem frequenter alliciunt, inuitant, cogunt, & puniunt, niſi pareant. Deinde ex eodem Ariſtotele, parte poſteriori non iunguntur, ſed mas ſtat, fœmina autem ſubiacet; hac de cauſa non eſt mirandum, ſi, tempore venereo, feles à tectis ſæpè cadant; quicquid dicat Aelianus de fœmina copulam maris vitante, ob ſpermæ inſtò calidius. Præterea fœtum in vtero gerunt duos menſes Lunares, nempè dies ſex ſupra quinquaginta, vt Geſnerus annotat. Præfertur tamen partus Martio menſe editus; nam qui menſe Auguſti in lucem venit, propter pulices minus probatur. Tot catulos feles, quot canes, vt voluit Ariſtoteles, nempè vt plurimum quinque, vel ſex eniuntur. Sed animaduertendum eſt, quemadmodum mares ſunt libidinoſiſſimi, ita fœminæ ſobolis ſunt amantiſſimæ; idcirco (Aeliano teſte) mas inuentam communem ſobolem quandoquè interimit, vt fœmina nouorum catulorum deſiderio mota, eius libidini denuò morem gerat. *lib. 5. Hiſt. Anim. c. 2.* *lib. 7. c. 40.*

H

ANTIPATHIA, ET SYMPATHIA.

CVm Luna Soli maximè aduerſa eſſe perhibeatur; Pierius colligit felē ne-
ceſſariò cum mure vehementes gerere inimicitias. Siquidem felis animal
Solare, & mus Lunare dicitur. A bufonibus, & ſerpentibus feles priuatis
odijs diſſident, nam ipſis conſpectis, ex Volaterrano, ſtatim ad prælium
lib. 19 ſe accingunt. Amplius odio vulpanſeris exardeſcit; cum ſcribat Aelianus
quòd vulpanſer ab Aquilæ, felis, & cæterorum hoſtium iniurijs acriter ſe defendat.
Denuò accipitri pertinacem ſe felis exhibet inimicum; ſcripſit enim Stumphius, ſe vidiſſe
felem prægrandem ab accipitre comprehenſum fuiſſe. Cæterùm non modò cum animan
tibus, ſed etiam cum plantis grauem offenſionum acerbitatem feles habent, nam rutam
ſylueſtrem abominari dicuntur. Quamuis Andreas à Lacuna ſcripſerit non rutam ſylue
ſtrem, ſed præcipuè rutam hortenſem ab ipſis odio haberi. Quamobrem, ne feles colũ-
baria inſeſtent, ramos rutæ, vt præcipit Vuecherius, ad feneſtras ſuſpendunt. Pullos ve
rò, vt ab huiuſmodi animalibus reddant ſecuros, huius herbæ ſucco perlinunt, vel ra-
muſculum ſub ala nectunt. Demum quia felis à proprio abhorret felle: nonnulli ex Afri
cano in Geoponicis illud cum edulijs gallinarum, & pullorum permiſcent, ne à felibus
attingantur. Inſuper hæ beſtiæ ab omni tetro, & iucundo odore auertunt; quocirca ſuã
fœtida excrementa puluere tegunt, & teſte Plutarcho, à ſuaui vnguentorum odore grã-
uiter lædũtur. Immò, ſecundùm alios authores, odoramentis adeò efferantur, vt in ra-
biem agi dicantur, quemadmodum quædam vxores inſanire videntur, ſi viros vnguen-
tis linitos ſenſerint. Poſtea omnem humiditatem naturali quodam inſtinctu abominan-
tur, qua de cauſa ſi mergantur in aqua, & illicò exiccari prohibeantur; non rarò, ad me
tem Alberti, pereant. Etſi incautè humidum locum preſſerint, ſtatim pedem contrahen
tes excutiunt. Hinc illud carmen dimanauit.

Aquam abhorret. *Catus amat piſces, ſed aquas intrare recuſat.*

Cæterùm ſi ad ſympathiam noſmet conuertamus, inueniemus feles cum multis herbis
maximum conſenſum habere. Primùm valerianæ libenter ſe ſe affricant, illaquè viſum
recreare dicuntur. Delectanturquoquè illa calamenti ſpecie, quam botanici cataria
appellant. Huic enim non modò ſe affricant, ſed etiam terra, in qua planta creſcit liben
tiſſimè ſaburrantur. Quamuis paulò ſuperiùs dictum fuerit aliquos ſerpentes à felibus
odio haberi, aliquandò tamen cum alijs conſenſum habentes colludunt. Ideo narrat
Ponzettus, cum monachi cuiuſdam cœnobij omnes aduerſa valetudine vexarentur, cau
ſa tamen morbi non intellecta, tandem à ruſtico operario catum monaſterij quotidie
cum ſerpente ludere viſum fuiſſe, qui poſtea communem eorum aquam lambere, vel cũ
eis dormire ferebatur. Venenum autem lethale non fuiſſe credendum eſt, quoniam læ-
titia ſerpentis ex ludo venificam vim remittebat. Poſtremò inter felem marem, & fœ
minam maximam cadere ſympathiam tradit Mizaldus, quoniam ſi mas, ex quo fœmina
Centur. 9. concepit, occidatur, ea ſtatim abortire perhibetur.

PHYSIOGNOMONICA.

ACies valdè parua, qualis in felibus obſeruari ſolet, homines arguit puſil
lanimes, quemadmodum Porta arbitratur. Idem author homines paruis,
lib. 2. Phyſ. hum. cap. 2. & 12. & exilibus genis inſignitos ad feles reducit, quæ animantes vafræ, &
inſidioſæ ſunt; hinc eiuſdem ingenij homines deprehendũt, qui ſcilicet
clanculum inſidiantur, & maligni ſunt. Deinde in ore paruo exilia labia
timiditatem, imporentiam, & dolos arguunt. Quocirca Porta homines
hac figura præditos ad feles reducit, quæ belluæ exilia labia cum paruo ore habent; hac
de re timidas imporentes, & doloſas eſſe arbitratur. Denique homines breue collum ha
bentes Gulielmus Gratarola in ſuo opere phyſiognonomię callidos, & fraudatores, nec
non ad feles referendos eſſe opinatur.

FELIS

E

FELIS VENENVM, & Medela.

VEnenata felium qualitas in cerebro, in morsu, in halitu, & in pilis consistit. Ideo de his omnibus sigillatim, agendum esse duximus. Ratione primi, Conciliator, Rudius, Matthiolus & alij authores non proletarij cerebrum cati inter venena collocant. Siquidem ab aliquo sumptum cerebri meatus obstruens liberum spiritum animalis cursum impediat, homunesq; dementet. Quare omnes in hanc veniunt sententiã vomitionem esse prouocandam, nec non lemniam sphragidem, & confectionem diamoschi esse præscribendam. *Remedia.*

F Alij moschum tanquam propriam huius veneni antidotum exhibent. Crollius in Basilica chymica describit secundum arcanum Theophrasti aduersus quæuis veneni genera, & præcipuè aduersus felis cerebrum. Secundò Auicennas de morsu cati tanquam mala qualitate prædito verba facit, quam sententiam auctoritate Plinij possumus stabilire, dum inquit, á fele, morsu, prauam qualitatem muribus communicari, ipsosque leuiter etiã demorsos interire. Auicẽnas igitur dolorem vehementem, & partis sauciæ liuorem cõsequi morsum huius animalis autumat; quare emplastrum ex calamentho, vel ex nigella, & sesamo paratum commendat. Tuncquè morsus huius animalis lethalis esse solet, quando suspicione rabiei non caret, nam Eustachius Rudius recitat casum cuiusdã Præfecti naualis operis Vrbis Venetiarum, qui in crure á fele demorsus paulò post vulnere agglutinato, hydrophobus interijt: vnde felem rabie affectum fuisse coniectarunt; vel quia mures veneno peremptos, vel quia pulmentum ad necandos mures paratum comederit. Quid simile accidit cuidam Romæ cum fele colludenti. Nam leuiter in digito á fele demorsus obijt. Extat adhuc, in Aede D. Mariæ de Populo cognominatę, distichon in tabula marmorea paumenti, rem complectens hunc in modum. *lib. 4. fen. 6. tract 5.* *li. 4. de mor. occult.*

Hospes, disce nouum mortis genus, improba felis
Dum trahitur, digitum mordet, & vtereo.

G Tertiò halitus etiam huius animantis rabificus esse dicitur. Matthiolus fatetur se nouisse quosdam, qui adeò felibus delectabantur, vt nunquam sine ipsis dormitum peterent. Indequè diutius halitu animalis contracto in tabem inciderunt, qui tandem marasmo confecti suum diem, nullo conferente præsidio, obierunt. Plures etiam in Germania nouit Matthiolus, qui ab odore felium penitus abhorruerunt. Inter alios quidam, vt ipse refert hyemali tempore cum in hypocaustum cum mutis amicis cænaturus intrasset, cunc mulier naturæ huius viri conscia felis catulum, quem educabat in quadam arcula statim occlusit. Ille vir quamuis, nec felem vidisset, nec clamantẽ audiuisset, felis halitum olfaciens, emisso sudore tremebũdus vociferari cępit. Hic in aliquo loco latet felis. Postremò pili felini in cibo sumpti summoperè ab authoribus damnantur, & licèt pili aliorum etiam animalium sumpti in aliquo cibo vias, halitus obstruentes præfocare possint, attamen pili præcipue felium á Porta, & á Matthiolo exitiales esse censentur.

H

EPITHETA,

NVllum est animal, quod pauciora apud Latinos adeprum sit epitheta, quã felis, nam solus Baptista Mantuanus tectinagos appellauit, quoniam noctu diuquè per domorum tecta vagentur. Posset animal taciturnum meritò indigitari; cum per noctis silentia sine vllo strepitu muribus insidietur: nam ipso vociferante fugiunt. Iuxta illud. *In Com. ad Dioscor. lib. 6. cap. 25.*

Non opus est cati pendere è gutture nolam,
Belligerant mures protinus, absquè metu.

At apud Græcos propter varias huius animantis proprietates, varijs etiã infignitur epithetis. Etenim, ratione edacitatis, aliqui πάμφαγος, nimirũ omnivorus, interdũ ἀδηφάγος

ideſt vorax, vel ad ſatietatem comedens, quandoquè ἁρπάξ ob rapacitatem nuncupatur. Ratione aſpectus, ἀγριωπός, nempe agreſtem aſpectum præſeferens, & ob vaframenta δολοπλόκος nimirum aſtutus, & multas fraudes complectens nominatur. Ideirco Oppianus non iniuria Aeluros vocat κακουργεῖς, ſcilicet maleficos, & præcipuè quia auibus inſidientur. Quamobrem φθόρος etiam, nimirum pernicioſus indigitatur. Et tandem, quia mures interimat μυοκτόνος à Græcis paſſim cognominatur. A

DENOMINATA, & Cognominata.

AElius Catus, qui in ſupellectili admodum parcus fuiſſe perhibetur, à Plinio memoratur. Franciſcus etiam Spinula in Epigrammatibus meminit Conſtantini Cati Alexandrini. Vbi alludens ad nomen, & ad cognomen huius viri ſic canebat. B

Conſtantine tibi nomen Conſtantia fecit,
Cautio cognomen, ſis grauis, atq; Catus.

Cati quoquè cognominantur Populi Germaniæ, Sicâbris finitimi; de quibus multa Cęſar in Commentarijs rètulit. Hos prima Aetas Heſſos vocabat; ſed poſtmodũ à Catis cognomentum deſumpſiſſe dicuntur ob ferocitatem, qua hoſtes, veluti cati mures aggrediuntur. Hinc Cattorum montes appellantur illi, quos prædicti populi incolunt. Quare Reuſnerus in Hodęporico de his ſic canit.

Heſſi populi cur cati dicti.

Hinc meliore via Cattorum ex montibus altis
In planum cuncti.

Familiæ inſuper multæ à Catis cognominatæ non ſolum Eerrariæ, ſed etiam Bononię, alijſquè in Vrbibus, noſtra ætate viuunt. Amplius non deſunt animalia, quæ à felibus denominationem ſortiuntur, vt bubo auis, quia felinum caput referat, nonnullis catus auis vocatur. Illud animal quod Zibethum gignit, ob figuram, felis Zibethi dicitur. Cercopithecum Germani catum maris nuncupant, quoniam à longiſſimis regionibus adueęus effigiem cati repręſentet. Item Pelliones Germani Genethas (vt animaduertit Geſnerus) Genethocatos indigitant. Tandem vocabulum, αἰλυρόμορφος, id-eſt cati formam gerens, compoſitum ex αἴλυρος, & μορφή. Cælius Rhodiginus cuidam cantharorum, ſeu ſcarabeorum ſpeciei aſſignat. Succedunt multæ plantæ à felibus denominatæ, quæ aliqua animaduerſione indigent. Primitus Calamenthi tertium genus apud Dodonęum, ſeu Calamenthi primum genus apud Fuchſium vocatur mentha cataria à Bauhino, herba cataria à Matthiolo, & mentha felina à Tabernamontano; vel quia illa feles delectentur, vel quia huius plantæ eſu concipere dicantur. In antiquis Dioſcoridis nomenclaturis Stratiotes aquatica ſanguis felis dicitur. Gnaphalium non tanum, ſeu hiſpidula Aeluropus, nimirum pes cati vocatur, ex qua planta Renodeus ad ſupprimendum ſanguinem vndequaquè manantem egregium ſyrupum componit. C

lib. 8. lect. antiq. c. 5.

Cęterùm ἄιλουρος quædam radix eſt apud Heſychium, Geſnerus non ſine ratione hanc valerianæ radicem eſſe exiſtimat, cum hac planta cati ſummoperè exhilarentur. Idq; poſſumus meritò confirmare, quoniam herbam catę, Syluaticus valerianam vertit. Alioquin Aelurion, in antiquis nomenclaturis plantarum buphthalmum ſignificat, vt author eſt Geſnerus, quia floſculi huius herbæ, inſtar oculorum felis ſplendent. Sunt etiam, qui buphthalmum ælurogonon nempe genituram cati nuncupent; eum tamen hoc nomen iuxta Priſcorum nomenclaturas bugloſſę conuenire. Prætęrea Germani, teſte Geſnero, menthaſtrum balſamum felinum vocant. Et tertium Sedi genus acrimonia inſignitum, nempè ſemperuiuum minimum floſculis luteis præditum, vnam cati nominant. D

li. 2. de nat. med.

Aelurion quid.

Meminit etiam Geſnerus cuiuſdam fruticis foliis groſſulariæ hortenſis, ramis albicantibus, in multis Italiæ, & Galliæ locis culti, acinos nigros piperi ſimiles in calidioribus locis producentis, apud Germanos ſterilis, piperaſtri à Ruellio nuncupati in deſcriptione piperis, Geſnerus pſeudoamomum eſſe, & felinum fruticem cognominari poſſe credit, cum eius folia ſabinam herbam, aut potius felis vrinam redoleant. Poſtremò quarundam arborum flores, vt ſalicum, & populorum molli lanugine pubeſcentes, quos Gręci

lib. 1. c. 43.

E ci iulos vocitant, Germani catzle, nos verò catos populorum, vel salicum indigitamus. Siad gemmas, & mineralia accedamus, nonnulla felis denominatione gaudent. Nam Democritus (referente Plinio) smaragdos Persicos felinos appellitare videtur, dum nõ translucidos; sed felium oculis valdè similes esse statuit. Aliter oculus cati est gemmæ species, quæ inuenitur in Zeilan laudatissima. Nonnulli scribunt, quòd à Pegu aduehatur. Vtcumquè sit, hæc gemma in colore, fulgore, & figura oculum cati apprimè æmulatur. Hanc Cardanus pseudoopalum appellauit. Metalli etiam quoddam genus est ex Gesnero, quod Germani catzensilber, nimirum felium argentum nominant. Est enim colori argenteo ita similè, vt imperitos rerum metallicarum facilè decipiat; à felibus autem nomen inuenit, vel quia instar oculorum cati radiet, vel quia nullius prorsus sit valoris. Denique cati fons esse perhibetur ille, ex quo aqua Petronia in Tyberim fluit, ita nuncupatus secundum Festum, quia in agro cuiusdam fuerit cati. Ad finem, felinus, nomen adiectiuum à fele apud Authores nuperos inuenitur, cum apud veteres nusquam legatur. *li. 7. de subt.*

F

PROVERBIA.



Varijs animalis proprietatibus adagia desumi solent. Vt si huius edacitatem contemplemur, hoc proferetur. *Felis Tartesia.* De magnis, & ridiculis felibus, quæ in Iberia apud Tartesios populos crescere dicuntur. Quamuis de gulosis hoc enunciandum esse multi confirment. Lucianus verò de homine gulosò hoc proferebat. *Felę rapacior.* Aliud pertinens ad gulam sic effertur. *Circuit, vt felis feruidum iusculum.* Hoc attinet ad illos, qui in aliquo negocio peragendo, spe sua frustrantur. *Laridum feli.* Subintelligendo commendas. Quemadmodum dicimus. *Ouem lupo.* Hoc euulgatur in illos, qui fidem ijs adhibent, quibus fidendum non esset. *Profele rem coquinariam exercere.* Hoc spectat ad illos, qui in peragendis negocijs oleum, & operam perdunt. *An omnibus sit fidẽdum.*

G Hoc Coquis interdum contingere solet, dum carnes coctæ per incuriam à felibus auferuntur. Si meditemur aliàs felium proprietates alia emergunt adagia, vt *felis festinans cæcos parit catulos.* Dicitur de hominibus, qui negocia immatura accelerant. *Qui cum felibus venatur ferè semper musculos capit.* Hoc pronunciatur, quando colloquia prauabonos corrumpunt mores. *Catus etiam transmare vectus vocem non mutabit.* Hoc vulgare esse apud Germanos tradit Gesnerus, competere què hominibus, qui, etiamsi mutent cœlum, non mutant animum. *Ingenium nulla vi vincitur, nec felis captare mures desinit.* In Germania hoc passim euulgari fatetur Gesnerus de ijs, qui malis operibus assuefacti, ab illis non ita facilè recedere possunt. *Fele absente mures saltant.* Dicendum est hoc spectare ad discipulos absente præceptore, vel ad famulos absente Domino. *Ediſſe cum catis.* Gesnerus profert, hoc in Germania frequenter dici de illis, qui multis sternutamentis vexantur, nec sine ratione si quidem felibus acris ineſt habitus, & sternutatio à rebus acribus excitari solet. *Docere felem rependi modum.* Conuenit hoc duobus hominibus fraudolentis, quando alter alterum vaframenta docere nititur. *Præceptor assimilatur feli.*

H *Ibis in palmis, ad feles euitandos nidificat.* Pronunciatur de illis, qui in tutum se recipiunt locum, ne facile offendi possint; quandoquidem feles, authore Gyllo in Aelianum, super palmæ truncum facilè ascendere nequeunt. *Felis dormiens.* Profertur adagium de homine somnum simulante, vt aliquid assequatur, hæc enim est felis proprietas, vt etiã in axcubijs dormire fingat. Prædictis addere possumus infrascripta. *Minerue felę.* Subintelligendo comparas. Hoc enunciatur, quotiescumquè præstantiores cum inferioribus, seu doctiores indoctis comparantur. Minerua enim nihil commune habet cũ fele, præter glaucum oculorum colorem. *Feli crocoton.* Subaudiendo das. Profertur quotiescumquè homines indigni honoribus cumulantur. Crocoton enim erat genus vestis rotundæ, & fimbriatæ, quo diuites matronæ olim vtebantur. *Neque canis, neque felis.* Hoc effertur quando domum aliquam vacuam esse significamus. Aliter etiam dicitur. *Ne musca quidem.* Alia duo addemus tanquam coronidem. Primum est. *Minerua ad cõmune hõbeat cum fele.*

Maligni sunt cati, qui anterius lambunt, & posterius laniant. Attinet què ad illos, qui aliud in ore, aliud in corde gerunt, vel altera manu lapidem, & altera panem ostentant. Secundum,

&

& poſtremum eſt adagium Bononiæ vulgatiſſimum. *Pectere felem*. Diciturquè de illis, qui difficilimam prouineiam ſuſcipiunt; nam qui velint felem pectere ob metum dentiũ, & vnguium, non facilè reperiuntur. A

HIEROGLYPHICA.

APud Aegyptios præcipuũ ſelis hieroglyphicũ erat, vt ex eius imagine Luna intelligeretur; propterea felem in ſummo Siſtri apice collocabant, ex quo quatuor veluti tintinnabula mobilia æqualibus inter ſe interuallis pendebant; vt deſignarent omnia, quæ generationi, & corruptioni obnoxia ſunt, globo lunari ſubijci, infra quem omnia alterabilia neceſſario conſiderantur. Etenim felis Lunam repreſentabat, quia hoc animal, & colore, & aſtu varius eſſe fertur, nec non noctu magis, quàm diu ſuas functiones exercet. Deinde aliæ felis proprietates nobis alia ſuppeditant hieroglyphica. Siquidem ob prodigum huius animalis luxum, ad denotandam muliebrem ſalacitatem, iconem felis fœminæ figurabant, cum fœmina in hoc genere admodum ſalax, & libidinoſa eſſe feratur. Ideoquè hodie homines, qui incontinentiùs laſciuiunt, catorum commertia frequentare dicuntur. Item pro turpitudinis diſſimulatore; Valerianus felem dipingit, cùm hæc bellua omni ſtudio propria excrementa humare conetur. Hinc Aegyptij, catorum exemplo moniti, in vijs cibum capientes, ventrem poſtea domi exonerabant. Hanc quoq; munditiam Hebræi obſeruarunt, vt in ſacris paginis habetur his verbis. *Locum habebis extra caſtra, ad quem egredieris ad requiſita naturæ, gerens paxillum in baltheo, cumquè ſederis, fodies per circuitum, & egeſta humo cooperies*. Tandem Priſci, vt hominem in manus hoſtium illapſum, & opem amicorum implorantem manifeſtarent, murem à fele comprehenſum, authore Pierio, effigiabant. B

Deut. c. 23.

li. 13. Hier.

PROBLEMATA.

C

MVltifariæ catorum proprietates multis etiam problematibus anſam præbuerunt. Ideo ratione oculorum, primò quæritur ab Alexandro Aphrodiſeo, cur cati, & veſpertiliones noctu videant. Deinde huius cauſam tenuiſſimis videndi ſpiritibus attribuit. Hoc problema aliud conſequitur, ſcilicet cur oculi felium non die, ſed tantùm in tenebris radient. Aliqui reſpondent hoc inde naſci, quoniam lumen maius minus offuſcare videtur, quapropter felium oculi noctu potius ſcintillant. Verùm ſatius erit cum Aphrodiſeo aſſerere; in oculis felium ſpiritus viſorios valdè tenues verſari, qui in meridiana luce facilè diſſipantur, ſed, aduentante noctis caligine, congregati relucent. Ab excrementis alia dimanat quæſtio: cur illa à felibus ſepeliantur. Aelianus reſponder, quia à tetro odore hæc animalia offenduntur. vt recitatum fuit in eorum antipathia: Plinius tradit, ne excrementorum odore muribus prodantur. Volaterranus addit, ne à prætereuntibus terantur. Cardanus deniquè id à munditia animalis naſci exiſtimat, quandoquidem felis animal ſatis mundum eſſe perhibetur. Amplius quærit Nolanus, cur feles ob metum eorum, qui illis obuiam fiunt, non fugiant retrorſum, ſed pertinaces procurant, & aduerſus impetum ſemper tranſire contendant: Reſpondent aliqui, quoniam horũ animantium vis omnis in aggrediẽdo conſiſtit; ideoquè pro murium captura aptiſſimi iudicantur, cum illos adoriendo coerceant. Alij volunt hoc inde prouenire, quoniam cati ſint animantes timiditate, & pauca memoria referti; ideirco, ob ſubitam obuij præſentiam conſternati nihil recordantur locorum, quæ à tergo ſunt, & ſolam euadendi viã, quam à fronte conſpicantur, veram eſſe putant. Aliorum reſponſio eſt, quòd feles vbicumquè fuerint ſemper conuerſæ ad eum locum morantur, per quem tutam fugiendi viam habent. Quo fit, vt, data fugæ occaſione, potius per eum locum cũ periculo euadere nitantur, quàm tutò ad incertum locum confugere. Tandem reſpondetur etiam, quòd feles periculum citius euadere ſperant, ſi iniuriam facturum viderint; etenim qui videt cauere poteſt; quare obuiam procurrunt, vt periculum conſpicientes illud cuitare D

li. Probl. 66

Cur feles excrementa hument.

Cur feles aduerſus impetum ſemper tranſire cõtendant.

E tare possint; quod præstare non possent si auersæ fugerent. Insuper quæsit Nolanus, cur feles verbere, aut saxo contusæ, & ferè exanimatæ, vt anhelitu priuæ esse videantur, non multò post reuiuiscant, atque conualescant, huius signum est, nã ab altissimis tectis supra saxa decidentes, vt plurimùm, aut parùm, aut nihil patiuntur. Eruditi viri hanc afferunt responsionem, nimirùm feles mollibus, & glutinosis ossibus esse refertos, ideòque ictibus cedẽtia non frangi. Alij respondent profundas corporis cauitates ob ictum, ita arctatas, vt neque vox, neque anhelitus emitti queat, paulò post diduci a spiritibus, qui in spatijs constrictis generantur ex resoluto, & glutinoso humore, quo semper huiusmodi animantia redundant. Prædictis addamus animalis agilitatem, quæ feles cadentes ferè semper adimare solet. Postremò quærunt aliqui, cur felis cerebrum comedenti noceamentum, cum tamen eius caro elixa, vel assa nutrimentum afferat. Respondent multi virulentam qualitatem potius in cerebro, quã in reliquis partibus animantis dominari; quemadmodum in viperarum capite virosa materia residet; cum reliquum
F corpus bezoarticam facultatem possideat. Præterquamquòd cati cerebrum maximè humidum à calore humano exagitatum facillimam putredinem concipit. Quod in reliquis animalis partibus contingere nequit; cum hæ in assatione, & elixatione omnem malam qualitatem deponant.

EMBLEMATA, ET SYMBOLA.

ICon felis liberè excurrentis pingitur à Camerario cum hoc titulo. ARBITRII MIHI IVRA MEI. Huius emblematis argumentum desumpsit à Paradino, qui hoc militare Insigni Alanorum, & Burgundionũ esse perhibuit. Quandoquidem ipsi in vexillis picturam felis liberè vãgantis semper gestabant, vt omnibus patefacerent pro libertate defendenda totis viribus semper pugnandum esse. Cum felis animal libertatis amantissimũ difficulter aliquo in loco coerceri possit. Subscripsit igitur Camerarius hoc distichon. *Embl.* 78.

G *Inuicta lethum pro libertate pariscs*
Pugnando quondam gestitabat Teutona virtus.

Alibi Camerarius effigiauit felemin muscipula clausam cum muribus circumquaquè salientibus, addita hac inscriptione, FEROCES REDDIT IMPVNITAS Sed quoniã huius meminimus in capite de mure cum versibus Paradini. Propterea in præsentia distichon Camerarij afferemus, quod sic se habet.

Hostem, qui captum rides, fuge robur habentem,
Perrumpet felis carcere clausa diu.

Figura etiam felis Viri prudentes in formandis phrenoschematibus vti possunt; dummodò animal in aliquo actu iocoso, & risu digno non effigient. Quod præstitit ille, qui felem cum mure prehenso colludentem & interdum ad necem mordentem delineauit, cum Dicto. SIC MEA FACIT AMICA. Inter symbola Ricciardus scriptis mandauit felem asserentem frustum carnis, & virga à muliere verberatum, designare furẽ, qui nesciat furtum occultare, vel imprudens facinus denotare. Præterea felis, cum animal melancholicum esse feratur, hominis tristis symbolum esse dicitur. Tandem Russellius, in tractatu memoriæ artificiosæ, felem pro symbolo litteræ F. prædicat. *In Comm. symb.*

H

PRÆSAGIA, ET OSTENTA.

SI oculi felium iustò lucidiores esse videantur, & si felis crebra frictione caput, collumquè elatis supra aures pedum palmis demulceat, pluuiã præsagiri inquit Pareus. Hoc autem non videtur à ratione alienũ ob siccam animalis temperaturam, nam, humidiore facto ad pluuiam aere, feles se libenter fricant, vt huiusmodi humorem à corpore abigant. Oculi quoquè lucidiores apparent, quia aere obscurato spiritus dissipati congregantur, & congregati magis radiant. Insuper catum, præter consuetudinem per foramen alicuius ostij ingredientem Prisci, vel phantasma, vel malum Dæmonem esse putabant. Immò ad hoc ani- *li. 2. de nat. brut.*

mal

mal omne quadrupes pauoris speciem subiens reducebat, vt animaduertit Suessanus. Qui author explicat etiam quid indicet catus per foramen intrans, Luna in singulis Zodiaci signis existente. Illud autem pro ostento Hieronymus Cardanus reputauit. Quod accidit Stephano Cardano viro octuagenario catum masculum educanti, & in deliciis, vt fieri solet, habenti. Nam cum senex ad mortem ægrotaret, iamiamque animam ageret, felis è gradu se erexit, diuque inspiciens Dominum laborantem, tandem edito ingenti clamore abijt, nec postea vnquam visus est. Simile quidpiam recitat de Lanio, qui paruam, & abiectam felem nutriuit, quasi reluctante vxore, quia fœda, & scabiosa esset, hæc adulta inter virum, & vxorem dormiebat. Cõtigit quandoquè vt vngues inter mammas vxoris tenens illam læderet, & mulier dixit. Lædis me. Tunc referunt felem non de more vngues contraxisse, sed pedes vertisse. Coniux vt hoc obseruauit, hæc verba protulit. Videtur hoc animal ratione vti. Paucis post diebus Lanij vxor aduersa valetudine laborans obijt. Tunquè felis quamuis diligenter quæsita nusquam comparuit.

lib. 1. de augur.

li. 14. de re. var. c. 75

FABVLOSA.

MYthologi narrant Iouem ad Indicrum certamen, Apollinem, & Hecatem in ætate adhuc tenera constitutos induxisse, vt certatim animalia producerent, & vacuum totius orbis theatrum replerent. Referunt autem ab Apolline hominem productum fuisse, & viciſſim in ludibriũ Apollinis, ab Hecates manibus simiam prosilijsse. Verùm terribilis Leo ab Apolline paulò post productus risum Hecates interturbauit. Tunc illa indignata felem Leonis æmulã procreauit. Hinc Apollo in maiorem solutus risum deludens Hecatem, murem protulit. Illa magis indignata ad artes conuersa, simiam in Leonem, & felem in murem acriter incitauit. Alij authores tem hanc manifestè fabulosam, aliter ita gestam memorant, nempe Solem, & Lunam in rerum principio, cura à summo Ioue illis demandata, in certamen deuenisse, vt terram animalibus replerent. Itaquè Leonem à Sole fuisse conformatum, Lunam verò æmulatione concitam felem animal Leoni perquam simile protulisse asserunt. Vnde nonnulli colligunt causam propter quam Aegyptij felem venerentur, quia hoc animal à Luna procreatum fuisse perhibetur. Quamuis alij tradãt olim Deos à Gigantibus in Aegyptum pulsos, ibi varias animalium figuras induisse. Etenim Iupiter in Arietem Apollo in coruum, Bacchus in capram, Venus in piscẽ, Iuno in Vaccam, Mercurius in Ibidem, & tandem Diana in felem se transformarunt. Id autem Ouidius eleganter recitat hunc in modum.

Cur felem Aegyptij Lunæ assignẽt.

lib. 5. Metamor.

Dumq; gregis dixit fit Iupiter vnde recursus
Nunc quoq; formatus libys est cum cornibus Hammon
Delius in cornu, proles Semeleia capro
Fele soror Phœbi, nitidæ Saturnia Vacca,
Pisce Venus, latuit, Cyllenius Ibidis alis.

Nonnulli etiam volunt Galanthidem ancillam Alcmenæ in felem fuisse transfiguratã; cum tamen communis sit opinio non in felem, sed in mustelam fuisse mutatam, vt in capite de mustela actum fuit. Authores tamen hæc duo animalia sæpissimè confundunt cum ambo muribus insidientur. Post quã in fabulosa incidimus, reliquas fabulas, & apologos ad hoc animal attinentes subnectemus. Primò inquit, Absterrimus, quòd felis quædam in deliciis cuiusdam adolescentis erat, quæ, vt in mulierem mutaretur, ille Venerem deprecatus est. Hoc facto, adolescens illã vxorem duxit. At omnibus in thalamo sedentibus, volens Iuuenis periclitari, nunquid vxor cum corpore mores mutasset, in medium murem emisit, tunc illa cubilis nuptialis immemor, illicò murẽ insecuta est. Fabula indicat sceleſtos homines, etiamsi statum mutent, mores tamen non mutare. Amplius quidam in arca caseum seruans, cum murem per angustum capsæ foramen ingredi obseruasset, felem in eadem arca clausit. Itaquè felis deuorato mure vnà, & caseum comedit. Ex hac fabula discendum est, multos esse incautos, qui vt vni damno occurrant, maius incurrunt. Denno felis culinam ingrediens cor cuiusdam animalis abstulit. Coquus id animaduertens hæc protulit verba. Vbicunquè fuerit felis diligenter obseruabo.

lib. Myth.

E seruabo. Quandoquidem non mihi cor abstuliſſe, immò dediſſe mihi perſuadeo. Hinc nocumenta hominibus ſæpè documenta eſſe percipimus, Demùm felis, & vulpes quondam inter ſe de aſtutijs colloquebantur; nã vulpes pluribus ſcatere gloriabatur. Interim canis clanculum accedens, fele ad arboris ſummitatem ſtatim repente, vulpem cępit Apologus docet, quandoquè vnam virtutem firmam multas alias ſuperare. *Apologus felis, & vulpis.*

MORALIA.

IN morali doctrina naturam felium meditemur, poterimus hoc animal multis criminoſis aſſimilare. Primò Guloſi ſe ſe offeiunt, nam Ruſſellius proponit Dæmones formam felium induentes, dum in ora Guloſorũ damnatorum amariſſima pocula infundunt. Deinde affecti ſegnitie, & deſidia felibus ſunt comparandi, quandoquidem Dæmon effigiem fe- *In li. mem. art.*

F lis ſuſcipiens, deſidioſos vexare ſoler. Narrat enim Heiſterbacenſis, quòd ſupra caput monachi deſidioſi, & in choro ſæpè dormientis, dum diuina recitabantur officia, catus ſedere viſus eſt. Quod cum deſidioſus intellexiſſet ex relatione illius, qui hoc videre meruit, ita ſedem accommodauit vt deinceps dormientem, & ſedentem præcipitaret. *lib. 4. mem. cap. 33.*

Præterea Lenones, tanquam virginum raptores optima de cauſa felibus comparantur. Immò Plautus ipſum Lenonem felem appellabat; quapropter apud ipſum felis virginalis Leno rapiens puellas, & felis pullaria Leno puerorum raptor, & corruptor nuncupatur. Ad rem Auſonius ſcribebat hunc in modum.

Quis Marcus? felis nuper pullaria dictus,
Corrumpis totum, qui puerile decus. *Epigr. 69.*

Inſuper adulatores cum felibus maximam conuenientiam habere dicuntur, cum ritu felium hominibus blandiantur, & adulentur. Tandem curioſus ab hac ſimilitudine non eſt arcendus; nam velut fele prætereunte obſonia è medio auferuntur, ita homine curioſo accedente, à colloquentibus inſtitutus ſermo vertitur, donec abierit.

G # MONSTRA.

EX animalibus multifidis, & multiparis ſæpiſſimè gigni monſtra liquidò conſtat. Idcirco Porta in Magia naturali narrat Sineſſę Aruncæ agnũ bicipitem, & catum tribus pedibus natum fuiſſe. Anno Domini 1554. fe- *lib. 1.*

lis domeſtica Baſileæ quatuor catulos vnico partu edidit, inter quos vnus pedibus horrendis, & quaſi in ſpiram varijs reflexibus conuerſis præditus erat, cuius iconem exhibemus. Poſt biennium eadem felis tres catulos vnica partura in lucem emiſit, circa ventrem non vmbelici vinculo coniunctos, ſed reuera in ventris matre vnitos, quos tamẽ dolore partus necatos, familiares inuenerunt. Fœcundiſſimum fuit animal ſæpius vnico anno ter grauidum, modò quinquè, & aliquando ſex eni-

H tens fœtus; ſed poſtquam octauum ætatis annum attigit, plerumquè monſtra protulit. Immò contra matrum naturam, catulos etiam adcurrendum aptos deuorauit. Hæc in libro de Prodigijs & oſtentis leguntur. Vbi etiam habetur, quòd anno Domini 1552. in ædibus Ludouici Dheitæi, quædam domeſtica felis inter alios fœtus enixa eſt catellum viuum monocephalon, bicorporem, octipedem, vtriuſquè ſexus, corporibus inuicem iunctis, & in vnum caput coeuntibus, vt duorum ſe ſe mutuo oſculantium ſpeciem referrẽt. *Catus octipes.*

Dum hæc ſcribebamus anno 1636. natus eſt hic Bononiæ catus octipes, vtriuſquè ſexus cum duobus capitibus, pariterquè duabus caudis tergore verò ſimul coniunctis. Olim etiam hic in lucem exiuit felis fœmina hexapus, cuius iconem hoc in loco dare non piguit.

Felis pedibus horrendis.

Felis fœmina hexapus cum Ælurogono, ideſt bugloſſa.

A

SIMVLACRA.

CVm in Mythologicis natratum fuerit olim Dianam apud Aegyptios in felem transmutatam fuisse. Hinc nulla admiratione teneri debemus, si ipsi simulacrum cum quatuor faciebus, & figura hominis cum capite felino ad quatuor elementa significanda, & ad Lunam demonstrandam fingebant. Propterea Gyraldus venerationis felis aureæ meminit. Etenim Aegyptij feles non solùm viuas magnificiebant, sed etiam mortuas magno luctu deflebant, & tandem (vt annotat Textor) eorum cadauera ad sacra tecta deferentes, salsa in Vrbe Bubasti sepeliebant. Non iniuria igitur in Epistola Ieremiæ ad Iudæos in Babylone captiuos, quam scripsit Baruch, Idolatria illius Regionis summoperè damnatur, cum noctuas, & feles adorarēt, Immò apud prædictas Nationes crimen erat capitale felem studio, aut casu occidisse; quod Diodorus, hac perpulchra historia manifestat. Cū B ætate Ptolemei inita esset amicitia cum Romanis, & Romanus quispiam, præter animi voluntatem, felem interemisset, Aegyptij agminatim eius domum obsederunt illud ad pœnam poscentes, neglecta Romani nominis magnitudine, & memoria amicitiæ recenter initæ; idquè præstitissent, nisi Rex, & Præfecti Regij illū ab imminēti periculo liberassent. Insuper Cœlius Rhodiginus addit apud Vrbem Heliopolin, Solis simulacrum Aeluromorphō, ideſt figura felis effingi; cum pupillæ felium cursum Solis demonstrēt. Pierius etiam scribit, quod AVGVSTEI cati simulacrum prasini coloris in alba parma gerebant; gestuſquè animalis cati currentis reflexo in dorsum capite. Alij pariter, qui FELICES SENIORES dicebantur, simulacrum dimidij cati rubri coloris, pedibus ad lusum compositis in parma ferebant. Demùm qui ALPINI vocabantur, cati coloris punicei militare simulacrum in parma virida habebant, cuius margnem albus circulus ambibat. Postremò Ripa ad certamen indicandum, figurat iuuenem cum ense nudato in dextra, & cum simulacro felis, & canis. Ambo enim hæc animalia sæpissimè inter serixari solent. Pariter ad significandam inimicitiam, delineauit mulierem nigris vestibus indutam flammis circumdatam, manu dextra minantem, cum simulacro felis, & C canis propter horum animalium antipathiam. Idem author ad manifestandum fœdus effigiauit mulierem sedentem supra armorum fasciculum, cum galea supra genu dextrum collocata, tenentem dextra manu Mercurij caduceum, & sinistra vinculum, quo canis, & felis simulacra iunguntur. Amplius ad ostendendam libertatem pinxit mulierem albissimis vestibus tectam, dextra manu sceptrum prementem, & sinistra pileum cum simulacro felis, cum hoc animal cæteris impatientissimum esse feratur. Ad finem Ripa, in significanda sexta noctis hora, iuuenis alatæ iconem exhibet nigris amictæ vestimentis, & in dextra manu symbolum Lunæ, & in sinistra simulacrum felis delineat, cum olim in Aegypto Diana, quæ Luna n repræsentat, in felem conuersa fuisse dicatur.

Syut. 2.

cap. vlt.

lib. 8. lec. antiq. cap. 5.

par. 1. Icon.

par. 2. Icon.

par. 3. Icon.

VSVS IN CIBIS.

D

FElis murium acerrimus hostis, gulæ insidias euitare non potuit. Sunt enim nonnulli, qui carne felina pro delicatissimis epulis vtuntur. Quamuis postea cerebrum veneficio infametur. Totum tamen animal in manifesta est damnatione apud Bruyerum, quoniam pestiferum habitum emittat, & tabem afferat. Caro igitur felis in sapore leporinæ proxima est, sed magis melancholica perhibetur. Immò cerebrum clarissimus Sauonarola non damnat, quoniam eius esu nullum insaniæ periculū obseruauerit. Verū aduertendum est ipsum fortè verba facere de cerebro elixo, vel asso, nā in coctione mala qualitas remittitur. Alioquin crudum virosum esse omnes authores testificātur. Multi nostra ætate carnibus felium vescuntur, & præcipuè in nōnullis Hispaniç locis, vt aliqui affirmāt Gesnerus tū testatur, quòd ī Germania feles tū syluestres, nō autē domesticę in cibū veniūt.

lib. 13. de re cib. c. 36.

Feles syluestres edules tantùm in Germania.

Quando

E Quando igitur huiusmodi belluæ in epulis erunt vsurpandæ, prius deglubtæ, & exenteratæ sub dio exponantur, quod præceptum in Gallia Narbonensi obseruatur, vt omnem tetrum odorem deponant. Alioquin in Indicis regionibus, carnibus horum animantium vtuntur. Habemus enim ex Epistola Iaponica anno 1561. data, quòd Incolæ ciuitatis Cinai comedunt feles, mures, & canes.

VSVS IN MEDICINA.

NOn modicam possunt medici ex hoc animali percipere frugem; quādoquidem multæ huius partes medico vsui famulantur. Catus igitur, quia in tenebris videat, & oculi eius radient, à Porta commendatur ad affectiones oculorum. Idcò caput cati in olla cremari curat, & cinerem ad tollendas oculorum caligines per canalem pennæ in oculos laborātis insuflat. *lib. 5. Phyt. cap. 26.*

F Ex carne Galenus hoc percipit emolumentum, quòd corpori quæcumquè fuerint infixa extrahat, cum maxima vi attrahendi polleat. Præterea hæmorrhoidum, & dorsi doloribus medetur. Iuxta illud Vrsini. *li. 11. de simpl. med. fac.*

Sumpta caro reprimit turgentes pōdice venas,
Et lumbis lumbis præstat adesus opem.

Præterquamquòd Iacobus Olivarius addit hoc præsidium, felici cum successu, se expertum fuisse. Euonimus recitat nonnullos esse medicos, qui anserem pinguem medicamentis, & carnibus felium minutatim incisis farciunt cum sale, & lento igne in vero assant, & destillantem inde liquorem colligunt, quo arthritide laborantes fœliciter inungunt. Iecur vstum, & tritum, vt bibi possit, calculosos summoperè iuuat, quemadmodū scribit Galenus in Euporistis. Fel felis à medicina non est arcendum, cum fœtum mortuū ad mentem Rhasis ex vtero extrahat. Hocquè potissimum commendant, quoniam vulgaris est fama, feles dolore concipere, & citra dolorem parere. Sanguinem cati quidam paronichiæ alligant, & latentem in ea vermem (vt vulgus credit) eadem nocte extingui promittunt. Pinguedo inter taurinam, & suillam, ex sententia Syluij collocatur, & podagræ illinitur, vt scribit Rhasis. Quamuis alij syluestris potius cati adipem in hoc casu commendant. Si ad excrementa sermonem conuertamus. Vrina cati destillata, ex Quercetano ad surditatem valet. Fimus etiam huius animalis, suffumigatus fœtum mortuum extrahit, vt notat Sauonarola. Magi in febre quartana, vt scribit Plinius, excrementa felis cum digito bubonis alligari iubent. Sextus autem stercus quidem catæ cum vngula bubonis, sed post septimum paroxismum brachio laborantis suspendit. Quamuis alij, ex Plinio, iecur felis sale inueteratum ex vino ante accessionem febris quartanæ propinant. Sextus etiam huiusmodi excrementum cum æquis portionibus sinapi miscet, & addito aceto in alopecia adhibet, vt spinæ faucibus adhærentes cadant, Plinius fimum cati extrinsecus perfricatum multum adiumenti afferre testatur. Sextus denique hunc fimū cum resina, & rosaceo permixtum supponit, vt mulebre profluuium supprimat. Ad finem Quintus Serenus ad profligandum hemitritæum, coralium, atque crocum in corio felis

H appensum tanquam singulare præsidium extollit his versibus.

Nonnulli memorant adipem prodesse Leonis,
Coralium, atquè crocum corio connexitto felis.

Fel felis. *Sanguis.* *Pinguedo.* *Vrina.* *lib. 6.* *Fæces alui.*

VSVS IN VARIIS.

AVgustinus Gallus in libro Agricolturæ feles ruri vtiles ad horrea, vel fœnilia esse scribit. Nam hyeme potissimum triticum, & legumina, omniaq; à muribus consumuntur. Quamuis ad mentem Sexti solo felis diluto mures omnes abigantur. Felibus etiam vtuntur venatores, quando lupos, & vulpes coercere, & capere cupiunt. Etenim carne suilla pingui, & tosta soleas calceorum perungunt, deinde excuntes à sylua domum versus, felis

cadauer à tergo trahunt; tunc enim Feræ odore allectatæ pedetentim habitationibus appropinquãt,& tunc ſagittis,vel tormento manuario facile impeti poſsũt. Amplius cati adeps,in ſerro præſeruando à rubigine,alijs non cedit arcanis, vt nobis quidam armamentarij cuſtos enarrauit. Deniquè Vuecherius ;vt pili cadant,nequè imposterum renaſcantur,ſtercus felis exiccat,& cum aceto miſcet, deinde locum hirtum ſæpiùs ſingulo die linit,vt citò glaber euadat. Pellibus tandem domeſticorum felium(vt notat Scaliger)fœminę Moſcouitæ,aduerſus hybernum gelu,veſtes muniunt,quoniam nulla pelle melius,quam hac, corpora foueri aſſeuerant. Ijſdem pellibus Aegyptij ſcuta contegebant;ſed Geſnerus id potius ſuperſtitionis,quàm vtilitatis gratia factũ fuiſſe opinatur; quando quidem,cum huiuſmodi pelles ſint molliſſimæ, ictibus hoſtium reſiſtere minimè poterant.

li.5.de ſecr.

Exerc.237.

DE FELE SYLVESTRI. Cap. XI.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA, DIFFERENtiæ,& Deſcriptio.

QVamuis,ratione inſtituti ordinis huius animalis hiſtoria in ſecundo libro exaranda fuiſſet,attamen quia omnis ſpecies ad proprium genus referenda eſt, hac ducti neceſſitate,hoc in loco de fele ſylueſtri agendum fuit. Animaduertendum igitur eſt,quòd lupus ceruarius apud Gallos, vt ſcribit Geſnerus,catus ſylueſtris nuncupatur,quod animal etiam ab Italis lupus catus dicitur. Hoc autem, ad omnem vitandam æquiuocationem, dictum ſit. Alioquin catus ſylueſtris catus ſerus,vel feralis appellatur. Hebræis Zijm,Germani,quia huiuſmodi feles ſæpiſſimè arbores ſcandũt,equites arborũ vocãt. Hiſpanicè gato montes. Si contemplemur ſylueſtrium felium differentias præter illam,cuius iconem in præſentia damus, ſcribit Scaliger,in Prouincia Malabar,feles agreſtes ſupra arbores verſari, quarum celeritate nihil vnquam memorabilius proditum eſt. Siquidem non curſu,ſed volatu potius ſine alis valere dicuntur. Membrana enim ab anterioribus pedibus ad poſteriores vſquè protenditur,quam dum quieſcunt,ad aluum contrahunt, quando verò volare inſtituunt,pedũ, crurumquè agitatione protenta, collectaquè membrana, & ſuſtinentur,& ferũtur. Illicquè huiuſmodi beſtiæ feles volantes nominantur. Hoc autem cuipiam mirum videri non debet,ſi naturam veſpertilionis contempletur Quoad deſcriptionem catus ſylueſtris noſtras paulò maior eſt domeſtico,denſiore, & longiore pilo,colore fuſco,vel,vt verbis Alberti vtamur, griſeo. Geſnerus huiuſmodi catum circa finem Septembris in Germania captum diligenter conſpicatus ſcripſit illum fuiſſe longitudinis à fronte ad extremam caudam quatuor dodrantum, linea nigra per dorſum deſcendebat, in pedibus,& alibi lineæ erant nigræ. Inter pectus,& collum macula latiuſcula pilis albiſſimis referta,color reliqui corporis vbiquè fuſcus, ad latera dilutior,nempè cinereo proximior, circa clunes rufus; calli imi digitorum in pedibus nigri,& pili circumqua què concolores. Cauda illi craſſior erat,quàm feli domeſtico, tres palmos longa,duobus aut tribus orbibus nigris diſtincta.

Exerc.217.

Deſcriptio cati ſylueſtris.

Felis ſylueſtris cum valeriana ſylueſtri Lobel.

Felis

LOCVS, CIBVS, & capiendi ratio.

A

MVlti cati ſyluestres per ſyluas Heluetiæ vagantur, & interdum ex Geſnero in arbuſtis iuxta aquas frequenter verſantur. In Scandinauia, teſte Olao Magno, huiuſmodi beſtiæ reperiuntur: vbi à Lyncibus ſæpius capte vorantur. Noſtra ætate, in Italia ſuburbana multi huius generis cati capiuntur, quorum exuuias Pelliones Bononienſes expetunt. Quoad victum Olaus Magnus ſcribit has belluas auibus potiſsimum, & alijs paruis animantibus inſidiari, quibus poſtmodum veſcuntur. Nonnulli hæc animalia canibus immiſsis coercent. Alij arboribus inſidentia bombardarum globis petunt. Aliquando plures ruſtici arborem circumdantes felem deſcendere cogunt, deinde fuſtibus cædunt. Interdum ſagittis, & longis, telis feriuntur, & decidunt. Ideo Nemeſianus ad rem canebat hunc in modum. B

lib. 17. c. 5.

——— ——— ——— ——— felemq; minacem
Arboris in trunco longis præfigere telis.

Inſuper cùm notiſſimum ſit huiuſmodi catos à ruta, & ab amygdalis amaris abhorrere, aliqui ſolijs rutæ aduſtis arbores ſuffiunt, vt beſtias fugientes, & deſcendentes lapidibus, & baculis mactare poſsint.

VSVS IN VARIIS.

GAti ſyluestris carnẽ tẽperaturæ carnis leporinę Rhaſis aſsimilat. Ideo ſũt qui in cibis hanc carnem laudant, alij ab hac abhorrent propter felium domeſticarum ſimilitudinem. Poſtmodum in vſu medico omnes partes huius animalis domeſticis ſunt efficaciores. Quapropter in Iythiaſi catus domeſticus commendabatur: ſed quando Vuecherius deſcribit vnguentum ad calculos expellendos, vncias quatuor pinguedinis cati ſyluestris recipit. Amplius ad oris torturam, fel huius animalis vtiliſsimum prædicat Albertus. Immò Aetius, in morſu crocodilorum ſanando, carnem cati ſyluestris tanquam propriam antidotum probat ob quamdam inter hæc animalia antipathiam. De pelle animalis tradit Olaus Magnus, veſtes pellibus horum animalium fulciri, quoniam aduerſus brumalem aſperitatẽ maximoperè proſunt. Apud nos multæ ſeminianicæ hyemales à pellionibus paran tur, quæ poſtea non admodum caro pretio venduntur, cum hæc felis inter raras animantes non reponatur. C

lib. 2. Antid. ſpec.

loco cit.

DE QVADRVPEDE FELI ſyluestri ſimili. Cap. XII.

D

REperiuntur in Regione *Singui* pulcherrima animalia magnitudine felium pilo ceruino, pedibus multifidis, dentibus in vtraquè mandibula binis magnitudine duorum digitorum, inter cutem, & carnem habent veſicã propè vmbilicum ſanguine plenam, qui ob præſtantiſsimum odorem verus moſchus eſſe perhibetur. Deſcribitur hoc animal à Paulo Veneto in libris nauigationum. Cæterùm hæc Pauli deſcriptio à deſcriptione Serapionis, atq; Simeonis Sethi, admodum diuerſa eſſe videtur. Hi enim Authores animal capræ magnitudine eſſe ſcribunt, illę leporis. Serapio vnum tantùm dentem ab vtraquè oris parte, Simeon binos dentes habere tradit. Serapio tumorem putridum. Paulus Venetus veſicam ſanguine plenam ei aſſignat. Quamobrem concludendum eſt, vel eadem eſſe animalia diuerſimodè deſcripta, vel penitus inter ſe diſcrepantia, quod nos etiam arbitramur. Interea lector contemplabitur iconem, quam in Muſęo publico inuenimus.

lib. 1. c. 62.

Felis

Feli ſimilis quadrupes habens caput in ſuprema parte valde acutum.

Finis Vlt. Lib. de Quadrup. Digit. Viuip.

Feli similis quadrupes habens caput in
superiore parte versicolor.

VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DE QVADRVPEDIBVS

DIGITATIS OVIPARIS.

Libri II.

BARTHOLOMAEVS AMBROSINVS

IN PATRIO ARCHIGYM. BONON.

SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM PROFESSOR,

HORTI PVBLICI PRÆFECTVS,

ET MVSAEI ILLVSTRISS. SENATVS BONON. CVSTOS

COLLEGIT.

M. Antonius Bernia Bibliopola Bonon. in lucem edidit.

BONONIÆ, M. DC. XXXVII.

Typis Nicolai Tebaldini.

SVPERIORVM PERMISSV.

VLYSSIS

ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DE QVADRVPEDIBVS

DIGITATIS VIVIPARIS.

lib. I.

BARTHOLOMAEVS

AMBROSINVS

IN PATRIO ARCHIGYMNASIO

PUBLICVM [illegible]

HVIVS [illegible]

[illegible]

BONONIAE. M. DC. XXXVII.

Typis Nicolai Tebaldini.

VLYSSIS ALDROVANDI
DE QVADRVPEDIB. DIGIT. OVIP.
Liber Primus.

ORDINIS RATIO.

F

Vulgata quadrupedum digitatorum viuiparorum historia, ordinis instituti ratio expostulare videtur, vt in hoc postremo quadrupedũ tomo, natura, & mores quadrupedum ouiparorum examinentur. Etenim si in quadrupedibus viuiparis quædã illustria vestigia conspiciebantur; per quæ ad naturã hominis ipsa accedebãt; viciſſim in quadrupedibus ouiparis magnam ingenij hebetudinem licet contemplari; per quam à moribus humanis valdè recedunt; hac de re animalia huius generis, nimirum pigro, & segni prædita ingenio, consequenterq; nulla nobilitare commendata, in hoc postremo quadrupedum tomo locum inuenerunt. Verũ quia hæc animantia ratione exuuiarum discriminantur, cum alia cute, alia cortice ad aeris eximendã iniuriam regantur. Nos pariter hunc tractatũ in duos libros distribuemus, in quorum primo eorum quæ cute, seu membranaceo corio vestiuntur, in altero, quæ cortice, seu cute testacea muniuntur, historiam curiosè percurremus. *Quadrupedum ouiparorum duplex genus.*

G

DE RANA IN GENERE, & primum de edili. Cap. I.

ÆQVIVOCA.

NOmine ranę, duo animalia maximè diuersa prima facie intelligenda sese offerunt; quorum alterum est quadrupes digitatum, & amphibium; de quo in præsenti historia sermo haberur; alterũ marinũ, de quo in historia piscium ubertim actum fuit, cum rana marina in genere planorum piscium reponatur. Quidam tamen Authores id minimè animaduertentes, utrũq; animal, turpissimo errore, confundunt. Deinde apud Edoardum Vuor vermis quidam in radicibus quercuum nascẽs rana nominatur, sed huius nominis rationem nõ assignat. Insuper in Aristophontis Pythagorista apud Athenęum, Parasitus quidam, dum aqua bibenda esset, rana dicebarur. Amplius ranæ vocabulo, varię affectiones insigniuntur. Primò tumor phlegmonodes sub lingua ortus, & potissimum in pueris rana dicitur. In adultis generarur huiusmodi tumor quando pluuioso tempore iter fit, & Clariss. Falopius hunc tumorem in genere meliceridum collocat. Græci hunc affectum batrachon, Latini ranam vel ranulam indigitant. Vulgus linguã paganã vocitat, fortè qua, per paganũ quid mali semper intelligar. Veterinarij (vt refert Cęlius Rhodiginus) vitiosa in guę boum incrementa ranas appellant. Absyrtus verò partem quandam vngulę equorum ranam nominat; cui adstipulatur Vegetius; dum inquit; Oportere ferramento

H

li. 9. de dif. anim.

lib. 13 lect. antiq. cap. 4

conciſorio ſoleas, ranulaſque diligenter purgari. Geſnerus opinatur batrachon, ſiue ranam eſſe illam vngulæ partem, quæ ſæpe, clauis ſolearum malè adactis, lædituꝛ. Tandem apud Heſychium βάτραχος nempe rana non ſolum animal, ſed etiam quamdam eſcharæ ſpeciem ſignificat, quia fortè maculas, ranarum inſtar, præſeꝛat. A

SYNONIMA, ET ETYMVM.

RAna, Iſidoro teſte, Latinis à gatrulirate vocatur; quoniam circa ſtagna, & paludes æſtiuis diebus ſtrepens importunos clamores edat. Græcis dicitur βατραχος, παρὰ τὸ βοᾶν τραχέως ἴχθυς, cum aſperam vocem emittat. Ideo pro rana apud Varinum aliquando legitur βωξ, quaſi boax, quia vocalis, & clamoſa ſit. Alioquin apud eundem dicitur βόρταχος, βρόταχος, βύρταχος, & βρόνγχος; quæ nomina omnia ranam deſignant. Aliter etiam βρίνοι, & σαρφυίδες Varino cognominantur ranæ, quoniam buccas inter clamandum inflare ſoleant. Deinde καπρίας in ſcriptis Varini rana cognominatur. Item κοὰξ vox per onomatopæiam ficta, ranam indicat; cum ad vocem ranarum propriè attineat. Suidæ quoquè rana βλίτταρος nominatur. Cyprijs, teſte Varino, βρέχετος eſt rana. Apud Ioneꝛ βάθραχος pro βάτραχος ſcribitur. Pariter, ex eodem Varino, βριαγχὼν rana Phocenſibus vocitatur; veluti Ponticis βαβαχος dicitur; cum Elienſes hoc nomine cicadam denotent. Hodiè apud Græcos βορδάκας, nomine à βάτραχος corrupto, vulgus ranam indigitat. Apud Etymologum χυρῖνος ſimpliciter pro rana ſumitur. Alij verò hoc nomen ranæ nondum adultæ, nempe ranunculo attribuunt, ob rotundam figuram, nam γυρὸς quid incuruum, & rotundum ſignificat. Vox hebraica Zab de rana dici videtur, cum in Leuitico, vbi hæc vox legitur. Alij Ctocodilum, alij Scincum, alij ranam, vocem illam interpretantur. Illyricè etiam, & Polonicè Zaba nominatur rana; quare vox hæc originis Hebraicæ eſſe videtur. Pariter in Exodo vox hæc Zaphardea legitur, quam Alij Crocodilum, alij ranam vertunt Munſterus in Lexico trilingui (referente Geſnero) has voces Arabicas Vrdeana, & Vrdea ranam exponit. Auicenna ranam Rafda indigitat. Similes prædictis voces leguntur apud Syluaticum, inter quas habetur Bracaras, quæ procul dubio à græca voce βάτραχος corrupta eſt. Apud Setapionem Diphdaha pro rana ſcribitur. Hiſpani nomen latinum ſeruantes *rana* dicunt. Italis ſimiliter *rana*, & *ranocchia* vocitatur; Gallis Grenouille. Germanis Froſch. Anglis Frogg, Belgis Dotſch. B C

Cap. 21.

Cap. 8.

DIFFERENTIÆ, & Deſcriptio.

RAnarum infinitæ erit negocij multifarias ranarum ſpecies explicare; quandoquidem alij reſpicientes earum originem, duas tantùm differentias aſſignât, nimirum illas, quæ ab ouis excluduntur, & eas quæ ex putri materia procreantur, veluti ſunt temporariæ, de quibus ſuo loco agetur. Alij bonam, & malam ranarum qualitatem contẽplantes, illas in ediles, & non ediles diſtinguunt. Alij ratione coloris, illas in virides ſubliuidas, & ſubcinereas diſtribuunt. Alij demùm ratione figuræ, varias differentias inuenerunt, nam Martinus Benedictus Bernenſis vir pereruditus rem miram ad nos ſcripſit; nempè in Stochornio monte altiſſimo Ditionis Bernenſium duos lacus ſpectati, in quibus nullum animal verſatur, præter lacertas aquaticas, ſalamandras, & ranarum ſobolem magno capite, & cauda longa prædiram. Addiditquè has beſtiolas in ripa ſæpè apricantes conſpici poſſe. Tandẽ ratione loci, & propriæ naturæ, poterimus cum Iſidoro Geſnero, & alijs viris eruditis ranas diuidere in terreſtres, & aquatiles. Terreſtres in rubetas, ranunculos virides, & tẽpotarias. Aquatiles verò, pter ranas matinas, quæ in genere piſciũ, & nõ quadrupedũ reponũtur, in ediles, & nõ ediles diſtribuuntur. At vtrq; amphibię naturę eſſe videtur; D

Stobæi ſententia

cum

E cum in terra aliquandiu commodè viuere possint. Alioquin in paludibus, in lacubus, & in aquis fluentibus stabulantur. Quoad descriptionem, rana est animal notissimum, cuius pars prior carnosa latitudine caret; natura tamen portionem carnosam, quam priori parti ademit, posteriori addidit; cum crura posteriora crassa, & longa, & anteriora breuia sint, vt ad saltus essent idonea. Iuxta illud Ouidij.

Crura dat, atq; eadem longis sint saltibus apta *lib. 15. Met.*
Posterior superas partes mensura priores.

Digitis quinis longis cum membranula intertexta ranæ sunt præditæ, vt commodiùs vrinari possint. Deinde rana est figura bufonis, teste Alberto, sed sine veneno. Aristoteles tamen ranam fœminam mare maiorem esse animaduertit. Reusnerus igitur in Paradiso poetico ranam describit hunc in modum.

Colla tument, albet venter, vox ranca coaxat,
Terga caput tangunt, lubrica spina viret.
Dum caro deformis, poteras dixisse gyrinum,
Mox formata magis garrula rana vocor.

Qui autem exactiorem huius animalis descriptionem legere cupit, adeat Ouidium, vbi F fabulam rusticorum lyciorum in ranas conuersorum exarat; inquit enim.

In gelidos resilire lacus, sed nunc quoq; turpes *lib. 6. Met.*
Litibus exercent linguas, pulsoq; pudore
Quamuis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant,
Vox quoq; iam ranca est, inflataq; colla tumescunt,
Ipsaq; dilatant patulos conuitia rictus,
Terga caput tangunt, colla intercepta videntur.
Spina viret, venter pars maxima corporis albet,
Limosoq; nouc saliunt in gurgite ranæ.

Quoad partes internas. Plinius scribit ranis linguam, instar linguæ infantium adhærentem inesse, intimam verò gutturi applicari, qua vox emittitur. Lienē, ex eodem Plinio, vt reliquæ quadrupedes ouiparæ, valdè exiguum habent. Earum hepar ex sententia Belonij, in tres lobos distinctum est, sub quo vna vtrinquè pulmonis pars conspicitur spumosa, & minimè sanguinea; qua de causa huiusmodi animalia minimè sitiunt. Intestina nodulis intercepta sunt. Demum testes, & cætera interna membra reliquis animalibus terrestribus similia. Hic igitur figuram ranæ fluuiatilis fœminæ maculis nigris, & viridis, maculis obscuris, nec non sceleton pronum, & supinum exhibemus. *In hist. aquat.*

G

1 Rana fluuiatilis fœmina maculis nigris.
2 Alia viridis maculis obscuris.



Ranæ Sceleton pronum,& ſupinum.



NATV-

E

NATVRA, ET MORES.

NAtura ranis carnem laxam, albidam, humidam, consequenterquè ad putredinem paratam communicauit. Vnde Porta non immeritò tradit eos, qui frequenter vtuntur huiusmodi carnibus, colorem amittere, & corpus putrefactioni aptum reddere. Vtrum postea id à natura comparauerint (referente Alberto) vt Augusto mense labia ita compressa habeant, vt etiam aliquo instrumento reserari minimè queant, nondum exploratum est. Hoc quidem veritati consonum recitat Mizaldus à rana alicui loco diutiùs pectore incumbente, subtus latentem aquam denotari. Præterea ranas in aqua versantes, nisi aliquandiu spirent, interire scribit Aristoteles. Ideo non est mirandum, si vt plurimum supra aquam cernantur. Immò id à natura insitum habent, vt aquas tepidiores ament; quare in frigidiores coniectæ fontes, statim obmutescunt; translatæ verò in calidiorem paludem vocales fiunt. Hæc igitur est causa, propter quam æstiuis F tantùm mensibus coaxare solent, & aduentante hyeme occultantur. Hinc Augustinus Busbequius iter faciens Serigonium versus, ingenti tenebatur admiratione, dum ranas mense Decembris, & Cœlo frigido, coaxantes audiebat. Postmodum ab incolis intellexit illas aquas stagnantes, ob viciniam mineræ sulphureæ, perpetuò tepore refertas esse. Alioquin, vrgente bruma, mutæ sunt, & æstate sub diluculum, quia aer aliquan tò frigidior redditur, silere solent. Id eleganter innuit Reusnerus in Paradiso poeticoum ait.

lib. 3. Phyt. cap. 16.

Centur. 8.

lib. 7. de hist. Anim. c. 2.

In Hodœpo.

Sponte coaxantes nocturno tempore ranæ,
Dum matutinus surgit Apollo, silent.

Prædictis addamus, quòd natura ranis tantam ingenerauit aquæ lætitiam, vt imminentem pluuiam præsentientes, iustò clamosiores euadant. Aratus autem scribebat à ranis imbrem præsagiri, cum aquam reddi frigidiorem senserint. Vel vt alij volunt, quia cum aquis pluuijs tanquam dulcioribus delectentur ob impendentes imbres coaxando exhilarantur; hoc autem fieri tantùm æstiuo tempore certum est, cum hyeme, sub terra condantur, cuius argumentum est, quoniam verno tempore nõ solum ranarum fœtus, G sed etiam ranæ adultæ conspiciuntur. Hinc colligimus non esse adhærendum asserto Plinij, qui prodidit ranas tanquàm ex putredine ortas brumali tempore interire, & Vere aduentante, denuò renasci. Quam sententiam Poetæ tantùm fouere solent. Cum canat Reusnerus in Paradiso poetico hunc in modum.

Cernimus enectas hyberno tempore ranas,
Mortua mox verno corpora Sole leuant.

Insuper nonnulli attestantur à natura, ranis tantam verecundiam cõgenitam fuisse, vt pudoris studiosæ in propatulo nunquam admisceantur. Ideirco, cum in aquis coire neH queant, noctu tantùm, exeuntes mutuo complexu cohærent. Nos autem id timori attribuendum esse existimamus. Cæterùm Aelianus ranis solummodo Aegyptijs aliquam ingenij solertiam assignat: dum nantes, & Natricem illis occurrentem conspicatæ frustum arundinis obliquum mordicus apprehendunt, ne ab hoste accedente deglutiri possint.

Tempus congressus.

LOCVS CIBVS.

IN Flandria, & Germania ranæ passim reperiuntur, in Anglia verò, Gesnero teste, v iridi colore præditæ non conspiciuntur. Immò cuiuscunqu è coloris sint, illic non eduntur. Totam etiam Italiam ranæ incolunt; sed maior earum copia in Longobardia, & in territorio Bononiensi stabulatur, vt Scappius in opere de re cibaria optimè animaduertit. Verùm Belonius tradidit, quòd in locis humilibus, & irriguis Aegypti tanta est ranarum frequentia, vt, nisi à ciconijs illuc aduolantibus vorarentur, omnia ferè loca ijs scaterent. Hac de causa Aegyptij ciconias magni faciunt. In Cyrenaicis locis, vt annotat Porta, multæ ranæ, sed mutæ versantur, quemadmodum, & in Seripho Insula, quocirca Inco-

lib. 2. observ. cap. 30.

lib. 2. Phyt. cap. 4.

læ

læ gloriantur id munere Perſei factum fuiſſe, qui cum capite Meduſæ rediens, longoq; A
itinere feſſus prope lacum cubans, à ſomno capiendo ranarum ſtrepitu cum impediretur, Iouem rogauit, vt coaxantes beſtias interpellarent. Ideoquè precatione exaudita, ranæ Seriphiæ perpetui ſilentij condemnatæ fuerunt. Theophraſtus autem id tanquam fabulam explodens harum ranarum ſilentium aquarum frigiditati aſſignauit. Si locum magis peculiarem harum beſtiarum meditemur. In paludibus libenter degere inueniemus. Vnde Baptiſta Mantuanus canebat.

Atra palus, vbi ſunt anguis, vbi rana coaxat.

Verùm, teſte Plinio, libentius in illis aquis verſantur, in quibus iunci, & arundines vireſcunt, & vua creſcit. Ideo Reuſnerus de hac ranæ peculiari loco in Paradiſo poetico ſic cecinit.

Vlna ſub ſterili moltia regna colo.

Quibus herbis gaudeant.

Verum tamen animaduertendum eſt, quòd ranæ non ſolum aquis paluſtribus, ſed etiã fluentibus delectantur. Immò in illis, quæ nunquam gelu concreſcunt, omni anni tẽpore (teſte Geſnero) reperiuntur. Hinc ſententiam Plinij à veritate alienam eſſe colligimus, qui vitam ſemeſtrem ranis attribuens, eas Vere de limo naſci, & Autumno interire opinabatur. Itaquè ranæ omnibus locis humectis indiſcriminatim delectantur. Quare aliquando accidit, vt in locis bituminoſis, Naphta vnà cum aqua ex montium ſcatebris diffluens ſua viſcoſitate huiuſmodi beſtiolas coercens includat. Etenim Daniel Hermannus de rana, & lacerta ſuccino Pruſſiaco inſitis ſic canit. B

At natura parens rana, tremulq́; lacerta
Electro incluſis tumulum conſtruxit odorum.

Ranam autem electro incluſam ſic eleganter deſcribit dum ait.

Aſpicis vt ſtet adhuc illeſo corpore rana,
Rana gerens viridem, ceù nuper nata colorem.
Vt pedibus diſtenta eſt, vt torumq́; tuetur
Lumine diſtorto, & ſaltum velut vſq́; minatur,
Et quaſi contendit patulas exire ſub auras.
Abnegat electri maſſa indurata regreſſum.

De victu, hoc notius eſt, quàm vt debeat exponi, ab ipſis animalcula innatantia deglutiri. Capiuntur etiam apes ad aquam accedentes, vt Ariſtoteles ſcriptum reliquit. C
Mortuam talpam tam ranæ, quam buſones comedunt, vt Albertus obſeruaſſe fatetur; imnò terram, more ruberarum, aliquando vorare nonnulli aſſeuerant. Forſitan etiam herbis veſcũtur: vnde nomina illa in Batracomyomachia ranis impoſita ortum ducunt, vt Praſſophagos, Calaminthius, & ſimilia.

VOX, COITVS, PARTVS.

APud Ariſtophanem in ranis πολύκολυμβα μέλιτῶν βάτραχων cantilenæ dicuntur, quas ranæ nantes ſæpius edunt. Item apud eundem, legũtur hæ voces, quæ perbellè ranarum ſonum imitantur βρεκεκεκέξ κοαξ κοαξ. D
Vnde coaxatio Latinorum dimanaſſe videtur. Et Author Philomelæ de hac voce ſic canit.

Garrula limoſis rana coaxat aquis.

Κραζω clamo verbum eſt apud Græcos, quod etiam de voce ranarum proferri poteſt. Ranam gracidare inquit Alunnus. Ranam quoquè rabire protulit Vincentius in Speculo naturali. Sed omnes hæ voces ad ſonum ranarum exprimendum per onomatopœiam fictæ ſunt. Cæterùm ὀλολύζειν propriè eſt flebili miſerabili, & muliebri voce clamare. Ariſtoteli autem ὀλολυγὼν vox dicitur, quam ranæ mares effundunt, dum fœminas ad congreſſum vocant. Theodorus Gaza ololygmem vertit. Alioquin, ex Alberto quando ranæ læduntur, vocem, inſtar formidantis muris exilem edunt. Quoad congreſſum, Ariſtoteles retulit ranas veluti cæteras quadrupedes ouiparas, mare ſu peruenientè, permiſceri. Deinde oua, & non animal parere; quicquid dixerit Ouidius.

lib. 12. c. 6.

Semina

E *Semina limus habet virides generantia ranas.* *lib. 15.*

Nam fortè opinionem Plinij sectabatur qui à ranis carnes nigras partu edi scriptis mandauit, quas oculis tantum, & cauda insignes, gyrinos vocauit, moxq; ranarum formam adipisci affirmauit, dum, cauda in duos posteriores pedes finditur. Addidit etiam *lib. 9. ca. 2.* semestri spatio eas in limum resolui; ex quo denuò, accedente Vere, renascuntur. Huic Plinianę opinioni in primis experientia refragatur, siquidem illę carnes nigrę caudatę non sunt ranarum fœtus; cum ranę ab onis verno tempore excludantur; quemadmodũ Rondeletius in libro de Paluſtribus optimè, & eleganter docuit. Deinde non est veritati consonum, quod semestri spatio pereant, cum in aquis calidioribus tàm hyeme, quã æstate, ranę versentur, vt paulo ante exaratum fuit. Prętereaquod, accedente Vere, non modo recentes ranarum fœtus, sed etiam veteres ranæ natantes conspiciuntur: quare veritas Plinij ad generationem ranæ temporariæ se extendere videtur, quæ ex putredine cito orta, post breue temporis spatium, interit. Itaq; ranæ pariunt, & educant in sicco, quapropter circa ripas stagnorum, & paludum oua continuò veluti filo sibi inuicẽ cohærentia effundunt, quæ intuentibus, ex Bellonio, nigræ carnes veluti minutim concisę videntur; Ex quibus postmodum gyrini seu ranunculi emittuntur: hæc oua Vulgus,
F & Chymistæ sperma ranarum perperam appellant.

ANTIPATHIA, ET CAPIENDI RATIO.

DIuersa animalia agrestì odio ranæ prosequuntur, in primis aues, nempè ciconias, quoniam ab illis deuorantur, iuxta illud.

Candida, & obstreperis inuisa ciconia ranis.

Cycnum quoq; abominãtur; nam Michael Glyca scribit hanc auem esu ranarum ab affectione quadam sibi interdùm molesta liberari. Buteo etiam ex Aristotele, & Oppiano, ranis inuisus esse perhibetur. Amplius à nonnullis quadrupedibus ranæ acerbissimo odio dissidentiunt, nimirum à salamandris, cum quibus, ex Textore, sæpissimè præliantur. Imnò odio habent mustelas rusticas quas purorios
G vocant, siquidem aliquando plures ranæ in cauis arborum à prædictis belluis con- *Tom. 2. off.*
gestæ inueniuntur. Cæterùm in odium anguillarum, sed potissimum lucij piscis adducuntur, cum ipsis infensissimus hostis esse feratur. Iuxta illud Auso. alij.

——————————cultor
Stagnorum querulis vis infestissima ranis,
Lucius, obscuras vlua, caneq; lacunas, *Lucius pisces voratur ranam.*
Obsidet.

Hydrus Dioscoridis, seu Chersydrus Nicãdri anguis quidam est, quem latini natricem vocitant. Is aquas subit, & piscibus, sed præcipuè ranis insidiatur. De quo Vrigilius in Georgicis sic ait.

——————————Piscibus atram
Improbus ingluviem, ranis garrulis explet.

Quare non sine ratione ranę ab hydro hostili animo dissentientes, ipso conspecto, statim clamitant, vt Aelianus, & Volaterranus attestantur. Denique cum igneo splendore ma
H ximam habent antipathiam, cum noctu, accensis circa aquam facibus, non coaxent. Africanus igitur in Geoponicis affirmat, ad prohibendum nocturnum ranarum clamorem, nullum securius præsidium esse, quàm marginem aquarum pluribus luminibus exornare. Mizaldus quoquè hanc sententiam stabiliens se Parisienti cuidam Præsidi de illarum molestia conquerenti optatum experimentum confirmasse testificatur. Huius igitur *Cent. 9. Memor.*
proprietatis non ignari piscatores, noctu cum lucernis ad aquas accedunt, nam ranæ, viso splendore, tamquam attonitæ de loco non mouentur, sicquè manibus facilè capiuntur. Alij in capiendis ranis fuscina vtuntur, qui modus multis non arridet, quoniam lacèrantur. Pueri in Germania (referente Gelnero) rubicunda lana, aut panno rubeo ad hamum alligato, ranas comprehendunt. Hodie nostri piscatores lumbrico in hamis posito ranas inescant. Alij pelle ranæ hamum cooperientes ranas decipiunt, & capiunt. Denique ex Aeliano, verbasci, tithymali, vel nucis folia in lacũ mijciantur, & ranæ necantur.

EPI-

A

EPITHETA.

RAnarum epitheta à tribus præcipuis, nimirũ à voce, à loco, & à figura desumuntur. Ratione primi tamẽ Latini loquacẽ, garrulam, querulã, blateranã, obstrepentẽ canorã, coaxantem, coaxatricem, raucã, & crepitantẽ cognominarunt. Hac de causa Græcis Βάτραχος ἀοιδὸς cantor vocitatur à verbo ἀείδω cano. Item φιλῳδὸς cantus amator apud Aristophanem in ranis dicitur, & tandem φυσίγναθος buccas inflans, vt in Batrachomyomachia legitur. A loco, Latini ranam palustrem, aquaticã, stagnicolam, paludicolam, & paludigenã vocarunt. Item Græcis ὑγρόβιος ab humiditate, qua delectatur. Amplius ὕδατοτρεφὴς, quia in aqua nutriatur. Apud Aristotelem Βάτραχος ἕλειος nominatur ob paludes, in quibus versatur. nam ἕλος paludem significat. Alijs ob eandem rationem ἑλειόβιος dicitur. Deinde ob colorem, & figuram Latinis, viridis, virens, & turpis indigitatur. Demum Græci ab alijs item proprietatibus alia epitheta inuenerunt. Quando-

B

Nomina ranarũ epithetis adscribẽda.

quidem φιλοιμβρίας pro φιλόμβρος βάτραχος, nempè amator pluuiæ in Epigrammatibus græcis nuncupatur. Item νωλὴς, scilicet segnis, in Alieuticis Oppiani exponitur. At ὑδροποτῶσα aquarum rẽgina, λιμνόχαρις paludibus gaudens, πρασοφάγος porum comedens, vel potius illã algæ speciem, quæ πράσον dicitur, & similiter vt πολυφάγος, κραιπαλοφάγος, καλαμίνθιος, sunt nomina ranarum ficta in poemate Batrachomyomachiæ, quæ epithetis ranarum addi posse arbitrati sumus.

DENOMINATA.

SAlamandram botracem, quasi batracem denominari multi Authores autumant: quoniam hoc animal faciem ranæ præseferat, quam Græci Batrachon nuncupant. Ranula vox est apud Latinos, quæ a rana, veluti βατράχιον apud Græcos à βάτραχος deducitur, quæ paruam ranam, nempe ranunculum significat. Quamuis Cicero, per iocum, Velebrenses ranunculos appellauerit, quoniam tanquam ranæ clamarent. Rani populi sunt Scythiæ,

C

seu Sarmatiæ Caucasi montis accolæ in Colchorum confinio, quorum meminit Plinius.

lib. 6. cap. 7.

Hi autem vtrum à ranis denominationem fortiantur, non constat. Sr herbas meditemur à ranis denominatas; prima facie se se offert ranunculus. quod vocabulum, licèt primò paruam ranam denotet, tamen significat etiam herbam in locis palustribus nascentem, ita nuncuparam, vel quia sub eius folia ranæ frequenter inueniantur, vel quia more ranarum, locis humectis delectetur. Huius plantæ quadraginta quatuor species Clarissimus Bauhinus in Phytopinace exhibuit. Ranunculus igitur herba, ratione figuræ foliorum, & ratione loci ab aliquibus Botanicis apium raninum appellatur. Illa autem geranij species, quæ quarto loco a Matthiolo describitur seu geranium balsaminum Cesalpini, à Bauhino geranium batrachiodides, quasi ranunculoris denominatur, non quia in locis humidis nascatur, vt ranunculus. sed quoniam huius geranij folia, ranunculi herbæ figuram æmulantur. Plantaginem aquaticam in paludibus, & stagnis crescentem Germani (referente Gesnero) cochlearium ranarum cognominant. Quædam Nymphææ species parua, & rotunda folio prædita, & in aquis prouenies, Botanicis morsus ranæ nominatur. Denique florem acãthi, florem raninum appellare non esset absurdum, quandoquidem huiusmodi flos rictum ranæ apprimè repræsentat. Loca à ranis denominata non sunt silentio inuoluenda. Etenim Batrachium, & Phænicium fuisse Atheniensibus Diacasteria, nempe Tribunalia a coloribus ita nuncupata, author est Pausanias. Itẽ Palatium Neronis Lateranense fuit nuncupatum, non à latere plagæ Septentrionalis, vt nonnulli volunt, sed à rana, quam Nero ibi latentem peperit, quemadmodum Martinus Polonus in libro de Romani Imperij exordio enarrauit. Non desunt doctissimorum virorum opera, quæ à ranis denominationem, & inscriptionem inuenerunt. Primùs se se offert Batrachomyomachia poema iocosum, & Homero adscriptum, in quo ranarum, & murium certamen eleganter describitur. Huius meminit Martialis dum inquit.

D

Geranium quartum Matth.

Flos Acanthi.

Loca à ranis denominata.

Per-

Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Præterea, apud Aristophanem, perpulchra extat comœdia, quę inscribitur Βατραχοί, nempe ranę, in qua fingit ranas stygię paludis coaxatu suo transcunti Bacchio accinere; quem ad inferos proficiscí poeta fabulatur, vt ad Superos Euripidem reuocaret, cum in hoc orbe nullum bonum poetam tragicum inuenerit. Succedit Βατραχὶς χλανὶς consideranda, quę vestis a colore ranæ nomẽ traxit, si veritatem fassus est Pollux. Scholiastes etiam Aristophanis docet Batrachidem esse genus vestis florídę à cõlore viridi, qualis in ranis conspicitur. Huiusmodi etiam colore, ante inuentas personas, olim humana facies linibatur. Batrachites quoq; lapidis genus apud Plinium esse perhibetur, ita denominatum quoniam colore ranę sit refertum. At βατραχίζω denotat in modũ ranę nato, vel potius more natantis ranę extendor. Hoc legitur apud Hippocratem, vbi de membrorũ luxatione verba facit. Batrachion deniq; apud chymistas (referente Cęlio) est quidam liquor in confectione auri, qui ex latice diuino computrescente dimanat. Alioquin apud Petrum de Tussignano medicum, Batrachion inter abscessus pestilentes reponitur, qui à materia venenata originem trahunt.

li. 16. Epigr. 183.

lib. 33. c. 10.

PROVERBIA.

MVltifarię ranarum proprietates multis etiam adagijs ansam prębuerunt. Etenim si considerentur ratione loci. Primò solet dici *Ranarum more*. De illis, qui solo potu absq; cibo viuunt. Recitatur aliud adagium à Suida, & à Diogeniano. *Ranis vinum præministras.* Proferturq; in illum, qui non necessaria suppeditat; nam ranis nihil opus est vino, cum aquis tantùm gaudeant. *Rana aquam.* Supple ministras: Quando desiderata alicui prębentur; quemadmodũ si aliquis natura bibax ad potandi certamen prouocetur, vel si homini loquaculo narrãdi materia suggeratur; quamquam hoc etiam enuntiari possit de illo, qui aquæ immodica vinum diluit, itaut bibentes non vinum sed aquam, more ranarum, potare videantur. De illo potest etiam hoc proferri. *Dignus qui ranis ministret.* Quotiescũq; vini ministrator de vinò aquoso reprehenditur. Ratione vocis hoc adagium recitatur. *Rana seriphia.* De homine elingui, & prorsus imperito; cum in Seripho ranę mutę, versentur. Seriphus vna est insularum quas Græci Sporadas vocant. De harũ ranarum proprietate verba Plinij conuenire non videntur; siquidem altero in loco ranas in Seripho mutas esse, in altero verò huiusmodi ranas in Scyrum delatas vocem nõ edere assueuerit, quasi innuere videatur in Seripho vocales esse. Attamen animaduertendum est verba Plinij nulla premi controuersia; nam Seriphus ranas quidem habebat mutas, easquè tanquã rem prodigiosam in Scyrum asportabatis; quas cum Scyri mutas admirarentur dicebãt Βάτραχος ἐν Σερίφῳ quæ voces in proverbium abierunt. Amplius ex vilitate huius animalis alia emergunt adagia, vt. *Minus de his labore, quam de ranis palustribus.* Hoc effertur, quando de negocijs agitur, quæ ad nos nihil spectant. Potest étiam enuunciari in obtrectatores, quorum oblocutiones tanti faciendæ sunt, quanti prætereuntes clamorem ranarum pendunt. *Rana in paludem resilit, vel aurea sede relicta.* Hoc promulgandum est in viros ignobiles, qui ad dignitates euecti natiuos mores non deponunt, quãobrẽ de his potest proferri aliud apud nos vulgatissimum. *Rana è limo extrahi nõ potest.* Tandem pronunciatur adagium sumptum ab informi ranarum partu, quem Græci gyrinum vocant. *Rana gyrina sapientior.* Conuenit hominibus stolidis, & fatuis, quoniam, cũ ranę affingetur loquacitas, quę stoliditatis comes esse perhibetur, minimũ mẽtis inerit gyrinis, qui nondum animalia esse deprehenduntur. Prætei explicatorum ordinem tria adhuc recitanda supersunt vt *rana cum locusta* de certamine admodum impari, vel vt alii scribunt *rana cum grillo.* Quod de maximè dissimilibus enunciatur; nam grillus est animal musicum, molliterquè stridens, & à delicatis hominibus, ad conciliandum somnũ, maximoperè expetitum; cum rana vocis importunitate molesta sit. *Rana conculcata tandè coaxat.* Gesnerus trádit hoc prouerbium Incolis Germaniæ inferioris esse valdè familiare, huiusquè sensum conuenire cum illo. *Furor fit læsa sæpius patientia.* Et hæc de adagijs ad ranas attinentibus satis, superquè dicta sint.

Homo imperitus rana seriphia cõparatus.

Prouerbium Bonariense.

PHE-

PHRENOSCHEMATA, & Symbola.

QVidam ingenij acumine præditus contemplans timidam eorum naturam, qui negocia difficilia adoriri non audent, figuranit ranam ſecus fundamentum parietis, illius faſtigium intuentem, cum hoc Dicto, ASCENDERE CVPIO, SED CASVM TIMEO. Perciuallus narrat à quodam viro nobili, & acrimonia ingenij inſignito effigiatum fuiſſe lacū multitudine ranarum refertum, cui addidit hoc Dictum HEV' VOCE PRAEDICVNT. Etenim cum notum ſit ranas iuſtò clamoſiores pluuiam prænunciare, volebat fortè innuere tandē futurum eſſe, vt lacrymari cogeretur: cum pluuia pro lacrymis ab Authoribus identidem vſurpetur. Lucas Contilis ſcriptor Italicus delineauit ranam fruſtum calami mordicus tenentem, Hydroquè obuiam euntem, cum Dicto huius tenoris. VIRTVTE NON VI. Habemus enim ab Aeliano, id à ranis tantùm Aegyptijs præſtari, ne ab Hydro deglutiri poſſint. Docet igitur Author hoc phrenoſchema fuiſſe cuiuſdam Academici CIRCVMSPECTI nuncupati, quo ſignificare volebat, quandoquè prudentia hominis abiecti, & infimi, potentiorum malitiam ſuperari. Inter ſymbola primas tenet illud Mœcenatis, in cuius annulo effigies ranæ cōſpiciebatur. Vnde poſtea dimanauit illud vulgare aſſertum, ranam Mœcenatis multis fuiſſe timori (cum tamē rana nihil timidius inueniatur) ob authoritatem Mœcenatis apud Cæſarem Auguſtum. Itaquè M. Claudius Paradinus ad hoc alludens effigiauit ranam hoc Dicto coronatam. MIHI TERRA LACVSQVE. Cum Cæſar Auguſtus terræ, mariquè gubernacula Mœcenati commiſiſſet. Cæterùm cuius generis fuerit illa rana, quæ ſigillum Mœcenatis exornabat, inter authores ſententijs variatur. Alij tradunt fuiſſe iconem ranæ Seriphiæ ad indicandum ſilentium, quod in publicis arcanis ſeruandum eſt. Alij fuerunt huius opinionis, prædictam effigiem fuiſſe ranæ rubetæ, qua delata in frequentiam ranarum obſtrepentium, illicò omnes conticeſcunt. Alij demum prodiderunt non buſonis, ſed ranæ vulgaris iconem in ſigillo Mœcenatis impreſſam fuiſſe, in monumentum Cæſaris Auguſti, qui adhuc puſio in Auito ſuburbano ranas obſtrepentes ſilere iuſſerit. Huic commento adeò fauit Antiquitas, vt ranas ibi coaxare negauerit, quaſi adhuc tanti Principis Imperio obſequantur. Ad finem Ruſellius ranam coaxantem ſymbolum literæ R. eſſe pronunciauit.

In lib. de Inſign.

In Heroic.

In lib. de memorab.

FABVLÆ, ET APOLOGI.

NArrat Ouidius quondam Cererem cum Proſerpina, fedandæ ſitis gratia, ad quendam fontem acceſſiſſe, cui Lycij ruſtici pedibus aquam perturbantes impedimento fuerunt; immò ad illuſionem turpem quendam ſonum in eam ore effuderunt, ideirco Dea vehementem colligens iram, eos transfiguranit in ranas, quæ hodie etiam ad illius ſoni imitationem, coaxare ferantur. Huc igitur fortè reſpiciens Virgilius cecinit hunc in modum.

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

lib. 1. Georg.

Hinc forſitan elici poteſt expoſitio iconū, quæ in paruo numiſmate conſpiciuntur; quod teſte, Pierio, Romæ apud Maffeos exiat, in cuius altera parte ranæ effigies, in altera verò Deæ pharetratæ ſimul acrum videtur. Quid ſimile prædictæ fabulæ recitat Petrus Martyr de Indis. Scribit enim fœminas vnius Inſulæ olim infantes ſecus aquas deturliſſe, ſed matribus ob timorem quemdam diſcedentibus, miſelli in ripa iacentes fame oppreſſi *Toa, Toa*, ideſt Mama, Mama clamitantes in ranas tranſmutari fuerunt. Hac de re Indi referunt, quòd ranæ verno tempore prædictas voces edunt. Occaſione vocis ranarum, Ieo perhibetur, audita rana clamitante, ſtatus aliquòd magnum eſſe animal, ad vocem vociferantis conſtitiſſe; ſed propius accedens, ranam è limo egreſſam incaute conculcauit. Hac fabula moncmur ne ſola animantis audita voce extimeſcamus.

lib. 9. Dec. 1

Inſuper

E Insuper ex Phrigio fabulatore habemus, quod duæ ranæ vicinæ erant, quarum altera in stagno non procul à via, altera verò in modico aquæ fecus viam stabulabatur. Verùm stagnicola alteram sæpius inuitauit ad stagnum, u: tutiori cibo frueretur, sed hæc ob sir missimam loci consuetudinem semper renuit. Accidit autem vt à curru transeunte conculcata perierit. Apologus indicat quandoquè homines in prauis negocijs versantes potius interire, quàm ad meliorem frugem reduci. Rursus duæ ranæ, siccata palude, ob diuturnam æstatis ficciratem, nouam sedem quæritantes, tandem præaltum puteum inuenerunt. Tunc altera dixit, in hunc descendamus oportet, vt æstiuos dies transigamus. Altera autem respondit. Si contingat, vt aqua huius etiam putei (quod sæpius in magno æstu accidere solet) aruerit, quomodò inde poterimus ascendere? Fabulator, hoc apologo, declarat non oportere negocia inconsideratè aggredi. Iterùm ranæ omnes simul congregatæ Iouem ex corde deprecatæ fuerunt, vt Regem humido ranarum Regno præficeret. Iupiter, auditis precibus, longam trabem in aquas dimisit, ad quam, ranæ salutatum regem accedentes, inutile lignum esse inuenerunt. Quare denuò, pro nouo Rege, Iouem instanter rogauerunt, qui indignatus Colubrum immensæ magnitudinis ad ranas misit, qui per aquas vagans modò vnam, modò alteram deuorabat. Tunc ranæ conspectum Tyranni vitantes, se sequè occultantes ad Iouem, pro delendo Rege, confugerunt. Ex apologo percipimus à degentibus in statu quieto alienum non esse inquirendum. Demùm ex fabulis Aesopicis habemus, quòd rana à palude egressa bouem in pascuis conspiciens, illius molem admirata est, & illi similis fieri cupiens, continens flatum adeo intumuit, vt media disrupta sit misera. Ex fabula discimus neminem inferiorem ad superiorem, vel maiorem debere se comparare. Idquè eleganter hoc distycho concluditur. *Apologi Duarum ranarum.*

Cum maiore minor conferri desinat, & se
Consulat, & vires temperet ipse suas.

Supereslèt Apologi de ranis, & leporibus, necnon de rana, & mure recitandi, qui omittuntur: cum in proprijs capitibus scilicet de Lepore, & mure legi possint.

HIEROGLYPHICA.

G AEgyptij sacerdotes cuiuscumquè rei imperfectionem designaturi, ranam pingebant, cum huius generis animal in sui primordio indistinctæ figuræ esse perhibeatur. Hac eadem ratione motus Orus Apollo, ad significandum embrionem, ranam effigiabat. Immò, apud eumdem authorem, legitur, quòd homo diuturniori tempore pedibus laborans, & tandem incedendi beneficium consequutus, per iconem ranæ posticos tãtum pedes habentis intelligebatur, cum rana, postquam nata est, aliquãdiu sine pedibus viuere dicatur. Amplius ab Aegyptijs homo inuerecundus per figuram ranæ denotabatur. Aiunt enim inter partes ranæ solos oculos sanguine refertos esse. Qui autem sanguineos habent oculos, ex Aristotelis sententia in Physiognomonicis, inuerecundi, & audaces esse feruntur. Pariter hieroglyphicum curiositatis, delineata rana, designabatur. Homo enim nimia diligentia dicta, factaquè aliena inuestigans, curiositatis vitio taxatur; & quoniam ranæ H oculos valdè prominentes habent, vt commodè omnia intueri possint; hinc fit, vt quodammodo curiositatem præseferant. Immò homines huiusmodi oculis insigniti dolosi, stolidi, & importuni, vt plurimùm habentur. Alij (referente Pierio) ad silentium demonstrandum, multitudinem ranarum, in cuius medio sit bufo, pingebant; nam compertũ est ranas obstrepentes ab introducto bufone statim conticescere. Hinc multi colligunt rationem, propter quam Mœcenas in sigillo, iconem bufonis habuerit, vt paulo ante fuit expositum. *lib. 1. de Hieroglyph.*

MIRACVLA.

cap. 8. & 9. IN Exodo à ſummo rerum omnium Opifice ranas ſuprà vim naturę productas fuiſſe legimus, Vbi hęc habentur verba. *Dixitq; Dominus ad Moiſem. Die ad Aron. Extende manum tuam ſuper fluuios, & ſuper riuos, & paludes; & educ ranas ſuper terram Aegypti, & extendit Aron manum ſuper aquas Aegypti, & aſcenderunt ranę, operuerunt́q; terrā Aegypti.* Motus igitur Deus iniquitate regis Pharaonis, populum hebraicum dimittere nolentis, plagam ranarum Aegypto immiſit, quarum vis immenſa eorum rerram populabatur. Quin & domeſticum victum ranę fædabant, dum in eſculentis, & potulentis inueniebantur. Immò in cubilibus oberrantes, vbiq; putorē exhalabant, pro Hebreis contra Aegyptios bel. ligerantes, & quamuis maxima pars Ranarum aquatiliū fuerit, vt ſacra teſtatur pagina, putat tamen Abulenſis, prętер illas, Deum produxiſſe alias magis tumentes, & colore, & figura deformiores, nempe rubetas, quę ceſſante plaga, perierunt; cum reliquę ad ſe-
lib. 3. des ſuas aquatiles reuerſę fuerint. Ex M. Marulo Spalatenſi habemus, quòd Regulus Epiſcopus Sancti Ioannis Apoſtoli diſcipulus, in Gallia, cæleſtis frumenti granum oppidatim diſſeminabat, & plurimis baptizatis, fructum vberrimum in horreis Eccleſiæ recondendum curabat. Cæterùm cum apud quemdam vicum, ad magnam virorū, mulierumq; frequentiam, concionem habiturus ſuggeſtum aſcendiſſet, ranarum in proximo lacu coaxantium ſtrepitu præpediebatur, ne commodè à circumſtantium corona audiri poſſet. Itaquè vt ſilerent ranæ imperauit, atquè deinceps in illo lacu nullam ranam vocalem eſſe aſſeuerant; quia tunc non ſolum ranæ obmutuerunt, ſed etiam homines
Miraculum S. Bennonis. Chriſti fidem confiteri cœperunt. Idem miraculum à Sancto Bennone patratum fuiſſe Surius teſtificatur. Solebat enim vir Dei non nunquam orando, & meditando, agros circumire. Is cum aliquando ad paludem peruenisſet, in qua multæ ranæ coaxantes verſabantur, ne contemplantem interturbarent, mutas eſſe iuſſit.

MYSTICA, ET ALLEGORICA,

DIuus Auguſtinus agens de Conuenientia decem præceptorum, & decem plagarum Aegypti, per ranas homines loquaces, Hæreticos Philoſophos, & Magos myſticè exponit. Inquit enim notam eſſe Magorum, vel Hæreticorum prauitatem, ſi conſideretur ranarum loquacitas. Nam ranæ in limoſis paludibus clamant; ſic ipſi per ſuperbiam, & inanes contētiones, ſtrepitum vocum habere poſſunt, doctrinam autem veræ ſapientiæ non poſſunt inſinuare. Qui enim Chriſtianæ veritati repugnant, ſua vanitate decepti, ranæ ſunt, tædiū auribus, & non cibum mentibus aferentes. His addamus, quòd tantùm diſtant Doctores veritatis à pſeudoprophetis, quantum ranæ à Sanctis hominibus. Nam pſeudoprophetæ veluti ranæ ignaros impediunt, ne quieto pietatis cultu diuinam veritatem percipiant. Gregorius Niſſenus in vita Moſis tradit, ranas, quę Aegyptiorum penetralia fædarunt, & Hebreos nō vexarunt, myſticè ſignificare varios malitiæ, & corruptionis fœtus, qui ex fœtido hominum corde tanquam ex putrido limo naſcuntur. Viros autem probos minimè lædunt. Lauretus in Sylua Allegoriarum ſcriptis mandauit, ranas aſcēdentes ad Aegyptiorum domicilia denotare cauſidicos, & aduocatos ſua loquacitate cauſas iniuſtas defendentes. Idem Lauretus prodit etiam ranas illas indicare Infectationem quam Dei Eccleſia, Domitiano imperante, paſſa eſt. Deniquè nonnulli aſſeuerant ſponſionem ranarum delendarum à Moſe factam, myſticè deſignare curam amouendi loquaces, & perturbatores à Republica. Ad finem, in ſacris litteris, ranæ ſimulacra cacodæmonum eſſe feruntur. Cum legatur apud Ioannem. *Et vidi de ore Draconis*
lib. 1. Apoc. *ſpiritus tres immundos in ranarum ſimilitudinem.*

MO-

E

MORALIA.

HOmines, qui in hoc terrarum orbe omnis generis labem contraxerunt, ranis possunt assimilari; nam quemadmodum ranarum aliæ inter frutices, aliæ in aquis versantur, ita peccant: um alij frutices diuitiarũ, alij aquas deliciarum incolũt. Immò veluti rana amphibium est animal partim in terris, partim in aquis degens: similiter peccans in terra auaritiæ, & in aquâ luxuriæ, & voluptatum stabulatur. Item ad instar ranarum vociferatur, dum cuaginata lingua famam, & honorem alienum prosequitur. Amplius sicut rana cauda caret, ita peccans nulla exornatur cauda; dùm monumentum mortis caudam denotantis antiquat, quod apud peccantes nunquam esset delendum. Si particulares criminosos contemplemur. Detractores ad ranas perbellè comparandi sunt. Etenim si ranæ in palude coaxantes ad alicuius conspectum clamare cessant; item Detractores, dum effusis habenis alicuius famam inuadunt, ipso superueniente, statim hominem lacerare desinentes, obmutescunt. Verùm ranæ comparatio, ratione clamoris, & saltus nemini peccantium magis, quam causidicis (teste Berchorio) accommodari potest. Siquidem hi magnis clamoribus quotidie coram Iudice, ad inuicem litigant, & transiliendo veritatem de cautela ad cautelam ascendunt. Sed quid dicemus de Scribis? qui, vt citius litigantium dictis paginas impleant, inter lineas illam relinquunt distantiam, quæ procul dubio, ranam natantem admittere posset. Iuxta illud distichon. *li. 10. reduc. mor.*

Scriba notat lites, inter, distantia, sulcos,
Linquitur, vt medio rana natare queat.

Insuper à Iudicibus, etiam similitudo ranæ non est remouenda. Nam si rana secundum Plinium, in os Canis proiecta illum à latratu remouet, sic ranæ nimirùm munera ora canum nempè Iudicum adeo obstruunt, vt veritatem fateri nequeant, immò & Superiorũ, vt à latratu correctionis cessent, iuxta illud Ecclesiastici. *Quasi mutus auertit correctionem.* *cap. 20.*

Eucherius notat Hæreticos potissimùm ranis assimilandos esse; quoniam in cœno vilissimorum sensuum commorantes, vana garrulitate oblatrare non desinunt. Nam exemplo ranæ vtimur, dùm aliquem garrulitate reprehendere volumus. Id præstitit Scaliger in Poematibus quando dixit.

G

Piscarum, ipsumq; sunt dua rana
In Ebusiis paludibus coaxantes.

Sunt nonnulli, vt Adamantius, qui aspera quadam seuetitate commoti poetas ranis similes esse constituunt, quoniam inani quadam, & inflata modulatione fabularum ineptias canant; cum tamen Poetæ non sint damnandi; quia, suis Scriptis doctrinæ morali mirandum in modum famulantur. Tandem non desunt, qui ranam turpitudini comparent, cum rana nihil inuenustius conspici possit. Idcirco quidam eruditus ranæ deformitatem meditans sic canebat.

Si quis amat ranam, ranam putat esse Dianam.

Ad finem exemplo ranæ Baptista Mantuanus naturam rerum non posse permutari infrascriptis versibus eleganter demonstrat, dũ introducit ranam iussu Neptuni ad aquas salsas accedentem, quibus delibatis, obmutescit, cum aquas tantùm dulces degustare soleret: *Natura rerum non potest permutari.*

H

Fortè coaxantem Neptunus ab æquore ranam
Audijt in Ragni gurgite littorei.
Tam grane miratus murmur, Tritone vocato;
Limnecharim celeri iussit adesse gradu.
Illa natans pelago, salsas vt sorbuit vndas,
Facta est amisso muta repente sono.
Iussa coaxatu Regem oblectare profundi,
Talia vix agrogunturè verba dedit.
Nostrum est ad rancos, non hic cantare lacustres,
Nos iuuat insulsi lympha quieta vadi.
Vos opus est rerum vires aduertere Dini,
Vertere naturas, est violare Iouem.

MONSTRA.

ANno Domini decimo septimo supra millesimum, & quingentesimum in Boioi regis Parrecia, in Biera sylua, via ad fontem Belçaquę, natum est monstrum ranali facie, quod visum fuit a Ioanne Bellangerio Machinarię regię chirurgo, coram Harmonij oppidi iustitię custodibus. Pater vocabatur Amadeus Parnus, mater Magdalena Sarbucata: Hęc olim cum febre vexaretur, mulieris cuiusdam clinicę consilio, ranam vinam, pro febre exterminanda, manu tandiù detinuit, donec moreretur. Vnde paulò post ad viri cōgressum venit. Hinc Ioannes Bellangerius, vir eruditus, & perspicacis ingenij causam deformitatis huius fœtus dimanasse arbitratus est. Hęc habentur apud Ioannem Schenchium in libro de monstris.

SIMVLACRA.

RAnarum simulacra fortè ab illis hæreticis magni fiebant, qui secundum Philastrium, illas coluerunt ranas, quę, regnante Pharaone, ob iram Dei, Aegyptios infestarunt. Cypselus Delphis domū quamdam Apollini consecrauit, vbi, ad truncum palmę arboris, ranę impressę erant, vt refert Chersias apud Plutarchum in Conuuio septem Sapientum. Sed cur ranę ad Apollinem attineant, non exponit. Nonnulli eruditi scribunt ranas ad Apollinem spectare posse, quatenus Sol nempe Apollo aquarum vapore nutriri videatur, vel potius vt Ortus Solis denotetur, cum Poetę Solem ab aqua scilicet ab oceano oriri fabulentur. Ferdinandus Cortes in Historia Mexicana, agens de eorum Dijs prodidit Incolas ranæ simulacrum venerari; quatenus ipsi ranam piscium reginam esse statuunt, vel quia illa vocalis sit, cum cæteri pisces voce careant, vel quia canendo homines ad capturam inuitet. Præterea Indi quàm bono ingenio valeant in artibus maximè conspicitur, & præcipuè in operibus manu diligentissimè elaboratis; sicuti licet intueri in suis Idolis ex plumis cærulcis, viridibus, & rubeis variarum auium confictis, quorum nonnulla ex Hispania nobis communicata fuerunt. Inter quæ erat simulacrum noctuæ, ranæ, lacertæ & serpentum. Horum omnium iconcs, curiositatis gratia, hic damus. Ripa pro simulacro Imperfectionis pingit mulierem in vtraq; manu ranas tenentem, cum vrsa secùs pedes fœtum lingentem, propter rationes quas in Hieroglyphicis assignauimus. Denuò idem Author ad demonstrandam Curiositatem effigiat mulierem vestibus rubris, & cærulcis indutam cum auium, & ranarum figuris; vt Curiosi desiderium significaret. Rana enim oculis magnis, & prominētibus est insignita, vt paulò ante enucleauimus.

par. 2. Icon.



1 Idolum figura noctuæ.

2 Rana, vel tubeta.

3 Lacertus.

4 & 5. Serpentes.

VSVS

E

VSVS IN CIBIS.

GAlenus de re alimentaria verba faciens, quantum valerent ranę in cibis non indicauit: cum tamen ranę coctę facilè digerantur, & bonum præbeant succum, frigidum tamen, & humidum, & paulò minus lentum carne testudinũ. Quapropter Bruyerus miratur, quòd ganea Romanorũ ranas non cognouerit. Postmodum coxę tantùm horum animalium in tenui apparatu excipi cęperant. Hodie verò totum corpus, abiecto capite, assum, vel elixum ad epularum magnificentiam trahitur. Aloysius tamen Mondella in esu horum animalium aliquid habet difficultatis. Primò quia in locis calidioribus ranas venenatas, & in frigidioribus innocentiores esse arbitratur: deinde quando in Venerem feruntur, illas omnino vitandas esse præcipit. Prædictis addit vendentiũ auaritiam: siquidem rubetas ranas, magno salutis humanę periculo, aliquando vendere non erubescunt. Amplius scribit se à quodã piscatore commonefactum fuisse, quasdam ranas, quę dempta cute, albo colore præditę sunt, minus ad cibos idoneas esse, quoniam speciem quamdam veneni præse ferant. Idcirco Coqui in examinandis ranis diligentes esse debent. Amatus Lusitanus omnes ranas tanquam venenatas à mensis arcebat; suamq; opinionem authoritate Aetij roborabat, qui palustres ranas inter animantia venenata recensuit. Verùm Matthiolus discrimen ranarum rubetarum assignans, Amatum reprehendit; siquidem harum, alię sunt terrestres, alię palustres, quę posttemę meritò ex sententia Aetij ad venenata animãtia referri debẽt. At reliquę ranę palustres sũt ediles vt quotidiana monstrat experientia. Quamobrẽ tempus comedendi ranas à mense Maio ad mensem vsq; Octobris perdurabit. Et Platina bolo, & non fuscina captas pro cibo magis commendat: coxas igitur horum animalium pelle denudatas spatio diei naturalis in aqua frigida infundit, deinde farina inuolutas in oleo frixas, & in patina positas Intinctu herbaceo suffũdit, vel fęniculi floribus, aut aromatibus inspergit. Scappius ranas deglubit, summitatem pedum: & caput amputat, in aqua fontis octo horarum spatio infundit; vt albescant, deinde polline farinę inuolutas cum oleo in sartagine assat; coctas autem sale, & modico omphacij inspersas mensis calidas imponit; nam refrigeratę duriores euadunt. Aliter ranas in oleo frixas, & in patina locatas tegit embammate ex summitatibus fęniculi, basilici, allio, & medulla panis in omphacio madefacta, parato. Quãnis Alij easdem in sartagine coctas allato cooperiant. Amplius Scappius pultem ex ranis sine ossibus parat, dum ex ranis in aqua simplici elixatis pulpam extrahit, quam cum butyro, vel oleo vnà cum tritis cæpis frigit, additquè parum aquæ, in qua ranæ elixatæ fuerunt, & cum vua spina, vel acinis vuæ immaturæ, modicoquè croco, & oleribus conficit pultem. Aliquando loco cęparum amygdala contusa vnà cum pane trito permiscet. Idem Author conficit etiam artocreata ex ranis hunc in modum. Coxas ranarum horæ dimidię spatio in compositione cæparum tritarum, & leuiter frixarum, piperis, cinamomi, croci, & omphacij collocat, postmodum in capsa ex farina, aqua subacta parata, vnà cum patulis reponit, & in furno diligenter coquit; sed in fine cocturæ, per foramen capsæ, vitellos ouorum cum omphacio dissolutos infundit; deinde paulò post abigne aufert, & mensis infert. Pariter ex ranis sine ossibus, artocreata concinnat; pridum pulpas coxarum elixatarum pulueribus aromaticis, & succo malorum aurantiorum inspersas cum butyro in prædicta capsa coquit addendo in fine cocturęper foramẽ alliatum croco tinctum cum aqua, in qua elixatæ fuerint ranæ, dissolutum. Postea artocreata huius gẽneris inter lautitias epularum locum inuenire posse opinatur.

lib. 22. de re cib.

F

In Apolog.

lib. 1. de re cib.

lib. 3. de re cib. c. 136.

G

lib. 5. c. 192

Artocreata ex ranis sine ossibus.

H

VSVS IN MEDICINA.

TOta rana, & singulę eius partes varijs humani corporis affectibus, valdè vtiles esse perhibentur. Etenim ranę, ex Plinio, fugillarionibus impositę mirandum in modum liuorem auferunt. In dolore dentium, aliqui totam ranam maxillis alligant. Alij in aceto ad tertię partis consūptionem decoquunt, vt dentes mobiles stabiliant. At Archigenes apud Galenum, hanc decoctionem in ore detentam odontalgię vtilem commendat. Item succus ranarum ex aceto decoctarum, ad mentem Plinij, anginam abolet, & tonsillis prodest. Prædicto remedio strumas etiam deleri certo experimento, ex signatura, Porta opinatur, quoniam rana collo careat. Decoctionem autem in iure piscium modo, sanare tussim Plinius pollicetur. Immò rana phthisicis, & hecticis conuenit; quare Medici in his casibus, ex pulpa ranarum, carne caponis, pineis, & saccharo massam ad instar mustaceorum coagmentari præcipiunt. Ad liberandos quartana affectos, Plinius ranas illis alligat. Sed Quintus Serenus de curatione huius febris sic canit.

B.9. de cōp. med. sec. loc.

Sed prius ęstiuo partus feruescere rana
In trinys, illoq; artus perducere succo.

Nicolaus Myrepsus ranam fluuiatilem elixat, illamquè cum iure edendam præbet, vt aqua per aluum educatur. Alioquin Plinius in dysenteria ranam cum sculla coquit, & pastillos conficit. Cæterum si in oleo elixetur, hocquè parres illiniantur, chordarum dolores sedantur, & durities emolliuntur, vt scripsit Aetius. Hoc eodem præsidio vtitur Quintus Serenus in pellendo à partibus frigore dum inquit.

Durities nernarum emollitur.

Sæpè ita pernadis vis frigoris, ac tenet artus,
Vt vix quæsito medicamine pulsa recedat.
Si ranam ex oleo decoxeris, abijce carnem,
Membra fouę.

Pariter in podagra idem præsidium Quintus Serenus magnificat dum canit.

Aut nitido rana decoctum visces oliuo.

In affectibus cutis rana mirum habere prærogatiuam dicitur. Nam Plinius ranas Igni sacro alligat, & in scabie delenda eas in aqua marina decoquit, donec decoctio mellis crassitudinem adepta fuerit. Immò, ad scabiem etiam equorum, prædictum remedium valere tradit, quo adhibito, scabiem non repetere autumat. Agathocyches aduersus *Malum* affectum pestilentem iumentorum, recipit crocodilum terrestrem, & ranam, omniaquè cum oleo coquit, donec caro in oleum resoluta fuerit; id colatum naribus iumenti laborantis infundit. Demùm rana, in omni virulento animalis morsu, non infrugifera esse perhibetur. Nam Dioscorides, Ruellio interprete, pro antidoro ad virus serpentum ranas laudat, & cum sale, & oleo decoctæ edantur, iusquè earum pariter sorbeatur. Multi trans lationem Marcelli sequuntur, qui scripsit, eadem vtilitate, ius ranarum sumi, vt nihil re ferat, an ranę elixæ per se edantur, an ius per se sorbeatur. Quę sensum Aetius etiam secutus est. Quamquam non desint qui Aetium reprehendant, cū loco citato ranas palustres pro antidoto contra serpentinum virus præscripserit, & alibi huiusmodi ranas inter venenata animalia connumerauerit. Respondendum est, ranarū palustrium alias esse edules, quę in prædictis casibus commendantur, alias ad rubetæ naturam accedere, quæ reprobantur. Ideo Castor Durantes agens de bonitate, & vitio alimentorum, confirmat virtutem ranæ aduersus serpentium venena hunc in modum.

In Hippiat. cap. 2.

lib. 13. c. 55

cap. 116.

Antidotus rana est, morsū serpentes medetur.

Nicander etiam in Theriacis contra morsus venenatos, ranas elixas è bammate, alijs medicamentis præfert. Scholiastes autem cum vino, vel aqua, vel aceto coqui, & bibi iubet Gesnerus *βάμμα* acetum potius, quàm alium liquorem interpretatur. Itē Auicennas, & Serapio carnem ranarum non modò demorsis à venenato animali, sed etiam leprę remedio esse scribunt. Iis, qui iuncta corpus sumpserunt salamandram, prodest ranarum iusculum, in quo radices Eryngij ebullierint. Auicennas tamen, & Aetius in simili casu ranas cum calamentho decoquunt. Præterea falconibus malè affectis, Albertus.

E tus inter alia remedia ranam aliquando dari iubet. Præter hæc, cinis combustæ ranæ mulris affectionibus magno est adminiculo. Etenim Galenus scriptis mandauit ranas combustas eruptioni sanguinis mederi, si cinis inspergatur, quam sententiam Aetius confirmauit. Immò Galeatius de Sancta Sophia hunc cinerem in cohibendo sanguine, vndequaquè manante adeò valere voluit, vt retulerit quendam huiusmodi cinerem collo gallinæ alligasse, ex quo postmodum amputato nihil sanguinis profluxerit. Amplius ad claritatem oculorum, hūc cinerem plurimum co nmoditatis afferre Porta asseuerat. Indequè hoc à signatura colligit; quia ranæ oculos sanguine suffusos, & valdè prominentes habeant. Plinius denique ranarū crematarum cinere cum melle, aut eum pice liquida mixto, alopecias replere, & in potu dato, morbos suum sanare profitetur. Kiranides verò ad pilos totius corporis abolendos, non totius ranæ, sed tantùm pellis vstæ puluerem in aquam baluei proijcit. Itaquè Bouissuetus omnes ranarum medicas vires iam enarratas his versibus breuiter recenset. *li. 11. de sim pl. med. fac.* *lib. 3. Phys. cap. 39.* *In lib. de natu. Aquat.*

Ranarum alba caro est, sed durior esa recens proin
Asservata magis fit tenera efficitur.
His confert, quibus est phthisis, quibus hectica noxa.
Nec testudo aliter sumpta iuuare solet.
Ex sale, & ex oleo cocta si forsan edantur,
Infue assumatur pro antidoto esse queunt.
Vis illis siquidem serpentum in cuncta venena,
Quin cum melle cinis tollit alopecias.
Ille idem quoniam cuasit ficcissimus igni,
Compescit sanguen nare ab vtraq; fluens.

F

Antequam ad vires singularum ranæ partium ponderandas accedamus, aliquid de oleo ranarum scribere operæpretium esse duximus; etenim Mesue sumit libram semissem ranarum, & cū dimidio sextario olei sesamini in vase vitreo diligēter obturato percoquit; hocquè oleum in dolotibus articulorum pendentibus à materia calida adhibet; nec non eodem in conciliando somno, illitis temporibus, vtitur. Idquè à veritate alienum nō esse colligit Porta, quoniam ranæ tota hyeme lateant, & Vere prodeant. Aliter oleum de ranis sic paratur. In libra olei communis quatuor ranæ fluuiatiles suffocantur, deinde in fictili, lēto igne, adeo efferuescunt, vt caro ab ossibus separetur; tunc extractæ, & *Oleum ranarum quomodo paretur.*

G in mortario contusæ denuò in oleo infunduntur, vt vnicam ebulitionem patiantur. Colato adduntur quatuor vnciæ terebinthinæ claræ, & paratur oleū de rants, quod Georgius Pictorius insignis medicus mirā efficaciæ esse docuit. Vuecherius huiusmodi oleum sic conficiunt. Ora ranarum butyro implet, & in fictili vitreato, cuius fundū exiguis foraminibus sit peruium, reponit, alio vase, scrobe in terra facta suppositō, omnibus rimis diligenter luto inductis; postea ignem circumcirca accendit, cuius vi distillatur liquor, qui illitus cancrum ablumere dicitur. His notatis, iam vires partium ranæ examinandæ sunt. Primitùs oculos ranarum in syndone Plinius ad lippitudines de collo suspendit. Cor ranarum alligatum, ex eodem Plinio, febrium algores minuit. Alij, ex Mizaldo ad mitigandos causonum æstus, illud regioni cordis admouent. Alij viginti sex corda ranarum in sextario veteris olei decoquunt hocquè oleum per aurem mandibulæ dolore vexatæ infundunt. Arnoldus narrat, quòd quidam laborans fistula in regione stomachi, cum antea curari non potuerit, quotidie quinquè ranarum corda mane, *lib. 2. Antid. spec.* *Cancri remedium.* *Cent. 1. memor.* *lib. 4. Breu.*

H instar catapotiorum, deglutiuit; sicquè breui tempore curatus est. Pulmo ranę epilepsiam abolet, si veritatem scripsit Timotheus Extrahitur enim a rana per tergus, tnuoluturq; in folio brassicæ, & in olla concrematur, puluisq; toties epileptico exhibetur, donec pristinam sanitatem adipiscatur. An verò per pulmonem iecur intelligere voluerit, dubitandum est; siquidem multi Authores iecur prædicto modo paratum in comitiali morbo feliciter adhibent. Iecur igitur venenatis morsibus, veluti tota rana, occurrit, vt Nicander in Theriacis asseuerat. At hepar decoctum tritum cum melle, & dentibus impositum in odontalgia insignem habet prærogatiuam. Illius etiam decoctio in scabie valet, vt testatur Auicennas ex signatura, quia rana gemino hepate prædita esse teratur Puluis tandem huius ieoris in accessione quartanarum febrium (referente Vuechelio) vtiliter sumitur. Fel vt recitat Plinius, si cum melle dissoluatur, dysenterieis remedio est; eodemque vermes in vlceribus nascentes interimūtur sanguis ranarum ottum *Cordis virtutes.* *Hepar.* *lib. 2. Antid. spec.*

pi-

Sanguis. pilorum cohibet; quare Vuecherius, ad id præſtandum, aquam ſanguinem ranarum recipientem deſcribit. Adeps auribus inſtillatus, ſecundum Plinium, dolores tollit. Imò eodem adipe difficultatem auditus emendari multi opinantur. Hodie in excellenti hemorrhoidum dolore huiuſmodi pinguedo fœlici eum ſucceſſu paſſim adhibetur. Inteſtina etiam huius animalis ab vſu medico non ſunt arcenda; nam Marcellus illa in oleo decoquit, quo articulos vtiliter inungit. Pedibus ranarum in podagra Kiranides ſic vtitur. Forcipe pedes poſteriores abſcindit, & in pelle ceruina dextrum dextro, & ſiniſtrum ſiniſtro pedi laborantis alligat. Poſtremò ſperma ranarum examinandum eſt, quòd à Chymiatris ad multas affectiones tantoperè commendatur. Id Renodeus optima ratione reprobat. Inquit enim ſi colligeretur ſperma ranarum totius Galliæ, illo nec etiam fundum vaſis liniretur. Ideo ſatius erit dicere hoc ſperma nil aliud eſſe, niſi prima ſemina, ſeu oua, quæ in primordio veris ranæ proijciunt: hæc igitur in medico vſu vſurpari poſſunt. Quare Ranzouius accipit portionem panni linei, & cum his ranarum ouis probè abluit, & Soli exiccandum exponit, id ter repetit, & ſeruat ad vſum. In ſanguine igitur ab aliqua parte ſaucia implacabiliter dimanante hunc pannũ inſtar cataplaſmatis vulneri apponit, & certo experimento id pluries cum vtilitate ægrotantis comprobatum eſſe aſſeuerat. Quapropter Crollius in compoſitione ſperniolæ vtitur aqua ex ſpermate ranarum deſtillata, quod medicamentum ſua frigiditate deſperatam hæmorrhagiam reprimit. Amplius ſi quis, menſe Martio, ſpermate, vel potius ouis ranarum manus abluerit ſcabiem, & impetiginem pellet, teſte Geſnero, qui nárrat ſe legiſſe in quodam libro Germanico manuſcripto eum, qui manus nitidas toto anno habere voluerit, oportere menſe Martio, hoc ranarum ſpermate manus imbuere. Hoc eodem præſidio vſus eſt Michael Herus, vt purior, & nitidior fieret facies. Vnde ad combuſtionem faciei, & ad vulnera ſclopetica Vuecherius linimentum ſemina ranarum recipiens deſcribit. Quercetanus aquam ſpermatis ranarum chymicè diſtillat, quam in rubore faciei delendo, & in auferendis cęteris inflammationibus commendat. Aliter enim, & facilius huiuſmodi aqua ſic paratur. Oua ranarum menſe Martio collecta in fictili nouo, & diligenter operculato collocantur, vas terra obruitur in loco Soli expoſito; ſic enim oua in aquã reſoluuntur, quę primo turbulenta, deinde clarior euadit; quę poſtea inflammationibus impetigini, & alijs morbis cutis multum adiumenti affert. Ad finem baculus quo rana à ſerpente excuſſa fuerit, parturientes adiuuare dicitur, ſi veritatem faſſus eſt Plinius.

Loco cit.

Adeps.

Inteſtina.

Pedes

li. 3. de mat. med. c. 28.

Sperma ranarum.

In Baſilica Chymica.

lib. 1 Phar.

Aqua ſpermatis ranarum facilis.

VSVS IN VARIIS.

Liquę parres ranę, interdum etiam tota rana in varijs vſibus locum habere perhibentur. Ideireo Magi trãdunt, ex Plinio, ranę oculos cum carnibus luſcinię in ceruino loro alligatos vigilantiam, fugato ſomno, præſtare. Linguam ranæ Agrippa eap ti dormientis ſupponit, vt Is in ſomno loquatur. Albertus verò eamdem linguam capiti ſuperponit, vt dormiẽs loquendo ſecreta reuelet. Alibi verò cor colũbæ, & caput ranæ exiccat, huiuſquè puluerem ſuper pectus dormientis inſpergit, vt omnia narret. Sanguine ranæ, teſte Porta nonnulli falces liniunt, quibus vites purantur, ne vllam à pruina iniuriam accipiant. Tota rana, ſi ad varios trahatur vſus: in primis Varro coctam ranam cani obijcit, vt libenter herum ſectetur. Cæterum Plinius eamdem in offa cani exhibet ad cohibendũ latratum. Nonnulli ex ranis ad capiendos cancros eſcam parant, vt in hiſtoria cancrorũ expoſuimus. Inſuper narrant Magi ex Plinio, nonnulla, quæ ſi vera eſſent, ranæ multò utiliores uitæ humanæ eſſent, quam leges: tradunt enim arundinem, qua rana transfixa fuerit, ſi à marito in menſtruis defigatur, adulterij tędium generare. Item Conſtantinus, ſi mulier in os ranæ uiuæ ter expuerit, eam eodem anno non concipere promittit. Sunt fœminæ hodie inquit Bruyerus, quæ ranis utuntur, vt benè curato, & ſuccoſo ſint corpore. Demùm nonnulli ranas potiſſimùm uirides in uino ſuffocant, quo poſtea ad homines abſtemios reddendos utuntur. Hoc ſcribit Porta in Phytognomonicis.

lib. 8. Ville.

lib. 22 de re cib.

lib. 7. c. 7.

DE

DE RANIS RVBETIS IN GENERE, Et primum de Bufone. Cap. II.

ÆQVIVOCA SYNONIMA, & Etymum.

NE æquiuocatione In hac hiſtoria laboremus, ſciẽdum eſt, quòd piſcis aquila Genuenſibus *roſpo*, mirum bufo nuncupatur, quoniam figura capitis bufonem repræſentet. Gobio etiam fluuiatilis capitatus Cremonæ *Botto*, nempe bufo appellatur. Illa quoque auis, quæ Bononiæ *Gufo*, & Latinis bubo cognominatur, alibi, teſte Nipho, & Syluatico, bufo indigitatur. Vndè fortè manauit nomen Mimorum, & Hiſtrionum, qui vulgò bufones uocitantur; quoniam inſtar bubonis auis, ridiculos quoſdam motus, & geſtus edant. Bufo denique præter animal, de quo in præſenti capite agitur, apud Petrum de Tuſſignano Medicũ, abſceſſum peſtilentem ſignificat, qui aliter bubo dicitur. Bufo igitur, teſte Nipho, animal eſt, quod rubeta nominatur; cum inter rubos frequentiſſimè uerſetur. Bufo aliquibus geminato F ſcribitur, quod Geſneronullo modo probatur. Nos huius nominis etymum à uerbo vulgari *bufare* deriuamus. Homo enim bufare perhibetur, quando, vel obiram, vel ob aliam cauſam violentum halitum efflat. Hinc ranæ rubetæ bufones fortè nominantur, quia in appropinquantes maximo impetu ſpiritum efflant. Hoc animal ranam luridam Varonis eſſe multi arbitrantur; quandoquidem huius decoctionem ad corpus glabrum reddendum præſcribit, qua facultate vulgaris rana, ex Geſnero, nõ potitur. Græci rubetam, ſeu ranam venenoſam φρῦνον vocant. Ariſtoteli φρυνὶ, & apud Etymologum φρυνίσκος dicitur. Debet autem hæc vox φρῦνος, penaſſexa ſcribi, quoniã penultimam ſyllabam longam habet. Deducitur fortè etymologia à φρὴν mens; cum venenum huius animalis illico petens caput, vertiginem inducat, ſed ſatius erit ſecundùm alios, etymum huius nominis à φρυγάνιον deriuare, quod vocabulum fruticem exiguũ, & virgultum ſignificat, cum bufones inter hæc ſæpiſſimè occultentur. Chryſippus (referente Plinio) Phryganion alligatum febribus quartanis remedio eſſe autumat, ſed quodnam ſit animal non deſcribitur. Geſnerus optimo iure non aliud animal, quàm bufonem, ſeu rubetam eſſe opinatur, propter horum vocabulorum conuenientiam, phrynon, & phryganion. Præterquamquòd phryganion, ſeu phrynon, à phryganijs, nempe virgultis deducitur. Φρύνιχος etiam pro φρῦνος reperitur apud Galenum in mentione acopi ex rubetis. Multi mendum eſſe in textu ſuſpicantur, cum ibidem rubetæ φρῦνοι, non autem φρύνιχοι nominentur. Apud Lucianum bufones non ſolum φρῦνοι, ſed quandoquè φυσαλέοι nuncupantur, quoniam hæ beſtiæ leuiter etiam contactæ mirandum in modum turgeſcant, quaſi flatu repleantur à verbo φυσάω inflo, & diſtendo. Sunt qui μυόξον perperam bufonem appellent, quoniam à veritate tantùm diſtant, quantùm bufo à glire diſcrepat. Quare Miocſus pro rana terreſtri venenata apud Syluaticum legitur, quæ vox proculdubio à voce græca myoxos corrupta eſt, quæ glirem ſignificat. Zab, in ſacris litteris, Rabi Salomon reptile ſimile ranæ interpretatur. Aliqui bufonem eſſe affirmant, Auicennas ranas lacunales nominat viridis, & marinas rubeas pro rubetis ſumit, moxquè in capite ſubſequenti ranas citrinas pro paluſtribus venenatis vſurpat. Italis hoc animal roſpo, & botto vocitatur. Bottum vocari fortè opinatur Cardanus, quoniam vtri ſit ſimilis: vtrem enim Mediolanenſes bottam appellant. Apud Rhetos, qui Italicè loquuntur, Zatto, Germanis Krott, Hiſpanis Sapo eſcuerco, Gallis Crapaud, Flandris Padde, Anglis Tode, Illyrijs tandem omne genus ranæ Zaba dicitur. Aliqui, vt intelleximus vocant Ramaro, quod vocabulum propriè cuidam lacertæ ſpeciei conuenit. Aliqui *Ranarotto*. Sed huiuſmodi voces ſunt corruptæ, & ad ranam attinere videntur.

Rubeta Etymum.

li. 2. de hiſt. Anim.

li. 7. de cõp. med. ſec. loc.

In Leuit. cap. 11.

Dic-

DIFFERENTIÆ, & Descriptio.

NIcander duplex ranę exitiosę genus esse constituit, primum rubetã ęstiuam, palustrem, & vocalem, secundum ranam viridem in arundinetis versantem, & mutam, siue surdam appellat. Paritęr Aetius duas rubetę species, nempè surdam, & non surdam admittit, & priorem tantùm exitiosam esse statuit. Hermolaus autem verba Aetij intellexisse non videtur, dum prędictas species inter se confundit. Itaq; satius erit vnà cum Gesnero rubetã seu ranam venenosam prima facie in duplicem, scilicet in terrestrem, & palustrem distribuere, & iterum terrestrem in triplicem speciẽ diuidere. Prima erit quæ rubeta simpliciter seu bufo appellatur, secunda erit rana Phrynoides ad quam Gesnerus ranam gibbosam refert. B. Alij pro tertia specie ranunculum viridem ostendunt, qui in arboribus versans pluuiam canendo prędagire solet. Quamuis autem Ioannes Tzetzes omnem terrestrem ranam mutam esse scripserit, fortè id ab ipso dictum fuisse existimamus, quoniam hę rarò vocem edant ad differentiam palustrium, quę assiduè clamitant: vel quia omnes terrestres admodum exilem vocem edant, pręter ranunculum viridem, qui in quercubus vociferatur. Ambiget etiam aliquis, cur omnes ranę terrestres ad exitiosas referantur, cum tantummodò bufo venenatus esse feratur. Aduertendum est bufonem euidenti scatere venenò, reliquas autem ranas terrestres, (licèt hę manibus impunè tractentur) in cibis sumptas insigne detrimentum humanę saluti afferre posse. Cęterùm bufones inter se, ratione loci, & ratione figurę discrepare videntur. Quoad locum quidã bufo est, qui altius intra terram gignitur, & interdum in saxorum commissuris reperitur, quando excauantur, vel cuneis finduntur. Vnde Iatomus quidam Antuerpię viuum bufonem in marmore inuenit. Item, ex Gesnero, Snebergi & Mannisfeldi quandoq; ex saxis educitur bufo, qui in lucem prodiens primò turget, mox perit. Talis etiam sępè in Gallijs Tolosę in saxo arenario rubro albis maculis distincto reperitur, ex quo molę parantur. Quapropter ex Georgio Agricola, huiusmodi saxa priusquã formentur in molas, diligenter a lapicidis examinantur, num bufo aliquis intus lateat. Alioquin molę ad vsũ C trãslatę vi caloris disrumpuntur, & rubeta triticum venenans emergit: hunc posteà bufonem idem Agricola νυμφόφυτον ab igneo calore nuncupat. Ad rem Ambrosius Pareus verba faciens de mirabili quorumdam animalium ortu, hæc habet verba. *Dum in vinea mea, qua ad Meduanum est pagum, frangenda curarem grandia saxa, in vnius medio bufo compertus est. Quod ego dum maximè admirarer, quod nullum extaret spatium, in quo id animal gigni, augeri, & viuere posset. Non esse mirandum monuit lapicida; peruulgare enim est, & plus quam quotidianum id esse. Fieri certè potest, vt ex lapidum subterraneis, & vbi locis inclusorum humiditeri portione per putredinem diffluente, & à calore cęlestis super vniuersam Mundi molem miscente, ac diffundente animata suppetat materia huiusmodi animalium generationi.* Ratione signræ, & corporeæ molis, rubetæ, iuxta varias regiones, variæ esse perhibentur. Quiedus in Summario Indiæ occidentalis narrat in Dariene rubetas magnas versari, itaut quandoquè nonnulla harum ossa, & præcipuè costæ reperiantur, quæ felium costas adæquent. Item ex loco agri Tigurini iuxta arcem Kiburgam, D paruum genus rubetæ Gesnerò allatum fuit, quod sub quodam trunco se abdiderat (erat enim initium Septembris) duplo minus communi rubeta, tergo lurido, ventre aspero ex fusco albicante, oculis aurcolis, & digitis posterioribus pilosis. Hoc genus rubetæ rarissimum alibi non inueniri asseuerant. Vox ei inest argutissima, quæ tubę instar è longinquo auditur. Hoc genus bufonis, ratione vocis, ab alio descripto in libro de natura rerum discrepare non videtur, quod cornutum Barbari vocant, non quia eminentia cornuum, instar rubetæ Plinij, insigniatur, sed quia sono vocis, sonum cornu, vel tubæ imitari videatur. Pariter anno Domini 1581. Franciscus Centensis dentium extractor nobis communicauit bufonem, vel rubetam visu mirabilem longitudine vnius dodrantis cum palmo, quæ tota erat tuberculis quibusdam, seu maculis circularis, & oualis figuræ cinerei, & castanei coloris referta, sed quod magis dignum est admiratione

Bufonis differentia.

Rubetarum differẽtia à figura.

E tione contra aliorum bufonum naturam habebat caudam albicantem longitudine palmi cum dimidio. Pedes anteriores in quatuor digitos erant fessi, posteriores in quinos, intricata tunica, more stegnopedum. Os habebat edentulum, & amplum, & supra oculos duo tubercula amygdalinæ figuræ. Huic animali valdè similes sunt bufones, qui à circulatoribus finguntur, quorum duas icones hic damus. Placuit etiam exhibere iconem ranæ gibbosæ Gesneri, quæ procul dubio rubetis adnumeranda est: hæc similiter ratione figuræ à reliquis discrepare videtur: nam illi sunt duo cornicula in dorso vtrinquè eminentia, color ferè viridis, sed obscurus, & subfuscus. Latera maculis rufis scatent, sunt & digiti pedum rufi. Dorsum supra thoracem paucis maculis nigris distinguitur. Venenosam esse hanc rubetam ex colore licet colligere. Hanc Germani, ex Gesnero, hortensem ranam, vel gramineam ranam vocant, cum in gramine libenter degat. Hæc quoquè non est muta, vt voluit Tzetzes, nam Gesnerus mutam non inuenit, dum illam nudato ense persequeretur, quoniam clamare cæpit antequam sauciaretur; nisi velimus illam appellare mutam, quia non clamet nisi lædatur. At vulgaris rubeta, seu bufo tanquam notissimum animal longam descriptionem expostulare non videtur: cutim autem habet densissimam, vt optimè tradit Albertus, lurido seu fusco colore perfusam, maculis veluti quibusdam pustulis asperam, nigris præsertim in lateribus, ventre turgido, & inflato, capite crasso, dorso lato quemadmodum in icone licet cõtemplari. Quamuis autem Guntheus poeta cecinerit.

Rana gibbosa descriptio

Plurima monstrificis animantia Roma cauernis
Occulit, hic virides colubri, nigriq; bufones.

Bufones nigri qui.

Nos tamen per nigros bufones, multis maculis nigris distinctos ipsum intellexisse opinamur. Alioquin bufonem totum nigrum Authores non memorant;

Bufo.



Rubeta

Rubeta gibboſa Ges.

NATVRA, ET MORES.

MAior pars proprietatum, quas natura rubetis inſinuauit ex deſcriptione animalis colligẽda eſt. Primò rubeta adulta adeò craſſo, & tenaci corio tegitur, vt acutiſſimo palo à ruſticis quandoq; perfodi minimè poſſit. Deinde adeo decolorata eſt, vt ſi quis, quâuis optimè coloratus diutius eam intueatur, pallidus, & tanquam ictericus, ex Porta, efficiatur. Præterea hoc habet à natura, vt pilis careat; vnde dimanaſſe adagium Geſnerus narrat, quod paſſim in Germania proferatur in hominẽ ſtolidũ, & nullius mentis. *Tantum ſenſus illi ineſt, quantum pilorum rubetæ.* Habet etiam naturaliter, bufo, ad mentem Ariſtotelis, exiguum lienem, & oua ventri ſubdita. Venter autem eſt adeò turgidus, vt vẽtroſum animal ſæpè cognominetur. Hinc Fauſtus canebat.

lib. 3. Phyt. cap. 4.

Nec niſi ventroſis vulſa lyſenibus aures.

Quoad viſionem, natura his animalibus ſpiritus ſubtiles, & debiles ingenerauit; itaut noctu, & non interdiu optimè cernant. Quocirca, ex Alberto, Solis ſplendorem odio habentia, die latibulantur, noctu verò per loca ab hominibus poſſimùm trita vagantur. Hyeme quoq; ſepulta ſomno in cauis latitant, ſi vera ſcripſit Aelianus, donec vernum tempus acceſſerit, quia tũc à latibulis egredientia reuiniſcere dicũtur. Ratione motus, rubetę inſtinctu naturali, & ob corpus ignauum, & turgidum, tardo incedunt gradu, & quandoq; etiam ſed rarò aliquantulum ſaltum. Hinc dimanauit prouerbium apud nos vulgantiſſimum. *Velut bufo, qui aut non mouetur aut ſalit.* De homine, qui in peragendis negocijs neſcit quamdam ſeruare mediocritatem. Demum ſi contemplemur venenum procul dubio rubeta terreſtris in comparatione ad paluſtrem magis venenata eſſe perhibetur. Hodie etiam vulgares bufonem aquaticum nihili pendunt quoniã omni veneno ſpoliatum eſſe aſſeuerant. Vtraq. tamẽ rubeta, ſcilicet tam terreſtris quàm aquatica, ex Georgio Agricola, ſi ſæpius verberetur, inflato corpore primò virus ex clunibus exprimit, deinde guttas quaſdam male olentes effundit, & interdum ad mentem Aetij, lędendi animo inſurgit. Hac ratione herbas, fungos, fraga, & cętera huius generis inficit. Quare homines inſcij ſimilia comedentes facilè venenantur. Immò etiam ſaliua bufonis herbis virus communicare ſolet, quæ vt ſcribit Euſtachius Rudius, non minus letha lis eſt, quàm napellus.

lib. 8. c. 34.

Rubetę virus.

li. 3. de mor. occult. c. 19

VOX,

Bufo caudatus, & dentatus fictus à circulatoribus.

Bufo caudatus ſine dentibus fictus à Circulatoribus.

E

VOX, LOCVS, CIBVS, Generatio.

VOcem rubetarum exprimere difficile esse existimamus, cum diuersæ speciei assignatæ fuerint. Verumtamen palustris, quæ amphibia est ferè more ranarum coaxat. Terrestris verò in suis latebris iacens hunc sonũ *grugru, gru,* edere solet. De loco scribit Plinius rubetas vtroque elemento, nempè terra, & aqua delectari. Verum ipse fortè rubetam palustrem tantum ait amphibiam intelligebat; siquidem terrestris ab alia, genere discrepat, & loco opaco, nemoroso, & putrido gaudet, cauosq; incolit iuxta illud Vergilij. *lib. 1. Georg.*

Inuentumq; canis bufo, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt.

F In Hybernia, ut prodit Ioannes Bohemus, huiusmodi animalia, quemadmodum nec vlla noxia vagantur, immò illuc aliunde delata, sola pulueris aspersione, pereunt. Ita què bufo vt plurimum sub terra habitans terreo humore, herbis, lumbricis, ex Alberti sententia, victitat. Immò pondere, & mensura terra vescitur, vt legitur in libro de natura rerum: Quantum enim terræ pedeanteriori comprehendere potest, tantum illi pro cibo quotidiano esse solet; cum timeat, ne hoc alimentum illi deficiat. Hæc opinio, teste Alberto, à vulgo recepta est, sed adhuc nullo constat experimento. Quare bufo à Græcis γηφαγος, nempe terram comedens cognominari posset. Saluia etiam libenter vescitur, inquit Phytiologus, cum tamen radix eius lethalis sit. Nutritur etiam, vt alij volũt, apibus: etenim subiens aditus aluei astat, & obseruans volantes apes rapit. Quoad generationem, hæ bestiæ ex ouis, vt cæteræ ranæ, excluduntur: hinc tamen non fit, quin etiam ex putrida materia oriantur, quod animalibus etiam viuiparis contingere solet, vt in capite de mure enucleatum fuit. Primùm igitur ex puluere cremati bufonis in latebra humida sepulto paulò post bufones emergunt. In Darien Prouincia noui Orbis (vt refert Petrus Martyr) ex guttis dextra manu mancipiorum cadentibus, dum pauimenta irrigantur, bufones gignuntur. Anas etiam sepulta, & putrefacta bufones generare dicitur, vt canit Reusnerus in Paradiso poetico. *li. 3. de mor. Gent.* *Rubetarum cibus.* *Generatio.*

G *Gignit anas putrida tellure sepulta rubetas,*
Cum perijt in terra, qui prius ignis erat.

Hoc procul dubio desumptum fuit ex poemate Ioannis Vrsini, in quo introducit anatem loquentem hunc in modum.

Bufones gigno putrida tellure sepulta;
Humores pluuij fortè, quòd ambo sumus.
Humet is, & friget, mea sic vis humet, & alget;
Cum perijt in terra, qui prius ignis erat.

Porta etiam narrat non esse difficile ex sanguine menstruo putrefacta rubetas generari; quandoquidem mulieres vnà cum fœtu humano interdum rubetas enituntur, quemadmodum paulò inferius, quando agemus de monstris, declarabimus. *lib. 2. Magnat.*

H

ANTIPATHIA, & Sympathia.

DIssensum capitalem inter bufonem, & nonnulla animalia intercedere multi authores testificãtur. Primò igitur valdè differt à felibus, quia cũ ipsis dimicat, & interimitur. Immò ex sententia Aristot. triorches, phrynus, & ophis, nempe buteo, rubeta, & serpens inter se præliantur. Talpa quoquè & bufo agresti odio se prosequuntur, quouiam se inuicem vorant, vt in historia Talpæ expressimus. Amplius hostili animo sæuit in lacertã, sed magis in araneũ, quia si ab hoc pungatur, ob aranei virus, disrumpitur. Idcirco narrat Erasmus, quòd

homo quidam aliquot scirporum fasciculos in cubiculum congesserat, sparsurus A
cum ei commoditas supperesset. Is cum prandio supinus dormiret, ab ingenti buso-
ne oppressus est, qui os dormientis inhixis superno, & infernolabio quatuor pedibus
obsedit; quare detrahere busonem certus erat interitus, non amouere, quid letho crude
lius. Idcirco quidam suaserunt, vt patiens supinus ad fenestram deferreretur, vbi in-
gens araneus telam texebat. Hoc facto, araneus, hoste conspecto, statim filo se libra-
uit, & busoni spiculum infixit; tunc buso intumuit, sed non recessit: at tertio ab aranèo
repetitus mortuus decidit, hanequè grariam aranèus hospiti suo retulit. Insuper rubetæ
inanimata quædam abominantur, vt sal, quo buso insperso, vt voluit Albertus, ad ossa
vsquè consumitur. Deinde à grauiodore abhorrent, quocirca, ex Palladio, ad hos be-
stias ab hortis fugandas coloni rutam, nasturtium, corium, & quicquid spirat grauitatem
odotis, adurunt. Immò, & odorem florentis vineæ fugiunt. Præterea sunt alia tũ ani-
malia, tum plantæ, quibus cum busones maximum habent consensum. Primùm inter hos,
& alaudas cristatas maximam cadere sympathiam vulgus credit; cum asserat hanc auẽ
in terra oua parere, quæ postmodum à busonibus fouentur, quod à veritate alienũ esse B
lib. 7. Phys. cap. 15. Albertus testatur. Deinde ob quamdam sympathiam rubeta mustelam ad se allicit (mi-
rum spectaculum) vt à viris fide dignis Porta accepit; quamuis ab aliquibus Veterum
adhuc litteris non sit proditum. Siquidem mustela ex arboribus rubeta inspecta, voci-
feratur, quasi auxilium implorans, deinde descendens in os patulum expectantis rube-
tæ illabitur. Si plantas consideremus, buso plantagine delectatur: nam ictus ab araneo,
vel serpente, hac demorsa planta, sibi medetur, vt astruit Plinius. Saluiã etiam busones
amant, cum sub illius frutice libenter stabulentur, quemadmodum ex duabus historijs li
Centur. 1. memor. cet colligere. Primam recitat Ioannes Boccacius (referẽte Mizaldo) de quodam in hor
to foliis saluiæ dentes fricante, qui paulò post obijt. Quamobrem familiares, & consan-
guinei causam repentini interitus inquirentes, totum saluiæ fruticem extirpari iusserũt,
sub quo magnum busonem inuenerunt, qui saliua fortè folia saluiæ hume faciebat, & ha
litu totum fruticem inquinabat. Alteram habemus à Pareo, qui tradit duos mercatores
non longè ab vrbe Tolosana, dum prandium in hospitio parabatur, in hortum diuertis-
lib. 20. c. 24. tes folia saluiæ legisse, illisquè illotis, pro dentium frictione, & vini infusione vsos fuisse,
qui post prandium facti tumidi cum lingua nigricãte, maximam veneni ab hospite sum C
pti suspicionem dederunt. Tandem in horto penès saluiæ fruticem magnum cumum bu-
sonibus plenum inuenerunt.

VENENVM, ET MEDELA.

DAuco, & miti veneno ruberam redundare scripsit Albertus. Verùm Ges-
nerus hoc assertum fortè verum esse in Germania ob regionis frigidira-
tem tradidit. Nisi forte Albertus cuiusdam authoris opinionem secutus
fuerit, qui ranunculum viridem pro rubeta intellexerit. Alioquin hoc ru-
betæ virus inter venena primi ordinis recensetur, & Rhasis ab hoc ve-
neno, mulierum conceptionem impediri affirmat; Immò aspidis morsus (Aeliano teste)
si rubetam comederit insanabilis esse perhibetur. Item in Pamphilia, & Ciliciæ mon- D
tosis locis, qui comederint apros salamandras vorantes, ex Plinio intereunt. Idem con-
tingere multi existimant, si apri rubetas ederint. Cardanus etiam affirmat, si sal, quo bu
so extinctus est, in aqua dissoluatur, & in ea indusium lauetur, hoc hominem indutũ gra
li. 3. de mor. occult. c. 19. uissima, & incurabili scabie corripi. Prædictis addamus authoritatem clarissimi viri Eu-
stachij Rudij, qui primo busonem terrestrem paludi noxiorem esse statuit, deinde
eius puluerem, & morsum tanquam teterrimum venenum detestatur. Et quamquam
morsus huius bestiæ dentibus carentis sit illegitimus, attamen particula gingiuis ꝛo pres-
sa made sit saliua, quæ per cutis spiracula ingredies demorsos venenat, & præcipuè, si be
stia ob iram prius inflammata fuerit. Quapropter Venefici hoc animal suspendunt, &
virga percutiunt, indeque spumam dimanantem pestiferum virus esse attestantur. Scho
liastes Nicandri tradit, quòd venenum rubetæ colligaturi pellem animalis pungunt, sa-
nieque inde fluentẽ legunt, & in potu, vel cibo miscẽt. Sed non omnẽ rubetã venefi cijs
idoneã esse nõ nulli credũt, sed tãtũ illã in calidioribus locis versãtẽ; ideoq; Scholiastes

E prædictus rubetam ſtiuam nominauit. Alij, ſecundùm Aelianum, puncta tantùm rubetę ſuperficie, eam in uas aqua plenum infundunt, quam poſtmodum potibus additam lethalem eſſe perhibent. De hoc Iuuenalis ſic cecinit.

Satyr. 1.

Occurrit Matrona potens, quæ molle calenum
Porrectura viro miſcet ſtiente rubetam.

Antequam ad alexipharmaca huius veneni accedamus, primùm ſigna huius aſſumpti recenſere neceſſe eſt. Dioſcorides inter hęc, tumorem, pallorem, ſpirandi difficultatem, ſingultum, & inuitam geniturę effuſionem enumerat. Auicẽnas prędictis ſignis addit gut turis inflammationem, dyſenteriam, animi deliquium, vertiginem, & vomitum. Ad rem Ponzettus narrat fuiſſe quendam hominem, qui inſcius, accepta canna, qua infixus fuerat bufo, ex proprio agro, animalia expulit, deinde domum reuerſus, cum primum comedere cępit, cibum, quem tangebat, euomuit, nec ceſſauit, donec cibus illi per alienas manus adminiſtratus fuerit. Hinc intellectum eſt venenum ex illo calamo manibus communica tum fuiſſe; quod cum eſſet craſſę ſubſtantiæ, cutim tantùm inficiens ad intimas partes penetrare non potuit. Deniq; hoc eſt illud venenum, ex quo pauci euadunt, & qui

li. 6. de mat. med.

Signa veneni rubetæ.

F curant ut, ſecundùm Auicennam, vt plurimum fiunt edentuli. His expoſitis, ad remedia primò ſimplicia, deinde compoſita deſcendemus. Inter ſimplicia aliqua animalia, & eorum partes recenſentur. Itaq; cancri fluuiatiles triti, & poti aduerſus omnia venena, & priuat im contra rubetã à Plinio commendantur. Cinerem etiam rubetæ quemadmodum, & cinerem leporis marini ſaluberrimũ prędiciũ aduerſus proprios ictus Albertus prędicat. Plinius addit cerui, cornu dextrum contra rubetarum virus terra obruere, idemq. præſtare ſanguinem teſtudinis marinæ aſſeuerat, ſi cum cymino, & leporis coagulo in vino bibatur. Quid plura? lac muliebre, ex Plinio, in hoc caſu datur, & inſtillatur. Immò ex Mizaldo, ſaliua hominis ſani ſupra inflammationes à rubetis factas vtiliter inſpergitur. Si de herbis verba faciamus Dioſcorides prȩter vomitionem, & meri potionem, in exterminando hoc veneno, duas drachmas radicum arundinis, v t totidẽ cyperi præſcribit. Quare Bouſſuetus hanc ſententiam confirmans ſic inquit.

Remedia veneni rubetæ.

Centur. 3. memor.

In lib. de nat. aquatil.

Buſonis torum hoc vultum, aut pinxiſſe rubetam,
Quid prodeſt, ſi ſit notus uterq; ſatis?
G *Contra horum virus vomere expedit, atq; cyperi*
In vino drachmas exhibuiſſe duas.

Inter alias plantas Plinius in profligando hoc veneno phrynion in vino extollit, quam plantã alij poterion, alij à radicibus neruoſis neurada vocant. Videtur hoc medicamentum nomen à remedio adeptum fuiſſe; cum phrynos rubeta ſit. Noſtra autem ætate ex Geſneri mente, quid ſit ignoratur. Prȩter plantas, laudatur terra ſigillata, ſeu terra Melitenſis, quam vulgus terram, & gratiam S. Pauli appellat; hęc enim cum ſaliua ſubacta, ex Paracelſo, rubetę veneno vtiliter imponitur. Item commendatur ſmaragdus, in quem ſi bufo intueatur, oculi eius crepitant, & in menſa ſi detineatur venenorum vim frangere dicitur. Quapropter Conciliator puluerem ſmaragdi ad pondus ſcrupuli cum vino exhibet, iubetq. ęgrum in mulum recenter exenteratum ingredi, ibiq; morari donec cadauer frigidum fiat, totieſq; exenteratum mulum, vel equum, vel bouem, ſi mulus deſit, intrare, donec effuſo copioſo ſudore, nocumentum ceſſet. Aetius mulis, & alijs animalibus poſtpoſitis, patientem in clybanum, vel alium locum calidiſſimum ingredi prȩcipit, vt, euocato copioſo ſudore ęgrotus liberetur. Alij ad expugnãdum hoc virus, lapidem in capite bufonis repertum ad ſydera vſq; extollunt. Simplicibus medicamentis ſuccedunt compoſita, Rhaſis Dialacca, & Diacurcuma laudat. Alij magna antidota, ſcilicet theriacam, & mitridatium cum vino data tribus continuis diebus probãt.

Smaragdus remedium eſt huius veneni.

H Alij Quintam eſſentiam theriacalem à Matthiolo deſcriptam propinãt, & extrinſecus oleum de icorpionibus Matthioli adhibẽt. Crollius proponit arcanum Theophraſti ad quæuis venenorum genera præſtantiſſimum. Poſtremò ad bufones in ventre genitos educendos Geſnerus in libro quodam Germanico manuſcripto, inuenit hoc prȩſidium. Sumitur ſerpens exenteratus, capite, & cauda amputatis, & in fruſta ſectus in aqua elixatur; pinguedo autem ſupernatans patienti bibenda exhibetur, ſicq; bufones per vomitum eliciuntur, idq; toties repetitur donec omnes exierint.

In Baſil. Alchym.

A

DENOMINATA.

Exerc. 226.

AB animantibus denominatis â rubeta, vel bufone inchoantes; primò incidemus in quandam accipitris ſpeciem, quę rubetaria cognominatur, quoniam rubetis inſidias tendit. Item ex Scaligero quidã piſcis in Aethiopia capitur capite fędo, & quaſi buſonis vario, atq; maculoſo, in reliquo corpore, congroſimilis; ideo hunc piſcem Bufocongrum appellant, ſunt etiam apud Indos animalia *Cuies* nuncupata, quę buſonis faciem repręſentant: hęc ab Incolis Diabolo ſacrificari ſolent, vt legitur iu hiſtoria morali Indię occidentalis. Verùm maiori admiratione dignum eſt homines etiam â rubetis denominari. Siquidem Phrynondas vir Athenienſis fuit notę improbitatis. Vnde, vt notat Etymologus, homines improbos phrynondas cognominant; quia huiuſmodi homines maligni ſint, vt rubetę, quę Grȩcis φρῦνος appellantur. Item Phrynis citharędus Mitylenæus fuit, & Phrynichi duo Athenienſes Tragici. Quorum omnium Suidas meminit. Immò Phryne meretrix olim famoſa fuit, vt ſcribit Euſtathius, quæ ita fortè propter pallorem cognominata fuit. Ad herbas ſi noſmet conuertamus. Prima fronte ſeſe offert φρύνιον fruticis genus, aliàs poterion apud Plinium vocatum, quia venenum rubetarum profligare dicatur. Quamuis hoc nomen phrynion, paronichię quoq; an Dioſcoride attribuatur Herba, quę â Matthiolo Holoſtium dicitur, graminei eſt generis; ideoq; â Taberne montano gramen buſonum appellatur, aut quia huiuſmodi animantes ea veſcantur, aut quia ſub illa libentiſſimè occultentur. Sunt, qui linariam vulgarem, vt tradit Ruellius, Germanicè Rrottenſtachs, ſcilicet linum rubetarum cognominent. Amplius nonnulli Germani, ex Geſnero, cicutam Krotterpeterle, nempe petroſelinum, vel apium buſonum fortè ob fętorem indigitant. Immò herbam quam Botanici eotulam fętidam dicunt, quidam Germanicè anethum buſonum nominant, quamuis hęc herba cum buſonibus nil commune, præter putorem, habeat. In quibuſdã Heluetiæ locis, vt narrat Geſnerus, Botrys herba buſonis vocitatur, quia antequam caule ſcat, folia circa radicem valdè adhærentia terrę producat, forſitan ob eamdem rationem, chamæſycem plantam tithymalis adnumerandam, Germani (teſte Geſnero) Rroterkraut nimirum herbam buſonum nuncupant; quoniam cauliculos humi adhęrentes proferat. Hodie apud nos, nonnulla tuberculæ ex materia acri ſupra linguam, & in partibus internis labiorum naſcentia, *roſpetti*, qua ſi paruos buſones vulgus appellat; forſitan quia tanquam buſones in tumorem eleuentur. Poſtremò oſtenditur quidã lapis â nonnullis buſonites dictus, à Gallis crapaudina, cum ipſis *crapaud* buſo dicatur. Alberto hic lapis borax, & alibi lapis Niſe, aliàs Nuſe vocatur, quem in capite buſonis naſci aſſeuerat. Agricola agens de foſſilibus memorat Brontiam, quam buſonis lapidem maiorem, & cerauniam, quã buſonis lapidem maiorem leuem interpretatur. Hic lapis, ſecundùm aliquos, interdum eſt albus, qui præfertur, aliquando fuſcus, & ſubniger, qui probatur quotieſcumq; in medio gutta citrina conſpicitur, aliter eſt virulentus. Immò ætate Alberti, totus uiridis inuentus eſt, & eodem referente, figura buſonis in lapide quandoq; impreſſa viſitur. Elicitur autem lapis ab animali hac ratione. Buſo in quapiam cauea, incluſus Soli ardentiſſimo, aliquot dierum ſpatio exponendus eſt, donec ſiti afflictatus, onus capitis, ſcilicet lapidem per os deponat, qui ſtatim excipiendus eſt, priuſquam ab animali reſorbeatur. Alij ex Mizaldo, buſonem in ſicuti pertuſo clauſum formicis edendum in myrmecia collocant ſic enim fit, vt exeſa carne, lapis cum oſſibus relinquatur. Prædictum modum ſeruari in Anglia Geſnerus tradit, ſed rubetam annoſam per medium ſciſſam ſine vllo vaſe formicis exponunt, inde poſtea carne exeſa, os frontis nigricans, & præ durum fumunt, & pro legitimo lapide buſonis vſurpant. Braſauolus ſcribit, ſe in capite huius animalis lapidem inuenille, qui potius erat frontis os in lapidem concreſcens, cum animal terra ſæpè alatur. Quocirca Geſnerus ſibi perſuadere nunquam potuit ſolidiſſimum lapidem in huiuſmodi animante generari poſſe, quia ſumma durities, à ſummis cauſis efficientibus dimanare debet. Porta quoquè fatetur ſe multos buſones dilaniaſſe, nec vnquam lapidem vllum inueniſſe, propterea illum, qui pro lapide buſonis paſſim oſtenditur, mineralem eſſe exiſtimat. Nos lapidem, quem ſub hoc nomine conſpicati ſumus oſſeæ potius ſubſtantiæ,

Centur. 9. memor.

lib. 8. Mag. Nat. cap. 9.

lib. 5. c. 18.

Iliad. χ.

Plantę.

li. 3. de nat. ſtirp.

Lapis buſonum.

lib. 5. de nat. foſſ.

lib. 22. de An.

B

C

D

E ad mentem Brasauoli, & Gesneri, esse opinamur. Alij fuerunt huius sententiæ hunc lapidem nasci ex illa viscosa spuma, quam bufones hyberno tempore in cauo congregati in caput magni bufonis affiant. At Christophorus Saxeldensis hunc lapidem in quadam specie rubetæ apud Gallos, & Hispanos tantummodo oriri asseuerantius dicit, quę rubeta cornuta est, maculis croceis, & nigris liuentibus insignita, nomine borax. Gemma verò eiusdem nominis magnitudine mediocris fabæ annulis Principum includitur. Etenim lapis hic, præsentibus venenis colorem mutat, & quasi sudans guttas emittit. Idem de glossopetra verum esse nonnulli affirmant. Indica etiam gemma est, ex Georgio Agricola, subrufo colore, quæ attrita purpureum colorem effundit, & (mirum dictu) à nostris bufonibus expetitur. Hinc fortè originem habuit illud, quod de cognitione huius legitimi lapidis circumfertur, nimirum si ostendatur bufoni, & ipse se se erigat, quasi lapidem contacturus, tunc illum optimum, & legitimum esse censendum est: hoc ex relatione cuiusdam medici Regij Mizaldus scripsit.

Lapis bufonis in qua rubeta oriatur.

Cent. 9. memor.

F

PRÆSAGIA, PRODIGIA, Monstra.

GVlielmus Gratarolus scriptis mãdauit plures bufones, magnos præsertim à cauernis vesperi egredientes pluuiã præsagire. Suessanus tradit quòd, bufonem quempiam obuiam fieri fœlicissimum augurium fuisse Antiquitas existimauit. De prodigijs habemus anno 1091. in Teutonicis partibus carnem cum sanguine pluisse, & bufones cum piscibus è cœlo cecidisse, vt legitur in fragmẽto historiæ Germanicæ incerti authoris. Amplius anno 1553. in villa quadam Thyringia ad Vnstrum, à muliere bufo caudatus natus est, quemadmodum in libro de Prodigijs, & Ostentis habetur. Nec mirum, quia Cœlius Aurelianus, & Platearius scribunt mulieres aliquando cum fœtu humano bufones, & alia animalia huius generis eniti. Sed huius monstrosæ conceptionis causam non assignant. Tradit quidem Platearius illa præsidia, quæ ad prouocandos menses commendantur, educere etiam bufonem fratrem Salernitanorum: quemadmodum Aliqui lacertum fratrem Longobardorum nominant. Quoniam mulieres Salernitanæ potissimum conceptionis, succum apij, & porrorum potant, vt hoc animal interimant, antequam fœtus viuiscat. Insuper mulier quædam ex Gesnero, recens nupta cum omnium opinione prægnans diceretur, quatuor animalia bufonibus similia peperit, & optimè valuit. Itẽ alia, cum puerum enixa esset, inter secundas animal ranæ, vel bufoni similimum eiecit. Huiusmodi autem animal ad molæ genera Amatus Lusitanus reduxit. Idem nonnullis mulieribus in Heluetia, sed rarius Gesnerus accidisse audiuit. Cæterum maiori admiratione tenemur, dum intelligimus homines aliquando bufonem euomuisse: cum horrendum dictu sit tales bestias in ventriculo, & intestinis humanis stabulari. Huius rationem naturalem Gesnerus assignare nititur, dum inquit id interdum posse euenire à genitura horum animalium, nimirũm ab vno, vel altero ouo à continua illa serie separato, quę cum potu aquæ incautè hauriuntur. Et licet in terra, & aqua bufones quandoque ex putri materia producantur; in corpore tamen humano id fieri non posse eruditi viri existimant. Lumbrici quidem in intestinis ex putredine procreantur, sed non ducunt ortum ex materia tam putrida, qualem generatio bufonum expostularet. Quapropter hausta bufonis genitura, & stomachi villis ob viscosam substantiam adhærens nõ concoquitur, neque à calore superatur, cum humanæ naturæ penitus aduersetur. Immò vis venefica non dispergitur, cum in pellicula ouum contineatur, sed statuto tempore animal gignitur, quod ibi nat um cum meliore nutriatur alimento non venenat. His addamus quòd minus veneni e st in genitura, quæ in aqua reperitur, quemadmo dum etiam rubetæ palustres terrestribus minus venenatæ esse perhibentur.

li. 1. de Aug.

In cap. de retentionib.

Bufones à mulieribus orti.

Quomodo bufones in humanis intestinis generentur.

G

H

MIRA-

A

MIRACVLA.

lib.4.c.86. LEgimus apud Heiſterbacenſem in hiſtorijs miraculorum, quòd Monachi quidam Prumienſes, feria tertia ante diem cinerum, in priuatis cuiuſdam ſacerdotis ædibus, ad cœnam inſigni magnificentia, ingentiquè epularũ apparatu inſtructiſſimam accesſerunt, vbi ad dimidium vſquè noctis lautiſſimè ſunt comeſſati. Denuò, priuſquam dilucularet, ad comedendum ſurgentes, gallinam præparari iuſſerunt. Verùm, qui hanc ad coctionem exenterabat, magnum bufonem viuum in illius aluo reperit. Ideoquè repente magno edito clamore omnes comeſſatores ad ſpectaculum connocauit, qui gallinæ inteſtina in magnum bufonem tranſmutata conſpicati, & magna admiratione referti à loco conuiuij ſtatim receſſerunt. Idem Author recitat miraculum, quod accidit in Perge villa Diœceſis Colonienſis: vbi quidam delicatus ſacerdos, voluptatis gratia, æſtiuis diebus, vinum non niſi in phiala diligenter refrigeratum bibere ſolebat. Vnde quadam die phialam vino plenam attollens magnum bufonem in fundo inſidentem conſpicatus eſt. Interim, depoſita ſtatim phiala, dum mirabatur, quomodo tam grande animal per anguſtum vaſis orifi-

lib.10. B

lib.12.c.18. cium ingredi potuiſſet, illud euanuit. Aliud etiam admirandum prædictus Author ſcribit de vſurario, qui vltimum diem obiens partam vſuris hæreditatem filio reliquit. Etenim quadam nocte, ianua pulſata, & ſeruo accurrente, audita fuit vox nomen olim Domini domus exprimens, dicenſquè Domino harum ædium ianua recludenda eſt, ſed reſpondente famulo Dominum illius domus mortuum eſſe, replicatum fuit. Deferas igitur hos piſces, quibus ego veſcor, filio meo, nam denſaleo ianuæ illos ſuſpendo. Mane autem

lib.10.c.64. domo exeuntes multos bufones in ſyndone ligatos inuenerunt. Pariter ex eodem Authore habemus, quòd in villa Carpania Diœceſis Colonienſis Theodoricus cognomento Cancer ab agro tribulos auferens bufonem magnum conſpicatus eſt, qui in pedes poſteriores ſe ſe erigens hominem quaſi ad pugnam prouocabat; homo arrepto baculo bufonem occidit. At Theodoricus hinc diſcedens cum minus ſuſpicaretur (mirabile C dictu) bufo extinctus veſtigia ambulantis inſequebatur, ſed reuerſus illum transfodit, & concremuit: nihil tamen profecit, quia locum adeò remotum adire non poterat, quin illue huiuſmodi beſtia accederet. Idcirco Theodorico cum venatore ſocio equitante, & mirabilia prædicti animalis narrante, bufo per equi caudam ad eum ſcandebat, mox ab equo deſiliens eum interfecit. Iterum, ipſo ſedente cum multis alijs, in proximo parietis angulo prædictum bufonem conſpiciens dixit; Ecce Diabolus ille, à quo nunquã liberabor, moxquè nudato femure permiſſit ab ipſo accedente morderi. Poſtea proiecto animali pars intumuit, indeq; liberatus, factus eſt vir religioſiſſimus. In villa proxima,

cap.69. quæ Vuintene nominatur, ex eodem Heiſterbacenſi, vbi multi Iudæi commorabantur. Hi altare multis pannis tegerunt. Vnde ſacerdos, tempore ſacrificij ad altare accedens, reuolutis pannis, maximum bufonem inuenit, ſed ipſo clamante, cuncti Iudæi immo, & multi Chriſticolæ ad ſpectaculum accurrerunt; qui in ludibrium Iudæorum riſum continere non potuerunt.

D

MORALIA.

IN doctrina morali peccans bufoni aſſimilari poteſt: tam quemadmodum bufo ab aranea ictus, cũ uideat vlrionem exercere non poſſe, ob iram excandeſcens adeo intumeſcit, vt diſrumpatur. Sic miſerandæ conditionis homo tanquam bufo, ſi ab ictu reprenſionum, vel concionatoris, vel uiri iuſti pungatur, cum reſpondere nequeat, ingentem colligens iram vitã eiiciat, vt tandem criminibus aſſociatus pereat. Iterum bufo quamquam ſit veneſicus, tamen combuſtus, & in cinerem redactus vim veneficam deponens, virtutem medicam adipiſcitur; Pariter homo veneno criminum imbutus per pœnitentiam, & humilitatem in cinerem redactus vim peccati amittit, gratiamq; & virtutem acquirens, alijs præſidio eſſe poteſt. Vt legitur de Paulo Apoſtolo, qui cum prius eſſet bufo veneni plenus,

Bufo aſſimilantur peccanti, & peccato.

tandem

E tandem in medicum animarum transmutatus est. Imò peccatum ipsum bufo potest appellari; quemadmodũ legitur de illa muliere, quę ad confessarij pedes dum penitentię sacramentum obibat, quoties quoties crimina ab ipsa perpetrata pronũciabat, tot bufones ab eius ore egredi visi sunt ab homine pio, qui in eodem templo orans morabatur. Insuper duæ sunt principales peccantium species, nempe Iracundus, & Auarus, quæ cum bufonibus optimè comparantur. Quando quidem ratione iracundię, bufo adeo ira efferuescit, vt impositò in illius ore bacillo prius moriatur, quàm dimittat. Similiter homo iracũdus quandoq; alicui ita infensus est, vt occasionem vltionis non inueniens vehementer succenseat, & pereat. Cęterùm homo auri sitientissimus, qui nulli rei, nisi opibus & diuitijs inhiat, bufonis naturam ęmulatur, qui dubitans, ne terra desit, nunquam tantum illius edit, quantum famem explere possit. Item Auarus à mortuis etiam tributum extorquens famem diuitiarum saturare non potest. Denùo ritu bufonis in cauernis opum stabulatur, & omnes, quibus cum versatur, veneno auaritię inficit. Demùm bufo quantò maior est, tanto peior, quia maiori veneni copia redundat. Pari ratione diuites quò maiores id est potentiores, eò peiores, ratione criminum, esse perhibentur; naminstar bufonum cauos quærunt, in quibus clandestinos contractus exercere possint: etenim qui malè operatur, odit lucem. Postremò nulli rectius cõparari potest bufo, quàm Diabolo. Quandoquidem, si bufo secundùm Physiologos, os in dextro latere abscondit, quod proiectum in feruentem aquam, eam illicò refrigerat; Diabolus in hoc intellectu bufo nuncupari potest cuius ossa occulti detractores esse feruntur, qui proiecti in aquam feruidam, scilicet in eę tum hominum pietate, & charitate feruentium, illos statim refrigerant, dum tales seminãt lites, vt iurgijs per diem perq; noctem scateant. Iuxta illud Prouerbiorum. *Omni tempore iurgia seminat.* In prędictæ sententiæ confirmationem, si bufo lucidissimos habet oculos, herbas dulces vorat, et rutam fugit. Diabolus tanquàm bufo his conditionibus gaudet; namq; scientia naturali, & subtilissima cognitione velut oculis lucidissimis est insignitus, homines, ob dulcedinem deliciarum, criminosos deuorat: verùm si iuxta hos ruta amarę pœnitentiæ, & memoriæ mortis seratur, procul dubio bufo diabolicus statim recedet.

Homo iracundus.

Dines auarus.

Cap. 16.

F

G

SYMBOLA, ET SIMVLACRA.

PRętermisso symbolo mustelæ in os bufonis ingredientis cum Dicto, CALLIDIOR ERRAT. Quod in capite de mustela exaratum fuit: in præsentia tantùm symbolum seu Insigne Gallorum, ex Textore, describemus. Hoc igitur tres bufones nigri in planitie flaua exornabant. Sed postmodùm Clothoueus symbolum, seu Insigne tribus lilijs aureis in spatio cæruleo decoratum, tãquàm cęlitus demissum usurpauit. Ideo maga illa, nomine Alruna, veneficis artibus effecit, vt spectrum quoddam triceps, nimirum Aquilæ, Leonis, & bufonis Marchomiro Troianorum Regi, Ilio destructo, & quietem quærenti, noctuq; dormienti appareret: ex quibus Aquila eum sic allocuta est. Genus tuum, ò Marchomire opprimet me, conculcabit leonem, & interficiet bufonem; quibus verbis significabat futurum esse, vt posteri eius Gallis, Romanis, & Germanis imperaturi essent. Siquidem bufo Gallorum Insigne denotabat. De simulacris scribit Ripa, per bufonem, posse elementum terræ figurari: nimirum si pingatur mulier adultę ætatis vestibus leucophæi coloris induta, super quibus uarię bufonum, herbarum, & fructuum species delineentur. Icones enim bufonum in hoc simulacro locum habere videntur, cum hæ bestię terra nutriri dicantur. Amplius idem Author ad exprimendum auaritiæ simulacrum, effigiat mulierem passis capilis, dextra manu bufonem, & sinistra marsupium stringentem. Bufonis icon huic simulacro propriè competit: siquidem hæc bestia legitimum auaritiæ symbolum esse perhibeatur; cum ad mentem Phisiologi nunquam terra saturetur, cum vercatur, ne temporis tractu sibi desit. Item in simulacro Iniustitiæ Ripa exhibet iconem mulieris albis vestibus, sed maculosis indutæ cum gladio in dextra, & bufonem in sinistra manu. Maculæ vestiũ nil aliud esse iniustitiã, quàm corruptionem designant. Bufo indicat auaritiam cum iniustitia fæpissimè insatiabili opum cupiditate irretiatur. Demùm vt taciturnitatis simulacrum exprimat, idem Ripa pingit mulierem nigris vestimentis tectam, anuloq;

H

Par. 1. Icon.

Auaritiæ simulacrum.

par. 2. Icon.

par. 3. Icon.

anuloq; os obsignantem cum rubeta fœtus pedes. Vel quia ad quamdam rubetæ speciẽ A
mutam alludat, vel quia respiciat rubetam in sigillo Mœcenatis insculptam silentium
indicantem, de qua superius actum fuit.

VSVS IN MEDICINA.

RVbetæ, & earũ partes, ad multas affectiones conducere dicuntur. Idcirco Marcellus totum animal cum adipe vrsino in olla rudi pro Arthriticis diligenter coquit. Ad Strumas delendas, ex Porta, certissimo experimento rubeta in oleo decoquitur, donec extabescens in oleum conuertatur, quo pars affecta pluries inungenda est. Alij rubetam dissectam regioni renum; ad lotium prouocandum, applicant; hocq; præsidio nonnullos ascite laborantes liberatos fuisse autumant. Insuper rubeta cocta, & instar emplastri cynanchicis imposita adeò B
prodest, vt Cardanus affirmauerit quemdam, ob hanc affectionem, moribundum solo
hoc præsidio liberatum fuisse. Quocirca Mirzaldus filum, quo rubeta suspensa interierit,
eamdem opem in angina præstare posse opinatur. Arnoldus recipit bufonem maximum
excenteratum, ipsumq; radice laureolæ, stercore gallinæ, sale, & vnguento diàltheæ infar
ctum in vern assat, donec comburatur, pinguedinemq; inter assandum cadentem col-
ligit, qua fistulas prius linit, deinde puluerem eiusdem bufonis tosti cum maxima vtili-
tate ægrotantis inspergit. Ideo non est mirandum, si quidam rusticus Gesnero retulerit
se prædicto remedio fistulas in quacumq; corporis parte ortas fœliciter curasse. Sunt
quidam nuperi, qui rubetam aridam buboni pestilenti imponunt, vt virulentam qualita-
tem ad superficiem trahãt. Quamuis alij, ex Porta, rana vtantur, qua pereunte, aliam im-
ponunt, idq; toties repetunt, donec vna superstes remanserit. Insuper solent bobus fas-
tidium cibi afferre quædam viroſa linguæ incrementa, quæ ranas veterinarij appellãt;
curantur autem cuspide lignea, qua rana rubeta transfixa fuerit, & eeleriorem afferet
opem, si in ea arueri t. Item hoc animal in quacumq; hæmorrhagia commendatur; nam
Gesnerus narrat se intellexisse Fridericum Saxoniæ Ducem ad sãguinem supprimendũ, C
bufonem prius veru ligneo transfixum, & in vmbra diligenter arefactum, deinde in syn
done inuolutum manu tenendum laborantibus præbuisse, donec intra manum incale-
sceret. Cuius remedij rationem naturalem inuenire non possumus, nisi hanc horrori, &
metui attribuamus, quem hoc animal homini incutere solet. In hoc affectu Ioannes
Vrsinus bufonem combustum probat dum inquit.

Bufo vsus fit vt natura date cruorem.

Hinc Marcellus portionem ranæ rubetæ in furno exiccatæ in linteolo ligatam de colla laborantis hæmorrhagia suspendit. At in superfluo hæmorrhoidum fluxu Nicolaus Florentinus emplastrum ex cinere bufonis concinnatũ superponit, quoniam virus animalis adustione consumi scribit. Immò ad exterminandum prædictum affectum eodem cinere tanquam peculiari arcano medicum quemdam insignem Lutetiæ vsum fuisse Gesnerus intellexit. Crollius in Basilica chymica, amuletum collo appendendum proponit, quod à venenis, à peste, & à morbis astralibus corpus humanum tuetur. Recipit autem D
puluerem bufonum ad radios Solares arefactorum, qui puluis obturatis, vel auersis nã-
ribus elici de betinam bufones octodecim duas puluerис vncias plus minus exhibere so-
lent. Neq; hoc à veritate alienum esse videtur; cum promulgauerit Gesnerus se nouis-
se multos, qui, grassante peste, puluere rubetæ aridæ buboni imposito mirum in modum
vitus extraxerunt. Crollius etiam pulnerem bufonum supra quoscumq; morsus veno-
matos inspersum venesicam vim elicere scripsit. Hinc multi colligunt hoc puluere quę-
cumq; vlcera maligna, & cancerosa sanari posse. Quamobrem quidam author innomina
tus, in vlcere cancroso, sumit bufonem crassum, in bilance ponderat, additq; eiusdem
ponderis caneros viuos, deinde in olla rudi diligenter luto munita; relicto tamen exiguo
foramine vrit lento igne, & cinere fœlici cum successu vtitur. Quoad virtutem partium
huius animalis Plinius iecur, vel cor rubetæ in panno leucophæo ad febres quartanas
eliminandas alligat. Et Nicander lienem, aduersus omnia venena valere asserit; san-
guinem verò pilorum esse medicamentum astruit Kiranides. Item, ex Cardano,

pedes

lib. 6. Phyt. cap. 11.

Cent. 8. Memor.

lib. 3. Bren.

lib. 5. Phyt. cap. 22.

In lib. de cur. morb. c. de hæmor.

In lib. de intern. ver. sign.

Vlceris cancerosi curatio.

E pedes viuentis rubetæ abscinduntur, Luna vacua ad Solis synodum properante, quibus collum patientis strumas circundatur: tenuiter eo prosunt, vt sæpe ægrotantem à morbo liberent. Immò & excrementa huius bestiæ in medicina aliquam prærogatiuam habere dicuntur. Siquidem sudor è compressis bestiæ tuberculis dimanans, virus rubetarum profligare fertur; si veritatem Porta assecutus est. Tandem lapis in hoc animali inuentus, & ab homine gestatus, secundum Physiologorum, cuiuscũque veneni malitiam arcet. Nuperi quidam hunc in Ithasi, & in dolore iliaco probant. At ex Nicolao Myrepso, de collo hydropici lapis hic suspensus, statuit ad stomachum vsquè peruenit, illum sanat. Ad finem multa sunt medicamenta composita, quæ rubetas recipiũt. Nam Galenus describit acopon diaphrynon, idest ex ranis rubetis paratum, quo vsus est vir xysticus, nempe iaculator, & à toto affectu conualuit, Acopon etiam ex rubetis, quod omnem affectionem tollit apud Aetium describitur.

lib. 3. Phyt. cap. 26.

li. 7. de cõp. me. per gen.

lib. 12 c. 44.

F

VSVS IN VARIIS.

DE vsu huius animalis in cibis nihil in præsentia dicemus. Quandoquidem venenata à calore natiuo superari nequeunt. Quamuis Petrus Martyr scripserit Hispanos quosdam in Peragua Insula noui orbis vrgente victus penuria, bufones coctos emisse. Lerius quoquè tradit in Historia nauigationis in Brasiliam, Americanos bufonibus minimè exenteratis, & tostis vesci quapropter, ob regionis temperiem, has bestias veneno carere opinatur. Verum quidem est ad varios etiam vsus trahi. Siquidem carne rubetarum in hamo posita purpuras allici Albertus testatur. Pariter ex eodem authore, bufo vstus, & in cibis falconi datus prohibet, ne pennæ à tineis exedantur. Sunt qui rubetam in nouo fictili conclusam in medio segetum obruant, vt noxias tempestates arceant. Archibius enim (referente Plinio) scribens ad Anthiocum Scytiæ Regem hoc narrauit. Immò, ex eodem, ad aues, & vermes à segete fugandos, rubetam circa arua ferri nonnulli iubent, deinde clausam in olla in medio campi humandam esse dicunt, sed eruendam priusquam metatur, alioquin segetes quemdam amarorem contrahere existimant. Sunt qui officulum in dextro latere rubetæ inuentum apocynum vocant, quia canum impetum cohibere feratur. Præterea Alij hoc officulum, ad venerem concitandam alligant. Plinius verò in hoc casu neruos rubetæ dextro lacerto appendit. Cæterùm Porta huiusmodi officulo amorem etiam conciliari asseuerat. Propterea Iuuenalis ad hoc alludens canebat hunc in modum.

li. 10. Dec. 3

G

lib. 7. Phyt. cap. 15.

Nec volo, nec possum ranarum viscera nunquam
Inspexi. *Satyr. 3.*

Per ranas pocta hoc in loco rubetas intellexit; nam ex licne iecore, prædicto officulo, & reliquis ranæ rubetæ visceribus veneficia, ad mentem Plinij, parabantur. Deniquè rubeta cum fœdum, & horribile aspectu sit animal, hac in corio recenti pecoris alligatâ, Plinius amorem finiri perhibet. Sunt præterea aliæ superstitiosæ nugæ ad rubetam

H attinentes, quæ, breuitatis studio, omittuntur.

DE

A

DE RANVNCVLO VIRIDI. Cap. III.

SYNONIMA.

RAna hęc uiridis, vt distinguatur à rana viridi amphibia edili, debet vocari rana parua viridis terrestris, vel secundùm Plinium rana minima, & viridissima, & secundùm alios calamites, quia inter calamos, seù arundines sępè versetur; vt explodatur sententia Alberti, & Aggregatoris, qui bufonem ranã calamitem cognominarunt. Immò quia in agris frequenter vagatur, ab Isidoro agredula indigitatur. A multis alijs rana syluestris dicitur, vel quia in syluis libenter erret, vel, vt voluit Syluaticus, ad differentiam ranę viridis, quę edendo est. Gesnerus scribit quòd *κάντις*, apud Hesychium, & Varinum hortorum ranã significat, fortè quia sua voce imbres præsagiat. Alioquin hę ranulæ ob vocem, quam edunt *βρίξαντες* nuncupantur. In quodam codice antiquo Plinij Dryophetes legebatur, vbi Hermolaus Barbarus legendum censet Dryopetes, seu Dryophytes, quoniam hoc animal in arboribus versetur. Quare Sipontinus diphthitas perperam legit, cum dryopetas legere deberet. Nam *βάτραχος δρυοπίτης* appellatur hæc ranula, cum de arbore in arborem, quasi volando transire videatur. Alij *δρυοβάτην βάτραχον* vocant, quoniã per arbores incedat. Etenim *δρυοφύτην* non rectè possumus ranam hanc, ex proprietate linguæ græcæ, appellare, quãuis Hermolaus hoc nomen tanquã ab arboribus, & fruticibus cõpositum admittat. Nos potius *δρύοφυτον* vocare deberemus, quæ vox natũ, vel nata in arbore significat. Alijs vocitatur *διοφίτης*, quòd nõ à terra nata, sed ex cælo delapsa videatur. Verũ hoc nomẽ, ranę potius tẽporarię cõpetere videtur, de qua in capite subsequenti verba fient. Non erit igitur mirum, si ab aliquibus rana hęc arborea dicatur. Plautus de diuite auaro blandiente pauperi hęc habet. *Vbi manum injecit benignè ibi onerat aliquã zamiam*. Scholiastes zamiam damnum interpretatur; item zamię secũdum ipsum, dicuntur ranulę in arbore, quę nisi detrahantur alios lædunt. Bononię ranella vocitatur; cum Latinis ranula, ideſt parua rana appelletur. Idcirco Racula ab Aggregatore, voce latina corrupta, dicitur. Nomina barbara de hoc animali apud Syluaticum leguntur, vt Cuconuones ranunculi virides, item Blefaricon ranunculus viridis. Gallis vulgò secundùm Syluium Croissetz dicitur, alioquin Graisset, vel Verdier à colore exprimitur. Sabaudis Renogle. Germanis Loubfrosch. Polonis zaba trauna.

lib. 12. orig. B

C

DESCRIPTIO, ET NATVRA.

RAna, de qua in præsenti capite sermo habetur, vbiq; uiridi colore perfusa est, præter pedes, & digitos, quorum color ex luteo, & rufo mixtus esse videtur, vnguiculi autem extremi globulis quibusdam terminãtur. Gesnerus hanc ranam mense Iunij captam dissecans sanguinem passim, sed paucum inuenit; cor albicans, iecur nigricans, lienem, & aliquot oua obseruauit. Hoc igitur animal instinctu naturali inter frutices versatur, arbores scandit, roriſq; instinctu victitat, vt scribit Hermolaus: hyeme in terra conditur. Verno tempore, vt notat Georgius Agricola, posteriore parte adhuc occultata, anterior supra terram eminere videtur. Amplius ranæ virides hanc vocem Brexa natura sibi compararunt, ideoq; clamitantes brexare dicuntur, dum arboribus præcipuè insidentes vociferando pluuiã præsagiunt. Alioquin alio tempore, ex Alberto, silere perhibentur. Quocirca nonnulli has inter ranas mutas recensuerunt. Insuper à natura non sine aliquo veneno procreatas fuisse Gesnerus arbitratur; tum quia ipsis vim philothram inesse inuenit, tum etiam quia, cum quidam ranunculum viridem aliquandiu in police manus gestauerit, paulò post illum digitum duriusculo tumore affectum ostendit. Et in asserti confirmat onem

Victus. D

cicimus,

E dicimus, quòd si fortè huiusmodi ranunculi ob paruitatem inter herbam latentes à bobus deglutiantur, illos summopere lædunt. Præterea nonnulli addunt, dentes his animalculis eradicari, quod aliunde, nisi à venefica horum qualitate oriri potuerit. Remedia igitur in expugnando hoc veneno eadem erunt, quæ aduersus virus rubetarum in capite antecedenti recitata fuerunt. Quando verò huiusmodi bestiæ in agris alicui molestiæ erunt, Ioannes Tattus vnam in campo suspendens cæteras fugat. *Venenum.*

VSVS IN MEDICINA.

F NOn modicam ex hoc ranunculo viridi frugem medici possunt demetere, cum ad expugnandas multas affectiones conducat. Plinius, vt liberet laborantem tussi, ipsum in os huius ranæ expuere præcipit. Syluius, ad extinguendum febris incendium, iubet ranas vltides à febrientibus manu detineri. Gaynerius in febre hectica sumit ranunculos in locis siccis, seu in arboribus versantes, & capite amputato, & abiectis intestinis, in aqua elixat, donec caro ab ossibus separetur, deinde cum farina hordei parat pultem pro gallinis, quibus postea ægrotus nutriendus est. Timotheus ranunculos huius generis per medium dissectos renibus hydropicorum applicat, & aquam certo experimento per lotium educit. Amplius in cohibendo sanguine nonnulli, ex Plinio, cinere huius ranunculi vtuntur; quamuis superius rubetarum cinis fuerit commendatus. De partibus huius ranæ, scribit Plinius, quòd iecur in pellicula gruis ligatum venerem concitat. Syluaticus citans verba Mesue, tradit ab adipe huius ranæ in arboribus habitantis super dentem dolore affectum linito, ipsum frangi. Cruor verò, ad mentem Dioscoridis, instillatus in vestigijs pilorum à genis euulsorum ipsos renasci prohibet. Galenus in simili casu hunc sanguinem laudat, dum inquit, quòd Papias Laodicēlis Antolyci medicus prius pilos in palpebris natos euellebat, deinde locum dropace diligenter irritabat, locumq; chamæleone albo trito sanguini ranarum viridium permixto perlinebat, neq; renascebantur. Marcellus acu cuprea hunc ranunculum pungit, & sanguine inde emanante loca, pilis euulsis, inungit, ne renascantur: id Quintus Serenus confirmare videtur dum canit. *lib. 3. par. 1. Arc.* *lib. 4. de cōp. med sec. loc.*

G *Præterea quascumq; voles auertere feras,*
Atq; in perpetuum vrdinina occludere vela,
Corporibus vulsis sanies perducito rana,
Sed quæ parua situ est, & rauco garrula questu.

Tandem in compositis etiam medicamentis hi ranunculi locū habere videntur. Etenim Galenus verba faciens de ijs, quæ Crito ad alopeciam conscripsit, recenset ceratum, quod cinerem ranarum minimarum recipit. Et Syluaticus in parādo ranarum oleo pro morbo articulari, ranas virides, syluaticas edilibus præfert. *lib. 1. de cōp. med. sec. loc.*

H

DE RANA TEMPORARIA.

Cap. IV.

SYNONIMA, ET GENERATIO.

EX differentia huic ranæ addita vnusquisque coniectari potest hoc animal non ex genitura, sed ex putri materia generari, cum hoc vocabulum (temporarius) non quid perpetuum, sed ad tempus datum significet. Siquidem huiusmodi ranæ estiuis imbribus productæ paulò post intereunt. Hac de causa nonnulli has διοπετεῖς quasi à Cœlo, vel à Ioue demissas nuncupāt. Quandoquidem in Poemaria, & Dardania post pluuiam, ranarū tantam multitudinē contigisse prodit Eustachius, vt domus, nedū viæ repletæ fuerint. Neq; aduersus hoc mali genus nullū præsidiū salutare, præter fugā, inuentū fuit; cū ex Cælio Rho-

digno ranis in omnia repentibus,& resilientibus,neq; aqua,neq; cibo vti liceret. Cardanus pluuiarum mirabilium causam in vetos referre videtur. Dum inquit ventos per A
lib. 24. lect. antiq. c. 3. iuga montium sequentes & ranas,& lapides per aerem deferre,consequenterq; vna cum imbribus ad terram demittere. Quę subtilitas, vt veritatem fateamur, nobis non potest arridere; siquidem æstiuo tempore, ex guttis magnis in puluerem concidentibus
lib. 16. de subtil. ranulæ oboriuntur; quemadmodum ex eodem Cardano habemus de quodam viro, qui vbi expuisset, intra horæ dimidię spatium, ranam exiguam pro sputo ostendebat. Id autem ex spiritu excitato ob fermentationem guttarum aquæ cum puluere factam dimanare potest; veluti in generatione ranarum metallicarum Agricolę contingit. Necessariò enim in illa materia tophacea fit fermentatio, excitaturq; spiritus quidam vitalis ad generationem idoneus, ex quo, & ab exhalatione in cauitatibus lapidum concluſa ranæ illę generantur. In ortu etiam ranæ temporariæ, vt multi volunt, pluuia æstiuis mensibus poros terrę valdè siccæ ingreditur; vnde à calliditate, & humiditate materia ad generationem horũ animaliũ præparatur, quæ tunc nõ surgunt, sed postmodum cadentibus alijs imbribus, tanquam genita in instanti, aut à cælo cum pluuia dimissa apparent: hæc autem animantia, quamuis ad ranarum genus reducantur, tamen sunt diuersæ speciei: cum Aristoteles litteris mandauerit, magnis imbribus multa conspici animalium genera, quæ antea raro visa fuerunt. Propterea ranæ omnes, exceptis temporarijs, hybernis mensibus in terra conduntur; quoniam illæ ex semine, hæ autem ex putri materia originem ducentes diu viuere nequeunt.

li. 8. de hist. An. c. 11.

PROBLEMA.

Sect. 1. probl. 22.

PHilosophus in libro Problematum causam inuestigat, propter quam anni fiant morbiferi, quando copia paruarum ranarum faciem rubetæ repræsentantium à natura producitur. Hoc in loco Aristoteles illas ranas intelligere videtur, quæ æstiuis mensibus ex putri materia, operante Sole, procreantur. Quamuis etiam signum corrupti aeris sit illud, quando cum imbribus ranulæ cadunt; tamen illas temporarias in terra genitas intelligit, quarum aliquæ vrgente, æstu, semper apparent, quæ si iustò copiosiores fuerint, anni insalubritatem indicant. Aponeusis tradit hos ranunculos esse paruos, raniſq; communibus minores, coloris cinerei in dorso, sub ventre verò coloris citrini, quos non rarò in Italia, post imbres, præcedente vehementi æstu, conspicari contingit. Aristoteles igitur prædictam quæstionem soluens, docet illud in quocumq; loco, & regione redundare, & conseruari, quod naturæ loci, & regionis maximè simile, & consentaneum erit. Ideoq; natura animantia, & res ferè omnes illius temperaturę, & conditionis producit, qualis est locus, in quo producitur. Cum autem ranæ sint humidę, & ex putri humidaq; materia cum calore genitæ: si alicubi redundauerint, & conseruentur, illum locum & eum annum calidum, & humidum esse indicabunt. Huiusmodi autem anni constitutio sępè sæpius morbosa est, & pestilens, quia multam materiam ad putredinem aptam corpotibus ingenerat. Aduertendum autem est, quamuis huiusmodi ranę possint aliquãdò ob illarum abundantiam, & corruptionem generare pestilentiam; nihilominus Aristoteles hoc in loco illas tanquàm signa, non autem tanquam causas anni morbosi intelligit. B D

DE

E

DE LACERTA IN GENERE, & primum de vulgari. Cap. V.

ÆQVIVOCA.

POst periucundam, & lepidam ranarum historiam ad lacertarum naturam, & mores ponderandos descendemus: tum quia nonnulli viri eruditi ranas, & lacertas ad vnicum genus reduxerunt; nō solum quoniam omnes ouiparæ, & molles sint, sed etiam quia omnes lacertos, idest bracchia habeant; quapropter vocabulum lacerti, ranis, & lacertis commune esse cōstituerunt. Quamuis autem hoc vocabulum prius lacertis, & postmodum ranis competere videatur, consequenterquè primùm de lacertis, & demum de ranis fuisset agendū; attamen prima fronte de ranis ranquam de notioribus, vt potè edilibus actum fuit. Ne igitur lector in hac lectione ambiguitate laboret, animaduertere debet inter pisces squamosos litorales vnum Coliam dictum connumerari, qui à multis authoribus lacertus nuncupatur, quemadmodum in historia piscium explicauimus. Lacerti postea in scholis medicorum sunt instrumenta motus voluntarij, quæ aliter musculi indigitantur. Insuper, vt notat Cælius Rhodiginus, lacerta vasis genus est apud Iuris peritos; velut saura apud Græcos, cuius, ex Hermolao, Hippocrates in Palma meminit; quasi aliquod opus Hippocratis palma inscribatur, quod nullibi reperitur. Verum quidem est, quòd Hippocrates agens de luxationibus per sauras, non vasa, sed funiculos ex palmis contextos intellexit, quibus ad ossa reponenda chirurgi olim vtebantur. Hi autem nihil commune cum lacertis habent, nisi velimus sauras, nempe lacertas prædictos funiculos à ligandis lacertis, nimirum musculis cognominare. Lacerta verò genus vasis apud Iuris peritos à figura fortassis sic cognominanda erat; quoniam quatuor pedibus in digitos oblique formatis, lacertorum more insisteret,

F

lib. 2.

lib. 27. lect. antiq. c. 27.

G

SYNONIMA, ET ETYMVM.

LAcertum, & lacertam idem esse animal omnes authores autumant, & in vtroquè genere illud efferunt; quemadmodum apud Græcos, teste Varino, σαῦρος, & σαῦρα pronunciatur. Isidorus lacertam à similitudine lacertorum humanorum indigitat. Quandoquidem hæc bestia pedes moueat veluti homo quadrupes incedens manus flectit. Nisi velimus lacertam, quasi laceraram nominare, cum hoc animal ob crurum breuitatem, serpens in quasdam appendices laceratus esse videatur. Apud Græcos legitur σαῦρα, vel σαύρα ἡ item σαῦρος ὁ, nempe lacerta, & lacertus, fortè σαυλὸς delicatus, & mollis, cum lacertæ mollitie quadam sint refertæ. Gesnerus hanc græcam vocem, σαῦρα, ab Arabica voce, Herba, vel Harbe deriuat. Alioquin in scriptis Hesychij, & Varini σαύλλα lacerta exponitur, vbi etiam σαυρίγγη pro herba, & pro lacerta animali legitur. Hodie apud Græcos χελισαῦρα vulgò dicitur, nomine fortè corrupto à χλωροσαῦρα, quæ vox lacertum viridē significat. Aliter σαῦρα ἡλιακὴ nonnullis Græcis lacerta vulgaris cognominatur, quoniam Solis calore summoperè delectetur. Kiranides enim tres lacertarum species esse constituit, primam heliacam, nempe Solarem, secundam chalcidem, & tertiam viridem appellat. Hebraicam vocem Letaah in sacris paginis, nonnulli reptile quoddam, sed viri eruditi lacertæ genus interpretātur. Arabicam vocem Azab, vetus glossographus Auicennæ, voce fortè corrupta lacertum exponit; nam Hardum, Andreas Bellunensis idem animal esse explicat. Item Samabras, vel Saambras, idem Bellunensis lacertam legit. Vndè salamandræ nomen fortè deductum videtur. At scatirosa, & olen sunt nomina barbara, quibus à syluatico lacerta denotatur. Hispanicè Lagarto lacertus, & Lagartisa, vel Lagardixa lacerta dicitur. Gallicè Lysarde, Germanicè Ein Egochs. Anglicè Lusard, vel Lysard, Illyricè Geisscierka.

lib. 12. orig.

H

Leuit. c. 11. & Nu. c. 14

A

DIFFERENTIÆ, & Deſcriptio.

Miſſa illorum opinione, qui lacertos ad vermes reducunt, cum vermium nomine pro reptilibus abutantur. Nos a figura, à magnitudine, à colore, & demùm à loco natali lacertarum diſcrimina deſumenda eſſe affirmamus. Ratione primi, vnà cum Iſidoro, plura eſſe lacertarum genera ſtatuemus; quandoquidem Salamandra, ſtellio, ſcincus, Chamæleon, & Crocodilus in numero lacertorum reponuntur, & tamen facie, & ſigura à ſe inuicē diſcrepāt. B

Tom. 2. off. Ratione ſecundi, Rauiſius Textor duplex lacerti genus, ſcilicet maius, & minus eſſe ſtatuit. Nam ad maiores lacertas, virides, & ad minores, lacertas chalcidicas reduxit. Quam diſtinctionem amplecti non debemus; ſiquidem lacertum vulgarem in comparatione ad viridem, minorem debemus nuncupare, cum lacerta chalcidica, Geſnero teſte, exotica, & nobis ignota ſit. Si contemplemur colorem. Lacerti alij virides, alij vario colore referti eſſe conſpiciuntur. Quare Virgilius cecinit.

Eclog. 2. *Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.*

Et alibi.

Georg. 4. *Adſint, & picti ſquallentia terga lacerti.*

Plinius quoq; meminit lacertorum, quorum color adeo fuſcus eſt, vt ad ferrugineum quandoq; accedat. Græci ratione coloris (annotante Heſychio) tres aſſignant differētias, ſcilicet τὸν ἠλιακὸν, τὸν χαλκὸν, καὶ τὸν χλωρὸν, nempè ſolarē, ideſt vulgarē lacertā, chalcidicā coloris ærei, & viridem, quę vulgò apud nos *Ligure* appellatur. Deniq; ratione C loci, alię naſcuntur in noſtris regionibus, alię apud Indos, & alię apud Aegyptios procreantur: Etenim Palladius lacertam Nili crocodilum eſſe arbitratur. De quibus omnibus ſeorſim agendum eſt. Itaq; lacertus vulgaris, ex Geſneri obſeruatione, digitos habet quinos valdè exiles cum vnguiculis tā in prioribus, quàm in poſterioribus pedibus. Hoc tamen notatur diſcrimen, quòd digitus pedum poſteriorum, qui Indicis ſitum occupat, longiſſimus eſt, pollexq; inferiorem locum, vt patet in manu hominis, poſſidet. Sed in pedibus anterioribus pollex cum cęteris digitis æqualem ſitum habet. Si partes internas huius animantis examinemus. Albertus linguam piloſam lacertę attribuit; quæ ſententia minimè concedenda eſt, niſi, per piloſam, ſubtilem, pilorum inſtar, intelligere voluerit. Nam Ariſtoteles bifidam potius linguam huiuſmodi animalibus aſſignat.

li. 2. de par. An. cap. 17. Immò huius rei cauſam inquirens protulit id ab ingluuie naturali harum beſtiarum pendere. Præterea idem Philoſophus lacertis, vt cæteris quadrupedibus ouiparis exiguum, & ſiccum pulmonem, lienem perexiguum, & rotundum, teſtesq; ſpondylis adhærentes tradit. Tandem in fœminis, vt in reliquis quadrupedibus ouiparis eamdem eſſe rationem vuluæ, quæ in auibus, aſtruit, cum ceruix infernè magis carnoſa ſit, & oua ſupernè proxima ſepto contineantur. Præter externam, & internam huius animantis D deſcriptionem, placuit non ſolum vulgaris lacertæ iconem cum ouis, ſed etiam eiuſdem ſceletonante legentis oculos repræſentare.

Lacerta vulgaris cum ouis.

NATVRA, ET MORES.

G ID lacertis insitum à natura multi autumant, vt temporis tractu visionem amittant. Idcirco Isidorus, & alij inquiunt lacertas exeogitatas instinctu naturali patientis foramen, facie ad Solis radios conuersa ingredi, & tandiu ibi morari, donec pristinam visionem adpiscantur. Si hoc verum est, inquit Albertus, ergo obtenebratio oculorum lacertæ à frigiditate quadam humorem oculi constringentę necessariò pendet, quem calor Solaris attenuando dissoluit, & visum huiusmodi animalibus restituit. Aelianus tamen id in lacerta excæcata citra calorem Solis obseruasse testatur. Nã vir quidam, vt ipse refert, stylo aceto oculos magni lacerti perforauit, eũq; in olla foraminibus peruia, vt animal spirare posset, vnà cum terram roscidam, & herbam innominatam collocauit, & post nonam diem, lacertum, recuperata visione, dimisit. Quod si verum est id alicui artificio non autem naturę attribuendum esse iudicamus. Præterea hoc comparatum habent a natura, vt mensibus hybernis sub terra condantur, quarè non est mirum si Textor in Epithetis, lacertos æstiuos H appellauerit. Immò etiam à Græcis ἑξαμηνόβιος καῦρος dicitur, quasi lacertus semestrem tantùm vitam degat. Et quamuis Aristoteles in historia animalium semestrem vitam lacertis concedere videatur, tamen id, ex aliorum sententia, proferebat, quod ex verbo (aiunt) in textu posito colligere possumus. Amplius lacertæ à Solo exeuntes uerni temporis nuncię esse feruntur: Hoc innuit Baptista Mantanus de die festo Sanctę Agnetis sic canens.

Quomodo lacerta visionẽ amissam recuperent.

lib. 5. c. 35.

ne hyberna timete
Frigora, iam redeant clementia sydera, vernum,
Tempus adest, prodite domo per rura, volucres
Apricantur, humus virides tam cogitat herbas
Hac quoq; luce ferunt longo quasi frigore fructas
Vadere per sepes, & per dumeta lacertas.

Verùm hę bestiæ ad mentem Aristotelis à cauernis exeũtes hybernum spolium depo nunt, quemadodum idem præstant autũno, antequã cauos ingrediantur. Insuper in hoc animantiũ genere fęminę naturaliter maribus sunt maiores; veluti de ranis in earum

li. 8. de hist. An. c. 17.

historia ad aures Aristot. pronunciauimus. Addit Plinius lacertos compares incedere, & vno capto, alterum in capientem efferari; quod si verum sit, nec ne, adhuc nobis non est exploratum. Hoc quidem scimus hos animantes hominibus esse beneuolos, vt inferius in sympathia, & antipathia huius animalis exarabimus. Sunt etiam lacertæ immemores, secundum Plinium; nam si alicubi oua pariunt, paulò post illorum obliuiscuntur. Illis quoquè natura adeò glutinosum ingenuit humorem, vt per mediũ diuisa lacerta non pereat. Immò ex Aeliano, si huiusmodi partes iungantur tacita, & naturali quadam colligatione coalescunt; atquè ex duabus partibus vnus lacertus resultat. Et id totum cicatrix indicare solet. Caudæ etiã sæpius amputatæ renascuntur, quoniam cauda pars excrementitia est, & partes huius generis auulsæ, veluti pili, & vngues iterum nascuntur. Legitur apud Interpretem Theocriti, quòd lacerta exiccata in viperam transmutatur. Quod si verum sit, nec ne, nondum liquidò constat, quemadmodum nequè manifestum est lacertam instar serpentis sibilare, vt ex libro de natura rerum colligitur. At quomodo lacertæ, & aliæ quadrupedes ouiparæ moueantur, id Aristoteles in libro de communi animalium gressu, eleganter explicauit.

lib. 9. c. 58.

LACERTAE SCELETON.

D

LOCVS, CIBVS, COITVS, PARTVS.

lib. 1. Insul.

IN Anglia lacertas versari multi ex Gesnero negant. Alibi verò, & potissimum in Italia copiosè reperiuntur. Bordonius meminit Insulæ Casperiæ, in quâ magni, & frequentes lacerti stabulantur, Ioannes Hugo in historia Indica tradit ibi multitudinem esse lacertarum, quæ parietibus adhærentes in lecticas, & stragula dilabuntur eum maximo dormientiũ terrore. Alioquin de loco particulari notum est cauernas, & sepulcra subire, spineta, & rubeta incolere, & deniq; in vetustis ædificijs, & ruderibus versari. Circa victum sciendum est, ex Plinio, carnes, & ex Aristotele non modo herbas, sed etiam omnia à lacertis vorari. Præterea, ex Columella, apibus, & vt audiuit Gesnerus, formicis etiam insidiãtur. Addit Matthiolus cochleas, cicadas, grillos, & similia animalcula in victum lacertarum cedere.

lib. 8. de hist. An. cap. 4.

E cedere. Congrediuntur lacertæ ad mentem Aristotelis; vt serpentes: quandoquidem circa finem mensis Martij hę quandoq; ita complicantur, vt duo capita, & vnum corpus repræsentare videantur. Postmodum oua, instar serpentum, pariunt, illaq; vt docet Aristoteles; more Crocodili, terræ committunt, ex quibus sine incubatu statutis temporibus catuli erumpunt. Lacertas autem ore parere, vt vulgus asserit, Philosophus asseuerantius negat. Insuper à lacerta fœtus omnes deuorari præter vnum magis inertē, qui postea parentes perimit, falsissimum esse Albertus attestatur. *le. 5. de hist. An. cap. 35.*

ANTIPATHIA, & Sympathia.

F MVlta suut animalia, quorum consuetudinem lacertę abominantur, & vicissim alia sunt, quibus cum familiaria commercia miscent. Primitùs à ciconia abhorrēt cum hęc ætis captura lacertarum pullos nutriat, Hoc Reusnerus in Paradiso poetico eleganter describit dicens.

Exul auis brumę serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.

Præterea carnes cochlearū, ex Plinio, appetunt, ideoq; illis inuentis ingluuiem replēt. Immò nec bufonum, nec scorpionum familiaritate gaudent, quoniam, ex Aeliano, se inuicem agresti odio prosequūtur. Ab arancis etiam dissident, vt refert Aristoteles. Siquidem aranęę paruos lacertos in foraminibus parietum aggressę filamentis obducunt, deinde ictibus ad interitum usq; petunt. Cum serpentibus acriter prælianturs hinc nonnulli lacertum ophiomachū indigitarunt, quamuis hoc epitheton maiori lacerto, nempè viridi magis competere videatur. Lacerti amant dictamnum herbam, ad quam, vt docet Plinius, vulnerati à serpentibus statim confugiunt. Vicissim velut lacertus serpenti est in C sensissimus hostis, homini amicus est coniunctissimus; quemadmodum Erasmus id multis G historijs illustrat in Dialogo de sympathia, & antipathia. Quapropter vbicumq; est homo, ibi libenter lacertę congregantur, quæ elcuato capite hominem contemplari solent, & expuentis saliuam lambere. Immò lacerta ori admota pituitam humanam auidissimè lingit. Amplius si homini sub diò dormienti serpens aliquis insidietur, lacerta, etiam si pusillum sit animal, per faciem, & collum dormientis curritans illumq; excitās, hominem ab hoste venenato tuetur. *Herbæ lacertis grata.*

COGNOMINATA, & Denominata.

H DEos aliquot animalium nominibus, Antiquitas cognominauit siquidem Dianam quandoq; Lupam, & Solem lacertum indigitauit, vt Porphyrius in tractatu de abstinendo ab animalibus, retulit. Gyraldus etiam Apollinem Sauroctanum, nempe lacerticidam à Priscis appellatum fuisse autumat. Propterea quod ipsum adhuc puberem subrepenti lacertæ sagitta cominus insidiantem obseruauerint. Alioquin Sauros, & Batrachos statuarij fuerunt insignes, natione Lacones, qui, vt recitat Plinius, templa Octauiæ porticibus inclusa fabrefecerunt Pausanias etiam in Eliacis, transfluuium Erymanthum, Sauri nomen esse scribit, vbi etiam rudera templi Herculis conspiciuntur. Hic Saurus latro fuisse fertur, qui viatores, & Accolas vehementer afflixit, priusquam Herculi pœnas daret. Aliter apud Festum Saureas nomen serui fuit. Et σαῦρα Populi Thraciæ apud Hesychiū, & Varinum leguntur. Deinde Sauromathas Amazonum conubio insignes Cælius celebrat. Nam Sarmathæ, & Græcis Sauromathæ Scythiæ populi à Plinio esse perhibentur. Præter hæc, nonnulla ex quadrupedibus ouiparis animalia vocanda essent lacertina, vt Stellio, Scincus, salamandra, seps, siue lacerta chalcidica; quoniam hæ animantes cum sint oblongioris corporis, rictu lacertæ, demptis pedibus, serpentes esse videntur. *lib. 4. Syntag. 7. Nomina proprie virorū*

Planta denominata à lacertis.

tur. Si de plantis sermo habeatur, Dioscorides tum antiquis nomenclatutis, Anagallidē vocat sauritim, quam Propheta Nycterirn, quasi nocturno, & subterraneo numini sacram dicant; quare herbam sauram Nicandricum præ dicta eamdem esse multi affirmāt, quia illam Plutoni sacratam esse dixerit. Alioquin per sauritin aliqui sinapin intelligunt; cum hæc planta, secundùm Plinium, ab Athenientibus sauríon appelletur. Vel intelligunt Nasturtium, quod ab Hippocrate (referente Hermolao) sauridion nominatur. Succedunt inanimata, quæ à lacertis denominationem sibimet comparārunt. Etenim apud Hesychium σαυροειδὲς legitur, quod vocabulum quid lacertæ simile, ob coloris varietatem significat. Hinc σαυρωτὴρ, vt multi docent, pars extrema hastæ, οὐρὶαχος, quasi cauda hastæ nuncupata, quæ olim varijs lacerti coloribus distinguebatur. Item Ambrosius Pareus, inter instrumenta chirurgica ad glandes corpori infixas extrahēdas idonea, vnum cum rostro lacertino effigiat. Tandem, ex Theophrasto, in Creta fons est ab aditu speluncæ Ideæ duodecim stadia distans, sauri dictus, cuius nominis rationem non assignat.

lib. 10.

c. 3. de hist. plant. cap. 5

MYSTICA, ET MORALIA.

cap. 11.

PEr mustelā, murem, & lacertam in veteri Testamento, insidiatores, & fures mysticè intelliguntur. Et quando, in Leuitico, lacerta inter animalia immunda recensetur, cum cauernas, & sepulcra incolat, Lauretus in sylua allegoriarum ab hoc animali mixtam vitę varietatē designari arbitratur. At si proprietatem lacertæ senescentis, lumenq; oculorum amittentis meditemur, quæ illius recuperandi gratia, per foramen parietis ingrediens, Solem versus se conuertit; proculdubio in doctrina morali peccantem lacertum ob senium caligantem indigitabimus. Peccans enim longa criminum cōsuetudine excæcatus, vt amissum diuinę gratię lumen adipiscatur, debet parietis foramen nempe in pœnitentiæ amarorem ingredi, ibiquè oculos mentis ad summum rerum omnium opificem verum iustitiæ Solem orando conuertere, vt lumen cęlestis gratiæ sibi comparare possit. Iuxta illud Isaiæ. *Aperientur oculi cæcorum*. Demum, in gratiam moralis doctrinæ, illi, in quorum animum omnia confluxerunt flagitia, lacertas imitari debent, quæ à serpentibus abhorrentes, in hominem, ob quamdam sympathiam, singularē spirant amorem. Pariter crimmosi postpositis serpentum, ideſt vitiorum vestigijs, ad homines nempè ad virtutes diligendas, & ad honesta quædam studia animum appellere debent.

cap. 35.

MONSTRA.

Cent. 5. memor.

PRæter illud memorabile, quod Mizaldus recitat accidisse anno Domini. 1551. mense Iulij in Hungaria propè Pagum Zichsum, iuxta Theisum fluuium; nimirum in multorum hominum aluo lacertas naturalibus similes ortas fuisse. Interdum contingit, vt animaduertit Schenchius, lacertam viridem in cęti magnitudinem excrescere, qualis aliquando Lutetię visa est. Sepè etiam lacertę duabus, & tribus caudis refertę nascuntur, quas vulgus ludentibus fauorabiles esse nugatur. Quæ monstra non ab alia causa, nisi ab ouis dilecythis, ideſt geminis dimanare possunt. Verùm magis admiranda fuit lacerta quadricauda, quę anno Domini 1596. nobis dono data fuit. Etenim longior cauda tres alias tanquam ramuscylos producebat. Quod monstrificum animal ex abundantia materiæ natum fuisse existimamus, & præcipuè, quoniam cęterę corporis partes iusto grandiores erant. Præterea incessit animo nostro admiratio non mediocris, quando Franciscus Centensis diligentissimus odontagogus lacertum amphicephalon nobis attulit. Nam hic lacertus loco caudæ aliud caput habebat, vt in icone hic data, licet conspicari. Idcirco ex ouo gemino hoc monstrum proculdubio natum fuisse fateri debemus: siquidem ad vtrumq; caput versùs gradiebatur. Postremò aliud, elegantius lacertę monstrū demirari non desinimus, quod lacertæ amphisbenę nomine indigitare placeret; nisi cauda vnius conspicęretur, quemadmodum lector in icone potest intueri.

In lib. de monstr.

Lacer-

1 Lacertus biceps.
2 Lacerta bicauda mas.



Lacerta amphisbena, vel potius lacertæ duæ simul iunctæ.



PHRENOSCHEMATA, & ſimulacra.

A

QVoniam inualuit opinio apud vulgum lacertum nullo prorſus amoris ſtimulo afflictari, idcirco Bartholomæus Thęgius, pro phrenoſchemate hominis animum erga aliquem amantem, & propenſum habentis, picturã lacerti exhibuit hoc Dicto coronatam. QVOD HVIC DEEST, ME TORQVET. Vincentius Ruſſelius effigiauit lacertum chamæmeli Flores delibantem cum inſcriptione. AETERNVMQ. TENET, quo ſymbolo, hominem ſe corrigentem, & reſcipiſcentem deſignat, quandò in aliquem errorem inciderit, vt humana fert fragilitas. Quandoquidem lacerta cum Serpente dimicat, & ſauciata ad chamęmelum, tanquam ad tutiſſimum præſidium confugit: Quemadmodum etiam dictamnum, ad mentem, Plinij ſingulare vulnerati lacerti remedium paulò antè tradidimus. Ripa in delineando Beneuolentiæ ſimulacro, mulierem alatam veſte viridi amictam, cum lacerta ſuper crus repente depinxit, ob ſingularem amorem, quo lacerti homines proſequuntur. Amplius idem Ripa vſus eſt icone lacertę in figurando ſimulacro Americę. Siquidem exhibet effigiem mulieris paſſis capillis, renui velamine rectę, arcu, & ſagittis munitę, cum magno lacerto ſecùs pedes; etenim in illa Regione lacerti immenſæ magnitudinis viſuntur.

li.2.de Art. Fabr.

par.1.Icon.

B

par.2. Icon.

VSVS IN MEDICINA.

VArijs affectionibus tum lacertæ integræ, tum ſingulæ earum partes multum adiumenti afferunt. Primò in expugnandis venenis rota lacerta commendatur; nam Crollius anthracis ſignaturam in Sapphiro cõtemplatur, deinde huius tollendi vim non ſolum ſapphiro, ſed etiam lacertæ ineſſe ſcribit. Dioſcorides lacertam diuulſam, & ictibus ſcorpionum applicatam non vulgariter prodeſſe atteſtatur. Plinius illam in cibis ad exterminandum Salamandræ vitus præber. Inſuper ex lacertis paratur oleum, ex quo in uſu medico, multa manat vtilitas. Vnde Timotheus in diſſoluendis ſtrumis, lacertas viginti quinq; in oleo ſuffocatas ad carnis vſq; conſumptionem percoquit, ex quo oleo cum ſimo pecudum emplaſtrum componit. Immò huiuſmodi oleum ad delendas etiam faciei lentigines commendat. Amplius viua etiam lacerta eſt ex vſu. Cum ex Geſnero, nonnulli lacertam excæcatam vnà cum anulo ferreo, vel aureo in vitreo vaſe includant, & poſtquam obſeruarunt lacertam recuperaſſe viſionem, tunc anulos ad arcendam lippitudinem geſtant. At ſatius eſt, ex Plinio, lacertam cremare, cuius cinis cum melle cretico ad oculorum caliginem ſæliciter adhibetur. Sin huiuſmodi cinis cum myrteo oleo permiſceatur, defluuium capillorum optimè reprimet: Hoc autẽ remedium erit efficacius ſi ex lacertis viridibus componatur, vt in capite ſequenti recitabimus. Si virtutes partiũ huius animalis ponderemus. Plinius cerebrum in ſuffuſionibus commendat. Totum verò caput contuſum, & appoſitum, ad mentem Dioſcoridis, aculeos & omnia corpori infixa extrahit. Alij caput lacertæ cum ariſtolochia longa, radice arundinis, & bulbo narciſſi ad modum emplaſtri componũt, quo ſpinas ſagittas, & partes vitri partibus renaciter adhęrentes extrahunt. Cor lacertæ combuſtum, vt ſcribit Arnoldus Villanouanus, mixtum cũ amurca, & impoſitum talem torporem membro affert, vt chirurgi ferrum non ſentiat. Verùm Rhaſis, & Plinius prędictam virtutem corio crocodili attribuunt. Iecur huius animalis, ſi veritarem faſſus eſt Auicennas, in cauis dentium immiſſum dolorem mulcet. Inſuper ſanguis lacertæ, prętęrquamquòd viſionem roborat, ex Auicenna, impedit etiam, ſecundùm Marcellum, varices ne in humano corpore orianrur, ſi puſionum crura eo diligenter illiniantur. Delet quoq; verucas, vt voluit Quintus Serenus dum cecinit.

In lib.de inter.rer.ſign.

li.1.par.ſec. Aream.

Hepatis virtus.

D

Id poterit vitium ſanguis curare lacerta.

In hernijs infantium idem ſanguis inſperſus commendatur: idq; verum eſſe colligit

Iorta

E Porta, quoniam lacertus per medium dissectus iterum coalescat. Demùm stercus huius animalis suis non caret virtutibus; quandoquidem Hierocles id misceat cuidam medicamento, quod in stranguria à quorum præscribit. Prodest etiam albugini, & vlceribus oculorum, vt legitur in libro secretorū, qui Galeno adscribitur. Addit etiam Celsus huiusmodi simo vulnera mirum in modum detergi. Sed diligenter inquirendum est, an de simo lacerti, an potius scinci, seu crocodili terrestris verba faciat, quod Authores medici frequenter adhibere solent. *In Hippiat.*

VSVS IN VARIIS.



Cribit Herodotus Troglodytas Aethiopes olim serpentibus, & lacertis, & alijs reptilibus in commessationibus adhibuisse. Immò Celius Amazonas non modò lacertas, sed etiam alias bestias huius generis edisse F opinatur, & propterea ita cognominatas existimat, quoniam nullis mazis, aut delicijs, sed promiscuo victu vterentur. Alioquin in ludicris lacertas, quemadmodum etiam pueri nostræ ætatis, olim adhibebant. Huius memmit Ausonius in Tetrastichis de mensibus, quando de mense Septembris canit hunc in modum. *Lacertæ adules.*

Surgentes veinis varios, & præcecat vuas
September, sub quo mitia poma iacent.
Captiuam fila gaudens reliquisse lacertam,
Quę suspensa manu nobile ludit opus. *Vsus in ludis.*

Præterea cerebrum lacertæ ad veneficia valere multi autumant. Sed Cardanus addit illud potius mentem mutare, quàm mulierem ad amandum cogere. Quamuis Plinius lacertam ad amatoria conducere referat; dum inquit. Eamin vrina virili necatam venerem eius, qui fecerit, cohibere. Demum Vuecherius adipe lacerti hominem pinguefacit hunc in modum. Sumit lacertæ sebum, & cum halinitro, cymino, & farina trit. ci pultem G concinnat, qua gallinas saginat, nam his postmodum homines alti mirandum in modum pinguefiunt. *lib. 5. de sec.*

DE LACERTO VIRIDI. Cap. VI.

SYNONIMA. ET NATVRA.



Lacertus viridis à multis lacerta maior cognominatur; quoniam in comparatione ad lacertū vulgarem, duplo, vel triplo maior esse videatur. Græcis *σαῦρα χλωρά* & Nuperis *χλωροσαῦρα* nominatur propter colorem, quo insignitur. Italis, vt nonnulli referunt *Gez* dicitur Bononiensibus. H *Lignero* quasi ligur; fortassis, quoniam in Liguria bestiæ huius generis frequentiores proueniant. Syluaticus hunc vocat ophiamacum à superandisl, & impugnādis serpentibus. Etenim hic lacertus instinctu naturali serpentes adoriens cū illis acerrimè prælietur; cum multi coloni hunc à serpentibus saucium sæpè obseruauerint; qui etiam addunt hunc viridem lacertum, æstiuo tempore, in arboribus morantem interdū, more ranunculi viridis vociferari. Amant huiusmodi lacerti loca calidiora quapropter Gesnerus hos in Germania raros esse testificatur. In Italia autem frequentiores versantur; vbi nonnulli eos obseruant multos simul obuiam egredientes: quandoquidem tunc morbos prælagire affirmant. Sed hoc parùm adhuc exploratum est. Circa descriptionem diù non esse immorandum arbitramur, tùm quia animal notum est, tum etiam quia hic veram illius effigiem damus, cui addimus aliam iconem lacerti viridis cauda bifurca, necnon alterius exiccati cauda bifida, qui adhuc integer in publico Musæo seruatur.

Lacertus

Lacertus viridis Liguoro-Bononiensibus.

Lacertus viridis cauda bifurca.

VSVS IN MEDICINA.

Lacertus viridis exiccatus cauda bifida.

VTilitatem incredibilem Medici ex hoc animali, in eliminandis varijs affectibus, percipere possunt. Et primò in strumis exulceratis, lacertum viridem Plinius alligat, & post dies triginta medicamentum permutat. Idem infantium ramices morsu lacertæ viridis emendat, dum illum dormienti ægro admouet; deinde animal arundine infixum in fumo suspendit, nam, ipso expirante, infantem sanari scribit. Marcellus hunc lacertum viuum in fictili nouo cũ tribus sextarijs vini decoquit, & hoc medicamen phthisico ieiuno præbet. Præterea Plinius in tribus affectibus hunc lacertum abscissis pedibus, & capite eum cibis permiscet, scilicet in dolore lumborum, in morbo comitiali, & in Ischiade. Deinde oleum quidem ex lacertis vulgaribus paratur, sed ex viridibus concinnatum, teste Brasauolo, in morbis maiorem habet efficaciam. Idcirco lacerti virides septeni in libris duabus olei communis suffocati per triduum insolantur; & gutta huius olei faciem mirabiliter emendat, vt Georgius Pictorius ad Gesnerum scripsit. Hoc eodem oleo cum pice liquida, & adipe suillo ueteri Hierocles vngulam equorum inungit, vt illam robustiorem reddat. Vuecherius verò infrascriptum vnguentum pro epilepticis, ex Plateario, describit. Recipit igitur lacertum viridem, & ablatis cauda, & capite, in oleo communi per dies sexaginta ad putre dinem vsquè macerat, deinde in eodem oleo coquit, additoquè asphalto, & cera rubra, componit vnguentũ, quo in epilepsia, & paralysi spinã dorsi inungit. Lacertum etiã viridem cõburũt, cuius cinerẽ Plinius in Epiphoris incipientibus, & in cicatricibus delendis mirificat. Arnoldus de Villanoua prædictum puluerem medicamentis

Cõuenit dolori lumborũ Epilepsiæ, & Ischiadi.

In Hippiat. cap. 101. li. 2. Antid. spec.

E dicamentis admiſcet, quæ reuocandi pilos facultatem poſſident. Noſtra ætate ſunt quę-
dam mulieres clinicæ, quæ cinere huius animalis ſtrumas exulceratas ſanare profitentur.
Amplius partes huius lacerti ſunt etiam ex vſu medico. Nam Plinius oculum à viuo la-
certo erutum, & in pellicula caprina inuolutum, quartana febre laborantibus alligat. *Ad ſtrumas*
Idem, ad mentem nonnullorum, in ſtrumis exulceratis cor in vaſe argenteo ſeruandum
eſſe iubet. Fel huius lacerti per dies æſtiuos quadraginta in vino putrefactum ad So-
lem, donec mellis craſſitudinem aequirat, ex Kiranide, pilos palpebrarum euellit San-
guis vt docet Plinius attritos pedes hominum & iumentorum ſanat. Immò clauos *Fel.*
pedum ex Marcello eradicat. Deniq; oſſa lacerti viridis, vt notat Chriſtophorus Saluel *Sanguis.*
denſis, nouo experimento comitialibus proſunt. Colliguntur autem hæ oſſa hunc in
modum: lacertus viridis viuus ſale optimè inſperſus in fictili collocatur, nam, breui tem- *Oſſa pro epi*
poris ſpatio, caro inteſtina, & omnes partes, ſolis relictis oſſibus, conſumuntur, quę *lepticis.*
poſtmodum epileptico non minorem, quàm vngula Alces vtilitatem afferunt.

F

VSVS IN VARIIS.

OLeo ex lacertis viridibus parato. Fumanellus in capillis denigrandis vti-
tur, quod mangonium noſtris mulieribus non eſt ignotũ. At Vuechetius,
vt capilli regenerentur hoc oleum concinnat tali ratione: Lacertos vir-
des viuos in phiala oleo communi plena mergit, & penès lentum ignem, *lib. 5. de ſec.*
donec diſſoluantur vas ponit, deinde per dies quindecim inſolat; quo
poſtea fæliciter vtitur. Hic igitur, ni fallimur, eſt modus, quem mulieres Bononienſes
in concinnando hoc oleo pro capillis, ſeruant. Demetrius Conſtantinopolitanus in libro
de cura accipitrum lacertos virides conciſos, his auibus præbet, vt pennæ citius mu-
tentur. Multi (refert te Plinio) aduerſus erucas, & ne poma putreſcant, pelle lacerti
viridis cacumina arborum contangi iubent. Sed Palladius inquit non pelle, ſed ſelle
cacumina contangenda eſſe, ne poma corrumpantur, & ne erucę damnum afferant. Tã-
G dem puluis lacerti viridis, & lapathum acutũ, ex Authore innominato, ſetas recludunt, *Pellis, ſen*
& multa alia præſtant, quæ omnia nugamenta eſſe arbitramur. *fellis virtus*

DE LACERTA CHALCIDICA.

Cap. VII.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA.

Deſcriptio.

H DEr vocabulum (chalcis) non modo lacertam, de qua in præſenti capite
ſermo habetur, ſed etiam piſcem, & ſpeciem quamdam accipitris intel-
ligere debemus. Immò aduertendum eſt, cum hæc lacerta ſeps etiam
nominetur, millepodã ſiue ſcolopendram Inſecti genus, ſeu vermem po
dibus pilosis pecori valde infeſtum eodem nomine vocari. Etenim, Pli-
nio teſte, morſum prædicti vermis tumor inſequitur, & locus putreſcit, non ſecus ac, in *lib. 3. ſect. 3*
morſu chalcidicæ lacertæ contingere ſolet. Alioquin apud Hippocratem ſeps tuber-
culi peſtilentis nomen eſt, cuius in libris Epidimiorum meminit. Chalcidica etiam herba
eſt; ſiquidem Ariſtoteles, in mirabilibus, chalcidicam herbam, & amygdala ad mellificiũ
optimè conducere ſcripſit. Aelianus quoquè litteris mandauit, chalcidica in tritico oc *lib. 3. de re*
cultata, ipſum incorruptum ſeruari: ſed an lacertam, an piſcẽ huius nominis intellexerit, *Inſt.*
ambigendũ eſt. Verũ qm Varro Cretę chalcidicę meminit, quæ in præſeruãdo tritico à

putredine commendatur; idcirco per chalcidicam Aelianſ; cretam potius, quàm animal intelligemus. Itaquè hoc animal, quamuis viperæ ſpecies ſit, chalcis, ſeu lacerta chalcidica ab authoribus paſſim indigitatur. Lacerta dicitur, quia, lacertarũ modo, pedibus prædita ſit; chalcidica verò non denominatur à Chalcide Regionis Euboeæ, vt multi volunt, vbi nullum animal huius generis verſatur, ſed ἀπὸ τῆς χάλκης, à chalco, nimirum ab ære, quoniam lineis æreis dorſum huius beſtiæ inſigniatur. Vnde Reuſnerus in Paradiſo poetico de colore huius animalis ſic canit. A

Aeris habet chalcis ſqualentia terga colore.

Non iniuria Igitur Georgius Agricola lacertam æream indigitauit. Quapropter σαύραν χαλκιδῆν, nempè lacertam chalcidem à colore æris, non autem chalcidicam à loco pronunciare debemus. Aliter apud Heſychum, & Varinum ζιγλις hoc animal appellatur; fortaſſis quoniam membrã, κῶλα, & ζιγλὰς interpretatur: cum membra, & pedes, lacertarum ritu habeat: Bellonius, Græcorum lingua, Samiamithon dici voluit. Sed fallitur, vt notat Saimaſius in Solinum. Etenim animal, quod hodie Græci σαμιάμιθον vocant, Græcis antiquis ἀσκαλαβώτης, nempe ſtellio dicitur. Amplius hæc lacerta ſeps ob virtutem ſepticam nominatur, nam σήπειν putrefacere ſignificat; cum caro ab hac beſtia morſa ſtatim contracto liuore putreſcat. Ideo σηπὶς, & ſecundùm alios σηπεδὼν meritò appellatur. Fetantes Imperatus, in ſua hiſtoria naturali, huius lacertæ ſub nomine vulgaris Cæciliæ meminit. Alij (annotante Fabio Columna) Tarantulam vocitant, ſed perperam, cum hoc nomen ſtellioni potius competere videatur. Itaquè chalcis quoad corporaturam, & colorem, ſi credendum eſt Ariſtoteli, ſimilis eſt paruis lacertis, & inſignita eſt colore illius ſerpentis, quẽ Cæciliam vocant. Nicander poſt viperam, de ſepe verba faciens retulit ſepem eſſe refertum colore illius Soli, in quo degit. Clariſſimus vir Fabius Columna hanc lacertam non æreis tantùm maculis, ſed totam æreo colore referrã obſeruauit. Vt igitur omnibus effigies pateat, illius exiguis pedibus inſiſtenrẽ cũ longa diſtantia inter anteriores, & poſteriores iconẽ hoc in loco delineare nõ piguit. B

Varia nomina.

In lib. obſer. anim terreſ. & aquat.

Lacerta Chalcidica flexuoſa, vt incedit, eademq; exporrecta.

LOCVS

E

LOCVS, NATVRA, MORES.

Nicandri Scholiastes in Syria, Libya, & Cypro hanc lacertam nasci, & inter saxa degere scripsit; deinde ratione pedum lacertæ, & ratione venenatæ naturæ, viperæ similem esse tradidit. Et quamuis Aristoteles vnicam tantum viperæ speciem notam habuerit, tamen Dioscorides, vires lacerti mulsi perpēdens, dixit illud aduersus viperam Sepem nuncupatam valere. Præterquamquod hanc lacertam naturæ viperææ esse arbitramur; quoniam, more viperæ, suos fœtus enititur; vt clarissimus vir Fabius Columna attestatur, qui huiusmodi animal in Gallicano castro inuentum interfecit, & curiosè in dissecto illius vētre, quindecim viuos partus inuenit, quorum alij membrana exuti, alij pellicula diaphana circumdati conspiciebantur. Idem io viperæ catulis licet obseruare. Quare Sepem esse venenatum minimè dubitandum est; cum omne serpens viuos fœtus edens in genere viperarum reponatur. Ideo non sine ratione canitur. *lib. 5. de mat. med.*

F

Parua quidem serpens, sed quam non vlla cruenta
Tantum mortis habet.

Verùm si aliquis dixerit Sepem ab ouiparis esse segregandum, cum ritu viperæ fœtus viuos in lucem emittat. Difficultas dissoluitur, si dixerimus hoc animal, more aliorum ouiparorum, in ventre oua generare, quamois postmodum catuli, disrupto puramine, ex aluo matris viui erumpant. Aetius igitur inter signa veneni Sepis, nigredinem, & putrefactionem partis demorsæ reponit. Dioscorides autem idem animal in vino demorsis propinat. Galeous illud dissectum morsui applicat. Plinius castoreum cum myrtite bibendum esse iubet. Immò cibum salsamentorum percussis à serpente, sed potissimū à Sepe, siue chalcide præscribit. *li. 11. de sim pl. med. fac.*

DE SALAMANDRA.
Cap. VIII.

G

ÆQVIVOCA, SYNONIMA. & Etymum.

PRæter salamandram lacertæ speciem, quam in præsentia examinandam proponimus; Gesnerus audiuit à quodam Germano pellione, inter exoticas, & nobiles mustelas, quandam nomine salamandram reperiri. Sed an reperiatur, nec ne nihil certi se habere tradit. Quapropter si hæc inueniatur in rerum natura, procul dubio à colore salamādræ denominatur. Apud Chymistas salamandra, quę dicitur Adech, ex mente Paracelsi; rectam rubram, siue sulphur Solis significat. Immò ex sententia Tauladantis in animaduersione Braceschi, per salamandram intelligit substantiam Mercurij sublimatione purificatam, quę ad condensationem, vel, vt chymistarum verbis vtamur, ad fixationem peruenerit; itaut in igne, more salamandræ, perdurare videatur. Salamandra igitur lacertæ species, secundùm Isidorum, dicitur quasi Valeocendra, quoniam aduersus incendia valeat: Quæ etymologia propemodum iocosa, & risu digna videtur. Itaq; Σαλαμάνδρα fortassis vocatur, quia μάνδρα stabulum, caulam, & speluncam, σελὶς verò spatium inter tabulata significat; hinc salamandra, quasi selimandra, quia inter spatia inania caularum, & speluncarū stabuletur. Gesnerus etymum huius nominis ab Arabico vocabulo samabras, vel saambras derivat, quæ voces lacertā designant: immò, & hebraicā vocē Semamith ad hoc etymū cooducere putat, quæ stellionem denotat. Apud Aetium salamandra, secūdum aliquos, lacerta venenaria nuncupatur. Plinius, quoniam maculis luteis conspersa sit, animal stellatum nominauit. Hinc Albertus salamandram nomine stellionis insignivit; nam stellioni illas cooditiooes inesse scribit, quas Plinius salamandræ assignauit. Salamādra. sū Belloniū, Cōstantinopoli vbiq; vulgaris, *Sours, Plumines, & Miétils* vocitatur Arabicè *lib. 12. Orig. lib. 26. de Animal. lib. 3. obser.*

H

Adhaya, Gallis Salamandre, vel vt notat Gesnerus Sourd; non quia surda, vel muta sit, A
sed potius à Græco nomine (saura) quod lacertam designat. In Gallia Narbonensi
Blande dicitur à lento animalis incessu; nam blandum pro tardo, & lento vsurpant. His-
panis Salmantegua. Germanis Oual, aliis olim: ideo Eritius Cordus Vlmam latina ter-
minatione appellauit.

DIFFERENTIÆ, & Descriptio.

DVplex salamandræ genus assignari, omnes Authores referunt. Et primò Matthiolus in Commentarijs ad Dioscoridem, genus aquaticum Vtinen-
sibus frequentissimum esse statuit, capite terrestribus salamandris brevi-
ore, & rotundiore, cauda anguillarum modo, nigro vndiquè dorso, ven B
tre rufescente, & luteis maculis respersо. Hoc genus salamandræ in sub-
sequenti capite examinabitur. De terrestri Gesnerus narrat, se aliquando vnam in al-
pibus inuenisse, quæ tota erat fusca, absquè splendore, cauda breui; deinde lacteus suc-
Salamãdra nigra. cus ab ipsa percussa dimanabat; veluti in vulgari salamandra accidere solet. Matthiolus
etiã in quibusdã Germaniæ syluis salamãdras dorso nigerrimas, ventre verò admodũ
rubẽtes obseruauit. Salamãdra igitur terrestris, vt scribit Vitriacus in historia Orientis,
est quadrupes habens saciẽ lacertæ caudã prolixã, & tortuosã, vngues aduncos, & hama
tos; verũhæc descriptio nobis suspecta est; quidẽ hic Author salamãdrã cũ chamæleon
te confundit. Salamandram esse maiorem lacerto viridi scripsit Kiranides. At Ges-
nerus reperiri quidem crassiorem, sed non longiorem testificatur. Ideo satius erit cum
Suida salamandram, figura, & corporatura lacertæ similem constituere, præter capitis,
& ventris crassitudinem, qua lacertum vulgarem superat: breuipti constat cauda, co-
lor illi niger inest maculis luteis inquinatus, sed quadam leuitate pellucidus, quæ om-
nia in icone lector contemplabitur. Immò non solum veram iconem salamãdræ, sed C
etiam illius sceleton exhibemus.

NATVRA, ET MORES.

HOc animal secundum Matthiolum, hoc insitum habet à natura, vt, cum as-
pectu horribili præditum sit, intuentibus nauseam pariat, & lacteum suc-
cum, dum percutitur, effundat. Ratione temperamenti, Theophrastus, &
Scholiastes Nicandri salamandram frigidam, & Suidas frigidissimam esse
statuunt. Quamobrem ad mentem horum Authorum, solo tonta & u, nõ
secus ac glacies ignem extinguere potest. Ideo animal est iners, & gressu tardissimũ.
Hinc tamen non fit, quia in visceribus, & venis suum calorem natiuum habeat, & fortè,
per antiperistasim, efficaciorẽ, cum partes extimæ frigidissimæ esse perhibeantur. Hac
de causa multi salamandram igni resistere posse autumant. Vnde Samonicus canebat. D

Seu Salamandra potens, nullíq; obnoxia flammis.

Reusnerus etiam in Paradiso poetico huc respiciens sic cecinit.

Igne licet valido viuit Salamandra peruſta
Tam gelidum picto corpore virus alit.

Iterum hanc proprietatem meditans sic inquit.

Vrsus atrox, aquilæq; leues, & tortilis anguis
Cesserunt flammæ iam Salamandra tuę.

Variæ autho-
rum opinio-
nes. Cæterùm circa hanc Salamandrę proprietatem, variæ fuerunt Scriptorum sententiæ.
Siquidem alij illam per ignem intactam transire, alij ab ea ignem extingui; alij in igne
viuere, & nutriri voluerunt. Quę sententię sibi inuicem proculdubio repugnare viden-
tur; quandoquidem vnum, & idem in igne viuere, & illum extinguere minimè potest.
Verùm non satis fuit nugari Salamandram in igne viuere; nam addiderunt etiam ipsã
aduersus conspectam flammam tanquam in hostem ruere, immò ad ignem vsque e le-

men-

Salamandræ Sceleton.



Salamandra terrestris vera nigra maculis luteis distincta.

mentarem orbi lunari finitimum ascendere. Propterea optimis rationibus inquit Ponzetus uullo modo posse accessum Salamandrę patere ad sphęram ignis, cum aues altius iustò volantes propter aerem subtiliorem deorsum relabantur. Itaque repugnantiam Salamādrę aduersus ignem optimè scribit Galenus ad certum vsq; terminum intelligēdam esse, nā si diutius moretur in igne, comburitur. Dioscorides etiam id non esse credendum autumat, cum Salamandra diutius in flammis versans cremetur. Et Matthiolus hanc bestiā in igne positam breui temporis spatio combustam vidit. Modò ad conciliādas circa hanc Salamandrę proprietatem controuersias, nonnulli scribunt verum esse hoc animal per aliquod temporis spatium flammis reluctari, sed tractu temporis tandem comburi. Ratio est, quia corpus frigidum, & humidum habeat, magisq; humectum, quàm limaces. Hac de causa Nicander illam λιτοφῶνον cognominat; fortassis quia à cute Salamandrę talis humor dimanet, qualis mucus à naribus effluere solet, in quo vis extinguendi ignis resideat. Neq; hoc cuipiam mirum videri debet, quoniam Valeriamus Romę nouit quemdam Teutonicum speculorum fabrum, qui per flammarum globos, citra vnius capilli detrimentum, gradi profitebatur. Vidimus quandoq; Bononię circulatores, qui ex patella candenti liquefactum plumbum non secus ac si esset argentum viuum, vel aqua tepida, vola manus impunè excipiebant. Ratio est, quia vnguento quodam partes linibant, quas ab igne incolumes seruare volebāt. Idcirco narrat Varro Hirpinos populos solitos quodam medicamine plantas pedum munire, atque super prunas impunè ambulare. Cur igitur mucus Salamandrę idem non potest præstare? & præcipuè cum scribat Nicander, sanguine Salamandrę manus oblinitas, ab igne lædi non posse? His addamus, quod albumen oui permixtum vnguentis partes ab igne tuetur. Item aliquid alumine imbutum non accenditur, larix difficulter aduritur, linum carpasium nuncupatum flammis reluctatur, & tandē inter venas aluminis quędam cartilago nascitur, ex qua formata ellychnia in lucernis perpetuò ardent. Prædictis nonnulli addunt villos Salamandrę, qui nullum timent incendium. Cardanus verò optimè tradit se in Salamandra nullos vnquam villos obseruasse, nisi forte cutis huius animalis soluta, & ita depecta fuerit, vt in uillos abierit. Amplius Salamandra, naturali instinctu loca humecta, & imbres amat, cælo autem sereno nusquam apparet. Ideleganter exponit Reusnerus in Paradiso poetico dum inquit.

Imbrifer autumnus vitales addidit auras,
Temperies fecit te Salamandra mori.

Verno igitur tempore, & Autumno, cœlo maxime pluuio conspiciuntur; nam æstate ob Solis feruorem, & hyeme, ob aeris rigorem, à suis latebris non egrediuntur. Quapropter agricolæ, visa Salamandra, futuram pluuiam præsagire solent. Sunt etiam qui affirment Salamandris insitam inesse audaciam, cum hominem non fugiant, sed persequenti se se opponant. Gesnerus id non audacię, sed gressus tarditati attribuit; quandoquidem cum hoc animal citò fugere nequeat, audacius esse videtur. Nondum exploratum est an aliquam vocem emittant. Quāuis Cardanus, in Cumana, Salamandras palmi lōgitudine, & gracillantes tanquam gallinas versari tradat. Postremò in Salamandra mira proprietas obseruatur. Etenim si viua gladio in duas partes secetur, illicò pars anterior progreditur, & posterior retrorsum incedit. Quamobrem nonnulli fuerunt huius opinionis hanc bestiam duplici motus principio potiri, quod in vno animali Philosophus non concedit. Cardanus igitur id ponderans dixit animal huius generis debili imaginatione refertum esse, ideoq; vt effugiat dolorem, quem vtraque pars sentit, quando corpus Salamandræ præcisum est, tunc anterior pars dolore affecta pęnès posteriorem, progreditur, & pars posterior afflictata pęnès partem anteriorem retrogreditur. Sicque duo motus principia esse videntur. Ad finem Salamandra, instinctu quodā naturali, testudines, ranas, & apes odio prosequitur, & frequenter cum illis acerrimè dimicat.

lib.3. de tēp. *li.2. de mat. med. c.58.* *Vis extinguēdi ignem in quo cōsistat.* *li.7. de rer. var. c.33.* *lib.7 de rer. var. c.19.* *lib.9. subtil.*

LOCVS

E

LOCVS, CIBVS, PARTVS.

IN Germania multas esse Salamandras, multasque simul quandoque conglobatas reperiri tradit Gesnerus. Immò Matthiolus, in commentarijs ad Dioscoridem, se in agro Tridentino, & potissimùm in Valle Ananiensi copiosas conspexisse fatetur. Alioquin loca frigida, humida, & opaca incolunt, qualia circa fontes interdum licet intueri. De victu sunt, qui dicant à Salamandra sæpius, ore aperto, aerem hauriri, sicq; more chamæleõtis, viuere. Sed falluntur, quoniam Salamandrã cum chamæleonte confundũt. Etenim animalcula, ritu lacertę, nec non fauos exedit, & apes captat. Sunt etiam qui referant, à Salamandris lac appeti; idcirco in syluis aliquando vbera cubantis vaccæ sugunt, sed vbera postmodum exiecantur. De partu recitat Plinius in hoc genere animantis nullũ sexum, veluti neq; in anguillis obseruari. Itaq; ad illius mentẽ Salamandra neq; más, neq; fœmina reperitur, consequentérque nec oua, nec fœtus ab ipsa excluduntur. Verùm huic asserto Pliniano quotidiana refragatur experientia, quoniam Bellonius asseuerantius dicit, se conspicatum fuisse Salamandram, quæ multos fœtus sine inuoluero, more viperę, enixa erat. Hinc ambigere potest aliquis salamandram inter animantia ouipara locum non inuenire; cum caruleos, & non oua emitatur. Animaduertendum est hoc assertum partim verum, partim falsum esse: verum est, quatenus Salamandra, ritu viperę, & chalcidis intus oua procreat, in quibus fœtus ad perfectam vsq; maturitatem nutriuntur, qui postmodum, more viperini fœtus, in lucem exeunt. Ideo hac ratione Salamandras ouiparas possumus appellare, quemadmodum inter Serpentes, viperas viuiparas indigitamus.

Victus animalis qualis.

Partus salamandræ qualis.

VENENVM, ET MEDELA.

G

HErbę fructus, & cætera saliua oris Salamandrę insperſa maximam degustãtibus iacturam afferunt. Quandoquidem, ex Matthiolo, non pauci reperti sunt, qui ex vi huius veneni interiere. Immò alij tradunt integras familias periisse, quę aquas fontis, vel puteì potarunt, in quas Salamandrę ceciderunt, vèl quia comederunt panem coctum in furno lignis veneno Salamandræ infectis calefacto: quod minimè credendum est, cum vi ignea omnis veneni virtus absumatur. Scribit quidem Aelianus, carnem suis, qui Salamandram ederit perniciosam esse. Plinius etiam refert hominem dente Salamandrę percussum obire. Idcireo Salamandra, quę vulnerauit, impositum ad terræ superficiem accedere non audet, cum perire conscientia dicatur. Morsus etiam Salamandræ tantùm exitialis Nicander, Aetius, & Auicennas meminerunt. At Salamandra vbi semel parti dentes inflixit (vt quidam Gesnero retulerunt, quod tamen verum non esse opinatur) nunquam extrahit, & si aucllatur, lethale est. Itaque relinquenda est bestia pendens à parte saucia, vt interim patiens viuere possit. Duas Salamandras, quas domi habuit Gesnerus sæpè virgis irritauit, neque unquam os ad mordendum deduxerunt. Immò neq; Gesnerus intellexit quempiam in Germania à Salamandris morsum fuisse. Quapropter fieri potest, vt non omni tempore, neq; in quauis regione mordeant. Etenim in quibusdam Galliæ locis morsus Salamandræ adeo exitialis esse perhibetur, vt nulla spes vitę relinquatur. Ideo apud illos ádagio dicitur. *Si te Salamandra momorderit, accipe linteum tuum, & tunicam longam.* Rheti verò qui Italice loquuntur aiunt à Salamandra demorsum tot medicis opus habere, quot bestia distinguitur maculis. Gesnerus autem in Germania Salamandram non ita venenosam esse existimat. Quocirca concludendũ est, ad mentem Plinij, Salamandram veneno frigido instar aconiti necare, quam sententiam Gesnerus meritò explodit; cum aconitum minimè frigidum esse feratur. Raymundus Lullius, in libro de Quinta essentia, Salamandram inter venena refrigerantia collocat. Et Galenus septicis medicamentis, illius cinerem admiscet. Gesnerus tamen putat Salamandrã non vstam magis septicam esse, quam vstam, quoniam vi ignea venenum illud septicum consumitur. Antequam igitur remedia pro exterminando hoc veneno

lib. 6. cap. 4.

lib. 29. c. 4.

H

Veneni huius animalis qualitas.

no

nopręscribamus, necesse est in medium afferre signa, quibus venenum Salamandræ dignoscitur. Sunt igitur ex Dioscoride linguę inflammatio, tremor cum torpore, & horrore quodam; partes nonnullæ corporis liuore circumquaq; fugillantur. Auicennas inter hæc signa dolores ventris vehementes, & retentionem vrinę reponit. Idem Arnoldus in libro de venenis repetit. At deceptum fuisse Auicennam Gesnerus opinatur; quandoquidem Dioscorides hęc signa obseruat in illis, qui bupręstim sumpserunt. De quibus signis proximè ante Salamandram verba fecit. Prædictis addit. Aetius, Salamandræ veneno infectos habere quasdam corporis partes liuorem per ambitum contrahentes, quæ postmodum putrefactę decidunt, deinde maculæ primùm albę, postea rubræ cum putrefactione, nec non cum defluuio capillorum conspiciuntur. Præsidia igitur, vel erunt simplicia, vel compositas sed priusquam adhibeantur, vomitus est prouocandus, & aluus clysteribus diligenter exoneranda est: etenim Alexiteria in expugnando veneno magis operantur. Inter simplicia, Plinius semina vrticæ cum iure testudinis commendat; deinde mustũ, & sapam naturæ cantharidum, & Salamandræ aduersari testatur. At Dioscorides folia vrticæ cum lilijs, & oleo decoquit, & lac recens non insalubre iudicat. Præterea Aetius calamenthum, cupressi folia, & eryngium, nec non galbanum cum melle linctum probat. Scribonius Largus farinam seminis lini cum mulsa, resinam pini cum melle, immò folia pini cum aiuga in decoctione exhibet. Alij, ex Dioscoride, ouа testudinis marinæ, vel terrestris cocta præscribunt. At Nicander carnẽ Suis pinguis cum carne testudinis coctam in hoc veneno non improbat. Alij demùm ius ranarum in hoc casu non infrugiferum esse existimant. Plinius ranarum marinarum ex vino, & aceto decoctarum succum contra rubetas, & contra Salamandras propinat. Verum quia ranę ouiparæ quadrupedes nullæ in mari reperiuntur, & quę ibi versantur in genere piscium planorum recensentur, nec vllam aduersus venena virtutem possident, propterea huiusmodi Plinij locus Gesnero semper suspectus fuit. Ideo ibi non ranas marinas, sed testudines marinas legere maluit. Inter composita medicamenta primum locum occupant magna antidota, vt theriaca, & mitridatium, quæ in corpore prius purgato efficacissima euadunt. Demùm Dioscorides, in hoc casu, omnia illa antidota salutaria esse arbitratur, quę in exterminando cantharidum veneno præscribuntur: quare Gesnerus hinc colligit frigidum non esse Salamandræ venenum.

Signa veneni Salamandræ.

lib. 37. c. 5.

A B C

DENOMINATA.

Pegm. 29.

PAracelsus, in tractatu de Philosophia magna, homines scintillantes monstra Salamãdrica appellauit. Verùm Costalius Salamandras cognominat illos milites, qui creantur, quando cędes, & bella impendent: cum Salamandræ, ingruente tantùm tempestate, è cauis in lucem excant. Tridentini piscem sibimet peculiarem Salmerinum vocant. At Saluianus in historia piscium Salmarinum nuncupat, additq; Salamandrinum etiam nominari. Amplius vbi massę ferri pro incudibus fabricantur, scinditur aliquando ferrum, indeq; euolat ignis vapor, qui parietibus, & tecto ædificij adhæret lanam fuscam, & interdum albam referens: hęc autem lanugo igni admota non comburitur: propterea hanc, vt notat Gesnerus, aliqui lanam Salamandræ indigitant. Albertus etiam refert in postremis Hispaniarum partibus iuxta Gades, & apud Columnas Herculis frequenter lapidẽ inueniri, qui ob uiscidum humorem circa ipsum exiccatum in fila trahi potest, ex quibus conrexta vestis non comburitur. Ideo Aliqui hunc, plumã Salamandrę vocant. Tandem Georgius Agricola quemdam lapidem Eislebanum memorat, qui aliquando effigiem Salamandræ, interdum figuram aliorum animalium refert.

D

HIE-

E

HIEROGLYPHICA:

IErius Valerianus, ad demonstrandum hominem rerum omnium corruptorem, Salamandram pingi posse tradit, siquidem hæc si arborem irrepserit, omnia poma oris saliua adeò venenat; vt inde omnibus degustantibus necem afferant. Cæterùm Sacerdotes Aegyptij cum vellent denotare hominem ab igne circumfuso minimè offensum, Salamandram effigiare consueuerunt; cum hæc super prunas gradiens nullo incommodo affici dicatur. At Orus Apollo scriptis mandauit, quòd significaturi hominem combustum, iconem Salamandræ exhibebant, idq; præstabāt, quoniam hæc bestia ignis amica esse feratur. *lib. 16. Hierogl.* *lib. 2. de Hierogl.*

F Insuper sunt, qui per iconem Salamandræ in igne positæ, Amatorem ostentent (cum vulgatum sit apud omnes amorem simulacro ignis denotari) quamobrem eum Amatorem vitam in æstu degat, erudite feciſſe opinantur, si figuram Salamandræ, ad demonstrandum amatorem pinxerint. Hoc autem à Valeriano minimè probatur; cum Salamandra rigore suo incendium extinguens, in igne nequaquam moretur: quod Amatores se præstare profitentur. Nazianzenus pro Hieroglyphico Constantiæ simulacrum Salamandræ probat; cum nullum animal, præter hoc, in medio flammarū globo viuere possit, ideoq; se cum Basilio Athenis, in igne perfidiæ, Deum verum colendo incolumem versatum fuisse gloriatur.

MORALIA.

GVm Salamandra à serenitate abhorrens, pluuijs tantummodo diebus, è cauo egrediatur; optima de causa seditiosus illi poterit assimilari, qui premente tumultu, & dissensione in arenam descendit, rebus autem pacatis nusquam apparet. At amici nulla probitate conspicui, naturam Salamandræ oppositam participare dicuntur. Nā rebus secundis vbiq; conspiciuntur, & fortuna vertente, ipsi quoq; terga vertunt: cum vera amicitia nulla locorum intercapedine, neq; vllo accedente infortunio conuellenda esset. Præterea homicidæ exemplo Salamandræ edoctum loco secretiori, pœnitentiam agere deberent. Siquidem illa homine percusso, vt scribit Plinius, perire conscientia dicitur. Propterea Caim, occiso fratre, egressus à facie Domini, ad plagam orientalem profugus habitabat. Itaq; pœnitentiam agentes non iniuria ad Salamandras comparari possunt, quoniam in igne afflictionum diutius perdurant. Authores etiam morales hac proprietate Salamandræ ducti, non videri impossibile ostendunt, humanū corpus æternis affici posse cruciatibus itaut citra detrimentum comburatur, & vehementem dolorem sine interitu sentiat, quemadmodum Cælius Rhodiginus elegantissimè docet. *Amici falsi qui.*

SYMBOLA, PHRENOSCHEMATA, Simulacra.

H

IN multorum operum initio meminimus conspexisse Salamandræ flammis circumdatæ iconem hoc Dicto coronatam. SIC CEDIT INVIDIA VIRTVTI. Fortassis quoniam Authores operum, euaginatam detractorum linguam contemplabantur. Iterum vidimus prima fronte alicuius libri figuram Salamandræ in igne cum inscriptione. EXTINXI NON EXTINCTA: cum Author operis zoili igniculos respiceret, qui dum famam Authoris extinguere nititur, tandem ipse dissipatur, & aboletur. Franciscus primus Rex Francorū, vt annotat Sadelerus in libro Symbolorum, pictura Salamandræ in flammis pro symbolo delectabatur cum Dicto NODRISCO IL BONO, E SPENGO IL REO. Innuebat enim se viris probis fauere, malos autem extinguere, & dissipare. Vel,

vt

vt alij volunt, hoc ſymbolo docebat ſe feritatem depoſuiſſe, & ardentem benignitatis amorem erga omnes virtutē præditos nactum fuiſſe. Deniq; pro ſymbolo Conſtantię effigies Salamandræ vſurpatur, vt in Hieroglyphicis paulò ante explicatum fuit. Perciuallus narrat quemdam virum nobilem, & eruditum pro phrenoſchemate pinxiſſe Salamandram ſupra carbones accenſos iacentem, cum hoc Dicto. AB IGNE ORTVS, ET OCCASVS IGNIS. Quaſi denotare vellet ſe perpetuis flammis agitari. Item Camillus de Camillis ſcriptor Italicus aſſignat phrenoſchema cuiusdam Academici PHILARMONICI nuncupati, qui vt exprimeret ſe potiſſimùm Muſicę, deinde cæterarum etiam virtutum ingenti deſiderio flagrare. Pinxit Salamandram in igne cū Dicto INTVS AD OMNEM. Prædictis tanquàm affinia ſimulacra elementi ignis, & nocumenti addere poſſumus. Etenim Ripa in ſua Iconologia, vt elementum ignis repręſentaret, delineauit mulierem ambabus manibus vas carbonibus accenſis plenū tenentem, cum icone Salamandræ in igne. Deinde in exprimendo rerum omnium nocumento, hominem turpem ambabus manibus Salamandram ſtringētem figurauit: Nam veluti hæc beſtia omnia, quę tangit, venenat, ſic homo improbus eorum, cum quibus verſatur mores inquinat.

In libro Inſignium.

Par. 1.

A

B

VSVS IN MEDICINA.

Salamandram, licèt venenatum ſit animal, in multis vtilem medici inuenerunt. Et quia ſaliua huius animantis, ſi cadat ſuper aliquam partem piloſam, illam depilat; propterea Medici hac beſtia in pſilothris vruntur. Vnde Martialis caluitiem cuidam fœminæ imprecans ſic canebat.

Hoc Salamandra caput, aut ſœna, nouacula nudet.

Item Quintus Serenus huius virtutis Salamandrę non ignarus ſic inquit.

Seu Salamandra potens, nullis q; obnoxia flammis.
Eximium capitis tactu deiecit honorem.

Dioſcorides autem ad hunc effectum, Salamandram in oleo liquefactam probat, vel exenteratam abiectis pedibus, & capite, in melle ſeruat. Præter hæc, maximā extergendi vim Dioſcorides huic aſſignat; hac de cauſa illam medicamentis immiſcet, quæ auferendi lepram facultate potiuntur, quam doctrinam ſecutus Galenus, cinere huius beſtię in ſepticis, & pſoricis medicaminibus vtitur. Vnde Kiranides huius cineris aſperſione myrmecia, & clauos pedum, breui temporis ſpatio, eradicat. Sextus, ex Plinio, ad ſtimulandam venerem in cibis hoc animal exhibet, atq; ad hunc effectum, exenteratum in melle ſeruat. Sed ſatius eſt ſcinco, & non Salamandra vti. Deniq; Kiranides cor Salamandræ in pelle nigra inuolutum de brachio ſuſpendit, vt febrem quartanam, hemitritæum, & omnem typum febrilem arceat.

lib. 2. c. 56.

C

VSVS IN VARIIS.

Vtriacus, in Hiſtoria Orientis, tradit ex cute Salamandræ quaſdam zonas parari, quæ in ignem proiectæ non comburuntur. Item Paulus Venetus ſcribit in Prouincia *Chinchintalas* Tartarorum Regi ſubiecta mōtem eſſe, in quo mineræ chalybis, nec non ſalamandræ reperiuntur, ex quibus pannus paratur incombuſtibilis. Etenim in illo monte quædam foſſilis terra naſcitur, quæ fila inſtar lanę producit, quæ poſtea lanificio opere fabricata ignem non ſentiunt. De ſalamandris autem ſe nihil exploratum habere retulit. Addit quidem ſe intellexiſſe mappam quamdam ex ſalamandra contextam à quodam Tartarorū Rege ad Romanum Pontificem miſſam, Romæ haberi, in qua ſudarium Dōmini conſeruatur. Quidam curioſi vim quamdam ſalamandris ineſſe ſcribūt, qua hydrargyrum in aurum facilè tranſmutatur. Ideoquè ipſas ſalamandras in fictili carbonibus ſuperimponunt, deinde argentum viuum per oblongum tubulum ferreum ſuperinfundunt, in quo peragendo, quandoquè de vita periclitantur. Præterea cor ſalamandræ Nicander geſtandum eſſe iubet ab illis, qui aduerſus incendia audaciores fieri cupiunt. Et Mizaldus narrat

D

lib. 1. c. 47.

Cent. 2. memor.

narrat manus, & veſtes ſanguine ſalamandræ imbutas igni reſiſtere, quemadmodum ſalamandra inter prunas intacta moratur. Demùm quoniam ſalamandra ex putredine oriri, & in illo genere animantis nullum ſexum reperiri perhibetur. Hinc Kiranides ab ipſa ſterilitatem prodire poſſe atteſtatur. Immò ad impediendam conceptionem, cor huius animalis circa genua muſtelæ geſtandum eſſe docet.

DE SALAMANDRA AQVATILI.

Cap. IX.

SYNONIMA, DIFFERENTIÆ, Deſcriptio.

LAcerti genus paruum, & nigrum in aquis verſans nonnulli ſalamandram aquaticam, alij lacertum aquaticum nuncuparunt. Apud Græcos nomẽ non inuenio, qui tamen voluerit, σαῦρον ὑυδρον, ſcilicet lacertum aquaticum indigitare poterit. Lacertulum aquæ ſcincum, ſed perperam vertit ſyluaticus. Bellonius in hiſtoria Aquatilium, cordulum vocat. Monachi, qui commentati ſunt Meſuem, ſcincum aquæ cum cauda lata cognominant. Hermolaus lacertos paruos in aquis Agri Vicentini verſantes ſcincos officinarum eſſe conſtituit. Geſnerus hoc ſalamandræ genus lacertum aquaticum nominat. Gallicè dicitur Taſſot, Italicè Maraſſandola, quod nomen à Maraſſo detortum eſſe videtur. Quoniam hoc animal inſtar viperæ venenatum eſſe perhibetur. Itaque ſalamandræ aquaticæ multiplex genus aſſignari ſtatuimus. Vnum eſt, cuius iconem primò loco damus cum cauda figuræ Rhombi. Alterum duplex eſt cum hoc tamen diſcrimine, vt alterum altero maius conſpiciatur, quemadmodum in iconibus hic poſitis apparet. Matthiolus in Commentarijs ad Dioſcoridem aliud ſalamandræ genus aquaticum Vtinẽſibus frequentiſsimum eſſe ſtatuit, capite terreſtribus rotũdiore, & breuiore, cauda anguillarũ modo, dorſo nigro luteis maculis inſignito. Huius etiam generis iconem delineare nõ piguit. Itaque primum genus præditum eſt lingua breuiſsima latiuſcula, & dentibus exilibus, qui viſionem ferè effugiunt. Caudam habet in medio craſſiuſculam, quę prona, & ſupina, ad inſtar figuræ rhombi contrahitur. Pedes anteriores in digitos quaternos, poſteriores verò in quinos finduntur. Præterea cor ſpongioſum habet dextro lateri incumbens, cuius auricula ſiniſtra maiorem pericardij partem occupat. Hepar eſt nigerrimum, lien ſubruber, renes ſpongioſi, Oua magnitudine piſi in bicorni vtero, ordine quodam digeſta gerit, ex quibus poſtmodum ueluti ex ouis Salamandræ terreſtris, viui fœtus excluduntur. Belloniũs tergus tuberculis horridulum huic beſtiæ attribuit, ex quibus contrectatis lacteus dimanat ſuccus, veluti etiam in Salamandra terreſtri obſeruatur. Georgius Agricola hanc beſtiolam colore cinereo, vel in cinereo fuſcã eſſe prodidit. Quo colore has animantes præditas rarò inueniri Geſnerus ſcribit. Nam hic Author vnam diſſecuit, quæ erat longitudinis ſeptem digitorum, colore nigra cum punctis albis in ventre: reliquum corpus nigrum erat punctis concoloribus aſperum, quæ aſperitas conuenit cum tuberculis, quę Bellonius Salamandræ aquatili attribuebat.

Deſcriptio primi generis.

Salamandra aquatica, ſeu potius amphibia Authoris.



Salamandra aquatica prona, & ſupina ex Matthiolo.

1 Salamandra aquatica atra semicirculis in dorso albicantibus distincta pronè picta.
2 Eadem supinè picta aluo rufescente maculis rotundis nigris linea flammea per mediam caudam conspicua.
3 Salamandra alia aquatilis minor pronè, & supinè picta.

NATVRA, ET MORES.

HAe Salamãdræ, ſeu lacertæ aquaticæ ſecundùm Agricolam, naturalitet lacunis opacis, & inpinguiſolo ſitis delectantur, & præcipuè illa aqua, in qua limus albus fuerit. Ibi enim ſub petris ſtabulantur, quia, vt nonnulli affirmant, rarò ad aquæ ſuperficiem veniunt. Geſnerus vnã in vas aqua plenum coniecit, & os illius ſemper ſupra aquam prominens, inſtar ranæ, obſeruauit. Quãdo hoc animal in terra eſt, lento admodum greſſu more tetreſtris Salamandræ, aut teſtudinis incedit, os inſtinctu naturali tenaciter claudit, neq; illud aperit niſi violenter exprimatur: quã proprietatem cum Salamandra tetreſtri communem habet. Amplius ſecundùm Agricolã, ſi ponatur in ſole, caudam mouet, & effugere cõnatur; non enim poteſt illud perferre, & ſtatim moritur; cum alioquin verberata diu viuat. Pellem ita duram habet, vt gladio etiam acuto reſiſtat, ex vulneribus poſtea lactea quædam ſanies exit. Irritata hæc beſtia, ad mentem Agricolæ, intumeſcit, & ſupra pedes erecta viroſum ſudorem effundẽs intuetur eum, à quo fuerit laceſſita. Hinc Geſnerus hos lacertos aquatiles (ſic enim Salamandras aquaticas nominat) non minus noxios, & venenatos, quàm Salamandras terreſtres eſſe arbitratur: niſi fortè vis venenata, quia mordentur, in aqua remittatur. Præterquamquòd Geſnerus intellexit à quibuſdam Gallis ſuem ob eſum huius animalis interire. Quod ſanè admirati non deſinemus, ſi veritatem fatſus eſt Aelianus, qui recitauit ſues ab eſu Salamandræ terreſtris nihil lædi. Poſtremò omnes huius animalis proprietates Bouſſuetus his carminibus eleganter collegit.

Proprietas, ex Agricola

In li. de nat. Aquat.

Serpentum ritu fontes, & ſtagna frequentat,
Corporis atq; aliqua parte venena gerit.
Exiti quàmuis tegitur Salamandra ſit ipſa
Corpore, ſæpè poteſt ipſa nocere tamen.
Vtimur ad lepras illa, vt vera Salamandra,
Sed noſtra haud dubiè vis minor omnis ineſt.
Hanc malè pro ſcinco quidam vſurpare ſuerunt
Pſilothris potius mixta ſit ipſa ſuis.

DE STELLIONE. Cap. X.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA. Etymum.

QVamuis Geſnerus referat ſe neminem Latinorum legiſſe, qui ſtellionẽ inter ſpecies araneorum recenſuerit. Tamen Niphus, & Perotus ſtellionẽ etiam generis araneorum eſſe autumãt; quoniam quædam aranei ſpecies nonnullis punctis veluti ſtellis diſtincta in Apulia inuenitur, quæ à Taranto ciuitate, in qua frequenter verſatur, ab aliquibus Tarantula indigitatur; cuius aculeo percuſſi, muſica ſanari dicuntur. Proſtat quoq; nonnunquam in foro piſcatorio Romæ, quidam piſcis longus tarantulæ nomine non ob narraram aranei ſpeciem, ſed quoniam capite ſtellionem, exiguũ lacerti genus, quod vocant tarantulã, æmuletur. Idcirco Matthiolus in Dioſcoridem ſtelliones genera lacertarum eſſe exiſtimat, quæ in ædificijs Hetruriæ verſantur; & quoniam fotamina propè terram incolunt; idcirco vulgò appellantur Terrantulæ, non Tarantulæ, cum id nomen ad Apulum genus aranei attineat. Scaliger hãc lacertæ ſpeciem verum ſtellionem eſſe exiſtimat. Hanc Ferantes Imperatus veram lacertam chalcidicam Antiquorum eſſe ſtatuit. Hoc igitur animal, vel quia maculis, vel quia eminentijs inſtar ſtellarum diſtinctum ſit, lacerta ſtellaris cognominatur. Hinc Reuſnetus canendi occaſionem ſumpſit, dum ait.

In hiſt. nat.

A Stel-

A

DIFFERENTIÆ.

lib.29.ca.5. GRæcorũ Stellionẽ à Stellione Italico valde diſcrepare Plinius teſtatur. Quandoquidem Græci ſuum Stellionẽ Coloten, & Aſcalaboten dictum lentigine reſertũ, & ſtridoris acerbi eſſe, omnibuſq; rebus veſci tradiderunt. Has autem conditiones in ſtellione Italico Plinius non inuenit; ideoquè Aſcalaboten Græcorum ſtellionem tranſmarinum appellauit; cum ille omnibus alatur, Italicus verò, præter rorem, araneis tantùm nutriatur. Præterea diſcrepant etiam à ſe inuicem, quoniam ſecundùm aliquos, Græcorum ſtelliones innocui, Latinorum verò venenati eſſe feruntur. Quapropter ex Salmaſio in Solinum, Stellio nominatur non quia ſtellis, quibus ſecundùm Plinium caret, refertus ſit, ſed quia virus ſtillet. Quædam beſtiæ albæ, & innocuæ, puſilliſquè lacertis ſimiles, ſecundùm Hermolaum, in agro Romano verſantur, & nomine Tarantalæ, intelliguntur. Geſnerus ab oculato teſte audiuit huiuſmodi tarantulas lucido, & fragili corpore eſſe refertas, & propterea conuenire videntur cum illo lacerto paruo coloris lucidi, & argentei, quẽ paulò ante à Græcis nuperis vulgò λιαζόνι vocari retulimus: Bellonius ſcripſit, in Gazara, ſe genus lacerti nigri Stellionem cognominatum obſeruaſſe, magnitudine ferè muſtelæ, tumida aluo, & craſſo capite. Item nonnulli fuerunt, qui crediderunt ſtelliones magnitudine, & figura accedere ad illos lacertos virides maiores, quos vulgus ramaros, vel Liguros vocitat. Sed horum ſententiæ Matthiolus minimè adſtipulatur; cum Plinius ſcripſerit ſtelliones eſſe lacertarum figura, & chamæleonum quodammodo naturã habere, quoniam rore tantùm, præter araneos, viuunt. Quare fateri debemus ſtelliones à lacertis maioribus toto cœlo diſcrepare: cum hi cochleis, cicadis locuſtis, & papilionibus veſcantur. Præterquamquòd lacerti maiores hominibus ſunt amiciſſimi, & viciſſim ſtelliones hominibus aduerſantur. Cum Plinius aliquando prodiderit nullum animal ſtellione fraudolentius rèperiri, quia hominum ſaluti inuideat; quemadmodum paulò inferius recitabimus. Hic igitur, clarioris doctrinæ gratia, non ſolum iconem ſtellionũ ex Matthiolo, ſed etiam lacertum facetanum Tarantulã quibuſdam nuncupatum pictũ, qualẽ inuenimus in publico Muſæo exhibemus. Immò prædictis addimus ſceleton lacertæ tarantulæ pronè, & ſupinè effigiatum: has enim omnes lacertarum ſpecies, multi Authores ad Stelliones referunt.

lib.2. obſer. cap.79.

lib.6.in Dio ſcor. cap.4.

lib.30.c.10.

B

C

Tarantulæ lacertæ ſceleton pronum, & ſupinum.



NATV-

Stelliones ex Matthiolo.

Lacertus

Lacertus facetanus Tarantula quibuſdam, aſpera cute inſtar Crocodili pronus, & ſupinus.

E

NATVRA, ET MORES.

ID Stellionibus, quemadmodum alijs etiam lacertarum generibus, à natura insitum est, vt mensibus frigidissimis latibulentur, nihilq; interea, edāt, vt docuit Aristoteles. Latent autem in angulis ostiorum, fenestrarum, & speluncarum; in hocq; ab alijs discrepant lacertis, qui vt plurimum in locis campestribus suos cauos habent. Præterea huiusmodi bestiæ ob nimiam corporis siccitatē fragiles nuncupari possunt; quandoquidem si à laquearibus, & tabulatis decidant in plures partes franguntur. Amplius, ex Plinio, accedente Vere, instar Serpentum, tuniculam hybernam exuunt, exutamq; statim deuorant, humanæ saluti plurimùm inuidentes; siquidem, in pellendo comitiali morbo, adhibetur. Hinc naturalem animalis calliditatem noscere debemus, quia dolosè etiam apibus insidiatur:

F quod Virgilius annotat dum inquit.

——— *nam sæpè fauos ignotus adedit*
Stellio. *lib. 4. Georg.*

Reusnerus etiam id memorat in Paradiso poetico his versibus.

Sæpè fauos atris guttis Stellatus adedit
Stellio, qui latebras, & cana buffa colit.

Idcirco Columella angustissima aluearium foramina esse præcipit, ne stellio, vel aliud noxium animal intrare, & fauos populari possit. Item hoc à natura congenitum habent, vt araneos persequantur, & deuorent, nec nō scorpionibus insidias tendant. Ideo Scorpius, conspecto stellione, teste Galeno, torpore afficitur. Dormit Colotes in præsepe, vt scripsit Aristoteles, asiniq; nares subiens phohibet nè fœnum edat Albertus verò hoc in loco coloten rattum perperam vertit. His addit Ponzetus hoc animal rarò mordere, cum dentes obliquos habeat, quos in vulnere facilè relinqueret. Morsus autem huius animalis hominem reddere stupidum, rarò autem interimere dicitur; quoniam *In lib. de Ther. ad Pis.*

G ven enatum esse animal statuit Columella. Dioscorides quoq; scribebat diligēter cauēdum esse, ne ex supernis locis phalangia, ascalabotes, & huius generis venenata reptilia in cibaria cadant. Tandem Stellionum morsus in aliquibus Italiæ locis exitiales esse Aristoteles tradidit: quæ sententia à Nipho confirmatur. Itaq; huic veneno occurritur, si cepæ, & allia instar cataplasmatis adhibeantur. Porta recrementum accipitris commendat. Aetius sesamum, & melanthium in aqua mulsa, nec non vinum meracum præscribit. Et quando stellionis morsus manifestè apparet, Ponzetus scorpionem tritum morsui superponit. *lib. 4. Phyt. cap. 23.*

LOCVS.

H STellliones in Germania, Gallia, & Anglia non esse, tam clarè fassus est Gesnerus, vt maiori dilucidatione non sit opus. In quibusdam verò Italiæ locis hos venenatos esse retulit Aristoteles; sed quinam sint, elariorem non habet doctrinam. Item in Thracia, ex Nicandro, frequentes vagantur. Verum quidem est, quòd circa Romā, & in Thuscia stelliones, tarantulæ nomine habentur. Plinius enim negat nasci in Italia illud stellionis genus, quod scorpionibus tantoperè aduersatur, quodq; Græci Ascalaboten, & Coloten vocant. Hic enim refertus lentigine, & stridoris acerbi est, vesciturq; ijs, à quibus nostri stelliones abhorrent. Tandem Aristoteles in Mirabilibus Stelliones in Sicilia morsum lethalem, & apud nos infirmum, & leuem habere perhibet. Immò stellionibus redundat Syria, vt audiuit Matthiolus, vbi in caminis potius, quàm alibi commorantur. Alioquin, secundùm Plinium in angulis ostiorum, & fenestrarum, vt dictum est, libenter stabulantur. *lib. 8. de hist. An. c. 29.*

DE-

A

DENOMINATA.

Crimen ſtellionatus.

AStellione ſceleſto, & fraudulento animali crimẽ ſtellionatus apud Iuris Conſultos nomen inuenit; vt legitur apud Vlpianum de crimine ſtellionatus. Committitur autẽ hoc crimen, quando quis rem alicui obligatam, diſſimulata obligatione, alteri tradit, aut quando aliquis merces corrumpit, vel aliam impoſturam facit. Hic enim clandeſtino dolo, veluti quodã ſtellionis medicamento hominem fraudat, fit enim ex ſtellione malum pharmacum, ad faciem deturpandam idoneum, ſi vinum, in quo extinctum fuerit hoc animal, propinetur. Quamuis alij hoc crimen ab ingenioſa ſtellionis fraude denominent; cum animal hybernam membranam verno tempore exutam deuoret, ne humanę ſaluti profutura ſit. Quocirca Aleiatus effigiat ſtellionem hac inſcriptione coronatum. IN FRAVDVLENTOS, & ſubſcribit hæc carmina.

Parua lacerta, atris ſtellatus corpora guttis
Stellio, qui latebras, & cana buſta colit.
Inuidiæ, paruique doli fert Symbola pictus.
Heu nimium nuribus cognita zelotypis.
Nam turpi obtegitur faciei lentigine quiſquis,
Sit quibus immerſus ſtellio, vina bibat.
Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,
Quam forma, amiſſo flore relinquit anus.

B

Hinc Hermolaus verbum ſtellare, pro inuidere, & ſtellaturã, pro fraude deriuat. Sunt inter Grammaticos, qui ſtellaturam interpretantur vaframentum, quo Præfecti militum partem annonæ ab Imperatore militibus deſtinatam ſubtrahebant. Proptereà multi ad mentem Lampridij in Alexandro, ſtellaturam nomen annonæ militaris fuiſſe ſtatuunt. Hinc apud Budæum hæc verba leguntur. *Imperator tribunos duos, quos conſtitis Stellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit.*

C

MORALIA.

In ſyl. Alleg.

INter animalia impura, & immunda cum ſtellio ab Authoribus recenſeatur, non abſre peccantibus poteſt comparari. Primò ad mentem Laureti, ſtellio deſignabit illos, qui aliena morte prędam inquirunt; deinde hæreticos: nam ſtellio, licèt puro veſcatur rore, delicatus tamen ille cibus in ventriculo animantis in ſubſtantiam venenatam conuertitur. Pariter Hæretici, & ſi rorem ſacræ ſcripturæ legant, inde tamen mores non mutant, quia prauis expoſitionibus rorem diuinum in tetrum virus vertunt. Idem de nonnullis chriſticolis affirmare poterimus, qui rorem cæleſtis doctrinę à concionatoribus haurientes, praua interpretatione ipſum eorrumpunt, & in venenum transmutãt. Iuxta illud Ezechielis.

cap. 33. *Audiunt verba tua, & non faciunt ea, quia in canticum oris ſui verſunt illa.* Idem etiam animal improbis religioſis poſſumus aſſimilare, nam, ſi ſtellio tunica ſtellata induitur, & oprimum nutrimentum in virus vertit. Prauus etiam religioſus tanquã hypocrita ſtellato religioſi ordinis habitu induitur, deinde optima doctrina in venenum transformata proprium animum aſſiduè nutrit. Ex altera parte hoc animal ad homines etiam ſimplices, & optimæ mentis comparari poteſt. Siquidem, licèt pennis careat, tamen pedum velocitate ad murorum faſtigia, & domorum culmina ſcandit. Ita homines ſimplices, licet pennis, ideſt ſcientię profunditate careant, velocitate tamen pedum, nempe bonorum operum ad altiſſima Paradiſi ædificia aſcendunt. Quare Lauretus optima

loco cit. de cauſa per Stellionem in ſacris litteris interpretatur hominem, qui ſolertia, & induſtria, rerum diuinarum cognitionem aſſequi conatur. Inſuper pluribus de cauſis ſtellio ad viros perfectos, & iuſtos comparandus eſt. Etenim ſi hoc animal eſt ſtellatum, latos habet pedes, & ſpolium hybernum deponit. Vir iuſtus rutilante honeſtate indutus, ſtellatus eſſe dicitur. Pedes charitatis excedentis latos habet. Vetus tandem ſpolium exuit, dum pœnitentiæ ductus antecactam vitam mutat. Poſtremò ſi ſtellio varijs maculis,

E lis, instar stellæ, pictum habet dorsum, & scorpionibus ita aduersatur, vt ad illius conspectum, pauore statim corripiantur. Tales viri sancti, & iusti esse dicuntur, nam varijs virtutibus stellati sunt. Iuxta illud Apocalypsis. Habebat in dextra sua stellas septem, nempe septē virtutes. Deinde scorpionibus, scilicet Dæmonibus, & peccatis aduersātur, nec non improbis hominibus terrorem incutiunt. Probi enim ab hominibus improbis odio habentur. Iuxta illud Prouerbiorum. *Impij abominantur illos, qui in recta sunt via.* cap. 29.

VSVS IN MEDICINA.

MVltas ad res stellionem conducere Authores nō proletarij asseuerantius dicunt. Siquidem ex Dioscoride, & Porta, proprio morsui medetur, & in
F oleo putrefactus aduersus ictus scorpionum adhibetur. Plinius in hydrocede, & vrinæ incontinentia hoc animal exenteratum, & demptis extremitatibus assatum sapius præbet. In quartanis verò abigendis. Magi ex Plinio, stellionem capsulis inclusum capiti patientis subijciunt, & in fine paroxismi dimittunt. Immò in dysenterijs, & doloribus lumborum, stellio transmarinus demptis intestinis, & pedibus, cum cibarijs commendant. At multi per stellionem transmarinū, scincum intelligunt; idem Animal combustum diuersis affectibus occurrere notum est; nam Auicennas aduersus morbum comitialem non solum senectam animalis, sed illius etiam cinerem in aliquo liquore propinat. Marcellus solum caput combustum cum melle Attico ad oculos lacrymantes præscribit. Mirum etiam de stellionis cinere prodit Plinius, qui, instar linimenti, in sinistra manu detentus Venerem excitat, si transferatur in dextram inhibet. Verūm Mizaldus digitum magnum dextri pedis cinere stellionis dissoluto in oleo, vel melle inungit, vt Venerem sopitam accendat. Nequè hoc admirari debemus, quoniam apud Nicolaum Myrepsum antidotus ad tentiginem describitur, G quæ, præter cætera simplicia, stellionem recipit. Vnguentum etiam entaticon describit Aeginetà, in quod præter alia medicamenta, tres stelliones ingrediuntur. Præterea partes etiam huius animalis non infrugiferę in medicina esse feruntur. Etenim cum frigidissimis mensibus hoc animal, ex Aristotele, occultetur: hinc colligunt partes eius ad conciliandum somnum, & ad inducendum stuporem. Maximoperè prodesse, & præcipuè ne aliqua pars humani corporis abscindenda dolorem sentiat. Quapropter huiusmodi virtutem cordi potissimùm huius bestiæ Ioannes Vrsinus assignat dum sic canit.

Mande cor, & tantus prosternet corpora somnus
Vt scindi possint absque dolore manus.

Centur. 8. Memor.

lib. 7. c. 17.

Hepar verò tritum, & super dentes positum in sedanda odontalgia valere dicitur, fel à medico vsu non est arcendum; quandoquidem in succedaneis, quæ in Galeni, & Aeginetę operibus habentur, pro felle chamęleontis fel scalabotes, nempe stellionis substituitur. Carni autem vis extrahendi furculos corpori humano infixos attribuitur. Et sā- H guis in albugine oculorum probatur. Item stercus in medicina locum habet, quoniam tritum verrucas delet. Serapionis interpres, ex Galeno, ab hoc fimo curari impetigines, & faciem emendari astruit; cum tamen Galenus hanc virturem stercori crocodili terrestris attribuat. Demùm stellionis senectam in epilepsia commoditatis plurimum afferre autumant. Idcirco loca, in quibus tales bestiæ hyeme stabulantur, diligenter obseruāt, & capsulas ex fiscis arundinibus textas loculis horum animalium apponunt, vt verno tempore per angustias cannarum exeuntes, & senectam exuentes in capsula ex cannis texta relinquant.

Fel adhibetur.

A

VSVS IN VARIIS.

lib. 7. Phyt. cap. 4.

QVoniam hoc animal subflauum, & lentigine refertum est: ex hac signatura Porta coniectatur hoc animal ad faciem deturpandam valere. Ideo solet, qui malis vtuntur artibus stellionem in vino suffocare, quod postea sumptum tales in facie generat maculas, quales in tergo animalis conspiciuntur. Vnde Turnebus de hoc sic canebat.

Sic qua pellicibus nupta infidiantur duris,
Quas forma plus esse dolent, medicata propinans
Pocula guttata lentigine stellio qua tu
Inficis, vt varia signetur tergore vultus
Discolor, & maculis liuescant ora suborsis.

Tom. 2. Off. B

Præterea variæ partes huius animalis varijs etiam vsibus accommodari possunt. Primo felin aqua dissolutum ex Textore, mustelas congregare dicitur. Hybernum spolium accipitri in cibis datur, vt pennas citius mutet. Idem de senecta lacertæ superius affirmauimus. Ioannes Vrsinus in poemate de Animalibus hæc scripsit. Si quis caudam stellionis recens amputatam manu detineat donec emoriatur, & postea eadem mann mulierem tangat, nemo cum illa rem habere poterit. Oliuarius Vrsini scholiastes, hoc a Marcello Empyrico tradi asseuerat. Gesnerus tamē fatetur nihil tale apud Marcellū reperisse. Ad finem liquor ouorum stellionis, ex Plinij sententia, auulsos palpebrarum pilos renasci non patitur.

DE SCINCO.
Cap. XII.

C

ÆQVIVOCA, SYNONIMA, Etymum.

li. 1. de nat. Aquat. D

IN antiquis Dioscoridis plantarum nomenclatoris scincos non est animal, sed planta, quæ aliter Myrtus syluestris, vel ruscus cognominatur. Alioquin scincus est animal ex genere lacertorum, qui Dioscoridi Crocodilus terrestris dicitur, cuius fimus suauem spirat odorem, ideoq; crocodilea à Medicis appellatur. Belloniꝰ crocodilum minorem nuncupat, quia crocodilo nilotico sit similis. Vel secundùm alios; quia crocum timeat. Ideo Apiarij id edocti, circa aluearia crocum serunt, ne hoc animal accedens fauos depascere possit nam, croco conspecto, illico fugit. Crocodilus autem fluuiatilis secundùm Varinum ita nominatur, quia crocas nempè littora timeat; nam in terra animal valde pauidum esse perhibetur. Græcis, σκίγγος, vel σκίγκος, nempè scingus, vel scincus dicitur. Gesnerus huius nominis etymum à vocibus Arabicis deriuat, nam apud Auicennam, vt exponit Syluaticus, Tinsa Crocodilum significat, item in Arsinoitica Præfectura, vbi crocodilus colitur, Suchus nuncupatur, quæ voces scinco valdè sunt similes. Veteres Interpretes Galeni, & Dioscoridis, in mentione crocodili terrestris, hunc stellionem perperam vocant. Interpres Rhasis scincum piscē sagittalem appellat, quoniam animal aquaticū esse opinatur. Albertus scincos cum sciuris confundit, deinde agens de stella marina, vbi scribitur sturitus, aliàs stincus, vtrumq; pro astere nempè stella, & vtrumque ad excitandam Venerem ineptè vsurpat. Quę proprietas scinco non autem stellæ marinę attribuitur. Vocem hæbraicam, Koach, nonnulli crocodilum, alij lacertum interpretantur. At Gesnerus tradit satius esse illam vocem scincum exponere. Vetus Glossographus Auicennæ per Guaril scincum aquaticum, immò stellionem exprimit, & scerantum, scincum de mari rubro vertit. Aschanchur est Guaril, nimirum scincus, vt scribit

lib. 24. de anim. aquat.

E bit Bellunensis. Verùm Garis fluminis; Asikincor, & Nudalepi sunt nomina, quibus Syluaticus scincum designat. Scincus hodie in officinis corrupto nomine *Rinco* vocitatur.

DIFFERENTIÆ, & Descriptio.

PLinius primo scincum, Indicum, deinde Arabicum maximum esse retulit Aelianus etiam tradidit in India bestiam nasci, quæ crocodili terrestris speciem, & similitudinem gerit, magnitudine canis molitensis, cuius pelli asperis quibusdam squamis scatet; deinde ab Indis phatagen vocari assueuerauit. Nos autem hanc Aeliani bestiam cum caudiuerbera conuenire opinamur, vt suo loco exponetur. Cardanus quidem scribit in India occidentali, & alibi etiam, sed rarius, lacertos maximos nasci, quos crocodilos vocant, excrementis *li. 9. de subt.*
F alui odoratis. Hos autem cum nostris scincis conuenire non affirmamus: quoniam Galenus Crocodilos terrestres, quorum fimum in vsu medico commendat, paruos, & humiles esse scribit. Verum quidem est, quòd hanc differentiam ad regiones referre possimus; nisi aliquod crocodili terrestris genus à scincis diuersum admittere velimus Etenim in Cypro magna quædam species lacertę nascitur omnibus notis scincum referens; hae de causa lacertus scincoides nominatur, cuius iconem in publico Musæo inuenta in hic damus. Praeterea alij sunt scinci in lacu Vicentino à cæteris discrepantes, scilicet parui, & nigri, quibus scplasiarij, deficientibus veris scincis, nõ sine magno humanę vitæ discrimine vtuntur. Quandoquidem hi non ad scincos, sed ad Salamandras aquatiles reduci debent, vt paulò superius explicatum fuit. Rhasis etiam in capite de renibus, scincum describit similem lacertæ, cauda non rotunda, sed circa latera compressa. Huiusmodi autem animal non est verus scincus, sed potius Salamandra aquatica, ad mentem Matthioli: nam scincus, secundùm Textorem, similis crocodilo, sed minor Ichneumone *Tom. 2. Off.*
G pe rhibetur. Quamuis autem figura scinci crocodili speciem referat. Attamen scinci parui sunt, & magnitudinem nostratis lacerti non excedunt. Cardanus addit esse cauda *lib. 7. de rer.*
breuiori præditos, & squamis etiam tegi; qua nota ab alijs lacertorum generibus distin- *var. cap. 34*
guuntur. Plinius peculiarem differentiam in squamis reponit. Etenim illas in scincis à cauda ad caput versas esse tradit. Quod si sit verum, nec ne, id in scincis ex Aegypto allatis obseruare non possumus, cum hi admodum exiccati ad nos deferantur. Bellonius *li. 1. de nat.*
scincum quadrupedem magnitudine lacertæ viridis, aut Salamandræ esse, & pollicis *Aquat.*
crassitiem, & longitudinem quadrantis non excedere autumat. cauda rotunda eum squamis, quas cum piscibus communes habere statuit. Renodeus scincum animal quadrupes *lib. 3. de me-*
squamis exiguis, frequentibus, & subluteis esse constituit, capite longo, vix colli crassitudinem superante, ventre quadantenus alato, cauda rotunda, lacertarum ritu, sed breuiore, & ad tetram incurua, à capite ad ipsam caudam cæsia discurrente linea. Narrat Gesnerus se vidisse scincum, cuius pedes digitis quinis cum vnguiculis referti erant, latitudo sesquipollicem æquabat, longitudo à capite ad extremitatem caudæ erat duo-
H rum palmorum. Caudę verò longitudo duorum digitorum. Quidam vir reuersus Constantinopoli narrauit Gesnero se illic venales scincos longitudine sex palmorum conspicatum fuisse.



Lacertus Cyprius fancoides.

NATVRA, CIBVS, LOCVS.

SCincus calidum, & siccum nactus est temperamẽtum, si Auicenna, & Paulus Aegineta veritatem fatli sunt. Hoc animal instinctu naturali ouagremio terræ committit: cum scripserit Aristoteles tàm terrestres, quàm aquatiles crocodilos in sicco parere. Plinius scincum, more apum, floribus odoratissimis victitare tradidit. Propterea non est mirandum, si fimum odoratum reddat, & si mel tantopere appetat, mel enim ex odoratissimorum florum liquore integratur. Vnde postea Reusnerus sic cecinit,

Cur fimus sit odoratus.

Mella legit furtim scincus, pellitq; venenum,
Fabula dat Veneri luxuriosa salax.

De loco natali huius animalis, Monachi qui commentati sunt Mesuem, scincos circa Romam reperiri, & Syluaticus, & Platearius in Apulia versari perperam autumant. Auicennas in Arabia tantùm nasci, & Belluncnsis in plaga Orientali Mecham versus vagari produnt. Hodie ex Aegypto ad nos deferuntur, & secundùm Dioscoridem, ex Lydia Mauritaniæ; cum tamen in Mauritania nulla Lydia reperiatur. Interpres Serapionis Lodiam pro Lydia, vertit. Rhasis in libro de sexaginta animalibus, cæteras regiones iuxta mentem Dioscoridis enumerat, hanc omittit. Quare placuit Gesnero legere Libyã Mauritaniæ. Libya enim aliquando pro tota Africa, interdum pro determinata eius parte sumitur. Immò, & fluuius huius nominis per Mauritaniã currit. Quamuis igitur dictũ fuerit scincos ab Aegypto deferri, tamen primum Alexandriã inde Venetias asportantur. Putat quidem Gesnerus in Aegypto sacharo inspergi, & gossipio impleri, antequã vendantur. Sunt qui existimant scincum esse animal aquatile, licèt Crocodilus terrestris ab Authoribus appelletur; quoniam, qui Venetias deferuntur, in mari rubro, & in flumine Nili capi dicuntur. Salmasius tamen in Solinum animaduertit Scincos non esse aquatiles, sed circa Nilum versari, et illos, qui ex rubro mari huc vehi feruntur, in locis mari rubro finitimis vagari. Nuperi ideo in hoc falluntur, quoniam, Alberto duce, has bestias aquatiles esse arbitrantur.

Locus huius animalis.

Quomodo cõ diantur.

VSVS IN MEDICINA.

IN officinis nostra ætate scinci pro vsu medico seruantur. Sed pharmacopæi indocti, scincorum loco, quoddam lacerti seu potius Salamandræ genus aquaticum dorso nigrum, & ventre pallidum perperàm vsurpant; quoniã doctrinam Syluatici sectantur. Alij lacertos quosdam duabus insignes caudis pro scincis perperà vendũt Legitimus igitur Scincus magna antidota ingreditur, & præcisis summis partibus, ischiadicis à Marcello in cibis præscribitur. Verum animaduertit Sextus in exhibendo hoc animali pondus drachmæ non esse excedendum, cum veri etiam scinci noxij esse ferantur. Et quamuis misceantur magnis antidotis, tamen sciendum est in huiusmodi antidota multa alia salubria simplicia ingredi, quæ scincorũ malitiam ẽastigare possunt. Præterea in antidoto Amaranti Grammaticiad dolorem pedum permiscentur, vt legitur apud Galenum. Excipiuntur etiam medicamentis ad frigidos neruorum affectus, vt Auicenna tradit, qui scincos calidos esse statuit. Solet etiam scincus cum nasturtio sumi drachmæ pondere ad accendendam Venerem. Alioquin si cum lente palustri, & semine lactucæ decoquatur, Venerem inhibere dicitur. Amplius ex scinco antidotum Diascincon cognominatum paratur, vt recitat Galenus, quod omnibus venenis resistere perhibetur. Rhasis scincum super pusionem metu somniorum laborantem suspendit, & illum sanat. Porta scincum albis punctis distinctum, capite, & cauda albicantem meditatur. Quamobrem ex hac signatura aduersus omnia cutis vitia valere colligit. Præcipua tamen virtus huius animalis in Venere stimulanda consistit. Ideò Vuecherus puluerem pro sopita Venere deferbit, qui drachmam vnã scincorum recipit; quoniam dosis vltra drachmam non est augenda. Quæ omnia eleganter declarat Bouslletus his versibus.

lib. 2. de Antid.

lib. 1. de Antid.

lib. 4. Phyt. cap. 6.

lib. 2. Antid. spec.

Ad Venerem ſcinci partes ſtimulare feruntur A
Eas, ſub renum qua regione manent.
Præſtat idem roſtrum, atq; pedes cum ſemine ruta,
Et myrrha, inq; viris ſæpè medela fuit.
Poſſe in virosas mortalia tela ſagittas
Apelles ſcripſit, ſi ſubitò ingeritur.
Tu verò pondus drachmæ ne exceſſeris vnquam.
Credis enim id magno Sextius eſſe malo.

Inſuper partes huius animalis etiã ſeorſim ſumptæ in varijs affectionibus nõ vulgarẽ habent prærogatiuam. Primitus ex carne crocodili terreſtris, vel ſcinci Galenus deſcribit antidotum, quo quidam in Libya omnes à periculo ſcorpionum liberabat. Aetius carnem hanc in morbis cutis commendat; quia in regione Indorum, elephantiaſi affectos eſu huius carnis ſanari intellexit. Rhaſis hanc carnem præcipuè extollit, quoniam corpora pinguefaciat, & libidinem excitet moderatè ſumpta, alioquin neruos lædit, vt Author de ſimplicibus ad Paternianum retulit. Cor vtriuſq; crocodili, authore Plinio, in lana ouis nigræ, & primo partu genitæ inuolutum quartanas abigere dicitur. Idem Plinius felle ſcinci cum melle mixto in ſuffuſionibus, nihil præſtantius medicamentum inueniri prædicat. Renes verò in excitanda venere, & augendo ſpermate, peculiarem prærogatiuam poſſident. Quare Rhaſis nodum, ſeu vertebram ſpinæ, quæ renes tegit, ad libidinem excitandam ſuper dorſum viri ſuſpendit. Bouſſuetus igitur infraſcripto hexaſticho idem docet, & remedium ad luxum extinguendum aſſignat hunc in modum.

Lib. 13. c. 22

In li. de nat. Aquat.

B

Quæ circa renum ſunt ſcinci in corpore partes,
Creduntur caſtis ſemper obeſſe choris.
Nam potè vim Venerem ſtimulare feruntur,
Quantumuis etiam languida membra ſient.
Ebibitur contra laſſuca ſemen, habetq;
Comprimere affectus, magne Cupido, tuos.

Sanguis ad quid valeat

Sanguis ſcinci ſi miſceatur cum baurach, & illiniatur, ſecundùm Galenum, & Plinium, faciei maculas elegantiſſimè delet. Propterea Rhaſis hoc ſanguine cum bellericis, & emblicis locum ſordidum perungit, & breui temporis ſpatio priſtinum parti colorem reſtituit. Præterquamquod, ex Plinio, claritatem viſus auget, & cicatrices oculorum emendat. Pinguedo etiam ſcinci, ſecundùm Rhaſim, dolorem renum expellit. Immò huius drachmæ decem ingrediuntur quamdam compoſitionem ad Venerem ſtimulandam, quæ habetur in libro ſecretorum Galeno adſcripto. Item teſtes non ſunt à medicina arcendi, quandoquidem, ſi dexter ad pondus vnius Kirat cum aqua vitæ bibatur, ſemen exiccat; ſin ſumatur cum aqua cicerum rubrorum, renes calfacit, & congreſſũ adiuuat. Depelle ſcribit Plinius, quod corium vtriuſquè crocodili vritur. Nam cinis ex aceto ſuper partes ſecandas linitur ne ſenſum ferri ſentiant. A cauda licèt parte extrema vtilitas ſumma dimanat. Etenim Aegineta vnguentum entaticon, componit, quod ſcincorum caudas recipit. In Diaſatyrio, pro ſopita Venere, caudæ ſcincorum ponuntur. Item in Diaſatyrion Vuecherij vncia caudarum ſcinci cum renibus, & ſumine ingreditur. Vuecherius etiam deſcribit electuarium aduerſus ſterilitatem, quod unciam dimidiam caudarum ſcinci admittit. Poſtmodum ex inteſtinis ſuffitus paratur, qui laborantes affectibus vterinis mirum in modum adiuuat. Poſtremò Serapio epilepticis præſcribit medicamentum, quod ex ſtercore crocodili terreſtris conficitur. Id autem Cælius Aurelianus probare non videtur. Soranus apud Galenum ſtercus felis, & crocodili terreſtris cum aceto miſcet, quo linimento partes alopecia vexatas feliciter vngit. Tandem Plinius crocodileam in extergendis albi oculorum vitijs ad cælum vſquè extollit. Quapropter Vegetius, in oculis equorum malè affectis, huiuſmodi ſimo vtitur.

Teſtes.

li. 2. Antid. ſpec.

lib. 2. c. 22.

C

D

VSVS

E

VSVS IN VARIIS.

CVm Scincus inter animalia mirandum in modum pingueſcat, Rhaſis carnẽ huius animalis ad humanum corpus obeſandum commendat. Deinde hu ius animalis decoctione homines agreſti odio inter ſe diſſidentes conciliare profitetur. Amplius terreſtris crocodili fimum, quem crocodileam vocant, mulieribus optimum colorem communicare, & earum faciem ele ganter emendare affirmant. Huius meminit Horatius, quando de anu fucata canit hunc in modum.

——————color ſi
Stercore fucatus crocodili. *lib. Epod. od. 12.*

Procul dubio poeta crocodilcam, nempè fimum Scinci hoc in loco intelligebat: ex hoc enim, vt teſtatur Albertus, ad faciem erugandam, vnguentum meretrices parabant. At lotæ poſtmodum facici, priſtinæ rugæ reſtituebantur. Ouidius etiam crocodileæ fu co colorem naturalem ementiri fœminas docet; dum in opere de Arte amandi, illas fu-
F cans, & mangonizans ſic inquit.

Pallida purpureis tangat ſua corpora virgis,
Nigrior ad pharij confuge piſcis opem. *lib. 3.*

Pharos enim, ſecundùm Plinium, parua fuit Ægypti inſula; vnde poeta per piſcem phatium crocodilum Niloticum, ſed perperam intellexit; quandoquidem virtus fuci in fimo tantùm Scinci, nimirum crocodili terreſtris conſiſtit. Itaquè optimus fimus huius animalis candidiſſimus eſſe debet, friabilis, & qui inſtar amyli in aqua citò liqueſcat. Immò dum teritur aciditatem inſtar veteris fermenti ſpirare debet. Quamobrem abſtergendi, & exiccandi facultatem poſſidet. Qui vtuntur hoc præſidio, cauti eſſe debent, quia olim adulterabatur fimo ſturnorum, qui orizam ederint. Tandem Aetius huiuſmodi ſtercore Feras venenatas à latibulis pellere profitetur. Si cauernæ per infundibulum eò ſuffiantur: nec mirandum eſt, quoniam acrem fermenti odorem emittit. *lib. 13. c. 7.*

G

DE CORDYLO QVADRVPEDE, ſiue Caudiuerbera. Cap. XII.

HAec lacertæ ſpecies Cordyli nomine fortaſſis inſignitur, quoniam Cordy li piſcis figuram aliqua ex parte repræſentet. Alioquin à nonnullis recentioribus crocodilus terreſtris appellatur; cum tamen ſcincus, verus crocodilus terreſtris Antiquorum fuerit. Nuperi quidam hoc animal caudiuerberam nominant, quoniam continua caudæ agitatione diuerberet. Græci ad imitationem latini vocabuli, Vromaſtigem dicerent. Bellonius prædictam lacertæ ſpeciem depingit, & crocodilum terreſtrem nũcupat, quoniam primo aſpectu crocodilo nilotico aſſimilatur. Verùm poſtea ab ipſo diſcrepare aſſeuerat; quia hoc animal caudam in modum clauæ tuberculis emmentioribus aſperam gerat. Quapropter eor
H pora quibus appropinquat, atrociſſimè diuerberare dicitur. Hinc caudiuerberæ nomen ſibi vindicauit. An vero habeat branchias, quemadmodum ſcribit Bellonius, & confitmat Rondeletius non facilè poteſt exponi. Siquidem in exuuijs huius beſtiæ, quæ in publico Muſæo adhuc ſeruantur, duo tantùm foramina ſecus rictum obſeruantur. Quorum meminit Bouſſuetus his carminibus.

Cordylus effigie hic talis depingitur ipſa, *In lib. de*
Qualis, & in terris, & ferè degit aquis. *nat. aquat.*
Inter quadrupedes rimam vnam, ſiue foramen
Poſt oris rictum (reſpice) ſolus habet.

An verò iſtæ rimę, vel foramina ſint illa, quę ſub branchijs eſſe ſolẽt, alijs cõſiderandũ relinquimus, & ad clariorẽ huius animalis deſcriptionẽ accedemus. Thomas eñ Eraſtus

Cordylus, siue Vromastix.

E Heluetius medicus,& philosophus insignis describit hoc animal crocodilo simile,minus tamen,& inferius labrum mouens,figura capitis,& oris testudini respondens cum breui collo,& in parte inferiori tumido. Pedes habet quatuor quinis digitis more lacertarum distinctos. Reliquum corpus non squamigerum, sed pelle duriuscula, instar corij serpentis,vestitum, cauda illi inest rotunda in circulos quosdam squamatim diuisa modo ferè inexplicabili. Squamæ sunt durissimæ, videnturq; osseę, & quasi quadrangulę, cauæ parum sunt,vt caudam rotundam efficiant. Alioquin tanquam tegulę,quæ domorum culmina cooperiunt,simul iunguntur,extremitas cuiuslibet squamæ in spinam acutissimam desinit. Amplius tales squamę pellucidæ, flauescentes, seu pallentes instar cornu videntur. Venter huius animantis magis quam in crocodilo tumescit. Tergus denique latum,& quodammodo planum est, vt in icone licet conspicari. Quid si hoc animal phattages Indicus sit Aeliani? hic enim author prodidit in regionibus Indicis nasci bestiam crocodili terrestris speciem gerentem, cuius pellem asperam ad dissecandum adhibent. *Descriptio.* *lib.16.ca.6.*

F DE CÆTERIS LACERTIS EXOTICIS. Cap. XIII.

ARistoteles in historia animalium lacertos Arabicos ad duorum cubitorum magnitudinem accedere tradidit. Ideo Arianus in Insula Dioscoridis propè Arabiam, lacertos permagnos memorat, quorum carnes insulani edunt,& eorum adipe pro oleo vtuntur. Scaliger in Samogithia lacertos sesquipede maiores esse constituit, quos Incolæ pro Dijs laribus venerantur. Præterea inter Insulas fortunatas vna Capraria, secundùm Solinum,nominatur, quæ magnis ,& enormibus laeertis redúndat. Albertus audiuit à viris fide dignis, in Prouincia Regione Gallię,& in Hispania lacertos crassitudinis humani cruris aliquãdo visos esse. Gesnerus narrat, ex Aethiopiæ Insulis nuperà Regibus Lusitaniæ occupatis, lacertam extinctam longitudinis octonum circiter cubitorum, iussu Cardinalis Vlyssiponensis Romam aduectam fuisse. Immò Lutetiæ in Palatio laeertus humanę ferè magnitudinis pendet; vt testes oculati Gesnero retulerunt. Rursus alius in eadem Vrbe prædicto similis, sed paulò minor in ædibus D. Antonio sacris conspicitur. Nec mirandum est, quoniam ex Petro martyre, in Insula Magalante Maris occidui, lacerti magnitudinem crocodilorum adequant, & Plinius in Nysa Indorum monte, lacertas viginti quatuor pedum longitudine vagari asseuerat. Maffeus etiam in historia Indica describens Regionẽ Cananoris retulit ibi esse stagna multa grandibus lacertis referta horrendo oris hiatu, sed halitu odoratissimo, quæ homines interdum adoriuntur. Causã auctionis horum lacertorum Cardanus quantitati,& qualitati pabuli indici attribuit. Si quidem Petrus Cieza scripsit se in Panama lacertos viginti quinq; cubitorum vidisse, eosq; ad centesimum vsq; annum augeri affirmat. Ioannes Leo in opere de Africa,animal lacertæ simile nomine Dub versari prodit,quod potu aquę etiam modico moritur, veneno caret,& si occidatur,& post triduum igni admoueatur, moueri solet non secus, H ac viueret. Sin ad magis particulares exoticorum lacertorum species accedamus. Incidemus in lacertum Indicum descriptum à clarissimo viro Clusio, qui pedes quatuor cum semisse longus erat. Ambitus corporis erat vndecim vnciarum,longitudo capitis, & colli ad crura vsque anteriora decem,longitudo ab anterioribus ad posteriores,pedes sexdecim. Cauda longitudinem duodetriginta vnciarum explebat. Coloris erat elegantissimi. Siquidem tota prona pars fusca flauis maculis conspersa, supina pars non adeo fusca,sed albis tantùm maculis variè distincta. Pedes habebat fissos in quinquè digitos longos,quorum vngues longi,& acuti erant. Item dentibus curuis, & acutis muniebatur. Idem Author paulò inferius exhibet iconem alterius lacerti peregrini,lõgitudinis trium pedum,quam lector apud ipsum contemplari potest. Nos hic damus iconem lacerti Indici Cordylo quadrupedi facilè congeneris, cuius spolium viginti unciarum circiter in publico Musæo adhuc conseruatur. Benzo in historia naturali Indiæ meminit magnæ lacertæ,quæ Iguana,vel Yuana,vel Igname nominatur cuius mentum *lib.8.c.38.* *Exerc.183.* *lib.2.* *lib.7.de rer. nat.c 28.* *lib.5.Exot. cap.20.* *lib.cit.c.21.* *lib.2.*

palear

Lacertus Indicus Cordylo ſimilis.



Lacerta Indica Iuannæ congener.

palear longum,& crista,more gallinarum,caput exornat;dorsum eminentibus pinnis est refertum. Cauda prælonga est v perinis orbibus se implicans. Animal terræ, & aquæ commune est; cum non modò in fluuijs se mergat,sed arbores quoq; scandat. Horribile quidem visu est, sed adeò mite, vt captum nec ullum clamorem,nec strepitum edat. Immò spatio etiam viginti dierum sine cibo viuit. Ouiedus quoque meminit huius animalis nomine Yuanne lacerti figura ; additq; edere Cazabi (id genus est placentæ ex radice Iuccæ paratum) aut aliam quampiam herbam, ouaque rotunda magnitudine nucis iuglandis secundùm flumina quadraginta & quinquaginta in terra eniti, quæ vitellum cum albumine continent,optimiquè saporis sunt. Caro etiam huius animalis edulis est: saporem enim carnis cuniculorum refert. Immò illarum regionum incolæ huiusmodi carnibus tanquàm piscibus,diebus etiam ieiunij vescuntur; cum animal amphibium sit,& in vtroq, elemento viuat. Animaduertit autem Ouiedus quòd,qui aliàs lue venerea laborauerint,ab esu huius carnis se abstinebãt,quoniam compertum est in illis regionibus veteres dolores recrudescere ;etiamsi patictes aliquando sanati fuerint. Denuò doctissimus Clusius in Auctario recitat se obseruasse lacerti cuiusdam peregrini spolium,quod à collo ad initium vsq; caudæ vndecim vncias longum erat; corporis autem ambitus nouem vncialum circiter. Totum corpus valdè squamosum conspiciebatur. Multi hanc lacertæ speciem Yuannæ congenerem esse credunt.

lib.13.hist. gen. & nat. Ind.occid.

A

B

DE CHAMÆLEONTE. Cap. XIV.

ÆQVIVOCA, SYNONIMA, Etymum.

C

CVm Aristoteles in historia animalium chamæleontem ad genus lacertarũ reduxerit, nos operæ pretium esse duximus hoc in loco illius historiam examinare; quare ad euitandam nominis ambiguitatem, aduertendũ est, præter animal,hoc nomen herbæ etiam competere,quæ secundùm Dioscoridem,folia cum terræ colore mutat; nam hic viridia,illic albicantia,& alibi cærulea conspiciuntur. Quoniam verò hæc planta chamæleon nuncupata,quæ alio nomine Carlina,quasi Cardina,cum in carduorum genere recensetur, ex radicis colore duplex sit, nempè chamæleon albus,& niger. Dioscorides tamen hoc nomen nigro tantùm chamæleonti,ob rationem allatam, assignauit. Licèt chamæleon albus eodem nomine ob similitudinem , quam habet cum nigro , insigniatur. Augurellus etiam hanc æquiuocationem contemplatus est, dum scribens ad Hermolaum Barbarum sic cecinit.

Carlina cur sic vocatur.

Est repens pedibus parvus humi Leo,
Quod veris animal flatibus, & leui
Tantùm vescitur aura.
Hermolae coloribus.
Contectum variis nam penitus refert.
Quæcumq; attigerit proximè. At est quoque
Huius cognominis herba
Terra versicolor sua.

D

lib.2.Carm. ed.4.

Præter hãc plantam,aliæ etiam sunt, quæ à Botanicis nomine chamæleontis decorantur. Nam Carduum Mariæ, seu leucacantham Brunfelsius chamæleontem vocat. Apud Mõspelienses branca vrsina aculeata chamæleon dicitur. Item in veteribus Dioscoridis nomenclaturis Dipsacus etiam chamæleon nominatur. Quoad animal, siue illud,chamæleonem latino vocabulo,siue chamæleontem,voce græca, nuncupemus,parùm refert. Satius tamen esset chamæleon in casu recto,& chamæleontem in obliquo, more Græcorum, profetre, posteaquam nomen hoc à voce græca deducitur . Isidorus huius nominis etymologiã à camelo,& leone deriuat,cum quibus animantibus chamæleontem

lib.3.

Lib.12.Orig.

aliquam

E aliquam habere similitudinem tradidit, hæc de re nomen hoc sine dipitonco, & sine aspiratione scribit. Hoc etymum ridiculum esse videtur, quandoquidem nomen græcum est χαμαιλέων, & Latinis pusillus Leo exponitur, cum aliqua ex parte leonem grandē, & ferocē bestiā, corporis effigie, repræsentet. In sacris litteris, vbi Koāh, vel Koach, legitur; multi variē hanc vocem vertunt. Septuaginta tamen, & D. Hieronymus chamæleontē interpretātur. Aliam vocem hæbraicam Lilith nonnulli auem magnam vento victitantem exponunt, quam Gamalion cognominant. Hæc expositio risu digna videtur, nam chamæleon, qui aere viuere creditur, non auis est, sed quadrupes ouipara, de qua in præsenti capite sermo habetur. Arabicē Harbe, vel Alharbe potest nominari, vt Andreas Bellunēsis voluit. In alijs linguis hoc animal cū sit peregrinum, nullū nomen fortitum est. Gesnerus tamē nomen finxit, & Germanicē Murilacertū indigitauit, quia muris, & lacerti figuram quodammodo imitetur. Quidam recentiores Barbari corruptas voces pronuntiant, nempe Gamaleon, Zamaleon Hamaleon, & Maleon, quibus chamæleontem significant. *Leuit. c. 11.*

DIFFERENTIÆ, & Descriptio.

F

BEllonius in Obseruationibus retulit varias chamæleontis species conspicatum fuisse. Siquidem pallentes in Aegypto, alibi verò nempē in Arabia, prædictis multò numerosiores, coloriſque diuersi vidit. Etenim albicātes subfuluis, & rubentibus maculis erant distincti. Gesnerus narrat se duo chamæleontis scelet[illegible] horum alterum pallidum, alterum verò erat nigricans. Quocirca in Musæo Illustris. Senatus Bononiensis tres chamæleontis icones inuenimus, nimirūm chamæleontis pallidi, nigri, & varij, quas omnes ante legentis oculos repræsentamus. Quoad descriptionem animalis, tradit Plinius chamæleontem crocodilo esse simillimum, nisi curuaturæ spinæ, & amplitudine caudæ ab eo differret. Quam comparationem multi Authores irridēt; cum chamæleon vix palmum excedat. Propterea aduertendum est Iones appellāre προχοδείλους, quos cæteri Graeci σαύρους, nempe lacertos nuncupant; ideo Democritus, ex quo postea Plinius transcripsit, ex sua dialecti idiomate, chamæleontem lacertę assimilans, lacertum crocodilum dixit. Hinc Plinius hallucinatus non lacertę, sed crocodilo chamæleontem comparauit. Quamobrem Aristoteles scriptum reliquit hanc bestiam, figura totius corporis, lacertam planè repræsentare, deinde habere latera ventri iuncta, vt licet in piscibus conspicari; item rostrū simiæ porcariæ simile, & caudā longis orbibus implicatā. Primitus si caput medi temur à medio capite retrorsum ossea pars triquetra eminet, reliqua pars antrorsum colligitur caua, & quasi canaliculata, eminētibus vtrinq. ossei is marginibus asperis, & leuiter serratis. Oculi in cauo recessu prægrandes, & corpori cōcolores cōduntur, cuius pupilla non mouetur, sed animal totius oculi motu circūspicit, ore sēper hiante. Linguā habet lōgam, & terrestri lubrico similē, in cuius extremitate spongiosus quidam, & glutinosus nodus existit, ideo Ioannes Landius (referente Scaligero) huic animali assignat linguā palmi longitudine, & quid tanquam acetabulum in summa illius parte cum muco, quo prædam citò tollit. Dentium, & gengiuarum loco, os quoddam continuum, & serratum habet; nec non superius labium breuius. Gula atq; arteria, ex mente Aristotelis, in eodē situ, vt in lacerta est. Pulmo in comparatione ad molem corporis illi inest maximus. Cor habet magnitudine cordis muris domestici, hepatis lobos duos, quorum sinister est maior folliculus felli grānum hordeaceum æmulans sinistro iecoris lobo adhæret. Deniq; intestina omnia interanea lacertæ similia esse prodit Aristoteles. Cruta postea illi insunt recta, & longiora, quàm lacertæ, quamuis inflexus sit similis. Demum pedes anteriores à posterioribus valdè discrepantes. Natura huic animali dōnesit. Etenim, teste Bellonio, priores pedes ternos digitos intra, binos extra, posteriores verò ternos extra, & binos intra possident. Itaq: ex Gesnerō, longitudo huius animalis à summo rostro ad initium caudæ septem, vel octo digitorum est. Altitudo digitorum quinq; medius locus inter imum ventrem, & summum dorsum flexus costarum continet circiter sexdecim. Et demum maculis distinctus vt pardus conspicitur. *lib. 2. c. 2. 60*

Descriptio huius animalis.

li. 2. de hist. Animal. 1.

Pedum descriptio.

CHA-

Chamæleontis vera effigies ex relatione D. Iacobi Conradi.

1 Chamæleon cinereus verus.
2 Chamæleon varius.



E

Chamæleon niger.

F

NATVRA, ET MORES.

HOc animal temperaturæ frigidæ, pigriquè motus esse perhibetur. Cum natura illi exiguum tantùm sanguinis circa cor communicauerit. Quæ igitur animalia paucò sanguine sunt referta, necessariò frigida, consequenterquè timida, & tardi motus esse dicuntur. Præterea chamæleontes, cum ad lacertarum genus referantur, hyeme latibulantur, Vere autem, ritu lacertarum, è cauis egrediuntur, ouaquè oblonga lacertarum modo emittuntur; quæ venefica qualitate prædita esse feruntur. Quapropter ijs, qui oua chamæleontis degustauerint, Bellunensis stercus accipitris tanquam propriam antidotum potandum præbet. Amplius chamæleon moriens pallescit, & defunctus talem colorem seruat, quemadmodum lic- et intueri illius cadauer, quod integrum in Mufæo publico seruatur, & quod nupe r Excellentissimus Io. Antonius Godius publicus chirurgus Bononiensis, & Anatomicus insignis dono dedit. Amplius Natura id huic animali ingenerauit, vt se in varios mutet colores; quod admirari non debemus, cum etiam quædam herba Tripoliū nuncupata inter saxa nascens ad oras maris, ter colorem floris eodem die mutet; itaut manè albicantem, meridie luteum, & vesperi cærulcum ostentet. Ceterūm de chamæleonte proferunt Authores, quòd omnes colores, præter candidum, & rubrum recipiat; quemadmodum Faciuta in Poematibus retulit dum inquit.

Morientis animalis quis color.

Chamæleon hiat, vt tenui depascitur aura,
Reciprocumq; Soli per fata carpit iter.
Induit ac varios semper, mutatq; colores,
Mutat hians faciem, mutat hians clamydem.
Candidaq; indutur nunquam, nec rubra supellex,
Semper hiat Zephyros, semper hiat simulos.

H

Verumtamen aliter docet quotidiana experientia, nam si chamæleon super viridem colorem ponatur, fit viridis, si supra luteum luteus, & sic deinceps. Immò, & candidum etiam colorem adipiscitur, vt vir nobilissimus fide dignus nobis retulit, qui dono sibi datum chamæleontem in candido sudario inclusit, domum verò cum peruenisset introspiciens animal abijsse putabat, quoniam sudarij candorem acquisiuerat, quamobrem cum Ouidio meritò possumus canere.

Coloris mutationis causa.

lib. 15. Met.

Ad quæque quod ventis animal nutritur, & aura
Protinus assimilat, tetigit quoscumque colores.

Causam verò huius colorum mutationis multi Authores in timiditatem animalis referunt. Sed Ioānes Vrsinus in poemate de Animalibus, huius rei causam cibo animalis assignare videtur, quoniam cum aere tantùm nutriatur, corpus pellucidum redditur, & ad quoscumquè colores recipiendos idoneum. Sic igitur canit.

Non timor, immò cibus nimirùm limpidus aer
Ambo simul varia membra colore nouant.

Veram autem huius mutationis causam, omnium iudicio, affert Solinus, dum cutim glabram, & pellucidam huius animalis medietatem. Quare cum sit instar tenuis laminæ corneæ quoscumq; colores illi appropinquantes reddere potest. Quod in Polypo, & in Tarando etiam contingit. Id vidisse fatetur Valerianus Romæ in chamæleonte, qui apud Leonem X. Pontificem Maximum seruabatur. Idcirco scripsit Tertullianus de Chamæleonte vulgo dici, *De Corio ludere*. Quasi pro suo arbitrio muter colorem cutis. Vnde Erasmus in Prouerbijs hoc pronunciare solet. *De alieno corio ludere*. Quando aliquis alieno periculo securius agit. Immò aliud ex hac chamæleontis proprietate dimanat adagium, scilicet. *Chamæleonte mutabilior*. Competit q; homini versipelli, & inconstanti, qui pro temporis varietate se se in omnem speciem vertit.

In Polybist. A

ANTIPATHIA.

Circa caprificos ferum, alioquin innoxium esse chamæleontem prædicat Plinius. Deinde adeo serpentibus inuisus est, vt, Bellonio teste, ob illorum metum, sed præcipuè Viperarum, & Cerastarum, naturali instinctu, super frutices, & arbores ascendat. Immò si accidat, vt sub arbore serpens vagetur, chamæleon ita se se in arbore componit, vt saliua ab eius ore exiens, recta linea in caput serpentis cadat; quæ viscositate sua instar fili, serpentem tangens illum interimat. Sin accidat, vt per solum gradiens serpentem eminus intueatur; tũc chamæleon, ex Alexandro Myndio, aduersus famelicum serpentem ingeniosè se munit. Festucam latam, & validam mordicus apprehendit, sub qua, tamquam sub clypeo diligenter se tuetur. Deinde inter hoc animal, & nonnullas aues maximas intercedit dissensus. Nam, licèt Plinius scribat vim magnam huius animalis esse aduersus genus accipitrum dum illos præteruolantes ad se trahere feratur, tamen accipitres ad deuorandum chamæleontem descendunt, cuius degustata carne intereunt. Hoc idem coruo accidere solet, nisi degustatis lauri foliis sibi præstò esset. Demum Elephanti infensus est, si vera scripsit Solinus, nam frondibus concolor ab Elephante sæpe deglutitur, qui proculdubio obiret, nisi statim oleastro sibi mederetur. Hinc Porta colligit in profligando chamæleontis veneno folia oleastri mirandum in modum commendari.

B

lib. 1. Magnal. c. 10. C

LOCVS CIBVS.

Africam chamæleontes generare Plinius promulgauit. Et in Asia plurimos versari Solinus scripsit. Cum tamen in India frequentiores videantur. At Insula præcipuè Madagascar Chamæleontibus redundat, vt Hollerius in nauigatione ad Indiam orientalem testatus est. Bellonius in Cairo innumeros chamæleontes obseruauit, itaut retulerit nullas ferè hortorum esse sepes, in quibus chamæleontes non insideant, & præcipuè circa ripas Nili. Rarò autem per solum vagari assueuerat, quoniam Cerastas, & Viperas metuunt. Immò idem Author recensens quædam peculiaria, quæ Alexandriæ conspicatus est, promulgauit se inter alia multos chamæleontes in fruticibus Rhamni versantes conspexisse, quos difficulter ab inquisitoribus inueniuntur, cum folijs plantæ sint concolores. De victu narrant Plinius, & Solinus hoc animal nulla materia esculenta, vel potulenta, sed solo aere nutriri, hac de causa illud stellionibus comparant, qui more cicadarum, rore vitam degere dicuntur. Multi docti viri non modo sententiæ Plinianæ adstipulantur, verùm etiam illam roborant dicentes chamæleontem os hians semper habere, quoniam continuum hauriat aerẽ; ideoq; clauso ore ventrem intumescit, quod ab alia causa, nisi ab bausto aere dimanare potest; qui postmodum in alimentum animalis paulatim conuertitur. In cuius confirmationem; Teuethus recitat se Cõstantinopoli nonnullos chamæleontes in caueis extra fenestrã appẽsa, solo vento, & aere victitãtes per spatium multorũ dierũ obseruasse. Hinc ortum est illud adagium in illos, qui tenuissimo cibo vitam traducunt. *More chamæleõtis*. Subintelligẽdo (viuere) cũ huiusmodi homines nullo ferè viuãt impẽdio. Neq; hoc

lib. 2. obser. cap. 34.

Cibus qualis.

lib. 2. hist. Amer.

D

miran-

E mirandum esse multi attestantur. Siquidem Io. de Mondouilla in suo Itinerario pronunciat Incolas Insulæ *Fracan* gentes pumilas solo pomorũ syluestriũ odore nutriri. Præterquamquod Andreas Eburensis tradit homines solo aere vixisse; cum quidam in vrbe Colonia Germaniæ, Federico Secundo regnãte, per septem hebdomadarum spatiũ, sola interdum epota aqua, cibo caruerit. Et Augusti- us cum Casulano rescriberet affirmauit, ætate sua, quemdam spatio quadraginta dierũ, sine alimento vitam transegisse, & demum Olympiodorus Platonicus monimentis mandauit, Aristotele oculato teste, fuisse hominem, qui donec vixit, neq; comedit, neq; dormiuit; nam sola insolatione alebatur. Cæterùm Niphus prædictorum opinioni refragatur. Siquidem refert prædictos authores, circa naturam chamæleontis hallucinatos fuisse, cum chamæleon octimestri spatio, & interdum per annum integrum sine vllo cibo vitã traducat. Hinc tamẽ nõ est concludendum nullo vnquam alimento vesci. Quapropter falsò hoc animal aere tantum fiui crediderunt. Et præcipuè cum scribat Bellonius naturã frustra operatam esse, dum huic animanti linguam, ventriculum, & intestina impartita est, si nulla esca pro vita traducenda, indigeret. Linguã enim semipedalem habet instar linguæ Piei Martij, in cuius extremitate spongiosus quidam, & glutinosus nodus est, quo muscas potissimũ in os attrahit. Item Bellonius addit, præter muscas, chamæleontem, serpentum more, erucas, scarabeos, & locustas vorare, propterea quod, facto huius animantis anatome, prædicta animalia in ventriculo, & intestinis inuenit. Id confirmat Io. Landius (referente Scaligero) qui dum in vltima Syria moraretur, vidit vnum è quinq; chamæleontibus, quos emerat linguę repentina eiaculatione muscam, quæ in eius erat pectore, legisse. Quocirca si Picus Aristophani σιλικᾶς Attica, & Dorica lingua dicitur, παρὰ τὸ σιλιχᾶν τὰ ξύλα, scilicet à perforandis lignis, hoc etiam nomen nonnulli Authores chamæleonti assignant, quoniam rostro cortices arborum sæpè pertundat; vt animalcula sub ipso latitantia lingua venari possit.

Qui solo odore viuant.

lib. 2. Obser.

Exercit. 196.

F

EMBLEMATA, SYMBOLA, Simulacra.

G

CVm Chamæleon naturaliter quoscumquè reddat colores, quos proximè attigerit, præter rubrum, & candidum. Profectò hoc animal assentatoribus assimilari potest, quorum præcipuus scopus est omnia æmulari, & assensum cunctis præbere, præter quam ijs, à quorum ingenio longè absunt; nimirum qui candido simplicitatis decore, & pudoris, seu verecundiæ rubore sunt præditi. Quamobrem Seneca non iniuria dicebat. *Veritas in omnem sui partem semper est eadem, quæ verò decipiunt nihil habent solidi.* Hinc Camerarius nonagesimi emblematis argumentum desumpsit, in quo iconem chamæleontis exhibet cum inscriptione NIL SOLIDI. Deinde subscripsit distichon huius tenoris.

Epist. 44.

Turpis adulator formas se vertit in omnes,
At verax similis mens manet vsq; sui.

H Alij idem emblema proposuerunt cum titulo NON DVRAT HYPOCRISIS. Tractauit etiam idem argumentum Alciatus, quando figurauit chamæleontem hoc titulo decoratum IN ADVLATORES. Postea subscripsit infrascripta carmina.

Semper hiat, semper tenuem, qua vescitur, auram
Reciprocat chamaleon:
Et mutat faciem, varios sumitq; colores,
Præter rubrum, vel candidum.
Sic, & adulator populari vescitur aura,
Hiansq; cuncta deuorat;
Et solum mores imitatur Principis atros,
Albi, & pudici nescius.

Percivallus quoquè picturam chamæleontis tanquàm symbolum, vel phrenoschema eiusdam viri nobilis exhibuit hoc Dicto inscriptam EX AERE VITA, fortassis alludens

dens ad victum animalis, & ad suspiria assidua, quibus vir ille vitam transigebat. Alij pro symbolo lactantię, simulacrum chamæleontis vsurparunt, cum hoc animal maximo pulmone sit refertum, qui nil aliud, nisi pomposam ostentationem repræsentat. Ricciardus asserit pictum chamæleontem esse symbolum illius hominis, qui in diuersa transmutatur, pro diuersitate obiectorum, quibus afficitur. Propterea Pierius Valerianus hominē versipellem, delineato chamæleonte, ob colorū mutationē hieroglyphicè ostendit. Hinc Ripa sumpsit argumentum demonstrandi adulationem, dum simulacrum mulieris cū icone chamæleontis effigiauit. Nam sicuti hoc animal diuersos sumit, redditquè colores, ita adulatio diuersis intentionibus semper famulatur. Idem Author eodē ductus argumento, ad significandam intelligentiam, pinxit mulierem manu dextra speculū tenentem, & sinistra chamæleontē: quandoquidem veluti chamæleon in illos vertitur colores quibus appropinquat sic intelligentia in illos transmutatur discursus, qui illi obuiam fiunt. Tandem Ripa ad repræsentandum aeris elementum, exhibet simulacrum mulieris supra nubila sedentis cum pauone Iunoni sacrato, & chamæleonte, cum hoc animal aere viuere dicatur.

Ia Comm. Symb.

In 2. p Icō.

A

MORALIA.

B

IVxta varias chamæleontis proprietates, peccantes huic animali assimilari possunt. Primitus se se offerunt illi, qui indumentorum varietate gaudentes, quotidie vestium mutatione elati tanquàm tot chamæleontes incedunt, vt necessario debeamus cum Ouidio canere.

Non mihi tot cultus numero comprehendere fas est,
Adjcit ornatus proxima quęquè dies.

His addamus mulieres, quæ natiuo colore non contentæ ad varia confugiunt māgonia, vt instar chamæleontis alienum colorem adipiscantur: iuxta illud Ouidij.

Fœmina canitiem germinis infici herbis
Et melior verè quæritur arte color.

C

Præterea peccantes ratione cutis, & ratione sanguinis, tot chamæleontes esse perhibentur, cutim duram habent, quia à iaculis verborum concionatoris penetrari nequit. Parū habent sanguinis, quia charitate carent, & memoriam sanguinis Christi nunquam meditantur. Ideireo in doctrina Christiana, & morali, chamæleon delicias mundi, & coruus hominem repræsentare potest. Nam si coruus, degustata chamæleontis carne, statim moritur, nisi lauro sibi medeatur. Pariter homo delibatis mundi delicijs, & postmodum illis spretis, de chamæleonte triumphare dicitur. Item coruum Iudici, & chamæleonteorum peccanti comparare possumus. Nam coruus, occiso chamæleonte, si minimam carnis illius portionem degustauerit, statim perit. Sic Iudex, criminoso punito, si quid illius substantiæ attigerit, statim interire dicitur. Insuper quoniam chamæleon ore semper hiante aerem captat, ventoq. repletur, meritò ad illū comparari potest, qui quicquid dicit, vel facit ad gloriā refert, & nihil nisi inanē laudē captat. Cæterum histrionem chamæleontem etiam possumus appellare, qui in recitandis comędijs, breui temporis spatio, varias personas induit. Item chamæleon oculos in profundo recessu locatos habere dicitur, & frequenti eorum motu quodcunq. circūspicere. In hoc sensu caussidicus chamæleontis naturā participat, dū propter varios, altus inuētos, profundos intellectus oculos habere fertur, illosq. frequenti motu agitat, quādo ad nouas cautiones in dies accedit. Ab hac simulitudine hypocrita non est arcendus, qui extimam cutē colore sanctitatis quotidie pingere, & in varias virtutum species se trāsmutare studet. Immò quemadmodum chamæleon omnes colores, præter album, & rubrum, adipiscitur, ita simulator quasdam virtutum species, nempè candorem innocentiæ, & rubore charitatis, sibi comparare nequit. Pariter Tyrannus huius animalis speciem præ se ferre videtur. Nam si chamæleon, ad mentē Aristotelis, rostro Suis, & Simiæ refertus est, insignitq. pauore sæpè corripitur. Tyrannus quoq. ob immunditiā, effigiē porci, & propter simulationē iustitiæ, iconē simiæ repræsentat: deinde militū caterua stipatus ineedit, quoniā formidine quotidiana agitatur. Verū rectè ratiocinatur Eudrus; dū oēs aulicos tot chamæleōtes esse struit, q optimè simulare morū, & moribus aulicæ posteriē eleganter se accommodare. Quāobrē Aristote-

Chamæleon delicijs mūdi assimilatur.

Quemodo caussidici chamæleontis naturā imitentur.

lib. 1.

E teles in moralibus optima de causa chamæleontem pro homine mutabili ponit. Hinc Plutarchus in Commentarijs de dignoscendo amico ab adulatore, referebat idem adulatori, & chamæleonti accidere: hic enim omni colore, excepto albo, similem se præstare potest, ille omnia turpia, candida verò, & recta nequaquam imitatur. Immò Principi, cui assidet, vt quid per gratum faciat, illius intemperantiam, inuidiam, acerbitatem in famulos, diffidentiam in domesticos æmulatur. Hoc vitio Alcibiades laborasse fertur, quoniam ingenio versatili præditus naturam chamæleontis participauit. Legimus etiã hoc vitium ad populos quosdam Arabũ, penetrasse; apud quos talis inualuit consuetudo, vt illorum Principis aliqua parte affecta, omnes ægritudinem illius simulantes, eodem membro fascijs ligato in mediũ pròdirent. Hoc idem narratur de quodam Mimo Philippi Macedoniæ Regis, cui, cum in oppugnatione cuiusdam ciuitatis Argiuorum, erutus fuisset oculus; postridie mimus, eodem oculo fascia ligato processisse fertur. Et cum aliàs in quadam pugna Regis crus fractum esset, scurra nonnisi claudicans, eodemq; membro linteaminibus inuoluto ad regem accedere solebat. Postremò Cassiodorus naturam chamæleontis debitori deceptori ingeniosè accommodat. Is enim fuę sponsionis ignarus, & trepidus verba mutat, constituta variat, atque non vnica asserti sui qualitate con- *lib. 5. var. form. epist. 34.*

F tentus, diuersas verborum imagines, veluti chamæleon colores repræsentat. Vicissim viri etiam iusti, & perfecti cum chamæleonte aliquam habere similitudinem dicuntur. Etenim si hoc animal pauco sanguine scatet, aspera cute est refertum, & deniq; ad colores obiectos mutatur, vir etiam probus, & perfectus exiguum sanguinem habere dicitur, dum ab humanis voluptatibus, & inundanis delicijs abhorret, asperam patientiæ cutem indnit, & demum omnes obiectos reddit colores, dum optima, & sancta exempla imitatur. Immò si chamæleon ocu os profundos, & semper apertos habet, nec non assidua formidine agitatur. Viri perfecti, ob firmam fidem, profundis oculis referti esse feruntur, illoſq; semper recluſos seruant, dum diu, noctuq; æterna, & cęlestia meditantur. Tandem rigorem iustitiæ Christi semper formidant; iuxta illud sacræ Paginæ. *Beatus homo qui semper est pauidus.* *In Prou. 28.*

VSVS IN CIBIS.

G

AVthor relationis Concinnæ narrat, quòd Incolæ illarum Regionum magna auiditate nonnulla comedunt, à quibus nos summoperè abhorremus, & inter hæc recenser chamæleontes, qui multi simul vinculo ligati venales ad emporia deferuntur. Itaque emptores cum domi sunt, illos in ignem proijciunt; vnde, vinculo adusto, igni aliquantisper reluctantes ob frigidam temperaturam, supra prunas gradi conantur; sed tandem ignea vi superati torrefiunt. Postmodum ab igne ablatorum pelle tosta gladio abrasa, caro candidissima remanet, quæ minutatim concisa in liquore butyro simili diligenter coquitur. Idque epularum genus apud ipsos in lautissimis cænis commendatur.

VSVS IN MEDICINA.

H

AD profligandum morbum comitialem, Trallianus Chamæleontem in fictili nouo cum oleo decoquit, donec animal tabescat, quo medicamine ab osse sacro ad primam vsq; vertebram, patientem inungit, sicque illum à paroxismo excitat. Immò addit, si septies id repetatur, ægrotantẽ prorsus ab hoc affectu liberari. Idem Author, ad eliminandam podagram, quæ nodos nondum contraxerit, ex hoc animali mirabile parat medicamentum, quod apud ipsum lector videre poterit. Plinius chamæleontem, si sit domi, parturientibus salutarem, sin tunc temporis inferatur, pernicioſissimum esse astruit. Gesnerus etiam intellexit in Africa ex hoc animali medicamentum parari, quod in morbis equorum tantummodo locum habet. Præterea ex partibus huius animalis non modicam frugem demetet medicus. Quandoquidem oculus dexter viuenti animali erutus ad albugines oculorum eum lacte caprino commendatur. Et Arnoldus Villanouanus huius animantis linguam *Podagræ remedium.* *lib. 5. Phys. cap. 18.*

A

lib.4.de comp. med. sec. loc.cap.8.

ſupra obliuioſum ſuſpendit, vt memoriam illi reſtituat. Alij verò, ad euitanda puerperij pericula, hanc alligant, & dextram maxillam ad pauores arcendos probant. Cor, in exterminanda febre quartana, Plinius in lana nigra primæ tonſuræ inuoluit. Felli huius beſtiæ tantam vim tribuit Marcellus, vt hypochymata, ſeu hypochyſes intra triduum ſanare poſſit. Nequè mirandum eſt, quoniam Porta meditans exiguum ſanguinem, quo chamæleon circa cor, & oculos à natura donatus eſt; ex hac ſignatura colligit huius felle ſuffuſiones ſanari poſſe. Galenus etiam ex Archigene huius feltis meminit, dum pilos inutiles, & pungentes palpebrarum euellere nititur. Amplius chamæleon à capite ad caudam vſq; robuſto quodam neruo eſt munitus, quem, nomine ęgrotantis, extrahit Kiranides, & in ſanando opiſthotono, de collo ſuſpendit. Item dextrum pedem è prioribus cum pelle genę, ſiniſtro brachio alligatum, aduerſus pauores nocturnos, valere Plinius affirmat. Demum cotium ab vſu medico non eſt arcēdum. Etenim ſi à melancholicis ſuccus herbæ chamæleontis in corio huius animalis bibatur, proculdubio ex Plinio liberantur.

B

VSVS IN VARIIS.

lib.7. Phyt. cap.10.

EOr, & tantas vires chamæleon in varijs vſibus olim habuiſſe dictus eſt, vt Democritus integrū de virtutibus huius animalis libellum conſcripſerit; idemq; accidere aſſeuerat, ſi iecur in tegulis torrefiat. Lingua cum radice herbę chamæleontis, & cynoglo ſſę homines obmutefcere cogit, vt voluit Kiranides. Quod Porta concedere videtur, quoniam chamæleontem inter animalia aphona connumerat. Præterea cum hoc animal viſu horridum, & deforme ſit, eius hepate amatoria diſſolui Plinius pronũciat. Felle ignibus inſtillato, ſerpentes fugantur, & in aquam iniecto muſtelæ congregantur, vt Plinius ad mentem Democriti promulgauit. Eodem felle ſi liniatur corpus, curis depilatur, quod etiam iecur cum pulmone rubetæ præſtare poteſt. Immò ſanguis pilos genarum euellit, ſi veritatem falſus eſt Dioſcorides. Ad ſomnia terrifica inducenda, Arnoldus ſanguine huius animalis tempora linit & ſignatura eſt, quoniam hoc animal in varios colores tranſmutetur. Inteſtina, & excrementa cum vrina ſimiarum ſimul miſcenda docet Plinius, quo perlinitis inimicorum ianuis odium omnium illis conciliari tradit. Idem armum dextrũ, ad hoſtes ſuperandos valere ſcribit, ſi eiuſdē abiectos neruos calcauerint. Ad finem narrat Plinius, ex Democrito, nonnulla de vſu huius animalis, quę credibilia minime eſſe videntur. Iuber enim cineri ex pede ſiniſtro huius animalis facto lac ſuillum miſceri, itaut linimēti formam acquirat, quo pedes illiti, podagra ſtatim corripiuntur. Deinde pedem ſiniſtrum cum herba chamæleontis torret, omniaq; miſcet ad formam vnguēti, quod in vaſe ligneo conſeruandum eſſe præcipit. Is enim, qui huiusmodi vaſe ſe ſederet, etiaſi palā verſetur, à nemine videri poterit. Cauda quoq; huius animalis fluminū, & aliarū aquarū impetus reprimi, & Serpentes ſoporari aſſeuerat. Immo cauda cedro, & myrrha medicata, geminoq; palmę ramo alligata, aquam percuſſam adeò diſcuti pronũciat, vt omnia quæ intus ſunt, patefiant. Atq; vt nam huiuſmodi ramo contactus eſſet Democritus (inquit Plinius) quoniam dugamenta ſilentio involuens, veritatem in medium protuliſſet.

Ineptiæ Democriti de hoc animali

C

D

DE

E

DE CROCODILO. Cap. XV.

SYNONIMA, ET ETYMVM.

CVm multi Authores Crocodilũ ad lacertorũ genus optima de cauſa referant, & Palladius hanc beſtiam, quaſi generis vocabulo, lacertum appellauerit. Rationi conſonum eſſe iudicauimus, de hoc in præſenti capite, verba facere. Itaque crocodilus Latinis appellatur, nomine à Græcis deſũpto, quibus χροκόδειλος, & quandoq; χροκόδιλος per enallagen litterarũ, ſecundùm Varinũ dicitur. Apud Paulũ Aeginetam legimus τίλοχροκοδειλος, nẽpè crocodilos è Nilo, fortaſſis ad differentiam terreſtrium crocodilorum, ideſt ſcincorum, F de quibus paulò ante verba fecerat. Iſidorus huius vocabuli etymologiam a colore animalis deducere videtur, dum crocodilum à croceo, quo refertus eſt colore, nominat. Cũ tamen, vt veritatem fateamur, hoc etymum à Græcis, non autem à Latinis dimanet. Nã Scincum crocodilum terreſtrem nuncupatum fuiſſe tradidimus παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸν κρόκον, quia crocum timeat. Ideo eo Apiarij circa aluearia crocum ſerunt, vt illius viſione ſcinci perterrefacti ad illa non accedant. At crocodilus, de quo in præſentia ſermo habetur, ducere videtur etymum παρὰ τὸ τὰς κρόκας φοβεῖσθαι, nimirum quia littora timeat. Eſt enim in terra valdè timidũ animal, & δειλὸς in græcis litteris timidus exponitur. Alioquin χροκόδιλος, apud Hipponecten, paruũ animalculũ eſſe perhibetur, vt tradit Euſtathius. Cũ igitur crocodilus partim in terra, partim in aqua ætatẽ ducat, ideoq; ancipitẽ vitam agat, nõ eſt mirandum ſi Græcis animal ἀμφίβιον, & interdũ ὑδροχάρακα κυρίως nominetur. Quãnis Heſychius τίλον, itẽ δημόδρομον crocodilũ vocitet. Herodotus in Euterpe retulit Aegyptios olim crocodilũ χαμψαν, & ſecũdum alios χαμψαν nominaſſe. Scaliger autẽ ſcribit ſe rogaſſe quemdam Turcum, vt vocabulum, G quo hodie denotatur crocodilus, diceret; & reſpondiſſe refert Kimpſac; quæ vox cum græca Herodoti conuenire videtur. Statius Ferã Phariam cognominat, cũ Pharos olim parua Nili Inſula fuerit. Albertus ſcribit Tencheam eſſe vocabulum linguæ Aegyptię, quo crocodilus intelligitur. At, ſecundùm Strabonem, in Arſinoitica Præfectura, vbi crocodilus ſumma veneratione colitur, Suchus nuncupatur. Verùm dubitant aliqui, an hoc nomen ſacro tantùm Crocodilo, an crocodilo in genere competat. Geſnerus opinatur hoc nomen omni crocodilo conuenire, cum hęc vox ſit valdè ſimilis ſcinco, qua veteres Græci crocodilum terreſtrem indigitant. Quodnam ſit nomen huius animalis in lingua hębraica difficillimum eſt exponere, quoniam Interpretes nomen lacertæ cũ nomine ſcinci, chamæleontis, & crocodili confundũt. Apud Arabes Andreas Bellunenſis vocabulo Temſa, aliàs Altenſa crodilum ſignificat. Syluaticus Tiſma, & Atinſa profert. Ab Indis Cayman, ex Scaligero, nuncupatur. Albertus, & alij Barbari Scriptores Cocodrillum dicunt. Demum Germani, Illyrij, Itali, & aliæ gentes Europeæ, H pleręq; omnes crocodili nomen retinent.

lib. 12. Orig.

Verum crocodili etymũ

Nomẽ Aegyptium crocodili.

DIFFERENTIÆ, ET DESCRIPTIO.

AN Crocodilus animal ſit ſui generis, vt Ariſtoteles aſſeuerat, inter Authores ſententijs variatur. Nam Plinius duo genera, ratione molis corporeæ conſtituit, alterum magnum in terris, & in aquis viuens, alterum parũ, terreſtre nuncupatum, cuius fimum ſuauem odorem ſpirat. De quo in capite de ſcinco actum fuit. Albertus etiam varia crocodilorum genera meditari videtur, dum prodit omnes crocodilos maxillam inferiorem mouere præter Tencheam, & alibi Tencheam non vulgarem crocodilum, ſed aliam quamdam ſpeciem in Aegypto eſſe ſtatuit. Hæc ſententia ſanè explodenda eſt: quandoquidem Ariſtoteles

Differentiæ ſecũdum Albertum.

toteles de crocodilo ea ſimpliciter profert, quæ Albertus Tencheę attribuit. Præterea idem Albertus crocodilum marinum maxilla inferiori mobili, aliquando ſe vidiſſe teſtatur: Quæ de re hic Author duas crocodili differentias, nimirum ratione motus mandibulæ, & ratione loci aſſignat. Cum tamen in mari nullum crocodilum verſari Authores tradãt. Vnde Niphus poſteà authoritate Alberti fretus ſcripſit crocodilum fluuiatilem ab Ariſtotele, ad differentiã marini, vocatũ fuiſſe. Cũ tamen Ariſtoteles ad differentiã terreſtris, crocodilũ fluuiatilẽ dixerit, qui aliter ab Authoribus ſcincus nominatur. Aelianus quidẽ in fluuio Gange duo genera harũ beſtiarũ vagari aſſeuerat, quorum alterum nemini noxium, alterũ verò carniuorum, & valdè infeſtum eſſe ſtatuit, ſupra cuius roſtrum quoddam tanquam cornu eminet. Item in Prouincia Xanagarrę, à viuis crocodilis vagantibus quidam relinquitur odor ſuauitatem moſchi ſuperans: ideo nonnulli huiuſmodi crocodilos moſchatos appellitant. Quamobrem id à loco natali dimanare credendum eſt; quemadmodum etiam ſcriptores idem de Pantheris in eadem regione verſantibus teſtificantur. Regiones enim ad id non parùm conducere perhibentur. Veluti de Columbi Inſulæ arboribus legimus, quę omnes prætereuntibus gratum, & iucundum odorem communicant. In cuius confirmationem Plinius ſcriptum reliquit, in Inſulis Maiabban plantas procreari, quæ omnes, omniq; tempore odorem per quàm iucundum ſpirant. Quoad deſcriptionem, Crocodilus, ex Alberto, in omnibus, lacertæ figuram repręſentat, & Cardano authore, inter animalia imperfecta collocatur; qua de cauſa à Scaligero meritò reprehenditur. Inchoantes igitur à capite, vnà cum Kiranide lati capitis eſſe ſtatuimus, & ſuillo roſtro præditum cum Petro Martyre dicimus. Deinde rictus oris vſq; ad locum aurium patet, Alberto teſte, ſi tamen animal auribus refertum eſſet. Oculos ſuillis ſimiles ei Ariſtoteles aſſignat. Palpebram verò inferiorem ſine vlla nictatione Plinius illi attribuit, quoniam beſtiæ huius generis oculos pręduros habeãt. Præterea, inter cęteras quadrupedes, maxillã ſuperiorẽ mouet; huius rationẽ tradit Ariſtoteles, nimirũ quia hoc animal pedibus ad capiendũ, & retinẽdum inutilibus refertum ſit; ideoq; natura vſum motus maxillæ ſuperioris illi tradidit, quia commodius motu illius, quàm alterius vti poterat. Alij ſunt huius ſententiæ, quòd moueat ſuperiorem mandibulam, quia cum ſit animal robuſtiſſimum, & dorſi ſpinam habeat validam, oportebat mandibulam mobilẽ parti firmiori adhærere. Sed Cardanus euidentiorem videtur afferre rationem, dum inquit, ob crurum breuitatem, & ob amplum rictum, cum animal collo ferè careat, dum rictus diducitur maxilla inferiori mobili tangeret terram, & recte diduci non poſſet. Circa dentes variæ fuerunt Authorum opiniones: nam Ion Chius ſcriptis mandauit Herculem triplici dentium ordine refertum fuiſſe: Hos autem dentium ordines multi crocodilo attribuunt; cum tamen quid tale in hoc animali non obſeruetur. Dentes quidem robuſtos albicantes, & acutiſſimos habet, vt Albertus in catulo crocodili ſe conſpicatum fuiſſe fatetur. Ariſtoteles magnos, & exertos eſſe dixit; nam plures ſuperiorem maxillam munientes deorſum prominent, itaut ore etiã clauſo, conſpiciantur; ideoq; morſum maximè noxium habet, quia dentes inſtar pectinis coniungantur. Quoad numerum Aelianus ſexaginta dentes huic beſtiæ aſſignat, nec ſine ratione, propterea quod Geſnerus ſe illos numeraſſe fatetur. Poſtmodum linguam adeò indiſcretam habet, vt illa prorsùs carere videatur. Hinc Diodorus, Solinus, Albertus, & alij ſcriptores non proletarij crocodilũ lingua carere retulerunt. Vnde Philoſophus huius rei rationem aſſignans ſcribebat, quòd aquatile genus breui tempore ſapores sẽtit, hinc fit vt linguam parùm diſcretam habeat. Inſuper hoc animal exiguo liene præditum Authores obſeruant. Siquidem in omnibus ouà parturientibus vt in teſtudine, crocodilo, lacertis, & ranis Plinius lienem admodũ exilem conſpicatus eſt. Item teſtes, ex Ariſtotele, internis lumbis adhærentes, ſpinamq; vertebris ſexaginta integratam habet, quas totidem neruis colligatas eſſe ſcripſit Aelianus. Crura vnà cum pedibus acutiſſimis vnguibus armatis in latera parùm flectuntur: ſiquidem, ex Ariſtotele, in libro de communi Animalium greſſu, crocodili, lacertæ, & animalia huius generis ouipara, crura in obliquum detorquent, vt ad ouorum incubatũ, & cuſtodiam, terram cómmodius ſubeant. Caudæ longitudo reliquum æquat corpus, quemadmodum in exuuijs crocodilorum licet intueri. Albertus pinnas in cauda huius animalis meditatur, & Geſnerus pinnam in cauda catuli per ſeptem digitos extenſam ad poſtremam vſq; partem obſeruauit.

Crocodili odorati.

Exerc. 196.

lib. 7. de ver. var. cap. 37

lib. 2. de par. An. cap. 11.

Pinnæ in cauda crocodili.

E uauit. Cirea corium huius animalis, sciendum est ventrem adeo molli cute esse munitum; vt quolibet gladio facilè sauciari possit; reliquæ verò corporis partes pelle adeò dura teguntur, vt telis, & sagittis minimè cedat. Immò Nuperi globulis etiam bombardæ manuariq; resistere affirmant. Hinc forte Mythologus argumentum apologi crocodili, & vulpis desumpsit: etenim cum crocodilus de progenitorum suorum splendore narrasset, quòd exercitationum principes fuerint; tunc vulpes dixit, etiamsi nihil dixisses, ex cute, antiquis temporibus exercitatus esse videris. Tandem hoc animal, vt prodit Petrus Martyr, crocco colore est refertum præter ventrem, qui subalbus esse videtur. Circa auctionem Aristoteles in Historia Animalium, hoc animal ad quindecim cubita crescere asseruit. Solinus scripsit ad longitudinem vsq; viginti vlnarũ augeri, Isidorus verò, qui multa ex Sol no mutuari soler non augmenti viginti vlnarum, sed viginti cubitorum meminit: immò in tantam magnitudinem quandoq; excrescunt, vt Plutarchus tradiderit, ætate Psammitichi Aegyptiorum Regis, crocodilum viginti quinq; cubitorum visum fuisse, & Aelianus, regnante Amasidе, crocodilum ad sex cubitos supra viginti excreuisse promulgauit. Neq, vlla admiratione teneri debemus; nam quidam amici retulerunt Scaligero, se apud Indos crocodilum viginti pedum cõspexatos fuisse. *lib. 6. ca. 33* *Exerc. 196.*

F Item scriptor historiæ naturalis Indiæ, tradit, quòd circa Vrbem *Panamam* crocodili reperiuntur, qui vltra centum pedes in longitudinem crescunt; quod mirabile, & portentosum videtur. Quamobrem fuerunt nonnulli (re ferente Aristotele) qui scripserunt crocodilos tandiu augeri, quamdiu viuunt, quorum sententiæ non possumus adstipulari, cum ratio totum oppositum nobis persuadeat. quoniam omne ens finitum est, idq; actu, non solum potestate: & si dicatur, viuenti auctionis non esse finem; tunc considerandum est, quòd vita à calore & humido naturali dimanat, à quibus auctio originem ducit. Ergo si animal interit, id defectu humidi fieri dicitur. Etenim si semper cresceret, nunquam morte naturali solueretur. Profectò cuiuscumque rei mortalis augmentum datur, quod subit æqualis tenor, & postea ad solutionem per decrementum pergit; vt optimè nos docuit Aristoteles. Nconem autem huius animalis duplici de causa hoc in loco non exhibemus. Primò quia animal esse notum opinamur, cum olim Romani multos viderint, quorum simulacra adhuc Romæ conspiciuntur. Etenim Marcus Scaurus primus quinque crocodilos Romæ, ædilitatis suæ ludis, in temporario Euripo ostendit. *li. 6. de hist. An. c. 33.* *li. 2. de gen. Anim.*

G Item Heliogabalus crocodilos aluit, vt scribit Lampridius. Secunda causa est, quoniã in primo libro de quadrupedibus digitatis viuiparis capite postremo agentes de simulacris, iconem Hippopotami cum crocodilo colludentis repræsentauimus.

NATVRA, MORES, Ingenium.

EST crocodilorum alia à quadrupedibus in gressu natura: etenim quando è Nilo in terram longius ptoficiscuntur, alia nesciunt ad flumen regredi via, quam per illa vestigia, quæ in arena progredientes reliquerunt, si veritatem fatsus est Petrus Martyr. Amplius ob crurum breuitatem pigrum est animal, & vertere se in latus difficillimè potest. Immò dum gradiuntur, ex *lib. 3. leg. Babyl.*

H Petro Martyre, gratum relinquunt odorem; additque intellexisse à Nili accolis abdomen crocodili fœminæ Arabicos odores æquare. Deinde Aristoteles prodidit has bestias quatuor mensibus frigidissimis sine cibo latibulari. Suidas quadragiuta dies, Aelianus verò sexaginta in latebra quotannis sine victu morari promulgauit. Insuper nõnulli fuerunt huius opinionis crocodilum esse adeò noxium animal, vt qui eum intuetur necessariò intereat. Quod quidem veritati consonũ esse nemo negauerit; cum etiam si homo hoc animal non aspiciat, certò certius ei morieodum sit. Verum quidem, est vt narrat Cœlius Aurelianus in capite de furore, & Iusania, quòd Artemidorus Grammaticus crocodilum in arena iacentem adeo formidauit, vt statim, læsa mente, litterarũ memoria caruerit, atque sinistrum eius à Fera ablatum fuisse crediderit. Alioquin pernicioſum animal esse perhibetur, cum vnguibus necet, dentibus conterat, & lacrymis densissima etiam ossa dissipet. Quamobrem crocodilus humanum depastus cadaver, *Quidam timore crocodili insaniunt.*

postre-

poſtremò oſſa capitis lacrymis frangit, vt medulla inexiſtente veſcatur. Vnde Reuſnetus in Paradiſo poetico ſic cecinit. A

Callax, ſed timidus parat improbus ore cruento
Perdere te, lacrymis dum crocodilus agit.

Sed aduertendum eſt, ex Petro Martyre, hoc animal non vbiq; funeſtum, & pernicioſum eſſe. Propterea quod ab vrbe Cayro ad mare vſq; nauigantes à Crocodilis non grauẽ calamitatem ſunt accepturi. Verùm aduerſo Nilo verſus montes, quantò altius nauigatur, tantò nocentiores crocodili inueniuntur. Incolæ autem Regionis hanc eſſe cauſam atteſtantur, quia pars Nili inter vrbem & mare ſita, magna piſcium copia redundat, qui ex mare ad dulces Nili aquas quotidie accedunt. Ideoq; crocodili hac piſcium quantitate contenti, nulla ferè iactura accolas, & nauigantes afficiunt. Cæteri verò crocodili, qui in alia amnis parte vagantur, ob inopiam piſcium, quibus à frequentia piſcatorum tranſitus impeditur, vrgente fame, ferociores euadunt, & ad terram accedentes, homines, & iumenta adoriuntur. Item huiuſmodi beſtiæ, Nilo poſt inundationem ad propriam alueum redeunte, maiora detrimenta, quàm alio tempore afferunt; quia cum in Nili faucibus aqua minus profunda ſit, conſequenter etiam minor piſcium quantitas ad fluentum accedit. Tunc igitur crocodilus fame impulſus, cænoq; obuoluens circa ripas amnis latibulans deſcendentibus ad flumen, hauriendæ aquæ gratia, inſidiatur. Immò, ex eodem Petro martyre, quando contra Nili curſum nauibus aſcenditur, vento deficiente, ſæpius contis, quàm remis agitur; tunc verò nauem aſcendentem crocodili latenter, & fraudolenter ſectantur; nam cum nautam crocodilus viderit, toto pectore ad expungendam nauem, conto inhærere, celeri ictu caudæ, conto autem actiter diſcuſſo, ipſum in flumen præcipitem cadere cogit, & vix delapſum vorat. Hinc dolos huius animalis colligere licet. Quocirca Ianus Gruterius cuiuſdam vaframenta exprimere volens canebat hunc in modum.

Illum lacte ſue pauit crocodilus, & altis
Hyæna ſepſit fraudibus.

Crocodili autem (referente Calcagnino) neminem ijs diebus lædere feruntur, quos Apis natales habet; neq; olim ram infeſti erant ob veterem aduerſus eos Magiam. Nam in Aegyptiorum Arabum libris (inquit Scaliger) hoc ſcriptum inuentum fuit. *Humeth abem Thaulon Præfectus Aegypti ab Arabibus ſignum plumbeum Crocodili, quod in quibuſdam templi fundamentis inuentum fuerat igni diſſolui iuſſit, quo ex tempore conqueruntur Indigena crocodilos magis infeſtos regionibus fuiſſe, quia aduerſus ipſorum maleficia ſignum illud à Priſcis ſapientibus comparatum, & infoſſum fuerat.* Præter hæc, crocodilis nonnihil diuinationis eſſe multi autumant, vt tradit Plutarchus in commentarijs de Solertia animalium. Quandoquidem neq; vltra, neque infra illud ſpatium, ad quod Nilus annua alluuie peruenturus eſt, oua collocant. Quare Coloni in hæc incidentes, Nilum vltra illum locum non eſſe exundaturum affirmant. Immò Ptolemei quoq; teſtimonio prædicta atteſtantur. Etenim cum ille ex crocodilis antiquiſſimum, & præſtantiſſimum appellaſſet non exauditum fuiſſe & cum ei cibaria obijciſſet, reiecciſſe aſſerunt. Vnde ſacerdotes (vt recitat Aelianus) Ptolemeo interitum impendere collegerunt. Prædictis addamus hanc beſtiam ſolertia ingenij plurimùm valere. Primò quia, ex Aeliano, quemadmodùm Aquila ad radios Solares pullorum ingenuitatem experitur, ita crocodilus, à celeritate capiendæ prædę, catulos probat. Nam ſtatim atque ab ouis excluduntur, ſi lacertã, aut locuſtam, aut quid ſimile rapuerint, in numero crocodilini generis à parẽtibus recenſentur; ſin ignaui fuerint illicò tanquam ſpurij reprobantur. Secundò quoniam crocodilus, ex Plutarcho, cicuratur, vocem humanam intelligit, manu tractari, & diducto rictu, mantili dentes abſtergi patitur. Quare non eſt mirum ſi Aelianus narret crocodilos in paludibus Ombitarũ arte paratis nutritos domeſticos eſſe; ijs enim capita hoſtiarum edenda obijciunt, cum his Ombitæ non veſcantur. In prædictorum confirmationem Gillius tradit quemdã nomine Philinum, qui Aegyptum aduerat, retuliſſe, quòd in oppido Anteo nuncupato aniculam cum crocodilo in lecto dormientem conſpicatus fuerat. Ariſtoteles igitur crocodilos manſuefieri propter ſui commoditatẽ affirmat, nam ſi copioſo alantur victu, ceſſat omnis cauſa belli, quæ à cibi defectu plerumquè oriri ſolet. Ad finem crocodili ex Ariſtotele, & Plinio, diuturnam ducunt vitã. Diodorus Siculus ab illis humanã adæquari refert. Aelianus ſexaginta vitæ annos illis aſſignat.

Exere. 196. — B — C

Locus inundationis Nili.

lib. 10. cap. 28. — D

Ombitarum crocodili

lib. 9. hiſt. An. cap. 1.

LOCVS,

E

LOCVS, VICTVS.

OMnibus exploratissimum esse opinamur magnum crocodilorum numerum in Nilo, & stagnis illi propinquis versari; sic enim Diodorus Siculus testificatur: quapropter nulla debemus admiratione teneri, si à Poetis quandoq. Niliacus, & interdum Nilicola appelletur. Verùm, vt narrat Ioannes Leo, non solum in Nilo, sed etiam in flumine Nigro stabulantur. Solinus Bambotum flumen iuxta Athlantem Africæ montem ab illis incoli astruit. Strabo scribit Mauritaniæ flumina crocodilis etiam redundare; immò, & fontem esse non longè à Chalcedone paulò supra mare, qui paruos crocodilos gignit, quos postea Hermolaus scincos esse perperam arbitratur. Albertus addit has bestias non solũ in Nilo, sed etiã in oĩbus fluuijs Indicis natare, nec sine ratione. Siquidẽ in Bengalę fluuio Gange crocodili visuntur, &, ex Scaligero, passim in omnibus Indorum fluuijs vagantur. Item Apollonius cum socijs (referente Philostrato) dum per flumen Indum nauigio veheretur, F equos fluuiatiles, & crocodilos conspexisse promulgauit. Id totum stabilire possumus historia Indica Iosephi Acostę, qui retulit crocodilos aquis illarum regionum calidis delectari, ideò in tractu Peruano huiusmodi animalia non inueniri, nisi in Pagra astruit: nam deinceps ptopter teporem aquæ, & clementiam aeris frequentissima obseruantur: Hac de re veritatem fassus est Aristoteles quando scripsit crocodilos ob aquæ calorẽ noctu in flumine natare, diù uerò in terra vagari. Hinc Boussuetus verba faciens de crocodilo, quem Feram Nili cognominat, sic canit.

li. 9. Africa

Exerc. 196

lib. 3. ca. 15

In lib. de nat. Aquat.

In terris agit illa dies, nocte esq; sub vndis,
Sic a nè terra est atq; molesta mari.

Hoc enim in loco poeta per mare aquam intelligit. Circa victum huius animalis Arnoldus de Villanoua scribit quòd alitur luto. At intelleximus, quòd in aquis vescitur piscibus, & in terris quocumque animali ei occurrente siquidem ictu caudæ adeò acriter ferit quadrupedes vt equum, & camelum fractis cruribus, prosternat. Balbus tamen in G Itinerario Indiæ orientalis inquit, quòd crocodili elephantos non offendunt, vel ob quamdam sympathiam, vel quia ram grande animal formident. Humanam verò carnem auidè appetunt; quapropter hoc solent vti astu, quando nouerint viam, per quam mulieres aquatum descendunt, vel per quam homines ad naues accedunt: ore enim aqua pleno semitam adeò reddunt lubricam, vt gradientem præcipitem reddãt; hac enim ratione præda facilius potiũtur. Quare Petrus martyr in Legatione Babylonica scribit suæ ætate comprehensum fuisse magnum crocodilum, qui tres pusiones deuorauerat, non erit igitur mirandũ, si à Græcis ἀνθρωποβορὸς, quasi hominiuorus nominetur. Alioquin in Arsinoitica Præfectura crocodilus sacer à Sacerdotibus pane, carne, & vino nutritur. Sunt etiam, ex mente Strabonis, qui placentas, carnes assas, & mulsam eis offerant,

Cap. 35.

lib. 2.

COITVS PARTVS.

H NAutæ quidam illis temporibus, quibus Petrus Martyr regiones Aegypti peragrabat, in Insula Niliaca Crocodilos congredientes obseruarunt. Etenim masculus fœminam resupinat, cum aliter, ob breuitatem crurum, congredi nequeant. Postea si Crocodilus fœmina ad mentem Arabum, ex Andrea Bellunensi oua in aquis enitatur ex illis alius crocodilus emergit; sin iuxta fluminis ripas oua ponat, scincus nascitur; hac de re scincum de semine. Crocodili dimanare asseuerant. Cęterùm omissa Arabum opinione, dicendum est primò crocodilum fœminam quasi prędagam oua, instinctu naturali, in ficco loco ponere, ad quem Nili incrementum peruenire non possit. Vnde Reusnerus sic cecinit.

Oua in quo loco collocent.

Quò sacer excurrat Nilus in arua
Prescius, alluuie libera ponit.
Oua, monẽns meritò nos Crocodilus,
Quę fata imminent, ante videre.

Croco-

Crocodili igitur ſingulis annis redeunte aeris tepore, oua eniruntur. Idcirco illorum A
ἐκτοκία circa Nilum vernum tempus, ad mentem Heliodori, indicare ſolet. Prius tamen ſexaginta dies, ex Aeliano, ventrem ferunt, totidem diebus oua pariunt, & alijs totidē fouent, & tandem curatio partus ſexaginta diebus peragitur. Ouum magnitudinem oui anſerini non excedit, animalq; ab illo excluditur magnitudinem lacertæ adęquans, & tamen ad eam excreſcit molem, quam paulò ſuperius explicauimus. Tria enim ſunt animalia, quę ex minimis principijs ad immenſam ferè corporaturam augentur; nimirū ex volucribus Struthiocamelus, ex quadrupedibus viuiparis Elephantus, & ex amphibijs crocodilus. Demum quoad excluſionem ouorum, hæc incubatu indigere multi affirmant. Ideoq; in illis fouendis, ad mentem Plinij, & Solini mas, & fœmina vices ſeruare dicuntur. Alij fuerunt huius opinionis crocodilos ſolo viſu propria fouere oua. At Gyllius in Aelianum apertè pronunciat oua à Crocodilis arena obrui, à quibus tandem ſine vllo incubatu, catuli exeunt; quę ſententia Ariſtotelicæ doctrinę conformis eſſe videtur. Siquidem Philoſophus in Problematibus docebat cæpas, & alia huius ge- B
Sect.20.Pro bl.26. neris extra terram folia emittere, attenuato, & concocto in bulbis humore; quemadmodum in crocodilorum ouis arena obrutis: nam huiuſmodi oua materiam frigidam, & viſcidam continentia in ſicca arena à crocodilo fœmina ſepeliuntur, ibiq; regionis, & Solis virtute incaleſcunt; ſicque ex concocta, & præparata materia tum ab interno ſeminis calore, tum ab externo Solis tepore catuli tandem excluduntur.

ANTIPATHIA, & Sympathia.

CVm multis animantibus crocodilus vehementes gerit inimicitias. Primo odio habet ichneumonem, qui non ſolum illius oua conterit, ſed etiam ipſi apricanti inſidiatur, dùm clanculum per os patulum intrans illum euiſcerare nititur. Diſſidet etiam à Cercopithecis, vt ſuo loco fuit decla C
ratum. Deinde pernicioſum bubalo ſe exhibet inimicum: quoniam, ex
lib.22. de Anim. Alberto, ſi huiuſmodi ſyluestris bos crocodilum inuenerit illum conculcando proſternit. Habet quoq; cum Tigre grauem offenſionum acerbitatem, cum narret Ioſeph Acoſta prælium tigrium, & crocodilorum quotidiano ſpectaculo Indis eſſe notiſſimum; & quamnis crocodilus tigrim ictu caudæ acriter diuerberet; tamen tigris mollem crocodili reſupinati ventrē acutiſſimis ſauciās vnguibus perimit. Inter aues crocodili acerbo
lib.3.hiſt. nat.Ind.c.a. 25. odio accipitres proſequuntur, propterea, Copitæ teſte Aeliano, qui crocodilum ſummoperè venerantur, ſępè accipitres, tanquam capitales crocodilorum hoſtes in crucē agunt. Inter aquatilia, ab hydro, à porco piſce, & à delphino abhorret. Primitus coluber in aquis verſans ei inuiſus eſt, cuius fel, & adipem crocodilorum venatores deferre ſolent, quia ob quamdam inter hæc animalia antipathiam, crocodili venatoribus no-
lib.10,c.30. cumento eſſe nequeant. Deinde recitat Strabo, quòd crocodilus à porco piſce ſpina circa caput armato abſtinet. Poſtmodum delphinos ſpinam ſerratam in dorſo habentes hoſtili animo proſequitur. Propterea quòd ipſi à mari per oſtia Nili ad fluentum aſcen- D
dentes cum crocodilis dimicaturi accedunt, deinde naturaliter mollitiem ventris crocodili prænoſcentes, viſis crocodilis, quaſi perterrefacti aquis ſe immergunt, & crocodilos ſubeuntes illorum ventrem ſpina dorſi ſauciant: Huius ſpectaculi teſtis fuit Ba-
li.4.nat. quæſt. billus quondam Aegypti Præfectus, vt Seneca optimè animaduertit. Tandem acerbiſſimo odio crocodilus in ſcorpios ſequit, quoniam ad erumpentem ab ouo paruum crocodilum ſcorpius accedens, lethali ictu illum ſolet afficere veluti Philes in verſibus iambicis interprete Bērſmano, canit.

Crocodilus ouorum parit acerrimum; ſed his
Poſt fœtuum perfectū a quàm eſt excluſio,
Prorepit armatus ſagitta ſcorpius;
A quo ictus ille concidit lethaliter.

Inter hominē, & crocodilū tanta cadit antipathia, vt humanū ſtrepitū perhorreſcat, per ſequentē fugiat, timidum verò, & fugientē perſequatur. De hoc Bouſſuetus ſic canebat.

Inſtan-

A *Instantem fugit hęc Fera, profequiturq; fugacem.*

Fugit perſequentes, & perſequitur fugientes.

Insuper tanto odio dissentiunt à Tentyritis populis, vt eorum vocem, licèt sint feroces animantes, formident. Etenim veluti Psylli in Cyrenaica regione naturaliter quamdā vim aduersus serpentes possident. Sic Tentyritæ aduersus crocodilos valent. Et licèt huiusmodi populi statura sint pusilli, magno tamen animo præditi esse feruntur: quandoquidem in fluuio optimè natantes in os crocodilorum clauam tanquam fiænum immittentes, dextra leuaq; tenentes equitant, illosq; captiuos ad terram ducunt, & vorata cadauera ad sepulturam euomere cogunt. Idcirco propè insulam Tentyritarum non adnatant, nam solo horum hominum olfactu fugantur. Immò ex Strabone crocodilos, qui olim Romā, ætate Marci Scauri delati fuerunt, Tentyritæ quasi custodes sequebantur, illosq; à piscinis arte factis in spectacula, & vicissim à spectaculis ad piscinas ducebant, & reducebant. Cæterùm magis admirandum est obsequium, quod Crocodili supra vim naturæ Sanctis reddiderunt. Id contigit B. Pachomio Abbati, qui, in traijciēdis amnibus, crocodilorum opera vsus fuit. Habitabat autem Pachomius, vt habetur

B apud Surium, propè Tentyritas, eorumquè Episcopi perfamiliaris fuit. Immò etiam D. Hellenus tanta Dei gratia polluit, vt crocodilum, in amne traijciēdo, æquitauerit; quēadmodum in Vitis SS. Patrum legitur. Demum crescunt in Aegypto nonnullæ plantæ, quæ crocodilis inuisæ esse feruntur. Prima est faba spinosa, quæ ad decem ferè cubitos augetur, hanc crocodili vitant, vt annotat Crescentiensis, quia metuūt ne spinis eorum oculi lædantur. Secunda est Potamogeton, teste Plinio, quam secum venatores crocodilorum deferre solent. Ex altera parte talem sympathiam porco, & crocodilo natura conciliauit (annotante Cælio Calcagnino) vt Sues circa Nili ripas impunè oberrent.

Tom. 6.

Planta crocodilis inuiſa.

Postremò cum trochilo aue crocodilus maximam sympathiam habere dicitur, non solum quia, viso ichneumone, crocodili capitali hoste, ipsum à somno excitet, sed etiam quia (vt scribit Plutarchus in libro de solertia animalium) volans ad patulum apricantis crocodili rictum, dentes à portiunculis carniū repurgat, vel potius quia vermiculos ex præ dictis portiunculis carnium putrefactis natos deuoret. Quod munium crocodilus lingua carens præstare non potest. Alij tradunt crocodilū in aquis versantem sæpè hirudinibus circa palatū vexari. Ideo ad ripā exeunti, ore patulo, accedit auicula, quæ purgans

G palatū, sanguisugas deuorat. Quare crocodilus hac vtilitate delectatus, ad mentē Herodoti, & Aeliani, auiculæ nihil nocet. Verū quia Plinius huiusmodi auiculam, quā Græci trochilum nominant Regulū nostrū esse existimauit; hac de causa Scaliger necessariò describendam esse iudicauit, vt inde veritas deprehēderetur. Huiusmodi auicula turdi magnitudine candida esse dicitur, cristata pluma, acuta, & plicatili, quā erigit, vt palatū belluæ pūgat, in imus claudatur, hanc doctrinā possumus stabilire authoritate Io. Leonis qui in opere de Africa sic inquit. *Ad ripas Insularum in medio Nili vidi crocodilos aperto rictu apricantes, & anteulas turdi ferè magnitudine aduolantes, quę post breue temporis spatium euolabant. Sed inquirenti responsum fuit faucibus, & dentibus crocodili ex continuo animalium, & piscium esu portiunculę adhęrent, quę putrefactę vermiculos creant, à quibus bestia magno cruciatu afficitur. Auiculę autem inter volandum vermes conspicuos, & ijs ventrem expletum ad rictum crocodili volitant. At crocodilus, vt vermes exesos percipit, contracto rictu nolucres absorbere nititur, sed acuta, quam supra caput gerunt, spina punctus rictum diducit, & dimittit.*

Hirudinibus vexatur.

Exerc. 196.

lib. 9.

CAPIENDI RATIO.

REfert Petrus Martyr magnos crocodilos coercentibus, & ad vrbē Cayrū ducentibus, Dynastarū decreto, decem nūmos aureos ex Fisco soluēdos esse. Quamobrem multi Accolæ Nili, præmij spe allectati, varias technas pro cōprehendēdis huiusmodi bestijs excogitarunt. Quādo igitur prælen tiunt aliquē crocodilum in terram descēdisse, tunc celeri cursu ligonibus, & ramorum fascibus accurrunt, & in semita, quam gradiendo fecit, profundam fossam parant, ramisque & arena superpositis illam replent, ne regrediens per eādem viā crocodilus (vt solet) dolum percipiat. Deinde animātis vestigia quæritant, illūq; inuentū magno strepitu, & lituū stridore in fugā versū prosequuntur, atq; in foueā delabentē, aut perimunt, aut laqueis irretitū ad vrbem deferunt, vt inde præmiū destinatum referant. Quidam piscatores, vt narrat Io. Leo, lōgi, & tenacis funis alterā partē validę arbori,

lib. 3. leg. Babyl.

lib. 9. Afr.

vel columnæ ad id in ripa fluminis erectæ alligant, alteri verò parti hamum ferreum cum agno, vel ariete nectũt; vt crocodilus belluæ balatu inescatus ad ripam prosiliens escam cũ hamo absorbeat. Etenim internè transfixus miris modis agitatur; vnde piscatores, audito strepitu, accurrẽtes, tandiu laxant, vel retrahunt funem, donec Fera prorsus exanimetur. Huius capturæ meminit etiam Herodotus, dum ad alliciendum crocodilum, tergum suillum cum hamo longo funi alligat, & in fluentum proijcit; interea porcellum in ripa verberat, cuius grunitu crocodilus allectatus ripam versus tendens tergum cum hamo deuorat. Cęterùm Diodorus Siculus scriptum reliquit quòd olim bamis huiusmodi bestię capiebantur, nunc verò quandoq; valido rete, interdum instrumento ferreo ex cymba in caput animalis iniecto coercetur. Præterea cum mollem alui pellem crocodilus habeat, à natantibus, & crocodilos subeuntibus gladiolo facile perimi possunt. Quo circa Ioseph Acosta recitat historiam cuiusdam Indi, cuius paruum filium crocodilus eripuerat. Is enim natandi peritus illico in aquam prosiliens, & gladiolo, quem manu dextra stringebat subiens crocodilum vulnerauit: vnde Crocodilus lethali ictu percussus ad ripam exiens pusionem semimortuum deposuit. At Indi Floridam prouinciam habitantes, in perimendo crocodilo, alium à prędictis seruant modum. Nam cum noctu druq; ab huiusmodi bestijs vexentur, aduersus ipsas tales excubias agere coguntur, quales aduersus infensissimos hostes non agerent. Casam igitur multis rimis peruiam in ripa fluminis ædificant, in qua vigil habitans diligenter rimari possit crocodilos, qui fame pressi à flumine sępius, prædæ causa, egrediuntur. Itaq; vigil crocodilo conspecto statim reliquos excubitores conuocat, qui deni, aut duodeni simul longam arborem accipientes huic vasto animali obuiam procedunt (rictu aperto repenti, vt quempiam illorum apprehendat) atq; summa agilitate tenuiorem arboris partem magna violentia in rictum animalis adigunt, vt inde ob inęqualitatem, & corticis scabritiẽ exire nequeat. Deinde crocodilum resupinantes, & ventrem illius mollem aperientes, bestiam perimunt. Alij scripserunt quòd qui venantur crocodilos, adipe eiusdem animalis, vel colubri aquatici inungũtur, vel herba potamogetone alligantur, atq; ita inter illos impunè versantur. Sunt, secundùm Agrippam, qui penna Ibidis crocodilum tangant, sic enim animal immobile reddunt. In quadam Libyca vrbe sacerdotes (vt aiunt) cantionum illecebris præstrictos crocodilos decem, & septem cubitorum à lacu educũt. Alij tradunt speculo hoc animal interimendum esse: Etenim si accedenti crocodilo speculum apponatur, is propriam deformitatem in illo contemplans illicò obire perhibetur. Sed hæc, fabellas, & nugamenta esse opinamur.

lib. 2.

lib. 3. hist. nat. Ind. c. 25.

Ars Indorũ capiendi crocodilos.

A B C

MORSVS CROCODILI, ET MEDELA.

NVllum est animal, quod morsu tam noxium esse feratur, quàm crocodilus. Siquidem, ex Solino, ob dentiũ seriẽ, quæ pectinatim stringit, huiusmodi morsus horribilis dicitur. Diodorus Siculus asperitatem horum dentium contemplans pronunciauit, partem dentibus crocodili laceratã nunquam sanari. Verumtamen Authores multa medicamina ad sanandum huiusmodi morsum præscribunt. Actius enim demorsos à crocodilo in domicilio festris carente custodiendos esse iubet; deinde Arnoldus Villanouanus remedia morsui canis rabidi conuenientia commendat. Nonnulli humanum stercus, & musy simul miscent, & prędicto morsui imponunt. Aliter nitrum cum melle leuigatur, & imponitur, donec vlcus repurgatum fuerit: postea cum melle, & butyro, medulla ceruina adhibetur. Denuò Actius lenticulam coctã cum melle cõtusam laudat, deinde Erui farinam cum melle subactam, aut Iridis radicem cum melle pariter mixtam suprà vlcus, ad instar emplastri, collocat. Eruum, enim contra serpentum ictus ex aceto Plinius adhibet, nec non ad crocodilorum, & hominum morsus. Sal tritum in linteolo, & aceto intinctũ Dioscorides morsibus crocodilorum imponit. Ideo Aggregator iusculo salsarũ carniũ, & garò piscium vtitur. Nonnulli demorsas partes acti muria lauant, deinde pinguedine crocodili liniunt, nec non melanthium cum fece aceti probant: hæc enim vlcus serpens cõpescunt, & morsum ab inflammatione vendicant. Paulus Aegineta testatur demorsos à crocodilo eiusdem animalis adipe à periculo liberatos cognouisse. Tandem feles syluestres, ob contrariam quamdam affectionem, demorsos à crocodilo sanant.

lib. 13. c. 6.

D

DE-

E

DENOMINATA.

GOmara in historia Americæ meminit quorundam lacertorum, qui ratione magnitudinis, & cutis crocodilis valdè assimilantur; propterea non iniuria crocodilini possent appellari. Plautus etiam quandoq; cruscula crocotilla nominauit. At quida interpretes cruscula crocodilina, & valdè parua exponunt, quoniam crocodilus crura admodum breuia habeat. Item multæ sunt plantæ, quę à crocodilo denominationem sortiri videntur. Galenus mentionem facit radicis crocodiliadis quæ in locis aquosis prouenit. An potamogotonem voluerit intelligere, dubitandum est; hanc enim plantam crocodilis aduersari certum est, vt in Antipathia enucleauimus. In antiquis Dioscoridis nomenclaturis liliũ aura crocodili nuncupatur. Idem Dioscorides describit quamdam herbam chamęleonti similem, quam crocodilion appellat, fortè quia asperitatem instar corij crocodilini prę se ferat. Andreas à Lacuna spinam albam alteram Matthioli crocodilion vocat, & Tabernemontanus dentariam maiorem Matthioli eodem nomine indigitat. Alioquin crocodilea fimus est crocodili, sed præcipuè terrestris, vel scinci de quo Dioscorides seorsim verba fecit. Præterea non desunt loca varia, quæ à crocodilis nomenclaturam sortita sunt. Primò secundùm Plinium, crocodilus mons est, & Promontorium Ciliciæ, quod *Carbo* Incolis dicitur. Item oppidum Phœniciæ in Palestinæ confinio iuxta Carmelum montem. Alioquin crocodilopolis, seu Crocodilorũ vrbs est in Mœride palude Aegypti, vt memorat Herodotus, ita cognominata, quia Minas Rex equo vectus, & in paludem collapsus à crocodilo exceptus in vlteriorem ripam delatus fuit; quo in loco vrbs fuit condita, nec non crocodili consecrati, & pro Dijs habiti fuerunt. Postremò quædam ludiera sophistarum quæstio crocodilitis, crocodilea, siue crocodilina secundùm Hermolaum nuncupatur. Hæc denominationem ab Aegyptia quadam fabula adepta est, vt in miscellaneis tradit Politianus. Nuganiur enim fuisse quamdam mulierem cum nato, secus Nili ripas oberrantem, cui filium crocodilus abstulit, redditurum dicens si mulier veritatẽ responderet: negauit illa fore vt infans redderetur, idcirco tamen æquum reddi aiebat. Vnde Lucianus in Dialogo cui titulus (Vitarum venditiones) Chrysippum loquentem inducit, eiq; quempiã respõdentem, qui emptorem se esse profiteatur. *Est ne tibi filius? Quorsum istud? si forte illum iuxta fluuium errabundũ crocodilus inuenerit, rapiatq; deinde redditurum polliceatur, cum verum dixeris, Vtrum reddendus ei videatur nec ne. Quid enim sentire dices? Rem sanè perplexam interrogas.* Hinc quæstiones crocodilinæ originem, & nomen duxerunt, quæ aliter Dialectici complicæ, & ferræ cognominantur. Io. Baptista Pius in commentarijs ad Plautum has quæstiones crocodilinas vocat, quia crocodilus animal nil nisi malum significare soleat.

lib. 2. de cõp. med. sec. loc. cap. 2.

lib. 3. cap. 10

lib. 5. ca. 27.

Loca.

lib. 2.

Quæstio crocodilina quę cap. 55.

F

G

PROVERBIA.

H

ALiquæ crocodilorum proprietates nonnullis adagijs occasionẽ dederunt. Primitùs referunt crocodilum qui statim, atq; hominem eminus conspicatur, lacrymas emittere, deinde appropinquantẽ deuorare. Sunt qui dicãt, ex Alberto, crocodilum, oblata occasione, hominem interficere, sed post mortem illum deplorare. Alij in banc venerunt sentẽtiam, talem esse crocodili naturam, vt caput humanum, nonnisi effusis lacrymis maceratum edere possit. Vtcumq; sit; hinc dimanauit illud vulgare adagium *Lacrymę crocodili*. Proferturq; in illos, qui graui molestia se affici simulant ob alicuius incommodum, cui tamen perniciem machinãtur, uel cuius incõmodi ipsi etiã sunt consci; aut optimè quadrat in illos, qui sub specie pietatis aliquẽ in fraudẽ ducunt. Quãobrẽ pietas huius generis, crocodili pietas iure merito posset appellari; quemadmodum Bapt. Mantuanus in Eccolicis assueverat hunc in modum. *Est in eis pietas crocodili; astutia hyæna*

Cum flet, & appellat te blandius, insidiatur.

Sequitur aliud prouerbium vulgatissimum, quòd crocodilorũ locũ natalem respicit, vt *Crocodilos Aegyptũ* sub intelligẽdo ferre. Hoc coincidere videtur cũ illo. *Nocti uas Athenas.* Pronunciatur, quoties cumq; aliquid datur illis, quo accipientes redundant. In hoc sensu dicitur etiam dare opes diuitibus, ferre aquam ad mare, & ligna ad syluam.

A

HIEROGLYPHICA.

Pierius Valerianus per crocodili picturam in ſpeon latibulantis, cuius cauda tantùm conſpiciatur, Dei caput, & ſubſtantiam eius incompertam intelligi poſſe ſcribit. Cauda verò apparens deſignare poteſt, Deum nonniſi à poſterioribus, nimirum ab operibus cognoſci poſſe. Sacerdotes verò Aegyptij crocodilum cum Sole coniungentes, vel ad eum comparantes, multa hieroglyphica componebant. Etenim, referente Euſebio iconem Solis pingebant in naui, quæ poſtea à crocodilo ferebatur; quo hieroglyphico, volebant manifeſtare motum, qui in humido fit ad rerum generationem, & per imaginem crocodili aquã dulcem, quam Sol ſuo calore purificat. Deinde ſi Ortum Solis indicare voluiſſent, crocodili oculos effigiabant; cum hoc animal oculis prominentibus refertum ſit. Vel quia B

Ortus, & Occaſus Solis hieroglyphica.

hoc animal ſine vllo parentum incubatu ab ouo excludatur, conſequenterq; in lucem exeat; quemadmodum Sol per ſemetipſum ab orizonte emergit. Immò ad patefaciendum eiuſdem Solis occaſum, crocodilum humi proſtrato corpore delineabant; cum hoc animal plerumq; dies in terra, & noctes in aquis agat; item Sol matutino tempore ab aquis emergere, & veſpertino in aquis mergi videtur. His addamus viſum crocodili in aqua eſſe hebetem, & extra aquam acerrimum. Ita in occaſu Solis omnia obſcura, & tenebricoſa, & in eiuſdem ortu clariſſima redduntur. Quapropter ſi tenebras vel funus ſignificare voluiſſent, crocodili cauda vtebantur; ſiquidem hoc animal ſolo caudæ robore ad cætera animalia exanimanda vtitur. Diodorus Siculus ſcribit perniciem, & damnum ab Aegyptijs hieroglyphicè per crocodili ſimulacrum denotari: hoc enim animal non ſolum ad rapinas ſemper eſt paratum, ſed quoquè morſu ita aſpero pollet, vt quod lacerat nunquam ſanetur. Immò & latrocinia contra viatores hoc eodem hieroglyphico deſignabant: cum crocodilus negotiatoribus, & naugantibus aſſiduè inſidietur. Hominem verò iniurijs laceſſitum, neque tamen ſuecumbentem, ſed inuictum ſignificaturi, tergus crocodili (teſte Pierio) pingere poterant. Cutis enim dorſi huius beſtiæ C

Crapula hieroglyphica.

adeò eſt dura, & robuſta, vt quibuſcunquè ictibus reluctetur. At helluonem ſacerdotes Aegyptij oſtendere volentes, crocodilum (vt notat Horus Apollo) aperto ore figurabant; cum natura huius talis ſit, vt ſatur patulo rictu in arena Nili dormiat. Vnde alij crapulam per crocodilum denotari poſſe contendunt; quòniam hoc animal (licèt perperam) excremẽtorum exitu carere aſſeuerant, ideoquè cibaria nuper ingeſta mox per os egerere conatur. Præterea in homine furore acto deſignando, crocodili iconem ſemetipſum cauda verberantis oſtentabant; cum proprietas huius animantis ſit, vt ſpe alicuius prædæ fruſtratus ſemetipſum indignabundus cauda feriat. Amplius nonnulli tradunt crocodilum verum ſalacitatis eſſe hieroglyphicum; quia copioſam ouorum fœturam edat. Et quando hominem deſidem, & eneruatum demonſtrare volebant, crocodilum pennam Ibidis in capite geſtantem effigiabant. Nam compertum ẽſt hoc animal alioquin ferox penna Ibidis, ita demulceri, vt priſtinæ rapacitatis, & violentiæ obliuiſcatur. Tandem nonnulli commenti ſunt (inquit Pierius) hominem omni ſanguinis

lib. 29. hieregl.

claritate carentem ad ampliſſimas dignitates, opes, & honores euectum, per crocodilũ, D & eius ouum denotari poſſe. Siquidem nullum eſt animal, præter crocodilum, quod ex paruis initijs ad tantam magnitudinem excreſcat. Ad finem Horus Apollo pro hieroglyphico inimici cum æquali congredientis, ſcorpium, & crocodilum pinxit. Nam hæc duo animalia ſibi inuicem interitum machinantur. At effigies crocodili, ſupra quam veſpa volitans delineatur, hieroglyphicè denotat mala à crocodilo pendentia iam eſſe ſublata; cum veſpa ex cadauere crocodili oriri perhibeatur.

E

EMBLEMATA, ET SYMBOLA.

AVarijs huius animantis proprietatibus, authores etiam varia symbolorũ, & emblematum argumenta sumpserunt. Primo Camerarius depinxit crocodilum cum inscriptione. TEMPORE, ET LOCO. Nam meditatus est huic animanti nescio quid diuinationis inesse, cum præ noscat spatiũ annuæ inundationis Nili. Deinde subscripsit hoc distichon. *Embl. 97.*

Nosse modum, tempusq; docet crocodile magister,
Et ventura diu tempora prospicere.

Idem author figurauit crocodilum ore patulo in arena resupinatum, & trochilum auiculam illius dentes à particulis carnium repurgantem cum titulo. GRATIS SERVIRE IVCVNDVM. Argumentum enim ductum est ab illa crocodili proprietate, quando ab auicula dentes repurgari permittit, deinde mandibulam leuiter inclinans auisignificat auolandum esse, ne intus claudatur. Etenim hoc grati animi exemplum esse perhibetur, quòd semper ante omnium oculos obuersari deberet. Distichon autem subscriptum est tale. *Embl. 98.*

F

Vel trochili meritis crocodili gratia constat:
Præclarè meritis tu quoq; redde vicem.

Reusnerus verò contemplans naturam huius animalis esse talem, vt fugientem persequatur, & persequentem fugiat; hanc gloriæ, & laudi, quam nemo deberet affectare, accommodari posse opinatus est, & propterea figurauit crocodilum cum hoc titulo. GLORIA CROCODILVS. Idque totum infrascriptis carminibus illustrauit. *lib. 2. Embl.*

Terribilis profugum sequitur crocodilus, & hostem
Aduersum tanquam territa Dama fugit.
Gloria sectantes odit, refugitq; fugaces
Prosequitur tacito clam properata pede.

Bocchius pariter ex prædicta crocodili proprietate fugiendam esse laudẽ colligit, quæ postea hominem concomitatur: inscribit autem symbolũ hoc modo. INVIDIA ENIM PESSIMA VNA HAC VINCITVR. Deinde subscribit dodecastichon, quod le ctot apud ipsum legere poterit. Insuper Paulus Maccius in suis emblematibus, quibus posteritatem sibi deuinxit, meditans crocodili spolium quandoquè in propatulo appendi ad cætera animalia ob antipathiam arcenda, figurauit hoc animal appensum cum inscriptione. MALI MALOS ABSTERRENT. Carmina autem sunt huius tenoris. *lib. 4. symb.* *Embl. 37.*

G

Suspendi templis fertur crocodilus in altis,
Arceat, vt visu noxia monstra suo.
Sic terrere malos est consuetudo malorum,
Moribus improbitas sic inimica malis.

Georgius autem Camerarius crudelitatem crocodili contemplatus, quàm interdum erga homines exercet, hanc crudelitati Cupidinis comparauit, exhibuitque picturam crocodili pusionem vorantis hoc titulo decoratam. TVRPIS FIT CROCODILVS AMOR. Postea hoc argumentum infrascriptis carminibus eleganter èxponit. *In lib. Emb. amat.*

H

Niligena, heù teneri sic lactea membra puelli,
Et Veneris primò gaudia dente rapis?
Tu lacrymis crocodile ferox prædaris euntes,
Tu inanes lacrymis Cypri proterua tuis.
Qua crocodile rapis, rapiat quoq; tetra libido,
Sequis & in partes trux Cytherea suas.
Eloquar? at veniam mihi des Erycina putandæ sit,
Quæ Veneris raptat gaudia Galla Venus.

Neq; hanc doctissimi Camerarij comparationẽ debemus aspernari. Siquidem Camillus de Camillis scriptor Italicus ad rem exhibet iconẽ crocodili cũ verbis circũscriptis. PLORAT, ET DEVORAT. Hoc enim symbolo nititur demõstrare mulierẽ qñq; dilectã externã pietatẽ præ se ferre, cũ tñ intrinsecus tali crudelitate affecta sit, vt amantẽ deuorare videatur. Hinc Paulus Iouius figurauit crocodilũ vulgari adagio coronatum. CROCODILI LACRYMAE. Volebat, & ipse nobis insinuare simulationẽ illorum, *In lib. de In sign.* *In lib. de In sign. milit.*

qui mentitã oſtẽtant beneuolẽtiã,cũ tamẽ in corde hoſtile odiũ nutriãt. Quid ſimile Aegidius Sadelerus inter ſymbola Regũ Poloniæ depinxit,dũ exhibuit crocodili ſimulacrũ ſimili inſcriptione decoratũ NOSTRI SIMVLACRA DOLORIS. Inſuper Ferãtes Imperatus, cõſiderato crocodili incremẽto,quod nonnulli Authores ei,donec viuit, attribuũt,idẽq; proprio Muſæo contingere deſiderans:in prima facie ſuæ hiſtoriæ naturalis,pro ſymbolo effigiauit crocodilum hoc Dicto inſcriptum. IN DIES AVCTIOR, Tandem Claudius Paradinus Crocodilum catena alligatum palmæ delineauit cum titulo, COLLIGAVIT NEMO. Traditquè fuiſſe ſymbolum Octauiani Auguſti, quando deuicta Aegypto triumphauit. Nequè hoc præter rationem eſſe opinamur; cũ idem ſimulacrum in monetis huius Imperatoris conſpiciatur, vt mox declarabimus. A

In lib. de ſym. heroic.

NVMISMATA.

EXtat æreum numiſma mediocris magnitudinis, quod Auguſti eſſe perhibetur cum icone duorum capitum,& inſcriptione. IMP. DIVI F. PP. Id habet in latere inuerſo imaginem crocodili alligati palmæ, de qua corona triumphalis dependet cum huiuſmodi litteris. COL. AEG. Multi referunt hoc numiſma cuſum fuiſſe extra Romam, vt Octauianum Auguſtum poſt captam Aegyptum,& poſt relatam aduerſus Marcum Antonium Articam victoriam,ſummis honoribus cumularent;nam crocodilus in hoc nummo Aegyptũ ſignificat. Item in alia moneta Auguſti argentea,effigies crocodili conſpicitur, ſupra quam eſt titulus AEGYPTO. Infra verò. CAPTA. Altera monetæ facies habet Auguſti caput cum litteris circumſcriptis. CAESAR DIVI F. COS. V. I. Adhuc vilitur apud aliquos numiſma,quoddam græcum magnum,& æreum Adriani cum litteris antiquitate corroſis. AYT. KAI. ideſt IMP. CAESAR. Huius monetæ pars inuerſa figuram fluminis iacentis habet,ſub qua crocodili imago videtur. Sebaſtianus Erizius optimo iure arbitratur hunc nummum cuſum fuiſſe in Aegypto eo tempore,quo Adrianus,peracta Nili nauigatione,in Aegyptum peruenit. Præterea licet etiam intueri nũmum L. AEL. AVREL. COMOD. In quo conſpicitur ipſe Imperator ſub imagine Herculis pede dextro crocodilum calcans, læua clauam ſuſtinens,& dextra ſpicas Aegypto porrigens,cum titulo. INDVLGENTIAE AVG; Hæc ſunt, quæ attinent ad numiſmata iconem crocodili repreſentantia. B C

MORALIA.

RAccantes, inter cæteros homines,impiiſſimi, & miſerandæ conditionis eſſe feruntur,dum crocodilo animali tam nefario,& petnicioſo comparatur. Primò igitur crocodili mandibula ſuperiori mobili, inferiori autem immobili præditi ſunt. Item criminoſi mandibulam ſuperiorem mouẽt, dum ampliſſimis laudibus Deum honeſtant: Maxillam autem inferiorem non mouent,dum opera ad Chriſticolas attinenria non exercent. De his veritatem retulit Mattheus quando ſcripſit. *Dicunt,enim,& non faciunt*. Deinde crocodili acutiſſimis dentibus ſunt armati,& lingua carent. Aliqui etiam ſunt ſceleſti homines, qui ob rapinas,dentibus acutiſſimis referti eſſe dicuntur, & lingua carent, dum rerum omnium opifici,eiuſquè meritis nullam prorſus gratiam referunt. Immò crocodili naturam noctu in aqua,diuquè in terra morantis æmulantur,dum noctu in aquis luxuriæ, & die in terris diuitiarum verſantur. Amplius ſi crocodilus ita durum tergus habet, vt iaculis etiam perculſum nihil patiatur; Peccantes quoquè interdum adeò duræ ſunt mentis, vt multis Dei flagellis percuſſi peccatum non relinquant. Huius conditionis fuit Pharao, qui animi aduerſus Hebreum populum,ita obfirmati fuit,vt illum,quãuis pluries à Deo flagellis monitus, dimittere nolucrit. Cæterum ſi in ſpecie,homines criminoſos theditemur. Prima fronte latrones crocodilis aſſimilantur;nam, more illorum,omnibus inſidias tendunt,facultates diripiunt;homineſquè interimunt. Præterea in peccandi libidine obſtinati,ritu crocodili,in aquis obſcurè,& in terris clarè vident. Quandoquidem dum in D

cap. 23.

Pharao, cuius fuerit cõditionis.

E vndis deliciarum natant, hebetes habent oculos, quia æterna nunquam contemplantur; sed versantes in terra pœnitentiæ, tunc quid agendum, quid ue fit fugiendum clarissimè intuetur. Item Auari, & Vsurarij perbelle ad crocodilos comparãtur. Etenim si crocodili crescunt, donec viuunt, prædicti etiam peccantes quoad diuitias, & opes semper crescunt, cum illis nullum vnquam limitem imponant. Immò si crocodili à parvo principio ad immensam ferè magnitudinem augentur; ipsi quoq; à miserrimo statu inchoantes, temporis tractu, infinitum diuitiarum cumulum varijs rapinis congestum adipiscũtur. Sed, quòd pe ius est, veluti crocodilus in ripa fluminis satur dormit aperto ore, in quod clanculùm auicula ingreditur; ita ad prædictos peccantes secus flumen deliciarum quiescentes, nihilq; de futuris cogitantes accedit auicula, nempè mors, quæ illicò in eorum fauces illabitur. Quid dicemus de amicis fraudolentis? Hi non iniuria crocodili appellari possunt; siquidem misericordiam simulantes, postmodum homines vorant, dum illis varias insidias tendunt. Tyranni quoq; ab hac similitudine non sunt excludendi; quoniam si crocodilus auiculam dentes ipsius expurgantem patitur, id com-
F modi tati crocodili attribuendum est. Sic Tyranni quando aliquid concedunt, illud ad proprium commodũ referẽdum esse arbitramur. Cæterùm crocodilus, vt in illius proprietatibus recensumus, fugientes alacriter persequitur, & insectantes fugit. Pariter sunt homines huius naturæ, quibus si aliquid concedas, illosque metuas, vehementer ferociunt, at si illos asperneris, & resistas, statim cedunt. Huius conditionis est Diabolus, qui fugientem persequi, & reluctantem vitare solet. De hac autem comparatione eleganter locutus est Reusenerus hunc in modum.

Auicula crocodili assimilatur mortis.

lib. 2. Embl.

Niliacus qualis serpens fugientibus instat
Instantes fugiens quemlibet ante ferox.
Sic vetus ille Draco sæuus mortalibus hostis,
Te reprimente fugit, te fugiente premit.

Quid plura? Infernus etiam locus, vbi æterno supplicio criminosi cruciantur, crocodilus esse perhibetur. Nam huiusmodi locus multis cibis nimirum multis sanctis Patribus, & prophetis satiatus, quos à Mundi initio voraverat, tandem effudit. Trochilus enim Rex auium, nempe Christus Rex Angelorum fauces huius crocodili intrans illius ventrem
G patefecit, omnesq; illos Sanctos ad gloriam extraxit. Ex altera parte non tam maleficũ, & pernicioſum est animal crocodilus, quin ei viri etiam iusti assimilandi sint. Ideo si crocodilus donec viuit semper augetur, vt multi ferunt Authores, sic viri iusti quoad meritorum cumulum semper crescunt. Insuper si crocodilus secundùm Plinium fœtat in loco, ad quem inundatio Nili peruenire non potest. Vir quoq; perfectus nunquam in illo sit u moratur, quem vnda prosperitatis mundanæ petere possit. Ova enim affectuum non nisi in nido pœnitentiæ collocat, à quo deliciarum aquæ longè distant. Tandem eum viri iusti rigidis pœnitentiæ operibus sint muniti, perbellè delphinos cum crocodilis dimicantes æmulantur, nã si hi pinna aspera mollem crocodilorum ventrem secant: Viri probi asperitate vitæ aducrsus mollitiem carnis præliantes semper triumphant.

Infernus locus cõparatur crocodilo.

SIMVLACRA, & Statuæ.

H

NVllibi maior crocodili simulacrorum copia vnquam visa est, quàm apud Aegyptios; propterea quòd sub imagine huius animantis Deũ colebant, quoniam inter animalia e linguis esse feratur. Quod diuinitatis munus esse perhibebant; cum Deus sub alto, & profundo silentio cuncta mortalium opera diligenter examinet, omniũq; merita intueatur. Immò quemadmodum Crocodilus tenui pellicula à fronte demissa tegens oculos cernit; ita Deus cernere, & non cerni dicitur. Id Harpocrates apud ipsos indicabat, dum eius icon digito, ore obsignato, figurabatur. Immò Pythagoras in symbolis linguã in primis coercẽdam esse significabat, vt vnusquisq; Deum imitari posset. Vnde Cato in opusculo morali scribebat illum Deo proximum esse, qui vbi ratio expostulat, tacere norit. Hinc patefit etiam causa, propter quam Aegyptij Mercurium suum, quem Nilo patre prognatum

gnatum prædicabant, tanto ſilentij cultu venerabantur. Hoc aſſertum à ratione alienũ A
eſſe non videtur; cum Cyprianus optimo iure litteris mandauerit Deum non vocis, ſed cordis auditorem eſſe. Verum quidem eſt poſtea, quòd Aegyptij, & crocodilos, & eorum ſimulacra, ob aliquam vtilitatem tanti faciebant. Vel quia huiuſmodi beſtijs latrones arcerent, qui flumen tranſire populatum non audebant Vel quia Minas Rex in aquam lapſus à Crocodilo ſeruatus fuerit. Immò Herodotus prodidit ab Arſinoitis mortuos etiam crocodilos, & ſale conditos honorificè in vrnis ſepeliri. Et ſecundùm Aelianum demorſos à crocodilo fœlices reputabant. Matres verò ab iiſdem natos rapi mirificè lætabantur, quia proprio Deo cibaria peperiſſe credebant. Nealces (referente Plinio) volens inſinuare Aegyptios Perſis inſidiari, vſus eſt tali ſimulacro. Pinxit aſinum ſecus flumen bibentem, & crocodilum ei inſidiantem, cum multitudo crocodilorum in Aegypto, & Aſinorum apud Perſas reperiatur. Ripa nixus Aegyptiorum hieroglyphicis in ſua Iconologia, multa ſimulacra in gratiam picturæ exhibet. Quamobrem ad figurandam inſectationem, quam Vulgus perſecutionem vocat, delineat mulierem veſtibus ferruginei coloris indutam, arcu, & ſagittis armatam cum ſimulacro crocodili. B
Cum hoc animal fugientes tantum inſectetur, & inſectatio in non reluctantes ſolummodo exerceatur. Propterea Sanctorum Martyrum veram inſectationem nuncupare poſſumus: hi enim ſine repugnãtia, & tormenta, & necem ſubibant. Pariter in ſimulacro Odij capitalis, idem Author figurat hominem armatum, ſcorpione, & crocodilo aſſociatum, quoniam vt relatum fuit ſuperius, hæc duo animalia acerbiſſimo odio inter ſe diſſident. In ſimulacro etiam Luxuriæ effigiat iuuenem cincinnatum ſupra crocodilũ ſedentem. Etenim hoc animal ob ſecunditatem ſymbolum prodigi luxus eſſe ferebatur. Amplius ad repræſentandum Ieiunij ſimulacrum delineauit hominem macrum, ore faſcia ligato, & crocodilum pedibus conculcantem cum Dicto. PAVCO VESCOR. Nam ſi crocodilus, ad mentem Ori Apollinis, hieroglyphicè crapulam denotabat, hoc in loco depreſſus, & conculcatus optima de cauſa ieiunium manifeſtabit. Tandem Ripa ex ſtatua marmorea Nili in Vaticano Romæ ſita, exhibet figuram hominis cani frondibus, & floribus coronati inter Sphyngem, & crocodilum iacentis, ad ſignificandum Nili fluuium. Cum hæc duo animalia propria Aegypti eſſe dicantur. Nequè præter rationem, nam Romæ in Viridario *Belvedere* nuncupato ſupra Palatium Summi Pontificis, C
duo fluminum ſimulacra conſpiciuntur, quorum alterum Tyberis, alterum Nili eſſe creditur; & quemadmodum in ſimulacro Tiberis, Lupa conſpicitur, ita in ſimulacro Nili, crocodilum licet intueri. Præterea Romæ domi D. Franciſci de Aragonia ſecus ædes Sanctę Mariæ in via, conſpicitur fons in primo viridario, cum integra ſtatua fluminis iacentis, ſupra quam ſculptus eſt crocodilus. Hinc coniectari poſſumus huiuſmodi effigiẽ ad Nili fluuium repræſentandum, cęlatam fuiſſe. Item in Viridario Cæſiorum ex marmore nigro crocodilorum ſtatuæ antiquiſſimæ viſuntur, & ſexcentæ aliæ Romæ, in quibus enumerandis dies deficeret.

Quam ob cauſam Aegyptij crocodilũ colam.

In p. 2. Icõ.

Vera perſecutio quæ fuerit.

In 1. p. Icõ.

Statuæ crocodili vbi multæ.

VSVS IN CIBIS.

li. 9. de Afr.

PRodidit Ioannes Leo plurimos in Aegypto carnibus crocodilinis veſci, D
& atteſtari, illis optimum ſaporem ineſſe. Immò Herodotus etiam retulit habitantes circa Elephantinam in Aegypto, quia crocodilos ſacros non eſſe cenſent, eos comedere. Amplius Apollonopolitæ, vel quia Typhonẽ oderint ob iniurias Oſyridi illatas, quem poſtea in crocodilum conuerſũ fuiſſe opinantur; vel quia Pſamniti Regis viri iuſtiſſimi crocodilus filiam rapuerit, huius beſtiæ carnes ad vindictam edunt. Siquidem in hac vrbe Apollinis, ad mentem Aeliani, vnuſquiſque vi Legis, ablegata omni exceptione, crocodili carnem edere tenetur. Ideo crocodilum ſuſpendunt, deinde gementes multis verberibus afficiunt, poſtmodũ carnibus conciſis in epularum lautitiis vtuntur. In partibus etiam Indicis hanc beſtiam eſſe edilem legimus. Nam Fernandus Lopes recitat paruum crocodilum vidiſſe à duabus mulieribus mactatum, cuius carnes aſſatas comederunt. Immò Author expeditionis in Floridam, examinans cultus Floridenſium, inquit ſe carnem crocodili candidam comediſſe, qui globulo tormenti manuarij inter duas tergoris ſquamas ictus, & mactatus

lib. 2. hiſt. Ind. c. 51.

fuit.

E fuit. Item in illa regione huiusmodi bestias, & alios pisces plerumq; in fumo exiccant, vt ad bybernos vsq; menses conseruari possint. Insuper oua etiam crocodilorum edilia esse comperimus. Quandoquidem Author historiæ noui Orbis hęc habet verba. *Sed per contrarios ventos, qui Nouembri nauigationibus afflabant, vbi per bimestre spatium, summis rerum omnium angustijs; & fame obsessi quiescimus; & nisi oua crocodilorum nobis in summa copia suppedita fuissent, quæ ad litora in arenis reperiebantur, certè maxima pars nostrum inedia mœrè cõsumpsisset. Et oua anserum ouis magnitudine paria, si saxis allidantur, contundi utur quidem, nec tamen frangantur. Itaq; cuilibet ea recludi necesse est. Sapor eorum qualis moschi semiputridi, & principio cum ab eorum esu abhorrerem, necessitas, & penuria me ad alioqui exemplum imitandum adegit.* *Oua crocodili edilia.*

VSVS IN MEDICINA.

F HOc animal medicinę quamplurimum prodesse multi autumant. Quandoquidem huius decoctio ex Rhasi, summoperè opitulatur illis, qui à vermibus vespis, & araneis demorsi sunt. Deinde caninis dentibus crocodili thure repletis (sunt enim caui) ad typos febriũ arcendos Plinius vtitur. Alioquin dentę huius bestiæ quoscunq; à viuo animali extractos, ipsoq; dimisso parti dextræ viri, & similtrę mulieris adaptatos Venerem stimulare scripsit Kiranides. Quamuis in hoc casu Plinius etiam maxillam commendet: Id ex signatura Porta confirmat; quoniam hoc animal testes intus habeat. Sanguis quoq; ad oculos adhibitus visus claritatem donat, vt tradit Plinius. Et inde Porta signaturam colligit quia crocodilus in vndis hebeti visione, in terris verò acutissima præditus sit. Aliter huiusmodi sanguis, secundum Dioscoridem, illitus supra partes à Serpentibus saucias, mirum in modum auxiliatur. Adipe verò Crocodili aduersus horrores febrium, ex Plinio, Aegyptij suos ęgrotantes perungunt. Immò, & lapillos in ventre huius animalis inuentos, aduersus febrium rigores; multi, ad mentem Plinij, commendant Hæc etiam G pinguedo in Vrbe Cayro, caro vẽditur pretio; cum scribat Ioannes Leo hanc vlceribus antiquis, & carcinomati non mediocriter conducere. At Galenus scribens de Theriaca ad Pisonem hanc pinguedinem demorsos à crocodilis non parum vtilitatis esse allaturam confirmat. Item si hæc cum aqua, & aceto decoquatur, & os colluatur, ad eliminandam odontalgiam, commoditatis plurimum affert. Tandẽ hic adeps facultate pinguedinis marini canis potitur, vt in Succedaneis Pauli Aeginetę legitur. Insuper corium huius bestię crematum cum olei amurca miscet Arnoldus, & partem mutilandam perlinit, nam carnem adeò reddit morticinam, vt ferri secantis dolorem non sentiat. Deniq; excrementa huius animalis, ad lentigines delendas, ex Archigene apud Galenum, probantur: & signaturam ex eo colligunt, quoniam crocodilus orbiculis, & squamis quibusdam croceis depictus sit. Amplius à Sorano, & Archigene apud eũdem Galenum fimus ad alopeciam quoq; commendatur. Verùm intelligendus est crocodilus terrestris, vt in capite de scinco fuit expositum.

lib. 3. Phyt. cap. 44.

lib. 5. Phyt. cap. 27.

li. 9. de Afr.

Fimus ad quid.

H

VSVS IN VARIIS.

EXplicato vsu crocodili apud Apollonopolitas, modò sciẽdum est ad mentẽ Alexandri ab Alexandro, in Arsinoae crocodilum nutriri, qui si lubenti animo obiectam capiat offam, consulentibus negocium fælix futurum indicat. Sin verò offam recuset totum oppositum significare affirmant. Verùm Aelianus narrat crocodilos in nonnullis locis apud Indos in fossis consultò ad supplicia ali. Siquidẽ capite damnatos non secuti, aut laqueo de medio tollunt, sed vinctis manibus crocodilis deuorandos obijciunt. Balbus alium tradit vsũ, dum nouam ciuitatem Pegu describit. Inquit enim hanc fortissimis mœnibus munitam, & altis fossis aqua plenis circumdatam esse, in quibus, iussu Regis, crocodili nutriuntur, ne quis per aquam ad vrbem accedere audeat, quoniam à crocodilis occideretur. Immò, eodem referente, Incolæ Pegu, religionis causa, aquam fossę bibunt, quia mirum in modum

lib. 10. c. 29.

In Itin. Ind. Or. cap. 35.

dum crocodilos venerantur. Deinde ſi aliquis à crocodilis necetur, illius animam ſtatim ad Superos euolare opinantur. Inſuper capita crocodilorum piſcatores Aegyptij (teſte Ioanne Leone) ſolent mœnibus oppidorum affigere, quaſi ob relatam aduerſus ipſos victoriam triumphantes: Hinc fortaſſis dimanat ratio, propter quam exuuiæ harum belluarum in templis quandoq; appendantur. Adipe verò huius animalis liniuntur, qui in Nilo flumine abſq; periculo vrinari volunt; Nam verisimile eſt hanc beſtiam ſui generis odore ſeductam naturæ, & non homini parcere. Qua de re Vadianus in Melam ſcriptis mandauit Firmum Aegypti tyrannum pinguedine crocodilorum perunctum inter illos impunè nataſſe. Demùm ad arcendam grandinem ab aruis, Palladius colonis iubet, vt quando malum impendens conſpicati fuerint, ſpoliũ crocodili per ſpatia prædiorum circumferant, & deinde in villa illud ſuſpendant. A

Lib. 9. Aſr.

Finis Libri Primi.

VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONONIENSIS DE QVADRVPED. DIGIT. OVIP.

Liber Secundus.

DE TESTVDINE IN GENERE. Cap. I.

ÆQVIVOCA.

CVm Testudines quodammodo lacertorum generis esse nemo negauerit, post illorum historiam, has necessario examinandas esse duximus. Sed quoniam testa durissima, seu tegmine testaceo à lacertis discriminantur, ideirco seorsim in hoc postremo libro de illis verba facere decreuimus. At animaduertendum est hoc vocabulum tot habere intellectus, vt mirum sit dictu. In primis testudo pro ipsa testa interdum sumi solet, quod præstitit Martialis, dum dixit. li.13.Epigr.

Hæc licèt digitos testudine pungat acuta,
Cortice depositio mollis echinus erit.

G Item testudo, seu chelys vocatur instrumentũ musicum, vel ad similitudinem testudinis animalis fabrefactum, vel quia Mercurius omnium primus post Nili inundationem in campis tegmen testudinis cum exiccatis, & tensis animantis neruis inuenerit; qui percussi sonum quemdam ediderunt: ad cuius formam postmodum citharam composuerũt. De hac testudine locutus est Horatius quando cecinit: Testudo lyra.

O decus Phœbi, & dapibus supremi
Grata testudo Iouis, ô laborum
Dulce lenamen.

Virgilius quoq; in hoc sensu testudinem sumpsit quando scripsit. lib.4.Geor.

Ipse caua solans ægrum testudine amorem.

In eodem Intellectu hanc vsurpat Catullus dum ait.

Tale facit carmen docta testudine quale
H *Cynthius impositis temperat articulis.*

Præterea testudo sydus est cæleste septimo loco inter imagines septentrionales collocatum. Constat autẽ ex decem stellis, quarum lucidissima peculiari nomine lyra nuncupatur. Siquidem testudinem illam seu lyram à Mercurio inuentam, ob studij amorem, vel ob carminis laudem, Poetę inter constellationes repositam fuisse fabulantur. Amplius testudo, apud Heronem, est machina bellica ad modum testudinis animalis fabrefacta, qua olim in oppugnandis ciuitatibus vtebantur. Huius autem tres ostendit icones Iustus Lipsius; primam testudinem simplicem, secundam rostratam, & tertiam arietariã appellat. Erat quoq; testudo apud Britos quædam scutorum militum connexio curuata in morem testudinis, nimirum sublatis in caput clypeis. Virgilius huius meminit dicẽs. Testudo ty dus. In lib. de mac.milit. li.1. de mach.

Accelerant acta pariter testudine Volsci.

Lucanus autem videtur hanc testudinem rectius describere dum canit. li.9.Aneid.

Vt tamen hostiles densa testudine muros
Tecta subit virtus, armisq; innexa priores. li.3. Phars.
Arma ferunt, galeamq; extensus protegit vmbo.

Insu-

Inſuper, ex Vitruuio, teſtudo in ædificijs vocatur fornix, ſeu καμάρα ad ſimilitudinem A
teſtæ huius animalis conſtructa. Conſtat enim ex duobus arcubus in contro ſe interſecantibus. In Hoc ſenſu vſurpauit teſtudinem Calphurnius dum in Bucolicis cecinit.

Imminet ex ſaxo velatus teſtudine concha.

Immò laconicum, nempe locus ad calendum ſudorē concameratus teſtudo cognominatur, quia in modum fornicis ædificetur. At apud Varronem teſtudo exponitur rete, vel periſtyllum tectum, dum inquit. Oportere teſtudinem magnam fieri, in qua aliquot millia turdorum & merularum includi poſſint: Alioquin apud Ouidium teſtudo erat reticulum, quo mulieres ad ornatum capitis vtebantur canit enim hunc in modum.

lib. 3. de Art. Amat.

Hanc decet ornari teſtudine cyllenea.

Ceterùm in ſcholis medicorum teſtudo eſt abſceſſus mollis, & humoralis (vt voluit Guido) latiori forma in modum teſtudinis, vnde nomen inuenit. Aliter apud Galenum in libro de faſcijs, quædam genuū unctura nominatur teſtudo, fortè quia genu faſciatum formam teſtudinis repræſentēt. Pariter apud Græcos χέλυς non ſolu n teſtudinem, B
ſed etiam pectus denotat, quoniam figura pectoris teſtam ſuperiorem teſtudinis æmuletur Hinc dimanat verbū χελύσσομαι, quod expectorare ſignificat. Tandem ſecundùm Heſychium, & Varinum hoc nomen χέλυς, vel χελώνη (eamdem enim ſortiuntur ſignificationem) carinam nauis ſignificat, quoniam figura incurua prædita ſit.

SYNONIMA EORVMQVE Etymum.

lib. 12. Orig.

HOc animal Latinis teſtudinem nuncupari omnes Authores aſſeuerant. Sed diligenter aduertendum eſt, quòd Albertus, & interpres Rhaſis teſtudinem eum limace ſæpè ſæpius confundunt. Vocatur igitur teſtudo ad mē- C
tē Iſidori, quia tegmine teſtaceo munita ſit. Græcis χέλυς, χέλυος, χέλυνη, item χελώνη authore Heſychio cognominatur: fortaſſis à χέω capax ſum, vnde χηλώς capſula, cū hoc animal intra teſtas, tanquam in capſa quadam contineatur. Itē hęc vocabula κλειμύς, & σφαγὶς pro teſtudine ab Heſychio, & Varino vſurpātur. Immò ab ijſdē authoribus χαμαιδόϊλαι teſtudines, vel canes pigerrimi, vel coehleæ exponuntur, cum omnia prædicta animalia nota tarditatis ſignētur. Alioquin φερεοικος, vel φέρεικος in græcis litteris nomen eſt adiectiuū, quo ferens domum ſignificatur; ſed hoc nomen ſubſtantiuè vſurpatum teſtudinem Latinis domiportam dictam, vel cochleā, ſecundū Heſiodum, denotat. At Candelabra, & Palmuſirich ſnnt nomina barbara, quibus Syluaticus ad indicandam teſtudinem vtitur. Eidem authori celon, voce fortè corrupta à chelone, nec non tortuca, nomine à Gallis detorto, cognominatur. In lingua hębraica nomen huius animalis inuenire admodum difficile eſſe propter æquiuocationem opinamur. Siquidem vocem ſchablul nonnulli teſtudinem, alij viri eruditi limacem interpretantur. Item vocabulum, Homet, aliqui teſtudinem, alij lacertum vertunt. Apud Auicennam Sel hafe nominatur. Multæ Nationes ſerpentis nomine teſtudinem indigitant; cum faciem, oua, cirtem, & ſibilum ſerpentis imitetur. Ideo Taurini ſerpentem cū pariam à cupa nomināt. Bononiæ *Biſcia ſcudara*, quaſi ſerpens ſcutatus dicitur, à ſcuto, quod dorſo geritaliter etiam *Galana* non magna elementorū græcę vocis corruptione; cū Græci χελώνη vocitent. Paſſim in Italia Teſtudine. Teſtugine, & Tartaruga dicitur Gallicè Tortue, vel Tartue. Neocomēſes circa Sabaudiam gallicā exercentes linguā, vocant Boug Coupe, ſcilicet rubetam truncatam, quia teſtudo intra tegmen contracto capite, truncata videatur. Luſitanis Lagardo, reliquis Hiſpanis Galapago, vel Tartuga. Germanicè Schilt Rrott, nempe rubeta tegmine ſcutiformi munita. Flandri eodem ſenſu ſchiltpadde dicunt. Angli ſchilerabb, ſcilicet cancrum ſcutatum, vel Tortuyſe nuncupant.

Nomina barbara teſtudinis.

A

GENVS, DIFFERENTIÆ,

Descriptio.

DE generibus horum animantium, omnes Authores vni sententiæ non accedunt. Nam Plinius, & Isidorus quatuor species scilicet duas aquaticas in mari, & in aqua dulci viuentes, nec non terrestrem, & lutariam constituunt. Verum satius esse opinamur sententiam Aristotelis amplecti, qui tria tantùm genera recensere videtur: Lutarias igitur testudines ad viuentes in aqua dulci reducemus. Præterhas species, ex Ioanne Bohemo, in Insula ab Iambolo reperta in Oceano meridionali, obseruantur animalia magnitudine quidem parua, sed natura, & sanguinis virtute admiranda, corpore rotundo more testudinum, duabus lineis inuicem per medium transuersis in quarum singula extremitate auris, & oculus conspicitur, itaut animal quatuor oculis inuideri, & quatuor auribus audire videatur. Vnico tantùm constat ventre, in quem cibaria ingeruntur. Pedibus pluribus est refertum, quibus innixum in partem vtramq; graditur. Huius animalis sanguis mirabili polleat facultate: etenim omne corpus saucium, dum spirat, prædicto illitum sanguine, cohæret. Hanc animalis speciem Gesnerus testudinem polypodem appellauit. Cæterùm hac præterunissa, ad alias descriptionem accedemus: Siquidem testudo est animal quadrupes ingratum visu, habens testam superiorem figuræ oualis, & concauam instar scuti, sub qua caput pedes, & caudam, vt lubet, recondit, & exerit; idcirco Pacuuius non iniuria domiportam capite breui, ceruice anguina, & aspectu truci refertam esse scribebat. Albertus retulit hoc animal duobus scutis munitũ esse, quorum alterum in dorso, alterum in ventre gerit. Hanc testam Palladius cotium, Marcellus Empyricus tegumen, Plinius operimentum, putamen, & superficiem alij operculum testaceũ, Græci Chelonium, & generali nomine ostracon appellarunt. Deinde testudo, loco dentium vnicum os continuum habet; propterea vocari posset μονόδους nempe vnicum dentem habens. Sic etiam appellatus fuit Pyrrhus Pruſſiæ filius, quia solo osse, dentiũ loco, refertus erat. Habet insuper testudo prægrandem pulmonem, & exanguem, iecur vitiatum, si vera scripsit Aristoteles, testes lumbis adhærentes, & lienem perexiguum. Insuper Aristoteles omnibus testudinibus, præter lutariã, renes, & vesicam attribuit. Cuius rei causam Michael Ephesius, in scholijs ad Aristotelem, hanc esse refert, Inempè testudinem licèt animal corticibus tectum, vesicam habere, quoniã pulmone carnoso, & maximè sitibundo gaudeat. Qua de re renibus, & vesica indigebat. Verùm licet vesicam hæc animalia habeant, vnico tantùm excrementorum exitu referta sunt. Id enim quotidiana docet experientia: quandoquidem qui domi testudines alunt, excrementa non nisi aquea obseruant. Pedes, ex Alberto, similes sunt lacertis cum quinq; digitis vnguibus munitis. Ad finem Cardanus in cauda testudinum quandoquè vnguẽ non absimilem calcaribus gallorum conspicatus est, & opinatur id à callo dimanare, quoniam in his animalibus veluti, & in lacertis cauda amputata durior renascitur.

li. 32. cap. 4. *li. 12. Orig.*

Testudo polypus dicta qua.

Varia nomina testudinis tegumẽti.

lib. 3. de par. An. cap. 8.

lib 7. de rer. var. cap. 29.

NATVRA, ET MORES.

D

DAm firmam testã huic animali natura impartita est, vt à totis plaustri curtentis minimè conteri affirment. Hanc testã non mutant testudines cum tamen oppositum cruſtaceis animantibus cõtingat. Huius rationẽ Cardanus assignare videtur dũ inquit. A tegumento testudinis augmentum animalis non impediri, quod secus de cruſtaceis dicendũ est: deinde addit in testaceo genere prius animal interire, quã testa siccari possit: qua conditione cruſtacea carent. Præterea multi vt Stephanus Aquæus, testudines amphibiæ naturæ esse scripserunt, sed perperã, quoniã differimen assignare debebant; cũ terrestres, seu nemorales aquis nequaquã delectentur. Verum quidem est, quod hybernis mensibus sine cibo in cauernis, ritu serpentum, & lacertorum, latibulantur. At exeuntes lento sẽper gradu incedũt, vel onere tẽgminis oppressæ, vel ob frigidã animalis tẽperaturã, quæ tardum animanti motũ solet communicare. Vnde adrẽ apud Amianũ legitur hoc distichon.

lib. 37. de rer.

Gressus testudinis.

Promptus esse alios rerum, velocior ipse
Quam quemquam esse probum rhetora Cappadocem.

Amplius has animātes diuturnioris esse vitæ inde colligimus, quòd scripserit Hippocrates ea animalia diuturnam traducere vitam, quæ ficta sunt, & corticem ficum habent, vt testudines. De voce tradit Aristoteles alia rudum, & perexiguum edere sibilum, quāuis Albertus retulerit, alias, quàm colubras sibilare. Insuper testudines naturaliter oderunt perdices: ideoq; Puta perpetuam inter has animantes celebrat rixam, cum altera luxuriosa, altera verò casta esse feratur. Immò Aquilæ testudinibus magis infensæ sunt, cum ab ipsis in altum eleuatæ, & deiectæ ad saxa allidantur, vt contracta testa caro fiat edulis. Itaq; Aeschilus poeta tragicus hoc modo euitā migrasse perhibetur, vt recitat Aelianus; nam cum is capite pilo & pileo nudato studio philosophans sederet, Aquila præteruolans eius caput saxum arbitrata, testudinem, quam vnguibus premebat, in ipsum deiecit. Tandem testudo, ex Aristotele, cum serpentibus, & viperis prœliatur, sed prius naturali instinctu, cunila, nempe saturcia, vel origano se munit.

lib. 7. Phyt. cap. 2.

lib. 4. cap. 6.

lib. 9. de hist. An.

COITVS, PARTVS, LOCVS.

REfert Gillius in Aelianum testudines fœminas mirandum in modū mares formidare. cum illis, quemadmodum cęteris animalibus, congressus minime iucundus sit. Quamobrem tempore congrediendi, acriter inter se dimicant, quia fœminæ mares admittere nolint. Verùm mas tandiu fœminā exagitat, donec victam subegerit. Aristoteles autem scriptis mandauit (quam sententiam debemus amplecti) quòd animalia ouipara eodem modo, quo viuipara permisceantur, nimirum mare superueniente, vt in testudine, tam aquatili, quàm terrestri contingit. Ideo congressus horum animalium, vt multi volunt, similis est illi; quē canes terrestres, & vituli marini seruant. Deniq; testudines oua pariunt, Alberto teste, ouis gallinarum similia, sed minora, & oblongiora, putamine, albumine, & vitello prædita, quemadmodum in præsenti icone licet intueri. Postmodum illa inhumant, donec vi caloris Solaris catuli exeant. De loco horum animalium non facilè est quicquā determinare: cum testudinum variæ species assignentur. Etenim terrestres in syluis, & montibus versantur, lutariæ ca nosis locis delectantur, marinæ verò aquis tantummodo salsis gaudent. Arrianus in Periplo narrat (referente Gesnero) in mari rubro paruas quasdam esse insulas copia testudinum redundantes, quæ sæpè ad emporium venales deferuntur. Item, eodem teste, in Insula Dioscoridis ad mare rubrum. vera testudo terrestris conspicitur. Alia etiam multa de loco natali testudinum ab eodem authore narrantur, de quibus suo loco, nempe in capitibus subsequentibus fusius agemus.

lib. 13. c. 40

lib. 5. de hist. An. c. 3.

Descriptio omnium Testudinis.

F

G

Ouum Testudinis integrum, item fractum cum luteo.



H

DENOMINATA.

TEstudineus nomen est adiectiuum significans id, quod est testudinis animalis, vt gressus testudineus, nam testudinatus indicat illud, quod concauum, & incuruum est more testudinis. Quamuis apud Vitruuium, & rectiùs, testudinatus quinq; tantum syllabis legatur. Hinc derivat verbum testudinare, quo Politianus vsus est canens.

Qua cauus exesum pumice testudinat antrum.

Deinde

A Deinde χέλυνες, siue χέλωνες apud Nicandrum in Alexipharmacis, & secundùm alios Græcos χελώνιον denotat tegumentum testudinis, item summam partem dorsi iuxta ceruicem, quæ in scapulis prominēs curuū testudinis tegimen emulatur. Sūt qui χέλυνες labrum dici arbitrantur; alij verò partem tantum nodo in labiorum ambitu eminentē intelligunt. Idcirco apud Etymologum Chelynidæ nuncupantur illi, quibus pars labiorum grandior, & tumidior est, latinè labeones dicerentur. Vnde postea Etymologus, teste Hesychio χέλυνες labellum exponit. Immò eauam partem vngulæ equorum Græci χηλίδωνα, vel χελωνίδα cognominant, & multi Latini testudinem vertunt. Amplius in corde horum animalium interdum lapis inuenitur, qui Chelonites appellatur; nam chelonian gemmam oculum Indicæ testudinis esse asseuerant. Plinius has gemmas oculis testudinum esse similes voluit, quibus olim Magi ad arcendas tempestates, & ad vaticinandum vtebantur. Georgius Agricola chelonitidas gemmas paruos lapides boracis, vel rubetæ esse astruit. Et Plinius Bronciam gemmam capitibus testudinum similem cum tonitru, æstiuis diebus, cadentem, ad nonnullorum mentem affirmat.

Labeones qui dicti sint.

lib. 37. c. 10.

B A Fabio Columna, in obseruationibus Aquatilium, memoratur exoticum animal χελώνιχος siue χελωνίχιος nimirū testudinatus porcellio, vel testudinatus echinus, quoniam testudini aliquo modo assimilatur. Ab eodem Authore in ijsdem obseruationibus describitur χιλυκαυβάτης nempe Scarabeus testudinatus, quia crusta testudinata quali figura totus contegatur. Inter herbas solus cyclaminus à testudine denominatus est: sitenim in antidotis Dioscoridis Nomenclaturis chelonion forte ob figuram radicis appellatur. Vescentes testudinibus à Græcis χελονοφάγοι exponuntur. Verùm hoc nomine, absesu testudinum quidam etiam Indiæ Populi cognominantur, quibus illa patria redundant. Insuper, admentem Hesychij, quædam Aquilarum species à vorandis testudinibus Chelonophagi cognominantur. Insuper apud Populos Chelonophagos tres insulæ reperiuntur, quarum vna, ex Strabone, Insula, testudinum nominatur. Alioquin caput testudinis est initium regionis Canibalorum quâ, vt refert Eusebius, transiuit D. Mattheus Apostolus post moram quindecim dierum in capite testudinis. In rubro etiam mari, authore Stephano, insula est Chelonite vocata. Strabo Promontorium post

Cap. 7.

Cap. 8.

Aquila chelonophage qua.

C Cyllenem ex tota Peloponeso in oceanum protensum Chelonitan indigitat; fortassis quia in huiusmodi locis Mercurius tegumen testudinis pro fabricanda lyra inuenerit. His addamus varia instrumenta, quæ à testudinibus denominationem sortiuntur. Chelonia igitur nuncupantur retinacula, quibus intra tigna, fuscula continetur in machina tollendorum onerum, ita denominata quia ad instar testudinis curua sint, vel quia hoc instrumento onera paulatim attollantur, quemadmodum testudo lento gradu incedit. Item carina nauis, quia incurua sit, chelone dicitur; quod verò sub carina sternitur, ne atteratur, chelysma, quasi carinæ tegmen nominatur. Ideo Theophrastus nauium partes recessus χέλωνας memorat. Demùm legūtur apud Iuris peritos in Infortiato hęc verba. *Cui testudines legata essent & lectos testudineos pedibus inargentatos debere, Labeo & Trebatius responderūt quid verum est.* Glossa in hoc loco habet lectos ita fuisse denominatos, quoniā ad formam testudinis fabrefacti essent, cū hoc animal testam superiorem interdum ita latam habeat, vt in ea quis iacere possit. Cur etiam lectus non potuit vocari testudinatus ab operculo ad figuram tegumenti testudinis formato; itaut quis in huiusmodi lecto cubans tanquam testudo intra suas testas contenta videatur; aut quia lectus

li. 5. de hist. plant. c. 8.

lib. 8. de leg & fideicom.

D olim pedes humiles ad instar pedum testudinum haberet. Postremò quendam ludum describit Pollux, qui chelicheloni vocitatur, estq; similis illi, quem chytram vocant. Si quidem in hoc quidam puer olla dictus in medio sedet, & à reliquis circumcurscantibus tamdiu vellicatur, & percutitur, donec vnum arreptum in locum suum collocet; in illo sedet in medio puella chelone nempe testudo dicta; alij verò circa illam curreates interrogant χέλυ χαλκᾶς, nimirum quid tei in medio facis? Respondet illa, diduco lanas velleris Milesij. Tum rursus illæ filium tuum quæ causa perdidit? Hæc verò. Equis ab albis in mare se præcipitauit. Alioquin καλλιχέλωνος, quasi pulchra testudo, genus erat numismatis Peloponesiaci, in quo testudinis icon insculpta erat.

lib. 9.

EPITHETA.

LAtini ob lentum teſtudinis greſſum, illam tardam, conſequenterq; timidam: cognominarunt. Textor ſanguine caſſam, ſed perperam indigitauit. quandoquidem à Cicerone choclea ſanguine caſſa propriè appellatur: Cum teſtudo inter animalia ſanguinea connumeretur. Apud Suidam hoc nomen, ὀστρακόδερμος legitur, tanquam proprium teſtudinis epitheton; cum hæc tergus oſtreaceum gerat. Idcircò apud Galenum oſtracoderma omne animal vocatur, quod pro cute teſta præditum eſt. Præterea, quamuis φερέοικος, nempe domum portans, ad mentem nonnullorum cochleę attribuatur: tamen ex Varino, & Etymologo teſtudini etiam aſſignatur. Apud Oppianum κραναὸς teſtudo præcipuè marina dicitur, quaſi aſpera: ſed in eodem ſenſu τραχεῖα de quacumq; teſtudine vſurpari poteſt. Deniq; χελωνόφιλος, quaſi teſtudo curua apud Stobeum legitur.

lib. 2. de Diuin.

lib. 1. de alim fac.

APOLOGI.

HAbulatus eſt Aeſopus, quòd olim Iuppiter ad nuptias Iunonis cunctas animantes inuitauit. Propterea omnibus tempeſtiuè aduenientibus, ſola teſtudo; peracto ferè conuiuio, acceſſit. De qua cum moræ cauſam ſiſcitaretur, reſpondiſſe fertur, οἰκοφίλος, οἶκος ἄριστος nempe domus amica, domus optima. Tunc indignatus Iuppiter illi iuſſit, vt domum ſemper ſecum deferret. Apologus indicat multos eſſe, qui viram potius egenam domi propriæ, quàm in alienis domibus lautam traducere cupiunt. Vel ſecundùm alios, hic apologus refertur ad quamdam animi tranquillitatẽ ab omni curioſitate remotam, qua quiſq; domi verſans fruitur. Aliter etiam fabulantur Mythologi in rerum initio, Iouem cunctis animantibus dona ab ipſis deſiderata conceſſiſſe. Sola autem teſtudo beneficium ſerendæ ſecum domus impetrauit, quæ cauſam interroganti reſpondit, ſe malle domus onere ſemper opprimi, quàm vicinię iurgia audire, illaq; vitare non poſſe. Apologus docet malam vicinitatem omni incommodo fugiendam eſſe. Sequuntur apologi, qui tarditatem huius animalis reſpiciunt. Primitus teſtudo celeritatem leporis olim aſpernata eſſe perhibetur: Sed lepus ſubridens illam ad curſum, conſtituta meta, inuitauit. Viciſſim lepus lentum teſtudinis motum nihili pendens, putanſq; ſuo arbitratu, teſtudinem aſſequi poſſe, leui oppreſſa ſomno parùper quieuit; ſed paulò poſt excitata, greſſumq; accellerans teſtudinem ad metam iam perueniſſe aſpexit. Ab hoc apologo percipiendum eſt; neq; ingenium, neq; virtutem valere, niſi ad vſum deducantur. Item ex Abſtemio, habemus quòd teſtudo conſpicata ranas in eodẽ ſtagno degentes adeò leues, & agiles, vt quòlibet proſilirent, naturam accuſabat, quod ſibimet tantam ſegnitiem, ob teſtarum pondus, communicauerit. Sed cum poſtea vidiſſet ranas anguillarũ eſcam fieri, & cuicumq; leni ictui eſſe obnoxias, aliquantulum recreata dixit. Quanrò melius eſt hoc teſtaceum tegumentum quibuslibet ictibus reſiſtens ferre, quàm in dies tot mortis diſcrimina ſubire? Ex apologo diſcimus, dona naturæ non ægrè eſſe ferenda, quæ nobis ſæpè maiori ſunt commodo, quàm id nos intelligere valeamus. Poſtremò. Aquilam teſtudo rogaſſe fertur, vt illi ad volandum præcepta daret. Sed hoc à natura teſtudinum valde alienum eſſe Aquila aſſeuerabat. Demùm illam efficacius precantẽ vnguibus apprehenſam ſuſtulit, indeq; dimiſit, quæ tandem ad lapides illiſa, contrita eſt. Apologus oſtendit multos eſſe, qui ſua ſorte non contenti, melioremq; inquirentes conditionem, interdum in peiorem incidunt.

Iurgia Vicinis quomodo vitanda.

Iuli. Myth.

A

ÆNIGMATA.

INter authores, qui sermones nodosos, & inuolutos pronunciarunt, inuenimus Amphionem apud Pacuuium hoc ænigma proferentem.

Quadrupes, domiporta, tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci,
Euiscerata inanima, cum animali sono.

Petrus autem Crinitus agens de honesta disciplina prædictos versus sic citat. *lib. 11. ca. 2.*

Sanguine cassa, domiporta, terrigena traditur,
B *Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,*
Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci,
Euiscerata inanima cum animali sono.

Hoc ænigma, cum in fabula Pacuuiana ab Amphione paulò obscurius proferretur, responsum fuit ab Atticis. Non intelligimus, nisi clatius dixetis, Tuneille vnico verbo respondit Cochleam esse. Cum tamen, referente Crinito, quadrupes domiporta, & tardigrada testudo sit. Verū quidem est, quòd illa verba (*euiscerata inanima cum animali sono.*) non ad testudinem animal, sed ad cytharam, vel lyram spectare videntur. His addamus quod testudo minimè exanguis est, licèt oppositum scribat Crinitus. Insuper quidam eruditus partim alludens ad emblema Alciati, in quo testudo sub pedibus Veneris pingitur, & partim ad ænigma Pacuuianum sic cecinit.

Tardigrada, herbigrada, domiporta, & sanguine cassa,
Sub pedibus Veneris Cous quam pinxit Apelles.

Rectius autem inter alios ænigmatistas, Iulius Cæsar Scaliger in libro de ænigmatibus, de testudine cecinit hunc in modum.

C *Non tectis capimur, nunquam extra tecta vagamur;* *Aenigma verius.*
Quin etiam grate què gerimur, gerimus.
Nec vox, nec sine voce sumus, dum viuimus, edunt
Mortua concordes corpora nostra sonos.

Aliud etiam ænigma nonnulli ad testudinem spectare asserunt, illudq; Moschopulo authori refetunt: ab illo enim versibus græcis exaratur, quorum sensus est talis. Animal peregrinæ naturæ sine spiritu spiro, geminis oculis retrò iuxta cerebrum, quibus ducibus antrorsum progredior. Supet ventre cæruleo pergo, sub quo venter latet albus apertus, & clausus. Oculi non aperiuntur, neque progredior, donec venter intus albus vacuus est. Hoc saturato oculi apparent insignes, & pergo ad iter, & quamquam mutū varias edo voces. Cęterùm si nobis nostram sententiam proferre licet, hoc partim ad cochleam, partim ad testudinem attinere videtur.

D

ADAGIA.

EX proprietatibus animantium eruditi viri prouerbia elicere consueuerūt. Vnde à testudine ob tarditatē motus hoc dimanauit. *Testudinem gressus.* Diciturque de illis, qui negocia grauia segniter agunt. Ratione motus etiam huius animalis pronunciari solet. *Testudinem equus insequitur.* Quādo aliquid prępostere, & absurde agi significamus. Huic affine videtur aliud. *Testudinem Pegaso comparas.* Aut. *Testudo leporem prœuertit.* Hæc autem duo adagia efferuntur de rebus inter se minimè comparandis: cum equus, & lepus inter animalia velocissima reponantur, cum tamen testudine nihil tardius reperiatur. Pariter. *Testudo volat.* de re extra modum absona promulgari solet. Quamobrem Claudianus in Eutropium, qui cum Eunuchus esset, tamen Romę creatus fuit Consul, multa huius generis absurda recitat, dum canit. *lib. 1.*

Iam teſtudo volat profert iam cornua vultur.

Prædicto non abſimile eſt illud. *Aquilam teſtudo vincit.* Menedemus, vt legitur apud Diogenem Laertium, hoc dicterio prouerbiali vtebatur, ſi quis ſecum ciuilibus honoribus contendere vellet. Vſurpari etiam poteſt, quando potentiores ab imbellibus ſuperantur. Aliud eſt adagium, quod trahit originem à tegumento teſtudinis, ſcilicet. *Non curat teſtudo muſcas.* Quoniam ob duritiem teſtæ nihil illi nocere poſſunt. Conuenit cum illo. *Non curat culicem Elephantus.* Spectant q; potiſſimum ad illos, qui cum armis tutelaribus muniti ſint, hoſtiles ictus nihili pendere dicuntur. Ratione carnium teſtudinis. Alia duo promulgantur adagia. Primum ex doctrina Oppiani videtur. ortum duxiſſe, qui in Halieuticis ſcribebat modicam carnem teſtudinis ingeſtam tormina generare largius verò ſumptâ deteregere, & mirandum in modum purgare. Ideirco adagium ſic, græcè legitur. Χελώνης κρέας ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Ideſt. *Carnem teſtudinis oportet edere, aut non edere.* Iactari ſolet in illos, qui aliquod negotium negligenter aggrediuntur, illudq; neq; relinquunt, neq; explicant. Cum ſint pleraq;, quæ acriter peracta conducant, ſin ſecus officiant. Aliud adagium eſt. *Ipſi teſtudinem edite, qui cepiſtis.* Attinetq; ad illos, qui poſtquam inconſultè quodpiam negotium adorti ſunt, deinde alienam implorant opem. Huius originem. Nonnulli cuidam fabulæ referunt, in qua introducuntur piſcatores, qui paucas, quas ceperunt teſtudines, cum inter ſe partiri eſſent, neq; omnibus pro cibo ſufficerent, Mercurium fortaſſis prætereuntem ad cænam inuitarunt. At is intelligens ſe nequaquam humanitatis gratia inuitari; ſed potius vt illos faſtidio cibi ſubleuaret, renuit, iuſſitq; vt ipſi ſuas teſtudines ederent, quas ceperant.

Prouerbium vulgatius.

lib. 5.

EMBLEMATA, ET SYMBOLA.

VOniam honeſtas mulieres domi manere, nec quò piam vagari decet; propterea Aegyptijs mulieribus vti calceis non fuit in more, vt quodammodo ſe continere domi cogerentur. Ideo ad rem Valerius Maximus teſtatur quoſdam ſuas vxores repudiaſſe, quia cum alijs fuiſſent collocutæ: etenim mulieribus ſilentiũ etiam conuenit. Quandoquidem Epicharmus paucitatem ſermonis in muliere, probitatis argumentum eſſe pronunciabat. Hinc Camerarius ad hoc alludens, teſtudinem effigiauit cum hac inſcriptione. DOMVS OPTIMA. Refert author hoc emblema ab alijs ſic inſcribi. INTRA ME MANEO. Deinde ſubſcribit diſtichon huius tenoris.

In lib. Emb. ex An. 91.

Eſt ſua cuiq; domus tutiſſimus vſq; receptus,
Hanc ceu teſtudo, fœmina caſta colat.

Ad rem facit Bocchij ſymbolum, in quo delineat Iouem cum omnibus animantibus conuiuantem, & teſtudinem circa finem cenæ accedentem cum inſcriptione. NVLLA VITA LAVTIOR DOMESTICA, NEC LAETIOR. Carmina autem ſubſcripta, quoniam multa ſunt, lector apud ipſum legere poterit. Alciatus eleganter hoc argumentum tractauit, dum pinxit Venerem altero pede teſtudinem calcante, cum titulo. MVLIERIS FAMAM, NON FORMAM VVLGATAM ESSE OPORTERE. Idq; hexaſtico declarat hunc in modum.

lib. 4.

Alma Venus quenam hęc facies, quid denotat illa
Teſtudo, molli quam pede Diua premis?
Me ſic effinxit Phidias, ſexumq; referri
Fœmineum noſtra iuſſit ab effigie.
Quodq; manere domi, & tacitas decet eſſe puellas,
Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

Huic non abſimile eſt illud, quod protulit Hadrianus Iunius, dum figurauit Palladem calcantem draconem, & Venerem pedibus teſtudini inſiſtentem, addita tali inſcriptione. VIRGINEM PVDICITIAE, MATRONAM DOMVS SATAGERE. Id totum infraſcriptis verſibus ab ipſo explicatur.

Emb. 24.

Cernuus armiſona prebet draco colla Minerue;
Domiportam at exterit Venus teſtudinem.
Virgo fui ſatagit decoris bene prouida, at vxor,
Frugi ſilet, nec limen exceat domus.

Denuò

A Dentuò Camerarius in cacumine Parnasi montis pinxit olores, & testudinem ad fastigiũ montis ascedentem cum titulo AEQVE TANDEM. Quoniam testudo, licèt lento incedat gradu, eò tandem peruenire nititur. Hoc symbolo indicat author esse nonnullos tarditate ingenij præditos, qui tandem assiduitate, & diligentia ad sapientiæ, & doctrinæ culmen perueniunt: iuxta vulgatum dictũ. *Sat cito si sat benè.* Distichon autem subscriptum est huius generis. *Inlib. embl. ex An. 92.*

Tardigrada assequitur cicnos testudo volucres.
Assiduus quo non scit penetrare labor.

Lucas Contilis Scriptor Italicus prædicto emblemati simile pingit phrenoschema cũ eodem titulo, additq; fuisse cuiusdam academici AGGRAVATI cognominati. Quãuis, secundùm alios, prædictum emblema, vel phrenoschema inscribatur. PEDETENTIM. Aut secundùm alios. AD LOCVM TANDEM. Propter animalis segnitiẽ.

B Quocirca Russellius in libro memoriæ artificiosæ, icone testudinis, hoc em pigrũ ad memoriã reuocat. Huic nõ valde discrepãs fuit phrenoschema Camilli de Camillis, qui testudinem alatam effigiauit, cum Dicto. VT TOLLAR HVMO. Huius enim author desiderio acquirendæ gloriæ motus, per testudinem semetipsum figurauit. & per alas proprium indicabat ingenium, quo in speculando vtebatur; alæ enim apud authores, ingenij symbolum esse perhibentur. At Sereniſſimus Cosmus Mediceus, loco alarum, vela pictæ testudini addidit. Siquidem contemplans segnitiem testudinis, & velocitatem nauis, quæ fertur velis, prudentiſſimè innuebat aureã omnibus in rebus feruandam esse mediocritatem. Quamobrem Vintha scribens ad Garziam mediceum Cosmi Ducis filium, de paterno emblemate sic canebat. *Phrenoſche mata.*

Turgida vela trahens lenta testudine Princeps
Admonet, vt Reges maturo incedere gressu
Consulere augusto, disc anti, emblemate rebus;
Ne sibi quid noceat præceps, aut fera libido. *lib. 2. Car.*

Tandem quidam ingenij perspicacis vir, pro symbolo delineauit aquilam volantem, testudinemq; vnguibus ferentem cum ingenti saxo in area picto: cum Aquila instinctu naturali apprehẽsam testudinem ad saxa allidat, vt fractis testis carne frui possit. Immo Author testudinem Eschilum poetam perimentem intelligere voluit. Quapropter huiusmodi Dicto à Petrarcha desumpto symbolum coronauit. HOR CHI FIA, CHE MI SCAMPI? Videtur enim significare se hactenus omni conatu cupidineis ictibus reluctatum fuisse, nec tamen locum tutum pro salute inuenisse.

C

HIEROGLYPHICA.

D Ad connexionem animæ cum corpore demonstrandam, quidam testudinẽ hieroglyphicè pingebant: quandoquidem hoc animal testam adeò corpori alligatã habeat, vt sine illa viuere non possit. Alij pro hieroglyphico vxoris, mulierem testudini insidentem delineabant, vt innuerent, quemadmodum testudo semper domi moratur, ita vxorem decere rerum domesticatum semper satagere. Pierius verò ad ostendendum hominem à potentioriadeo oppressum, vt nulla fugæ via ei pateat; hieroglyphicè figurabat testudinem aquæ supernatantem, & solaribus percussam radijs: etenim hoc modo ita exiccatur, vt amplius in gurgitem deferri nequeat. Sunt etiam, ex eodem Pierio, qui fortunarum contemptum, per hominem naufragum in testudinis tergum insilientem significent. Immò segnitiem demonstraturi, testudinem gradientem pingere consueuerunt, cum hoc animal adeò lento incedat gradu, vt abierit in prouerbium de homine segni. *Mouetur ni fiat testudine.* Propterea Plautinus ad rem dicebat. *Hunc testudineũ tibi grandibo gradum, si fuisem sumpsero.* Deinde ad mentem eiusdẽ Pierij, testudo sculpta in nummis Peloponensium, virtutem, & sapientiam pecunijs vinci posse indicabat. Modo si ad hieroglyphica à partibus testudinis desumpta accedamus. Primum incidemus in hieroglyphicum mordacitatis, quod nonnulli picto, testudinis capite ore hiante, manifestabant. Siquidem hoc animal ore adeò robusto refertum est, vt quicquid apprehenderit, perfringat. Amplius scribit Pierius, quod ad mortem difficilem pate faciendam *lib. 28. hierogl.* *lib. 1. hieroglyph.*

dam teſtudinis caput abſciſſum pinxerunt; nam tanta in illo eſt viuacitas (loquendo præſertim de marina teſtudine) vt caput auulſum aliquandiu oculos oſtentet, & manu admota illos voluat, nec non etiam mordeat, ſi propius admoueatur. Inſuper in ſignificanda pernicioſa curioſitate teſtudo exerens caput, pingebatur. Cum Acheis Iacinthorum Inſulam ſuo quodam iure vendicare cupientibus reſponſum fuerit, periculoſum fore velut teſtudini, caput longè à Peloponeſo abducere. Tandem per picturam tegminis teſtudinum, quidam hieroglyphicè munimentum intellexerunt; quoniam hoc animal à natura teſtis ita robuſtis armatum fuit, vt iniurias propulſare, & ictibus reſiſtere facilè poſſit. E

MORALIA.

TEſtudo in morali doctrina ad varias peccatium ſpecies iure optimo comparari poteſt, & primò ad hæreticos. Nam D. Hieronymus in Commentarijs ad Oſeam tradidit, quòd hæretici ex vulgari doctrina argutijs, fraudibus, & humanis mendacijs ſimulacra componunt, deinde tardis greſſibus per locum peculiarem proficiſcuntur, cum totum orbem occupare nequeant. Teſtudo enim pondere tegminis onerata, & tardigrada parùm mouetur denotans pondus criminum hæreticorum, qui in cæno errorum ſuorum ſtabulantes opera manuum ſuarum adorant. Secundò teſtudo hypocritæ, & alijs criminoſis aſſimilari poteſt: Siquidem teſtudo in triplici diſcrimine conſtituitur, vel enim ad terreſtrē, vel ad marinam, vel ad paluſtrem reducitur. Hypocritæ igitur, cęteriquè peccantes, qui in teſta ſimulationum, & malarum operationum morantur, terreſtres per auaritiam, paluſtres ob deliciarum voluptatem, & marini propter detractionem nuncupantur. F

cap. 13.

Simulatores aſſimilantur teſtudinibus.

Ideo teſtudines, & præcipuè marinæ detractoribus optimè de cauſa aſſimilantur: cum prædictæ animantes os maxillarum ita robuſtum habeant, vt lapides, & ligna perfringant. Pariter illi, qui nimis inuidè cæteros perſequuntur, non ſolum homines improbos, ſed etiam perfectos, & interdum religioſos nimis ſtridulè mordendo calumniātur. G

Ex altera parte ſimilitudo teſtudinum à viris iuſtis non eſt remouenda: etenim ſi carnes teſtudinis medicinales eſſe feruntur. Pari ratione carnes virorum iuſtorum, nimirū eorum opera, & verba cæteris medicinæ ſpirituali eſſe dicuntur. Ampliùs ſi teſtudo capite ſerpentino, quatuor pedibus prædita, & viſu horrida intra ſua tegmina moratur. Huius conditionis eſt vir perfectus, ſeu in religioſo ordine viuens; nam inter teſtas pœnitentiæ moratur, quatuor pedibus, nempe quatuor virtutibus cardinalibus nititur, quibus ad cęleſtem patriam pedetentim ſcandit. Caput ſerpentinum habet quoad ſapientiæ actus. Iuxta illud Matthæi. *Eſtote prudentes ſicuti ſerpentes.* Demùm ratione vilitatis habitus intuentibus horrorem ſolet incutere.

cap. 10.

SIMVLACRA, ET STATVÆ.

VIlibi numeroſiora teſtudinum ſimulacra quis poterit conſpicari, quàm apud Troglodytas, qui, teſte Gyraldo, tot, & tantis honoribus teſtudinē proſequebātur. Immò, referente Pauſania, in Arcadicis, Pan in templo Partheniæ ſylu cum teſtudine pingebatur: ſiquidem Incolæ huic Numini teſtudinem ſacram eſſe volebant, neque permittebant teſtudines copioſas ibi vagantes à quopiam capi, quia ſic prædicto Numini gratificari opinabantur. Prædictus Author, in Eliacis, iuxta Forum Eleorum, templum Veneris Vraniæ, pimirum cęleſtis fuiſſe ſcribit cum ſimulacro Deæ, quod Phidias partim ex ebore, partim ex auro fabricauit, cuius pes alter teſtudinem calcat. Vnde poſtea, ſicut teſtudo ſemper manet domi, & eſt aphona, decere honeſtam mulierem domi manere, & ſilere colligebant. Immò conſueuerunt olim mulieres teſtudines ligneas tanquam Veneri conſecratas ſecum geſtare, nam ita erant concinnatæ, vt licio ſuſpendi poſſent. Id autem ex eo manifeſtum fuit, quia Theſſalæ matronæ inclytam illam meretricem (Laida) nuncupatam, Zelotypia concitatæ, ligneis teſtudinibus in templo Veneris, magno populi H

Syntag. 1

lib. 9.

A conuentu interemerunt. Ripa demum in gratiam picturæ, varia testudinis simulacra ostendit. Primitus dum significat humorem phlegmaticum, depingit hominem colotis albicantis, pelle taxi indutum, cum icone testudinis; quoniam hoc animal est tardissimi motus, quemadmodum homo phlegmatica temperatura præditus. Item pro Desidia, delineat anum turpem cum testudine in manu. Similiter pro Pigritiæ simulacro, mulierem passis capillis, capite ad humum inclinato, cum testudine pictam demonstrat. Tandem ad repræsentandam tarditatem, mulierem testudinem equitans, illamq; habenis regens figuratur. Qui statuas huius animalis videre cupit, Romam adeat; vbi in Viridario *Beluedere* nuncupato supra Palatium summi Pontificis inter fluminum simulacra, obseruatur Arnus Florentiæ fluuius, quod simulacrum vrnam aqua plenam fundit in vas antiquum, quod supra duabus testudinibus marmoreis locatum est; alibi etiam alias huius generis statuas licet conspicari. *par. 1. Icon.* *par. 3. Icon.*

B

VSVS IN CIBIS.

TEstudinum carnes in epulorum lautitijs locum habere ex eo constat, quia interdum ob earum desiderium monstrifici partus in lucem exeunt. Etenim, referente Schenchio, anno 1554. natus est infans, qui habuit in vertice massam carnis imaginem testudinis repræsentantem. Præterea Amazones, vt tradidit Cælius lacertis, & testudinibus vescuntur. Teuethus autem in historia Americæ prodit, quòd homines syluestres illarum regionum carnẽ testudinum edilem esse putant, sed tamen illam non gustant, hac solum moti ratione, quia bestiæ sint tardissimi motus. Harum enim esu se adeo segnes fieri opinantur, vt data occasione, hostes euitare non possent. Alioquin ex Latinorum & Græcorum sententia caro testudinea ad vsum cibi trahitur. Quamuis Galenus de earum alimento nihil tradiderit. Nostra ætate testudines in carnis insigni magnificentia instructissimis commendantur. Immò admiramur Cælium Apitium deliciarum culinæ patrem, qui C nihil harum meminerit. Bruyerus has carnes prius elixat, deindè in frusta sectas in vase frixorio assat. Cæterum multi viri eruditi ambigunt, an testudinea caro naturam piscis an potius veræ carnis participet. Prima facie multi negant inter pisces esse collocandam, non solum quia testudo ossa habeat, & spiret, cum pisces brachijs præditi sint; sed etiam quia ouarum colore, tum substantia, tum putamine, ouis gallinarum similia pariat. Alij hanc carnem tanquam quid medium inter pisces, & cæteras carnes esse arbitrantur. Ideo Castor Durantes de hac sic canit. *In lib. de mẽ Bru. lib. 1.* *lib. 22. de re cib. cap. 7.*

An caro, vel piscis sit, petis? est media.

Hodie tamen carnes omnium testudinum ob intemperiem frigiditatem, loco piscium diebus ieiunij conceduntur. Hac de re medici in præscribẽda huiusmodi carne ægrotis cauti esse debent; quandoquidem testudines, veluti etiam alia testacea carnem concoctu difficilem possident. Ideoquè stomacho imbecilli maximo potest esse nocumento. Huiusmodi carnes solum ijs conueniunt, in quorum ventriculo cibaria delicata, & coctu facilia corrumpuntur: nam hæ carnes diuturniorem moram trahentes in ventri- D culo, optime digeruntur. *Testudo loco piscium hodie editur*

VSVS IN MEDICINA.

VTilitatem præcipuam non solum testudines, sed etiam omnes earum partes medicinæ afferunt. In primis testudo quia tumida est, & tumentem hydropicorum ventrem refert, hydropicis, ex Plinio non erit infrugifera præsidium, si abiectis partibus extremis, & interaneis caro optimè condita exhibeatur. Præterea, cum testudo pectoris signaturam habeat (testa enim superior formam pectoris repræsentat) Porta in morbis thoracis carnes huius animalis commendat, & phthisicis potissimum conuenire asseuerat. Plinius scribit, authorẽ citans Pelopem, testudine cocta, fastidium, vel cruditatem ex melle ortam statim auferri. Rhasis testudinem cremat, cineremquè cum albumine oui miscet; sicquè fissuris in mammis *lib. 5. Phyt. cap. 29.*

mis mulierum ortis fæliciter medetur. Crollius in libro de internis rerum signaturis, prædicto cinere in hernijs, fælici cum successu, vtitur. Quandoquidem animalia se contrahẽtia, & extendentia, vt testudines, aduersus prædictum affectum signaturam habere creduntur. Postea sanguinem huius animalis in multis affectionibus minimè infrugiferum medicus experturus est. Cæterùm sanguis ad remedia hunc in modum colligitur; si veritatem fatetur Nicolaus Præpositus. Sumit igitur testudinem aquę, & non exprimit, an debeat esse aquæ dulcis, vel marinæ (sed authores nihil referre opinantur, cum etiam sanguis testudinis terrestris sit in vsu) illamq. in paropside resupinat, capiteq; amputato, sanguinem fluentem colligit, deinde vas setaceo, vel panno lineo tectum tãdiù insolat, donec sanguis exiccetur. Hoc præsidium Plinius in extinguendo sacro igne in abolendis verucis, & vlceribus capitis adhibet. Immò ad pellendam porriginem, Quintus Serenus multa præscribit medicamina, sed inter alia sanguinem testudinis sic probat.

Hernię remedium.

Sanguinis colligendi modus.

Porriginis remedium.

Prodest, & tarda demptus testudine sanguis.

Idem author in de fluuio capillorum, & ophiasi, hunc sanguinem non infrugiferum esse existimat, dum inquit.

Nonnunquam variant macula, pauciq; parumper
Orbibus aspersum ducit nouа vulnera tempus.
Tu testudineo male permulceto cruore.

Amplius, ex Galeno, hic sanguis ore diu detentus mobiles dentes roborat. Alibi ad achoras testudinem sanguinem probat, sed paulo inferius addit sanguinem testudinis curiosum esse medicamentum; cum nunquã eius periculum facere tentauerit. Alioqui Galenus verba faciens de Antidotis, prædicto remedio aduersus scorpiones, & ictus Ferarum vtitur. Aetius huiusmodi sanguinem exiccatum cum sylnestri cumino contra morsum viperæ præbet. Alij hunc sanguinem cum cimice, morsibus serpentum vtiliter illinunt. Fel testudinis, vt notat Dioscorides, anginis, & nomis in ore infantium, ortis conducit, nec non epilepticos erigit. Præter hæc, tegumentum testudinis comburitur, & cinis, ex Porta, fistulas sanat, & capillos defluentes cohibet. Prædicto cinere cum oleo, & vino Marcellus pedum vlceribus medetur. Immò suffumigio ex testa huius animalis, hæmorrhoides secundùm Galenum sanari dicuntur. Pedes quoq; & vngues huius bestiæ suis non carent virtutibus. Quandoquidem Albertus pedem dextrũ pedi dextro podagrici, & sinistrum sinistro vtiliter alligat. Immò vnguis ad mentem Galeni indutus in foramen dentis maxillaris multũ proficit. Qua deniq; ex Auicenna ad tussim infantium commendantur, & tandem lapis chelonites gestatus cum radice pœoniæ, ex Kiranide, epilepsiam expugnat.

li. 1. Expor. cap. 10.

li. 1 de cõp. med. sec. loc.

lib. 2. Phys.

li. 3. Expor.

lib. 2. Expor.

VSVS IN VARIIS.

AD varia spectra, quæ noctu ineptiarum matre parari solent, testudines quandoq; adhibentur. Sunt enim nonnulli, ex Cardano, qui testudines accensis, & annexis supra corticem candellis in cæmiterijs spargunt, vt, ioci gratia transeuntibus terrorem incutiant, quoniam ignis ambulare videtur, immò, ex eodem, si locustæ adhibeantur, maior formido præteruentes inuadet, cum ignis ad morum animalis saltare videatur. Vegetius, vt pili iumentorũ citius crescant, vinam testudinem supra sarmenta comburit, additisq; alumine crudo, & medulla ceruina cum vino ad ignem medicamentum concinnat. Demetrius, & alij carnem testudinum accipitri edendam præbent, vt pennæ citius mutentur. Similiter Porta clamoso accipitri carnem hanc porrigens, illum mutum reddit: hocq; inde colligit, qua testudo aphona sit. Tandem Albertus carne testudinis equos obesat, dum hanc cum molli equorum pabulo decoquit. Sanguis etiam varios solet habere vsus: nam Nicolaus Myrepsus vinum cum modico sanguinis testudinis propinat, vt bibentes abstemios reddat. Alij, ne pili alarum adolescentium renascantur, primis eualsis, locа sanguine ranarum vel testudinis perlinunt. Mizaldus quoq; vt aliquam partem hirsutam depilet, medicamento ex ouis formicarum, succo hyosciami, cicutæ, & sanguine testudinis parato vtitur. Pedem verò dextrum testudinis in naum delatum (quod dictu

li 15. de rer. var. 86

Centur. 7.

A dictu incredibile videtur) naugium tardius ferri Isidorus asseuerat. Lapidem etiam chelonitem in alueo testudinis repertum ad diuinationem conducere refert Albertus, si Luna crescente sub lingua detineatur, nam alio tempore infælix esse perhibetur. Postremò testæ animalis in variis etiam vsibus adhibentur. Primò scobs tegminis fœminæ testudinis in aliquo liquore pota Venerem inhibere creditur; & Porta inde signaturâ colligit, quoniam fœmina in hoc animalis genere congressum abhorrere dicatur. Præterea testæ grandiores ad mensas, vasa, & lectos olim vsurpabantur. Idcirco Martialis, in Apophoretis, de Gustatorio sic canebat. *lib. 6. Phyt. cap. 7.*

Fœmineum nobis chelyn si credis inesse,
Deciperis, pelagi mascula preda sumus.

Item testas marinæ præsertim testudinis, ex Plinio, in laminas diuisecabant, deinde lectos, & repositoria exornabant. Vnde Iuuenalis ad rem sic loquitur.

Qualis in Oceani fluctu testudo nataret, *Satyr. 11.*
Clarum Troiugenis factura, ac nobile fulcrum.

B Varro quoq; apud Nonium Marcellum meminit lecti testudinei cum culcitra plumea; nec sine ratione. Quandoquidem Priscis testudineum hexaclinon, nempe opere testudinato concinnatum fuit in pretio, quod opus Pollio apud Plinium instituit. Hoc memorat Martialis dum inquit.

Et testudineum mensus quater hexaclinon
Ingemuit citreum non satis esse suo.

Hodie, vt intelleximus à viris fide dignis, in plaga orientali, testis superioribus marinarum præsertim testudinum, pro cunabulis infantũ vtuntur. Prædictis addit Theuetus Amazones præter sagittas, corticibus etiam testudinum ab hostibus seruari. Insuper, ex Palladio, anti qui agriculturæ studiosi obseruarunt semina in testudineo tegumento seruata corruptioni minus obnoxia fieri. Tandem, ex Mizaldo, tegmen fœminæ testudinis super ollam ad ignem loco operculi collocatum, ebullitionem impedire dicitur, quod si verum sit nec nè, nondum experti sumus. *lib. 3. hist. Amer.* *Centur. 3.*

C

DE TESTVDINE TERRESTRI.
Cap. II.

SYNONIMA, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

NVperi quidam latini hanc testudinis speciem montanam, syluestrem, cãpestrem, agrestem, & nemoralem, Græci in eodem sensu χερσαίαν χερσαίαν cognominarunt. Nicander ἠπείρην, & oppianus ἠπειρώτιν, nempe testudinem montanam indigitarunt. Galli Tortue des bois, scilicet testudinem syluestrem, nos Bononiæ *Galana da terra* dicimus. In nostris regionibus *lib. 13. c. 37.*

D aliquod discrimen notatu dignum in hoc testudinũ genere non obseruatur. Apud Indos verò, authore Aeliano, quædã terrenę testudines generãtur, quæ aratro eximũtur à terra, & ad instar lacertorũ, & serpentũ testas exuere dicũtur. Item Sinerum Promontorium terrestres testudines albas nutrit, quæ magnas admodum testa contegunt. Ad rem recitat Scaliger in Libyæ Desertis nemorales testudines vagari, quæ interdiu subductæ ingentia saxa æmulantur; noctu verò ad pastum tam lento gradu procedunt, vt vix locum mutare videantur. Qua de re fabulam narrant de viatore illac peragrante, qui, aduentante nocte, locum à Feris tutum inquirens, testudinem huius generis vidit, quam tumulũ ratus (musco enim erat obsita) conscendit, vbi somno oppressus quieuit. At paulo post expergefactus se alijs in locis versari (processerat enim illa) intellexit; deinde conspecta animalis facie magna admiratione correptus est. Itaq; testudo terrestris in tergore maculis luteis, & nigris, instar pellis Salamandræ distinguitur. Præterquamquòd ratione superioris corticis marinam valdè æmulatur. Præterea mas etiam à *Exerc. 196.* *Descriptio.*

fœmina

Sceleton Teſtudinis Nemoralis.



Testudinis nemoralis altera pars.

fœmina discriminatur: quandoquidem mas inferiorem testam in medio concauam, fœmina verò planam habeat. Deinde fœmina mare semper ponderosior obseruatu. Huius animalis iconem tanquam vulgarem exhibere noluimus. Libuit tamen loco illius, sceleti effigiem repræsentare.

A

NATVRA, LOCVS, CIBVS.

Nicandri Scholiastes scriptis mandauit nomen alium testudinum, veluti, & coturnicum talem esse naturam, vt flantibus quibusdam ventis, concipiant. Aelianus verò in hoc animalis genere prodidit marem in venerem valde propensum, & fœminam mirandum in modum continẽtem esse, sed mares, mirabili quodam instinctu naturali, fœminam ad amatorias illecebras allicere. Siquidẽ herbam quamdam ore continentes, cuius nomem subticuit, fœminam in luxum procliuem illicò reddunt. Postmodum, ex Aristotele, oua durioris testæ intusq; bicolora enitũtur, terraq; tegunt, deinde non continuo, sed crebrius repetentes incubant, fœtumq; sequenti anno ad pastum educunt. Quamuis Boeus tradat (referente Athenæo, loci forte affis gratia, vt putamus) ex Gerano muliere quadam inter Pygmæos insigni in grucm mutata, & Nicodamante testudinem terrestrem natam fuisse. Alioquin Insula Dioscoridis in mari rubro testudinem nemoralem, seu montanam veram, & maximam procreat. Deinde omnes sylvæ Arcadum, vt voluit Pansanias, generant testudines, ex quibus lyræ facilè fabrefieri possunt. Item, ex Plinio, In Desertis Africæ multæ testudines vagantur. Immò in Libyæ quadam parte (in Mauritani) ad mentẽ Strabonis multitudo horum animalium reperitur. De victu meminimus nos legisse testudines Africæ defertam solitudinem incolentes rescido tãtùm humore viuere: cum huiusmodi loca non nisi siccis arenis redundent. Alijs autem in locis frequentant agros, in quibus fruges sunt consitæ: nã olera germinare inchoantia præcidunt, & præcipuè melopepones, xylon, & sesamum appetunt. Quare in Græcia ab olitoribus sæpissimè necantur, & palis sepium affiguntur, quia hortos assiduè populantur. Immò teste Bellonio, nisi ab ipsis interficerentur, nomen illa perimeret: cũ Græci nulla testudinũ carne vescantur. Nicander testudinem montanam ἀνυσσόμυον à cibo appellauit, quia nimirum cytisum libenter depascatur. Quamuis Scholiastes hoc vocabulum ad cytinos, nempe ad flores mali punicæ referat. Addunt, aliqui, quod hæ testudines lumbricos, & cochleas edunt, nec sine ratione, quandoquidem Bruyerus narrat terrestres testudines in hortis suarum regionum ad pestes olerum ad sumendas consultò nutriri. Quidam apud nos in priuatis ædibus has testudines solo furfure, & farina nutriunt.

lib. 8. ca. 19.

lib. 5. de hist. An. cap. 33.

B

lib. 17.

Cytisus cibus testudinum.

lib. 22. de re cib. cap. 7.

C

VSVS IN CIBIS.

Carolus Clusius in Scholijs obseruationum Bellonij narrat, cum per diei spatium moraretur in quadam arce. *Turnizza* nuncupata, cui eiusdem nominis pagus erat contiguus, & circa rusticorum prædia obambularet; multas terrestres testudines palis affixas circa hortorum sepes vidisse. Deinde causã interroganti responsũ fuit has bestias olitoribus valdè esse inuisas: cum hortis maximo sint detrimento. Verùm cum Gallum coquum Bizantio reducem secum haberet, fercula ex illis parari iussit, quæ summa omnium Incolarum admiratione comedit. Dubitabant enim sequenti nocte illum esse interiturum; sed cũ postridie eum incolumen, & alacrem conspicati essent, maiori admiratione oppressi asseuerantius dixerunt, etiãsi, præmij loco, vrbem essent consecuturi, se nunquam huiusmodi carns esse degustaturos. Hinc colligendum est testudines in prædicta regione non esse ediles: cum tamen testudo terrestris in comparatione ad aquaticã sit suauis, & temperatæ naturæ. Quocirca Aelianus has in India cæteris gustui gratiores esse prædicat. Castor etiam Durantes scripsit intet testudines, nemoralem esse meliorem, & præcipuè quando ouis referta est. Sic enim de illa canit.

li. 1. cap. 65.

Testudo vbi non edatur.

D

lib. 1. de Anim.

Carne satis pingui grata, & testudo suauis est,
Si coquitur posito tegmine mollis erit.

Tempus autem edendi has bestias opportunum esse mensem Augusti, & Septembris

mulri

E multi autumãt, quoniam tempore segetum pinguefiunt. Scappius tamen verba faciens de alimento testudinis nemoralis, illam à mense Februarij ad mensem vsquè Maij optimam, sed præsertim fœminam commendat, quia tunc temporis ouorum plena est, mares verò à Iunio ad Autumnum vsquè ediles esse pronunciat. Platina igitur has testudines insecuentem aquam prius inijcit, & a semicoctis testas eximit, interanea abijcit, & iterum coquit, deinde perfectè coctas p pere, croco, & vitellis ouorum dissolutis suffundit. Immò addit esse nonnullos, qui ex alliato eas mirandum in modum commendent. Hodie Bononiæ, testudo terrestris, & præsertim fœmina de- *Bononiæ quo modo coquantur.*
collatur, & toto effuso sanguine elixatur, donec tegmina à carne eximi possint. Post- modum intestina nõ abijciuntur, sed ab excrementis abstersa abluuntur, deinde vnà cũ carne testudinis, croco, pulueribus aromaticis pineis, passulis in vino maluatico diligen ter coquuntur, & mensis inferuntur. Scappius satius esse putat testudinẽ in vase muria F plenp suffocare, vt in illa agitatione caro animalis tenerescat; deinde illam in prædicta muria tandiu elixat, donec caro à testis facilè separetur. Postmodũ hepar à felle segregatum, & oua diligenter exempta a putamine in sartagine frigit, & cum pipere, & succo aurantiorum in eleganti conuiuio commendat. Paritet carnem eodem modo coctã vario embammate cooperit. Amplius docet modum parandi artocreata ex terrestri te studine. *lib. 5. c. 79.* Sumit enim testudinem nemotalem, illamq; sine ebullitione à testis separat, à pelle, vnguibus, & cæteris excrementis optimè purgat, deinde hepar ablato felle, & oua abiecto putaminẽ, in pipere cinamomo, caryophillis, nuce myristica, sale, & modico sachari, succiq; aurantiorum inuoluta in capsa ad id parata collocat, additq; passulas, nepetam, & cæpas frixas cum modico butyri, vel olei in futno percoquit, & in fine co- cturæ per capsæ foramen, liquorem ex sacharo, & omphatio paratum infundit, & huiusmodi artocreata in instructa epularum magnificentia commendat.

VSVS IN MEDICINA.

NEmorales testudines, quia magis delicatæ, & salubres sunt; ad multa medicamenta vsurpari solent. Itaq; Plinius in expugnandis venenis, & refutandis magicis artibus, ex carnibus huius testudinis non modicam de- *Phthisis remedia.*
metendam esse frugem arbitratur. Castor etiam Durantes non valdè recedens à doctrina Plinij, carnes huius testudinis non solum ad venena, sed etiam ad phthisim probat dum inquit:

Mansa phthisim putrem soluit tumidumq; lienem,
Fitq; venenatis ictibus antidotum.

Nec prætet rationem, quandoquidem in Antidotario Bononiensi elegans describitur syrupus tres testudines nemorales recipiens, qui in phthisicis, hecticis, tussiculosis, & diuturno morbo emaciatis, salici cum successu adhibetur. Syrupum etiam de testudine *Syrupus de testudinib.*
terrestri Guaynerius in curatione febris hectica præscribit. Amatus etiã Lusitanus pro puella laborante chronica ventriculi crosione, capitis destillatione, & sicca tussi, remedium huius generis commendauit. Testudines nemorales à tegmine separatas, & vino lotas cum floribus boraginis, capillis Veneris, seminibus melonum, lactucæ, tragacantha, H amylo, liquiritia, pineis, amygdalis, pistacijs in sex libris aquæ ad consumptionem medietatis decoxit; huiusq; decoctionis quinq; vncias cum vna syrupi violati quotidie ægrotanti propinauit. Tandem huiusmodi carnes lepram abolent, si vera scripsit Ioannes Leo, qui agens de nemoralibus testudinibus, asseuerantius dixit carnibus harum testudinum septimum ætatis annũ non excedentium lepram sanari, si septem continuis diebus edantur. Porta; quia hæc testudo corticem flauo, & nigro colore distinctum habeat, ad compescendum sanguinem vtilem esse asseuerat, quoniam blitum eadẽ virtute præditum æmuletur. Immò addit, quia ceruice anguina hæc testudo insignitur, abeas strumas in collo ortas discuti; eiusq; oua illita idẽ præstare tradit. Idem author in Magia naturali, ad sedandam temulentiam carnes huius testudinis præscribit; signaturãq; inde colligit, quia hæc bestia simiæ inuisa sit, cum simia facilè inebrietur. Præterquamquòd frigiditas huius carnis igneam vini qualitatem extinguere possit. Idcirco Vuecherus elegans electuarium recipiens tres vncias testudineę carnis describit, *lib. 2. Ant. spec.*

li. 9. de Afr.

lib. 4. Phys. cap. 6.

lib. 1.

illudquè habentibus ſemen aere præſcribit. Præterea cinis huius teſtudinis cum E
melle, leucomata purgat; quamuis ſcripſerit Rhaſis hunc cinerem in ſollytijs cæ-
citatem generare. Iecur in peſſo tritum aduerſus veteri ſtangulatum, à Galeno in
lib. 2. Euporiſtis laudatur. At fel huius teſtudinis cum melle Attico, vt voluit Plinius,
Glaucomata tollit, & ſcorpionum ictibus inſtillatur. Immò ad mentem Rhaſis, ſi
inſtilletur in nares hæmorrhagia laborantis, ſanguinem ſupprimit. Inſuper ſanguis
teſtudinis terreſtris pro ſanguine teſtudinis marinæ ad medicamenta commendatur:
etenim potus, vt retulit Vuecherius, epilepticis prodeſſe dicitur. Item ad claritatem
lib. 2. Anat. ſpec. viſus conducit. Hinc colligendum eſt à ueritate alienam eſſe ſententiam Rhaſis dicē-
tis collyrium ex ſanguine huius animalis excæcare. Item apud Galenum proponitur
medicamentum ad Artrithicos, & Iſchiadicos, in quod ſanguis terreſtris teſtudinis in-
lib. 7. de cōp. med. ſ. gen. greditur, item aliud ad contuſiones ex ictibus, cui pariter ſanguis huius animalis miſce-
tur, additurq; quòd teſtudo arundine intra clauiculam vtrinq; transfixa iugulari debet. F
Oua quoq; teſtudinis nemoralis à Dioſcoride in exterminando Salamandræ veneno
probantur, eademq; ex Plinio, vlceribus à frigore, vel ab aduſtione ortis vtiliter il-
liniuntur. Demū vrinā huius animalis ad remedia quædā adhiberi poſſe multiariā māt.
Plinius tamen non aliter, quā in veſica teſtudinū diſſectarum inueniri poſſe arbitratur.

DE TESTVDINE AQVÆ DVLCIS, & lutaria. Cap. III.

SYNONIMA, DIFFERENTIÆ, Deſcriptio.

HAec teſtudo à Marcello aquatica ſimpliciter nominatur; cum hoc nomen
omni teſtudini tum in aquis dulcibus, tum ſalſis, tam fluentibus quàm pa- G
luſtribus verſanti commune ſit. Apud Plinium mus aquaticus teſtudinē
in aqua dulci degentem ſignificat. Nam mus marinus, apud eundem, te-
ſtudinem in mari vagantem indicat. Quamuis nonnulli murem aquatilē,
& teſtudinem lutariam idem animal eſſe ſtatuant. Sic enim nominatur, quia in locis,
luto, cænoq; refertis verſatur. Græci has teſtudines ποταμια χελώνια vocant. Alij
Authores Amydas cognominant: hoc nomen inde ortum eſſe opinamur, quia nomen
muris pro teſtudine non quauis, ſed pro aquatili, aut marina vt plurimum vſurpatur
lib 2. de cōp. med. ſec. loc. cap. 2. imitatione vocis græcæ μύς, cuius caſus obliquus eſt μῦδος. Verūm ad denotandam
hanc teſtudinem ſatius eſſet ſcribere ἰμύς: quamuis apud Galenum legatur ἀμύδα, &
apud alios ὠμύδα, quo nomine teſtudinem paluſtrem, vel lutariam intelligunt; Latinè:
Emyda ſcribunt. Niphus mydam dixit quamdam teſtudinem colore luteo, ſed perperā,
cum huiuſmodi animal cortice nigro tectū ſit. At ſi quis teſtudinē lutariam Græcè ex-
primere vellet proculdubio χελώνην πηλαμύδα, ſcriberet, & per aphæreſim ἀμύδα.
Vnde fortè amyda vocabulum apud Latinos dimanauit. Vtcumq; ſit, ſiue prima ſyllaba
per ι, ſiue per α, ſiue per ω proferatur, id potius quàm monoſyllabum μῦς, homony-
Myda Inſula. miæ vitandæ gratia, Geſnero arridere videtur. Alioquin Mydia Inſula: quæ etiam H
Delos, authore Stephano nuncupatur, fortè nihil ad Mydas, vel Emydas teſtudines
attinet. Quoad differentias, Plinius quatuor teſtudinum ſpecies conſtituit, nimirum ter-
reſtrē, marinam, lutariam, & in aquis dulcibus verſantem, quam Græci Emydam vo-
citant. At Theodorus Gaza Ariſtotelis interpres lutariam, & murem aquatilem, ſeu
viuentem in aqua dulci pro Emyda Ariſtotelis intellexit; ideoq; ex doctrina Ariſtote-
lis, teſtudo lutaria à viuente in aqua dulci non diſcriminatur. Sicq; tria tantum erunt
teſtudinum genera. Hancq; ſententiam quotidiana experientia ſtabilire poſſumus:
Lutaria teſtudō differt à fluuiatili. quandoquidem noſtri piſcatores fateutur ſe nunquam, niſi triplicem teſtudinum dif-
ferentiam obſeruaſſe, ſcilicet terreſtrem, marinam, & lutariam, de qua poſtrema in præ-
ſēti capite verba facimus. Etenim lutariæ in locis cænoſis ſtabulantes, aduentante ve-
re, ad aquas interdū fluētes proficiſcūtur. Verū quidē eſt, vt annotat Bellonius, quòd
harū teſtudinū veluti, & marinarū, ratione formæ, aliqua differētia aſſignatur: cū harū
aliæ rotundiores, aliæ verò oblongiores reperiantur.

NA-

A

NATVRA, ET MORES.

HAec testudo locis potissimum cænosis, & palustribus naturaliter delectatur. Propterea Brasauolus Ferrarienſis tradit, quòd aquæ fouearum testudines nigras producunt, cum hæ animantes ad differentiam terrestriũ, nigro cortice refertę sint. Amplius Tigurinus quidam ager est, qui, Gesnero teste, in exiguo lacu iuxta Pagũ Andelfingũ testudines huius generis nutrit. In Gallijs etiam, vt narrat Bruyerus, in quibusdam tractibus paludosis hæ testudines stabulantur. Item Ioannes Leo scriptis mandauit, quòd Constantinæ proximum est quoddã balneũ aquæ calidæ, quæ fluens intra rupes longè, lateq; diffunditur, vbi harum testudinũ copia versatur, quas illius ciuitatis mulieres Dæmones appellant. Immò quoties aliquem corripi febre contingit, statim hanc affectionem à testudinibus B originẽ traxisse arbitrantur. Præterea in Gange etiam Indiæ fluuio, & Nilo, vt recitat Aelianus) vaganturnec sine ratione: siquidem flumina circa ripas, quosdam interdum cænosos gurgites procreant, in quibus huiusmodi animalia stabulari gaudent. Cæterùm aduertendum est, quamuis in aquis degant, tamen identidem, ex Aristotelis sententia, respirant, alioquin interirent. Et licèt dictum fuerit superius solam testudinem inter animalia corticem habentia, renes habere; attamen lutariam vesica, & renibus carere affirmant, fortassis propter tegumenti mollitiem, humor enim facilè diffluere potest. Insuper instinctu naturali, tempore fœturæ ab aqua exeuntes ad loca sicca progrediuntur: vbi ad mentem Aristotelis, effosa scrobe, pariunt ouа, quæ postmodum humo obruta deferunt, dieq; trigesimo locum repetentes detegunt, & continuò ad aquam fœtũ ducunt.

lib. 22. de re cib. cap. 7.

li. 5. de Afr.

lib. 5. de hist. An. cap. 33.

VSVS IN MEDICINA, & in Varijs.

C

PRætermisso vsu huius animalis in cibis: cum liquidò omnibus constet testudines etiam lutarias ad edulia vsurpari, quamuis terrestres semper præferantur. Ad remedia ab ipsis sumpta accedemus examinanda. Nam Plinius hanc testudinem cum modico salis in cõgio aquæ decoqui iubet, vt morbis articularibus medeatur. Demetrius Constantinopolitanus, ad extenuandum accipitrem nimis obesum, carnibus huius testudinis vtitur. Denuò Plinius, quia hoc animal paruo liene refertum sit, hanc carnem lienosis in cibis præbet. Rursus in tussi equorum fedanda, testudinem aquaticam laudat. Amplius cinere huius animalis cremati cum rosaceo mixto, nonnulli ambusta, erysipelata, & podagras calidas sanant. Immò huiusmodi cinis quemadmodum, & cinis ranarum sanguinem implacabiliter fluentem supprimit. Insuper ex Mizaldo, sunt qui instantem grandinem obseruãtes, manu dextra testudinem palustrem supinam circa hortum, vel agrum ferant, & reuerti vnde exierunt, illam humi deponant eadem figura, vt animal nubem grãdine prægnantem intueatur, hacquè ratione illam amoliri conantur. Præter hæc, variæ etiam huius animalis partes varijs affectibus opitulari feruntur. Etenim hepar potum phthisicos adiuuat, & fel ex Plinio, omnem oculorum caliginem abolet. Sanguis etiam huius animalis hemicraniæ occurrit, & veterẽ cephalalgiam, sanat. Propterea Archigenes apud Galenum, ad dolorem capitis eliminandum, prædictum sanguinem fincipiti instillat. Idem præsidium aduersus dolores capitis ex ebrietate, & Solis calore ortos Galenus in Euporistis commendat. Tandem Plinius in expugnanda quartana febre, pinguedinẽ huius testudinis cum aizoo herba, & femine lini contundit, deinde totum patientem, præter caput, ante accessionem illinit. Postmodum addit hanc testudinem crescente Luna, capiendam esse, vt maiori adipis copia prædita sit. Postremo Marcellus Empyricus testudinis lutariæ crus præcidit, & phœnicio inuolutum Ischiadicis vtiliter alligat.

Morbo articulari medetur.

Centur. 4.

li. 7. de cõp. med. sec. loc.

Febris quartanę remedium.

DE TESTVDINE MARINA.
Cap. IV.

SYNONIMA, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

INter Latinos Scriptores Plinius testudinem marinam murem marinum indigitat. Græci, secundum Hesychium, & Varinum χελῶνα dicunt. Aliter secundum Varinum vocatur χέλυδρος, quasi χέλυς ὕυδρος: quod nomẽ pro testudine aquatica vsurpari potest: cũ testudo degens in mari θαλασσόνομος nuncupetur. Alioquin Chelydros propriè colubrum aquę significat, vt in historia Serpentũ explicabitur. Syluaticus testudinem marinam Asfulhasch interpretatur. Albertus narrat quòd Germaniæ, & Flandriæ piscatores hanc belluam militem vocitant, quia scutum, & galeam gestet, deinde Barchoram appellant, nomine fortassis corrupto ab Ostracodermo, vt nonnulli existimant. Immò addit Zytyron animal esse maris, quod Prisci militem cognominarunt: etenim anteriùs figuram quasi armati militis repræsentat; caput enim (vt ille inquit) cute rugosa, & dura galeatum habet, & ab eius collo quoddam veluti scutum dependet. Vnde Albertus, per hoc animal, prædictam testudinem marinam, aut saltem quamdam ei congenerẽ intellexit. Lusitani hanc belluam tartarugam cognominant; cęterę Nationes nomine generis, addita (maris) differentia vtuntur. Itaq; testudines in aquis salsis altæ ab alijs alterius generis discrepantes esse constat, non solum quoad magnitudinẽ, & figuram, sed etiam quia aliò translatæ non viuant. Ratione magnitudinis retulit Scaliger in Taprobana Insula, testudines marinas ita grandes esse, vt vna centum tria pondo penderit; neq; præter rationem, cum Bellonius etiam scripserit in mari rubro testudines ita ingentes esse, vt testa amplam alicuius ædificij ianuam adequet. Amplius tegumentum etiã adeo grande prædicat Aelianus, vt decem leguminum modios capiat. Ratione figuræ apud Troglodytas, testudines cornigeræ esse feruntur. Sed huiusmodi cornua mollia sunt, quibus tanquam remis natando vtuntur. Hoc testudinis genus Plinius Celtium appellauit; sed Hermolaus Barbarus celetum non celtium pronunciari posse asseuerauit. Rursusquè alibi prodidit scribendum esse chelytium à χέλυς, quæ vox testudinem, & pectus significat, quasi huiusmodi testudines magnas, & pectorosas intelligere voluerit. Tandem, re accuratius considerata, in hanc venit sententiam, has testudines celetas, nempe χέλητας dicendas esse, quæ vox apud Græcos genus equitum indicare tradidit; quoniam hæ remigio cornuum nando se adiuuẽt, vt tot equites calcaribus vtentes esse videantur. Aliud genus testudinis marinæ est (inquit Cardanus) quod corio veluti præparato integitur, demptisquè capite, & cruribus, cheli instrumento perbellè assimilatur. Dorsum enim sex veluti tabellis simul iunctis constat, & cauda similis est illi parti citharæ, cui collopes intrudi solent ad tendendum, & laxandum neruos. De hac verba fecit Bouissuetus, dum illam corneam vocat his versibus.

Testudo marina cur Miles dicatur.

Exerc. 196.

lib. 2. obser. cap. 68.

lib. 13. c. 37

lib. 9. c. 10.

lib. 7. de ver. var. c. 37.

In lib. de nat. equat.

Sunt huius dura carnes testudinis ori,
Sunt etenim bubulis carnibus assimiles.
Namq; hęc dura magis, quàm sit mihi prima videtur,
Viribus ast ijsdem, fila, caroq; valent.
Namq; vicem alterius, si absit, coriacea vellè
Supplerit, tantùm proximitatis habent.

Os continuũ pro dẽtibus.

Omnes tamen Authores conueniunt marinas testudines, ratione figuræ duorum esse discriminum: namquè alias oblongiores, alias verò rotundiores, primas pelagias, secundas magis litorales constituunt. His addamus, quòd Bellonius narrat se conspexisse apud Turcas cortices testudinum Indicarum pellucidos, & coloris chrysolithi, ex quibus auro exornatis capuli gladiorum conficiuntur. Demùm Pausanias has testudines, præter magni-

magnitudinem,& pedes,terreſtribus aſſimilat Loco dentium, vt optimè animaduertit Bellonius,os ita durum poſſidet,vt craſſiſſimos aſſeres erodat. Nos annis elapſis,in os vnius,quæ Bononiam delata fuit,craſſum baculum impoſuimus, qui vnico dentiũ ictu illicò præciſus fuit. Oppianus huic animali crebros dentes attribuit,ſed ſortaſſis,dentiũ nomine,roſtri margines intellexit,quos in icone cranij hoc in loco picti Lector intueri poteſt. Oculi fulgorẽ procul emittunt,quorũ pupillæ, ad mentẽ Aeliani,candidiſſimæ, & ſplẽdidiſſimæ eſſe perhibẽtur. Pauſanias huic beſtiæ pedes Phocæ ad progrediendũ ineptos aſſignat;cum alæ potius videantur,quibus tanquam remis ad natandum vtitur. Vngues tamen robuſtos poſſidet,ſi vera ſcripſit Albertus. Vt autem omnia clara à lectoribus conſpiciantur,præter effigiem cranij,libuit etiam teſtudinem marinam pronè, & ſupinè pingere. *li. 1. de piſc.*

Cranium Teſtudinis marinæ ore clauſo.



Teſtudo



A

NATVRA, LOCVS, PARTVS.

ESTudines marinæ ab aqua seclusę diu viuere non possunt: quãuis, ex Plinio, tanquam vituli marini in terra identidem sonum capiant. Immò, ex eodem authore, in superficie aquarum resupinatæ dormientes, & stertentes sonum quendam edunt. Præterea ad mentem Aristotelis, sępè in tereunt, quotiescunquè innatantes Solaribus radijs siccantur: tũc enim in gurgitem deferri minimè queunt. Ità nantes, ad hauriendum aerem, tantisper caput exerũt, quòd vituli marini etiam præstant, naribus enim inspirant, cum brachiis careãt. Præterquamquod pulmones carnosos, & sanguine prędítos habent. Cęterùm si caput huius animalis amputetur, confestim nõ moritur, sed vt voluit Aelianus, oculos mouet, & manum mordet, si propius admouearur. Alioquin ex Oppiani sententia, audacissimũ est animal, itaut trés homines adoriri non dubitet. At resupinata inualida redditur, cum surgere nequaquam possit: Viuunt hęc animalia cochleis, pisciculis, & ad terram etiam exeuntes, herbam depascuntur. Passim in aquis salsis strabulantur, & Pausanias in Atticis, circa Moluridem has præcipuè versari attestatur. Immò saxa Molurìdi adiacentia infamia, & scelerata appellat, quoniam ea Sciron accoleret, qui quoscumq; apprehendebat hospites in mare præcipitabat, illos verò testudines adnatantes conficere dicebantur. De fœtura horum animalium prodidit Aristoteles, postquam egit de generatione terrestris, & lutariæ testudinis, hanc, è mari tempore partus, egredi, & copiosum ouorum numerum enitì; cum aliquando oua centena ouis auium cohortalium similia, nempe gallinarum, anatum, vel anserum, pariat, tetraquè obruat, & noctibus tantummodo incubet. Verùm maximus horum animalium amor erga fœtus curam ex eo cognoscitur, vt recitat Aelianus, quia postquam in molli arena oua inhumauerint, locum pedibus imprimunt, vt reuertentes locum statim recognoscant. De hoc in quinta parte historiæ Americæ legimus, quòd testudines, more crocodilorum, in arena oua sepeliunt, quæ postmodum tepore Solis concocta excluduntur. Ad rem narrat Petrus Martyr, quòd in lævo Hispaniolæ latere Insula est, *Alambellus* appellata; vbi admiranda de Marinis testudinibus obseruantur: reiectum enim egesta in profundã scrobem arena, ter, & quater centum oua sepeliunt, sed de sobole nihil solicitæ ad maria regrediũtur. Vnde statutis diebus, veluti è quadam myrmetia testudinum multitudo solo calore Solis, sine vllo patentum adminiculo, generata pullulat.

lib. 8. de hist. An. cap. 25.

lib. 13. c. 36

lib. 5. de hist. An. cap. 33.

lib. 13. c. 36

lib. 9. Dec. 3

B

C

CAPIENDI RATIO.

HAec animalia multifariam coerceri possunt, sed maximè quando in pelagi superficie fluitantia, sui quodammodo oblita, siccato à radijs Solaribus cortice mergi nequeunt: tunc enim piscatorum prædæ cuadunt. Ideo in historia nauigationis in Brasiliam legimus, quòd Sol testam horum animantium adeò accendit, vt vim incendij pati non valentes, se ad calorem temperandum, inuertant. Quod eminus conspicati piscatores, cymbis confestim accedunt, & manu ferrea commissuræ testarũ immissa, quatuor aut quinq; hominum adminiculo testudinẽ in phaselum pertrahunt. Aliteretiam facilè capitur, si quis nando illam subiens inuertat, nam ad pristinum statum non ita cito redire potest. Vt plurimum tamen ad harum capturam, tres piscatores adnatant, duoque testudinem in dorsum vertunt, tertius supinæ laqueum injicit, deinde cuncti vnanimes illam ad litus pertrahunt. Albertus scribit has animantes pisciculis delectari: ideoq; his filo alligatis deceptas irretiri. Hic modus non valdè discrepat à captura Indorum, qui Reuerso pisce vtuntur. Hunc enim secum in cymbis ferentes, data occasione, longo funiculo alligatum in mare dimittunt. Reuersus igitur summa alacritate in testudinem impetum faciens, eiusq; lateri se se affigiens valdè stringit. Illa autem à paruo pisce comprehensa maxima agitatione per mare mouetur, & tandem ad litus vnà cum Reuerso tendit. Quare piscatores collecto in cymbam funiculo accedentes in arenam transiliunt, & testudinem inuertentes malleis ferreis mactant. In mari Phœnicio sine difficul-

D

Manu ferrea vtuntur.

Reuersus piscis.

E difficultate coercentur (inquit Plinius (nam statuto anni tempore, flumen Eleucherum petentes in retia à piscatoribus laxata ad irretiendos pisces ingrediuntur, magna sæpè eorum iactura: etenim retia lacerant, vnde, & ipsæ, & alij pisces euadunt. Deniq; Vuecherius tradit, ex Tarentino, accipiendas esse drachmas sex salis ammoniaci, adipis vitulini tantumdem, & cum drachma vna æreæ componēdum esse pharmacum, quo ferramenta forma fabrorum illiniantur, nam illis admotis testudines marinæ sponte accedent, & capientur. *li.7.de ſec.*

VSVS IN CIBIS.

SCriptum reliquit Bellonius in suis obseruationibus, quòd olim Arabes, & Armenij christicolæ carnes testudinū marinarū gustare non audebāt, non quia illarum suauitatem ignorarent, sed quia Patriarcha Alexandrinus omnes huiusmodi carnibus vescentes anathematismi fulmine petijt; sed ab illo postmodum soluti, nunc illis carnibus in instructis commessationibus vtuntur. In historia nauigationis in Brasiliam legimus, quòd marinam testudinem aliquando capiebant, quæ sola octuaginta hominibus cænantibus satisfaciebat: carnes enim laridulis distinctas, & tostas comedebant, saporemq; vitulinæ carnis similem iudicabant. Propterea Scappius scriptor Italicus has carnes in singulari epularū F apparatu commendat; dummodo hæ animantes debito capiantur tempore, quod à Vere ad Autumnum vsquè perdurat. Immò ex his artocreata concinnat, quæ in sumptuosis cænis maximum eoquo honorem conciliare solent. At quia huiusmodi carnes cæteris sunt duriores, & præcipuè quando à corticibus sine elixatione eximuntur, quapropter carnem minutim mendis, & in aceto, de fruto, sale, aromatibus, & allio per spatium saltem quatuor horarum infundit, deindè carnes pulueribus aromaticis insperſas in capsula ad id parata cum cæpis frixis, modico serpilli, & maiorancę coquendas collocat, & circa finem coctura per foramen artocreatis instillat primum illius liquoris, in quo carō testudinis prius infusa fuerat. Hæc autem artocreata perfectè cocta in quibuscumq; epularum lautitijs vsurpari posse asseuerat. Tandem hepar, & oua huius marinæ testudinis eodem modo, quo oua terrestris, coquenda esse affirmat. *lib.2.ca.68* *lib. 5. de re cib.ca. 180.* *Artocreata ex marina teſtudine.*

VSVS IN MEDICINA.



OMnes ferè huius animalis partes humani corporis affectibus plurimùm conferre multi authores testificantur. Inchoantibus igitur à capite primò sese offert cerebrum, ex quo Hippocrates cū croco, & sale ægyptio componit pharmacum, quod ad vterum aperiendum supponit. Oculi quia fulgorem iaculantur, & animali pereunte (Aeliano authore) horum alter clausus, alter apertus remanent: hinc Porta signaturam colligens, horum pupillas auro inclusas, si gestentur, ad claritatem oculorum valere promulgat. Carnes huius bestiæ cum carnibus ranarum Plinius in profligando Salamandræ veneno probat; quamuis Nicander aduersus idem venenum has carnes cum fusilla cocta præscripserit. Prædicatur etiam omnes morsus Ferarū, & aspidū sanare dicatur. Idcirco remedia Dorothei descripta à Galeno sanguinem testudinis matinæ exiccatum recipiunt. Dioscorides hunc sanguinem cum leporis coagulo, & cymino in mero contra serpentum morsus, & venenum rubetæ celebrat. Paulus Aegineta prædictum sanguinem aridum cum cymino syluestris demorsis à vipera sumi iubet. Auicennas quoq; hunc sanguinem cum coagulo, nulla cymini facta mentione, ad venenatos morsus, & ad extinguendum virus cuiusuis herbæ lactariæ commendat. Præter venena, in alijs etiam affectibus hic sanguis probatur. Etenim, ex Plinio, si per annuum spatium hoc sanguine dentes collinātur, à dolore immunes seruatur. Item si cū lacte mulieris in aures instilletur, otalgiam auferre dicitur. Immò in Epilepsia (eodē Plinio teste) est ex vsu: si in polline frumenti exhibeatur. Serapio, in simili affectu, hunc sanguinem medicamentis admiscet, quod *li.1.de mor b.mulier.* *lib. 5. Phyt. cap. 26.* *li.2.de An tid.* *Dentes à c'o lore ſeruan tur immunes.*

Cælius

A

In Hippiat. grec. c. 109.

Cælius Aurelianus inprobat. Verùm ad epilepsiam iumentorũ, Absyrtus dimidiam cotylam prædicti sanguinis cum pari portione aceti, & vini, admixta drachma liquoris cyrenaici in nares vtiliter infundit. Deniq; ex Columella, aduersus Malidem morbum pestilentem boum, prædictus sanguis eum myrrha, thure, & cassia adhibetur. Præter sanguinem, hepar quoq; ad purgamenta puerperij iuuanda commendatur: territur enim in lacte muliebri, deinde eum vnguento irino, & vino subigitur, postea, ad mentem Hippocratis, supponitur. Amplius fel ad suffusiones vtile probatur à Plinio. Immo apud Galenum legitur remedium Aelij Galli ad suffusiones salutare, quod drachmas octo prædicti fellis recipit. Bouillettus verò omnes virtutes prædictarum partium testudinis infrascriptis versibus comprehendit.

li. 1. de morb. mulier.

Carne satis pingui grata, & testudo suaui est,
In multis cuius commodus vsus erit.
Numerum diras multum valet in Salamandras,
Addita si vala carnibus vnà fiet.
Sanguinis alopecia, capitis q; mala vlcera cedunt,
Mixtusq; antidotis saptus ille fuit. B
Fel cum melle oculis valdè censetur iuuctum
Vtile, nam hos multis liberat à vitijs.

lib. 6. ca. 36.

Præter hæc, testes etiam huius animalis sumptos commoditatis plurimum afferre demorsis à Serpentibus tradit Dioscorides, sed ad iuuandam conceptionem, sumunt partem inter anum, & pudendum existentem, illamq; comburunt, deinde cum lacte mulieris masculum alentis miscent, & ex sententia Hippocratis, vtero infundunt. Ad finem oua huius testudinis, ad mentem Dioscoridis in exterminando Salamandræ vaneno laudantur. Alij pro sanando morbo lunatico hæc oua patienti edenda exhibent.

VSVS IN VARIIS.

lib. 2. Obser.

C

DVm testudinum marinarum differentias examinabamus, ad mentem Bellonij retulimus, ex harum testis pellucidis gladiorum manubria apud Turcas fabrefieri. Olim etiam his postes exornabantur, vt recitat Virgilius dum inquit.

lib. 2. Georg.

Nec varies inhiant pulchra testudine postes.

Infantes quoq; recenter nati in testa superiori tanquam in pelui lauabantur. Vnde (annotante Cælio) Clodio Albino factum est Imperij præsagium, dum, eo in lucem exeunte, testudo mirandæ magnitudinis patri à piscatore allata fuit: Præterea Cadamustus agens de regno Gambre, magnarum testudinum meminit, quæ vsum clypei facilè subire poterant: quare tradit Author innominatus in Itinerario Hierosolymitano has testas à Saracenis emi, quibus scutorum loco vtuntur; cum nullis ferri ictibus cedant. At Solinus scribit in mari Indico tam grandes esse, vt testis duabus superna parte iunctis, & inferna diductis, vulgares Indi suas ædes construant. Ad rem narrat Aelianus in Taprobana Insula, in qua non Vrbes sed quingenti, & septingenti vici sunt, ædium culmina ex corticibus testudinum, quæ in eo mari procreantur, compacta esse: sic enim non solum Solis ardorem, sed etiam pluuiarum impetum arcent. Immò in tali opere, huiusmodi tegumenta magnifacienda sunt, quandoquidem non vt regulæ franguntur. Demùm ex Diodoro Siculo, Populi cholonophagi prædictis corticibus veluti cymbis ad Continentem nauigant, & ijsdem pro validis aquarijs, & pro tentoriis vtuntur: cum natura huiusmodi populis admodum opiculata fuerit, vt vna res, veluti testudo marina vario vsui accommoderur; hæc enim pro cibo, vase, naui, & domo vitam adiuuant.

Pro Clypeo testa adhibetur.

lib. 13. c. 38

D

lib. 4.

L. D. D. Q. S. V.

INDEX

QVADRVPEDVM DIGIT. VIVIPARORVM, & Ouiparorum, aliarumq; rerum memorabilium, quæ in hoc opere tractantur, necnon diuersarum linguarum copiosissimus.

Prior numerus paginam, alter literam marginalem indicat.

ABBAS Gerosmus Leonem sanat 20 d.
Absyrtus habuerat Leonem mactat 29.f.
Abstemij quomodo fiat 38.a.606.d
Abortionis remedium 325.b. 380.a. 420.a. 478.b.
Acanthi species 77.b.
Accipiter rubetarius 616.c.
Accipitris penna, vt eius muteatur. 617.f.
Academiæ simulacrum 298.d.
Acanthocharos 471.c.
Acanthus caninus 504.a.
Adarpis 383.c.
Aenigmata Leonis 54.a.b. Pardi 83. f. Tigris 114.b. Muris 427.b. Testudinis 699.a.
Aegopithecus 333.b
Aer vbi facilè corrumpatur 299.d.
Aeluros animal 564.d.
Aeluropus herba 572.c.
Aelurogonon herba 572.d.
Aelurion herba 572.d.
Affiata quid 450.b.
Agredula 622.b.
Agrioleontes 8.a.
Albaginum remedia 675.b.
Alexandria olim Leontopolis 28.b.
Alopecia remedia 140.d. 218.b. 377. f. 438.a. 457.b. 514.b. 453.b. 454 455.f. 631.b. 803.c. 470.a. 582.g. 691.g. 704.f. 678.c.
Alopecia Insula 207.f.
Alopecia morbus 207.g.
Alopecus 206.b.
Alopix viri nomen 211.g.
Allium Pantheris inimicum 75.f.
Allium caninum 504.b.
Amor iuuenilis qualis 52.a.
Amarum quatuor species 40.a.
Amatorio quo dissoluantur. 676.c
Amazonum cibus 633.f.
Amydu 710.g.
Animi bellicosi signa 24.c.
Animalia bonum odorem spirantia 86.b.
Animal stellatum Plinij 639.b.
Annulus ex dente Hippopotami 193.g.
Anubis Deus Aegypti 258.c.
Angina remedia 390.b. 433.c. 531.f. g. 604 a. 620 b.
Anethum bufonum 636 b.
Apalogi leonis 50. b. Pardi 83. b. Tigris 114 d Vrsi 136. b. Lupi 164 c. Vulpis 219.c. Simiæ 238.c. Mustelæ 318.d. Leporis 369. f. Cuniculi 389.c. Sciuri 402 b. Muris 429 f. Talpæ 455. b. Echini. 467.c. Conis 512.d. Ranæ 598 d. Testudinis 698.f.
Apophtegmata Leonis 53.f.
Apoplexia remedia 27 b.
Apollo Licius 157.g. (504.a.
Apocynum herba, & officinarum rubea
Apium rauinum 596.c.
Apium bufonum 616.b.
Aqua spermatis ranarum quomodo pareant 606.b.
Aquilæ chelonophagæ qua 697.b.
Archoleontes 8.a.
Arcopus 130.b.
Arctadendros 130 c.
Arctophylax 130.d.
Arctopithecus 233.b 259.b.
Arbor vulpis 206.d.
Arthritidis remedia 217. f. 435.c. 581 f. 620.a. 697.b. 712.c.
Artis sphygmicæ origo 229.c.
Arimos 226.a.
Armellinæ 307 b. 308.d. 313.f 445 f
Ars Indorum capiendi Crocodilos. 684 b.
Artocreata ex marina testudine quomodo parentur 717.b.
Artocreata ex vnius quomodo parunda 603.g.
Asthmatis remedia 289.g.
Astragynos 506.b.
Atriplex caninum 504.b.
Auarus Leoni feni similis 36.a.
Simia assimilatur 240.c.
Audacia signa 24.c.
Aniculo Crocodili assimilatur mortis 683.c.
Aulicorum conditio 53.c.
Aurium vlceratarum remedia 530.c
Auricula Lupi herba 155.f.

B

Bacchus in Leonem versus 48.d.
Bacchæ cur Panthera sacra 84.c
Bassarens qui 206.b.
Balsamum solinum herba 572.d.
Batrachium, & Phœnicium quæ loca 596. d.
Batrachomyomachia 596.d.
Batrachites lapis 597.c.
Batrachion Chymistarum, quid sit 597.c.
Balnia 108.a.
Bellota 331.g.
Bellus quis 331.g.
Beneriissus 277.g.
Bestia ob Vesis denominata 230.a.
Blatio quid 450 b.
Boophagus 178.b.
Bos marinus 781.g.
Branco Leonis herba 47.g.
Branco Lupinus 155 g.
Bronchoceles remedia 457.g.
Bufo auis 607 f.
Bufo tumoris genus 607.f.
Bufo fossilis 608.c.
Bufo symbolum ouaritiæ 619.b.
Bufonis etymum 607. f. Differentia 608.b.
Bufones nigri qui 609 f.
Bufonum icones 609.f 611.612.
Bufones in vtero mulieris generantur 617.g.
Bufones quomodo in humanis intestinis procreentur 617.b.
Bufones nigri cuius fuerint symbolū 619.g.
Bufones vbi odiles 622.f
Bufonites lapis 616.c.
Bufocongrus piscis 616.a.
Bugio quid sit 226.b.
Bulimi remedio 414.a.
Buxie quid 226.b.

INDEX.

C

Caphos Leucogiz dictus 34.b
caliga ex pelle canis 535.c.
Calybrix 245.g.
Canis piscis 482. d.
Canis sydus 483. d.
Canis veri nomen 483. e.
Canis varia 483. f.
Canis fluuius 483. g.
Canis talorum facies 483. b.
Canis vinculum ferreum 483. b.
Canis instrumentum minoris bombardæ 484. e.
Canis etymum 484. b. Differentia 484. d. Mores 485. g. Vox 488. a. Coitus, & partus 486. d. Ætas 488. c. Cibus 489. f. Antipathia, & sympathia 489. h. Anatomica 490. c. Physiognomonica 491 a. Epithets 500. d. Denominata 502. & seq. Prouerbia 507. b. Problemata 510. d. Fabulosa 512. b. Apologi 512. d. Miracula 514. a. Mystica 515. b. Moralia 516. d. Nomismata 519. g. Hieroglyphica 519. b. Emblemata 520. c. Insignia gentilitia 522. c. Epitaphia 524. a. Historica 525 g. Prodigia 526 c. Visiones, & somnia 527. f. Monstra 527. b. Simulacra, & statuæ 528. b. Vsus in cibis 529. b. Vsus in medicina 530. b. Vsus in sacrificijs 532 b. Vsus in ludis, & supplicijs 532. d. Vsus in bello 533. g. Vsus in vectione 533. b. Vsus in varijs 534. b.
Canis retinendi, & fugandi ratio 500. a.
Canis causa occisi 496. c.
Canis ingenium & docilitas 491. b
Canis fidelitas 492. d.
Canis ægritudines, et medelæ 498. a
Canis audacia 485. g.
Canis quis patrem referat 487. b.
Canis, & Pyrrhi historia 495. f.
Canis marsupij custos 496. b.
Canis cunilingus 536. a.
Canis latratus quomodo inhibeatur 534 d 535. e.
Canis melitensis etymum, & locus 540 b. Differentiæ, & natura 540. d. Icones 541. 542.
Canis venatici differentiæ 543 f. Origo 544 b. Cibus 544. d. Icon 545. Natura 546. a. Electio 546. c. Educatio 547. e. Ægritudines, & medelæ 547. h.
Canis venaticus quo in loco seruandus 547. f.
Canis Vertagus 548. b.
Canis Agasæus 551. f.
Canis poaticus qui 277. f.
Canis fluuiatilis 277. f.
Canis rabiosi morsus remedia 444. e
Canis rabiosi medicina 536. g. Icon 537.
Canis leporarij conditiones 548. b. Icones 549. 550.
Canis bracchi etymum 551. f.
Canis sagacis Differentiæ 551. f. Descriptio 552. a. Icones 553. 554. 555. 556.
Canis sagax vt assuefiat quid agendum 552. b.
Canis furum deprehensor 551. b.
Canis Villaticis conditiones 557. e.
Canis nauticus 557. f.
Canis pecuarius an fœmina, vel mas eligendus 557. g.
Canis vastitinus quis 557. g.
Canis pastoritij cibus qualis 557. b.
Canis bellicosi conditiones 558. b. Icon 559.
Canis bellicosas quomodo ad pugnã instruatur 558. b.
Canis inutilis differentiæ 558. c. Icones 560. 561. 562. 563.
Canes meæsales qui 558. c.
Canes villatici apud Turcas quales 557 f.
Canes quomodo fiant alacriores ad congressum 541. e.
Canes dolsuary 534. a.
Canes sepulcrales 533. e.
Canes quidam defunctis heris perennt 495. b.
Canes alopecides, & castorides qui 487. f.
Canes fata vocantur 483. f.
Canes dæmones terrestres 483. g.
Canum varia nomina 506. c.
Canniculus, & canicula 484. c.
Canicula agilis qua 261. b.
Caniculares herbæ 504. b.
Canaria herba 503. b.
Canica qua 506. b.
Canicies nomen barbarum quid significet 535. b.
Canicies quomodo impediatur 535. e
Capilli quomodo deatgrẽtur 637 f.
Carmina leonina quæ 28. c. d.
Caro Pardi edilis 87. f.
Carcinomatis remedia 140. e. 605. g. 57 b. 691. g.
Castor viri nomen 276. b.
Castor mergi species 276. b.
Castoris etymum 276. d. Tumores qui 278. c. Icon 279. Ingenium 281. b. Vox 282. b. Locus 282. c. Victus 283. f. Capiendi ratio 283. b. Anatomica 280. a. Moralia 285 g. Emblemata 286. b. Hieroglyphica 287. f. Simulacra 287. g. Vsus in cibis 287. b. Vsus in medicina 288. b.
Castoris cicuratio 280. d.
Castor vetulus quomodo cognoscatur 284. b.
Castorei anatomẽ 288. c. Adulteratio 288. c. Succedaneum 289. f.
Castoreum quid 284. d.
Castoreum tinctura genus 285. c.
Castoreum tripudij genus 285. c.
Castoreũ vtrum sit vocata 288. d
castoream in qua medicamenta ingrediatur 290. d.
castorides animantes qui 284. c.
catus montanus 64. g.
catus parvus 91. b.
catus aquæ 293. b.
catus fœtus 329. f.
catus Hispanus 330. a.
catus Zibethicus 340. c. 572. b.
catus anis 564. b.
catus machina militaris 564. b.
catus nauis genus 564. c.
catus maris 572. c.
catus ferus, vel feralis, vel syluestris 582. c.
catus cognomen 572. b.
cati etymum 565. f.
cati populi quidã Germaniæ 572. b.
cati fons vbi 573. c.
cati arboris salicis, & populi 571. c
catophractum quid 478. d.
cauda Leonis herba 27. b.
cauda Lupi herba 155. f.
cauda Vulpis herba 207. c.
caudiuerbera descriptio 665. c.
cauponis cuiusdam historia 495. c.
cauſidici chamælcõtes dicunt 674. d
capa canina 504. b.
cibus 144. c. 245. b.
cebalus 335. c.
celon 694. c.
cemi Idolum 46. c.
cepus 244. c.
cephalalgiæ remedia 217. b. 434. a. 711. d.
cercopitheci etymum 244. b. Differentiæ 245. c. Varia icones 246. 247. 248. 249. Docilitas 250. b. capiendi ratio 251. c. Antipathia 251. f Moralia 251. g. Simulacra 251. b. Vsus in cibis 252. a. Vsus in ludis 252. b.
cercopithecus 226. a.
cercopithici odoriferi 245. f.
chalcis nomen aquinocum 637. b.
chamæleon herba 668. c.
chamæleontis animalis etymum 668. d. 669. e. Differentiæ, & descriptio 669. f. g. Icones varia 670. 671. Natura 671. g. Antipathia 672. b. Locus, & cibus 672. c. Emblemata 673. g. Moralia 674. b. Vsus in cibis 675. g. Vsus in medicina 675. b. Vsus in varijs 676. b.
chamæleon cur varios colores acquirat 671. b.
chamæleõ an aere nutriat 673. e. f.
chamæleon vbi edilis 675. g.
chamæleon animal aphonum 676. c.

INDEX.

Cõmaleon delicijs mundi assimilatur 274. c.
Chamaleon dono datus 671. g.
Chaos 21. e.
Chelonia gemma 697. a.
Chelonites ibid.
Chelonion planta 697. b.
Chelitchelonis ludus 697. d.
Chelonophagi populi 718. d.
Chimera descriptio 55. b.
Chimera icon 56. a
Chimera fabula 55. b.
Chirotheca ex pelle canis 535. e.
Chytra ludus 697. d.
Cinctus 140. b.
Cines quidam Romani canes dicti 503. d.
Clauis pedum quomodo eradicentur 617. c. 646. c.
Clana quid sit 225. b.
Clypeum Agamemnonis quale 46. d.
Color leonacus unde dictus 28. b.
Color mustelinus 819. c.
Colica affectionis remedia 171. f. 378 a. 447. g. 289. 306 c. 543. g.
Conæ quid 49 c.
Cogitatio prauæ rei assimilat 233. c
Cor lupinum herba 155. b.
Cordylus quadrupes 665. g.
Crocetus 326. c.
Crimen stellionatus 656. a
Crapula hieroglyphicè monstrata 636. c.
Crocuta 178. b.
Crocodilus terrestris 658. c.
Crocodilus minor ibid.
Crocodilea ibid.
Crocodili etymum ibid 677 f. Differentia 677. b. Natura 672. b Locus, & victus 681. c. Coitus, & partus 681. b. Antipathia. & Sympathia 682. c. Gaudendi ratio 685. g morsus, & medela 684. d. Denominata 685. c. Prouerbia 683 b. Hieroglyphica 686. a. Emblemata 687 c. Numismata 688. b. moralia 688 d Simulacra 689. b. Vsus in cibis 690. d. Vsus in medicina 691. f.
Crocodili nomen Aegyptium, & Indicum 677. g.
Crocodili odorati 678. a.
Crocodili Ombitarum quales 680. d
Crocodilus fugit persequentes, & persequitur fugientes 683. a.
Crocodilus hirudinibus vexat 683. g
Crocodilina quæstio 685. f.
Cucurbita canina qua 504. b.
Cuniculus meatus subterraneus 382. b
Cunicula herba 382. c.
Cuniculi etymum 382. d. Differentia 385 b. Natura 384. c. Coitus, & partus 386. a. Locus 386. d Villas 387 f. Capiendi ratio 387. b. Denominata 388. c. Emblema 388. d. Apologus 389. e. Vsus in cibis 389. f. Vsus in medicina 390. a.
Cuniculi cinerei icon 385.
Cuniculi Indici differentia 380. d. Natura 392. d. Vsus in cibis 396. a Varia icones 392. 395. 504-595.
Cuniculus cucurbitarius 479. c
Cupiditas nefanda lacri 495. f.
Cutis vitiata remedia 661. d 662. a
Cynocephalis etymum 253. c Differentia 253. Icones 254. 255. Natura 256. a. Vox 256. c. Cibus 256. d. Hieroglyphica 257. f. Denotata 257. b. moralis 258. b. Simulacra 258. c. Emblemata 259. c. Vs° 259
Cynocephalion 503. g.
Cynocephalea herba 503. b.
Cynopotamus 503. f.
Cynoglossas ibid.
Cynoglassa 505. b.
Cynomia 503. f.
Cynomorphon 503. g.
Cynomazon 504. c.
Cynomorion 504. c.
Cynomoron ibid.
Cynocardamon 504. b.
Cynopsis 505. b.
Cynoratites 505. f.
Cynosorchides 504. c.
Cynorhodon 504. c.
Cynoplon 505. c.
Cynosarges 505. f.
Cynosura 505. g. 506. b.
Cynossema 505. g
Cynotaphium ibid.
Cynanthropia 504. d.
Cynanche ibid.
Cynozylon 504. c.
Cynia 504. b.
Cynura 505. f.
Cyonis Dea 532. c.
Cyfocrene 506. b.
Cyetsus cibus testudinum 708. f.

D

Damula 108. c.
Dasypus 348 b. 585. c.
Dens canis herba 503. b.
Deas leonis herba 27. f.
Dentalia marina 472. c.
Dentitionis remedia 570. c. 170. c. 377. g. 550. c. 551. c.
Deatiam mobilium remedia 704 f.
Desidiosi quomodo exercendi 52. a.
Decipula vulpium 204. b.
Dæmonium leoninum quid 28. b.
Diabolus quando dicatur leo 55. c. quando pantbera 79. c.
Dicta alata vbi 46. b.
Diascincon 665 b.
Dilytea 295 g.
Diogenes cur cynicus dictus 502. c.
Diophrynon 621. c.
Doloris capitis remedia 711. c.
Doloris Iliaci remedia 171. f.
Domiporta 694 c.
Dracones domorum 651. b.
Dryopeter, seu Dryophytis 622. b.
Dysenteria remedijs 298. a. 378. b. 379. c. 380. a. 533. f. 605. b.

E

Ebrietatis remedia 709. d.
Echinus marinus 459. c.
Echinus membrana 459. g.
Echinus Platanus ibid.
Echinus placenta 459. b.
Echinus vasis genus ibid.
Echinus morbus 460. a.
Echinus frutex genus 460. a
Echinus herba 459. g.
Echinus tegmen castanea ibid.
Echinus lapis ibid.
Echinus armilla 460. a.
Echinus vrbs ibid.
Echinus pars epistylij ibid.
Echinus terrestris etymum 460. b. Differentia 461. c. Natura 465. c. Locus, & cibus 465. b. Antipathia 464. b. Anatomica 401. b. Epibeta 464. c. Denominata 465. Emblemata 465. b. Prouerbia 466 b. Apologi 467. c. mystica. & moralia 467. Simulacra 468. b. Vsus in cibis 469. d. Vsus in medicina 469. f. Vsus in varijs 470 c.
Echini Brasilitani Differentiæ 479 c. Locus, & cibus 479. b. Icon 480. Vsus in varijs 481. g.
Elephas mariaas 181. g.
Elutriare unde dicatur 292. d
Elephantiasis remedia 488 b 662. a
Emblemata Leonis 17. g. Pardi 21. g Lynces 99. b. Tigris 113. g. Vrsi 136 d. Lupi 160. c. Gulonis 179. g Simiæ 216. d. Cynocephali 259. c. Tauri 273. g. Castoris 286. b. Lutræ 297 f Ichneumonis 303 g. mustelæ 320. a. Leporis 367. c. Cuniculi 388. d. Felis 376. g. Sciuri 401. b. muris 431 f. Echini 465. b. canis 520. c. crocodili 687. c. Testudinis 700. g.
Emyda 710. g.
Enydris vel Enhydris 293. g.
Epilepsiæ remedia 140. b. 377. b. 657 c. 379. g. 434. a. 531. g. 605 b. 636 670. c. 217. f g b. 324. b. 345. g. 389. f 297. b. 718. b. 710 c. 704. f. 675 b. 718 a. 717. d. 662. d. 657. f
Epitaphia leonis 37 g 42. c.
Epitaphia canum 524. a.
Epispbora remedia 636
Equa lupifera qua 155. c
Equus fluviatilis 181. f.
Equus Niloticus 181. g.
Equites arborum 582. c.
Eres animal 460. d.
Erinaceus. & Ericius 460. c.
Euippus à leone necatus 21 f.

F

Faciei remedia 87. b. 379. c. 434. b. 470. a. 530. d. 636. 140. d. 617. g. 662. c.

INDEX.

Faciei lentigines quomodo auferantur 613 b.
Familiæ à Leonibus cognominatæ 26 d. *à Lupis* 157. g. *à Vulpib.* 207 b. *à Taxis* 272. a. d *Leporib.* 363. h
Fascini eorum remedia 499. b.
Febris incēdium quomodo extinguatur 623 f.
Febris hectica remedia 623. f.
Febris typica remedia 646. e.
Febris quartana remedia 178. e. 190 a. 603. b. 604. b. 377 b. 434. a. 531 b. 581. g. 620. d. 637. e. 639. f. 662. b. 676. a.
Febris simplicis remedia 37. b. 457. b
Febrientis bōis hieraglyphica 37. e.
Felis etymum 564. d. *Differētia* 565. b. *Icones* 566. 567. *Natura* 568. a. *Locus, eibus, atas* 569. a. *Coitus, & partus* 569. g. *Antipathia* 570. a. *Hieroglyphica* 574. b. *Venenū, & medela* 571. e *Epitheta* 571. b. *Denominata* 572. b. *Proverbia* 573. f. *Physiognomonica* 570. d. *Problemata* 574 e. *Emblemata* 573 f. *Præsagia, & astenta* 573. b. *Fabulosa* 576. b *Moralia* 577 f. *Monstra* 577. g. *Monstrorum icones* 578. 579. *Simulacra* 580. a. *Vsus in cibis* 580. d. *Vsus in Medicina* 581. f. *Vsus in variis* 581. b.
Felis zibethi 330. c.
Felis piscis 564. b.
Felis marina ibid.
Felis Syriaca quæ optima 566. a
Felis animal mundum 568. b.
Felis aquam abhorret 570. b.
Felis sanguis herba 571. c.
Felis sylvestris differentia 582. c. *Descriptio ibid. Icō* 582. *Locus, eibus, & capiendi ratio* 583 a. *Vsus in variis* 584 c.
Fali quadrupet simil is 584. d.
Feles cur noctu videant 568. b.
Feles cur excrementa hument 574 c
Feles cur adversus impetum semper transire contendant 574. d.
Feles sylvestres ediles 580. d.
feles volantes qui 582. e.
Fera Vpalim 26 1. c.
Fera Pharia 677. g.
Fiber genus vespæ 276. c.
Fibri etymum 277. c.
Fimbriæ vnde dictæ 277. f.
Fimus Crocodili ad quid 691. g.
Fistularum remedia 438. a. 600. b.
Flos Tygridis 111. b.
Flos ranunculus 596. d.
Foina 131. g.
Fouinus 564. d.
Fulmen lupinum herba 155. b.
Furo, furus, furectus, & furunculus 225. b.
Furor caninus 535. b.
Furfuresca Alberti quid 499. c

G

Gleagra quid sit 317 g.
Genetta etymum 338. a. *Differentiæ* 338. c. *Icon* 339. *Locus, & vsus* 340. a.
Genetbotatus 572. c.
Geranium batrachioides 596. c
Glaucomatum remedia 530. b.
Glis nomen aquinocum 407. c.
Gliris etymum 407. b. *Differentia* 408. c *Natura* 408. d. *Icon* 409. *Cibus* 411. c. *Capiendi ratio* 411. g. *Apologus* 412. b. *Moralia* 411. c. *Simulacra* 413. c. *Vsus in cibis* 413 f. *Vsus in Medicina* 414. a.
Gonagra remedia 317. g.
Gramen bubonum 616. b.
Grandinis impēdentis remedia 711. c
Gulosus Vrsa comparatur 131. b.
Gulonis etymum 178. b. *Descriptio, & natura* 178. c. *Capiendi ratio* 179 c. *Emblemata* 180. g. *Moralia* 180. a. *Vsus* 180. d.
Gylion quid 46. c.
Gyrinus 595. c.

H

Helpis famij timor 20. c.
Helus animal 364. c.
Hemarrhoidum remedia 570. b. 571. c. 193. g. 581. f 600 a. 620. c.
Hæmorrhagia remedia 275. b. 434. c 531. g. 605. c. 606. a. b. 620. b. c. 710 c.
Hemicrania remedia 434. b.
Hemitritæi remedia 581. b.
Hemycines 502. f.
Hepatici dalaris remedium 57. f.
Hepatic arum remedia 217 g.
Herculis epithetan 26. a.
Hernia remedia 179. b. 632. d. 636. 704. c.
Herba Leonis quæ 27. b.
Herba Lupa 155. f.
Herba leporina 362. d.
Herba cataria 572. c.
Herba Bufonis 626. b. c.
Herba chalcidica 637 b.
Herba lacertis grata 629. f.
Herba Vrso grata 133. g.
Herba à Lupo denominata 155. f.
Herba à Simia denominata 233. b.
Hericius, & Herinaceus 460. c.
Herinaceus Brasilianus 478. d.
Hieraglyphica Leonis 36. d *Pardi* 81 g *Lyncis* 98. d. *Tigris* 113. f. *Vrsi* 134. c. *Lupi* 159. b. *Hippotami* 189 b. *Vulpis* 211. b. *Simiæ* 237. b. *Cynocephali* 237. f. *Castoris* 287. f. *Mustelæ* 319. b. *Leporis* 366. c. *Muris* 432. a. *Talpæ* 457. f. *Canis* 519 b. *Felis* 574 b. *Raiæ* 599. g. *Crocodili* 686. a. *Testudinis* 702. d
Hippotigris 111. g.
Hippopotamus cur ab equo denominetur 181. f.
Hippopotami descriptio 181. b. *Icones maris, & fœminæ* 183. 184. *Icones cranij, & dentiū* 186 187. *Natura* 181. a *Vox* 188. d. *Cibus, & locus* 189. f. *Capiendi ratio* 189. g. *Hieroglyphica* 189. b. *Numismata* 190. a. *Moralia* 191. f. *Simulacra* 191. b. *Vsus in cibis* 193. e. *Vsus in medicina* 193 g.
Hippopotami icon cū Crocodilo ludentis 192.
Hirpus 145. b.
Hirpini populus 154. d.
Historica lupi 165. f. *Vulpis* 213. e. *Leporis* 364. a. *Muris* 432. c. *Canum* 525. g.
Homo vt pinguescat quid agendum 633. f.
Horæ vnde dictæ 46. a.
Hyas à Leone occisus 31. f.
Hyacinthus leoninus 27. b.
Hyena veterum 143.
Hydrargyrum vt in aurum transmutetur 646. d.
Hydropis remedia 478. b. 530. c. 625 c. 633. f. 703 d.
Hylactar 484. c.
Hystricis differentia 472. a. *Natura* 473. g. *Icones* 474. 475. *Locus, & eibus* 476. d. *Capiendi ratio* 477. c. *Symbola, & simulacra* 477. g. *Vsus in cibis* 477. b. *Vsus in medicina* 478 b.
Hystricis discrimen ratione pedum 472. b
Hystrix piscis 471. f.
Hystrix flagelli genus ibid.

I

Ichneumonis aquinea 298. d. *Etymum* 299. c. *Descriptio* 300. a. *Ingenium* 300 d. *Icon* 301. e. *Audacia* 301 b *Cibus, & locus* 302. c. *Physiognomonica* 303 f. *Antipathia* 303. b. *Capiendi ratio* 304 d. *Epitheta* 305. c. *Emblema* 305. g. *Moralia* 305. b. *Simulacra* 306. b. *Vsus in medicina* 306 d.
Ichneumones cur mares, & fœmina reputentur 300. e.
Illis 325. b. 329. c.
Illecebræ remedia 57 g. 533. f.
Ignauus Clusij qua bellua 263. a.
Ilia, & Ilissus 329 f.
Imitatio quomodo pingatur 243. c.
Imperatoris Camadi arrogantia 39. c
Inarime simiarum insula 226 a.
Indi cuiusdam historia 73. g.
Insania ob metum Crocodili 679. b.
Inferus locus comparatur Crocodilo 689. g.
Insignia gentilitia, & militaria sumpta Leonis 44. a.
Insignia gentilitia cum figura Pardi 81 g.
Insignia gentilitia sumpta Lupæ 161. b.

Insi-

INDEX.

Insigne gentilitium Bononiæ 40. c.
Insanibilem fieri 676. d.
Iracundiæ signa 24. c.
Ischiadis remedia 574. d. 581. g. 635. 661. g. 711. d
Iupiter à Canib. cognominatus 502. a

L

Labeones qui dicti sint 697. a.
Laberis, leberis, & Lanrix 383. f
Lac lupinum 155. b.
Lacertus piscis 625. f.
Lacertus instrumentum motus voluntarij ibid.
Lacertus scincoides 659. 660.
Lacertus Indicus Cordylo similis 666
Lacerta vasis genus 625. f.
Lacerta etymum 625. g *Differentiæ* 625. h. 626. a. *Natura* 607. g. *Locus cibus, cottus, & partus* 628. d. *Antipathia* 629. c. *Denominata* 609. b. *Mystica, & Moralia* 630. b *Monstra* 630. d. *Monstrorum variæ icones* 631. *Phrenoschemata* 632. a. *Vsus in medicina* 632. b. *Vsus in variis* 633. f.
Lacerta maior quæ 633. g.
Lacerta area quæ 638. a.
Lacerta Indica Inana congener 667
Lacerta venenaria 639. b.
Lacerta aquatica 647. f.
Lacerta stellaris 650 d.
Lacerta vulgaris icon 627.
Lacerta vbi colantur 655 f.
Lacerta vbi maxima 665 f. g.
Lacerta visionem amissam recuperat 627. g.
Lacerti viridis vox 637. b. *Locus ibi. Icones* 634. 635. 636. *Vsus in medicina* 636. b. *Vsus in variis* 637. f
Lacerta chalcidica etymum 638. a. *Descriptio* 638. b. *Icon ibid. Locus* 639. c. *Partus* 639 f. *Venenum & remedia ibid.*
Lacerta chalcidica antiquorum 650. d
Lacerta chalcedica naturæ est, vipereæ 639. e.
Lacinea leporino quæ 362. b.
Lana Salamandræ quæ 644. c.
Lapis bufonum quid 616. c.
Lapis bufonis in qua rubeta inuenitur 617. c.
Lapis leoninus 28. a.
Lardironi qui 408. a.
Latax 277. f.
Latratus canum quo cohibeat 606. d
Lectus testudineus qui 697. c.
Lentiginum remedia 692. g.
Leo viri nomen 3. c.
Leo crustacei genus ibid.
Leo insecti genus 3 f.
Leo serpentis genus ibid.
Leo herbo ibid. 27. b.
Leo morbus 3. g.
Leo saltationis genus ibid.
Leo bombarda nomen ibid.
Leo Promontorij nomen ibid.
Leo viridis Chymistarum quid 3. b.
Leo signum cæleste ibid.
Leonis etymum 4. c. *Descriptio* 5. g. *Locus* 6. d. *Audacia* 9. f. *Ætas, & temperamentum* 9 b. *Natura, & ingenium* 10 b. *Gressus* 10. d. *Amor erga parentes* 11 f. *Magnanimitas* 11. g. *Memoria, & vlio* 12. c. *Vox* 13. c. *Cibus, potus, & somnus* 14. a. *Coitus, & partus* 15. b. *Capiendi ratio* 17 f g. *Curatio* 18 d. *Ægritudines, & remedia* 22. a. b. *Sympathia, & Antipathia* 22. d. *Physiognomonica*, 24. b. c. *Epitheta* 24. d *Auguria, & Prodigia* 30. b. c. d. *Visiones, & somnia* 31. f. g. *Mystica, & allegorica* 32 d. *Moralia* 34. c. *Hieroglyphica* 36. c d. *Emblemata* 37. g. b. *Simulacra* 45. b. *Apologi* 50. b. *Prouerbia* 51. b. *Monstra* 54. c. *Vsus in deliciis* 58. b. *Vsus in ludis, & triumphis* 59. f. *Vsus in suppliciis* 60. a *Vsus in sacrificijs* 61. c. *Vsus in venatione* 61. g *Vsus in bello* 61. h. *Anatomica* 7. f *Differentiæ* 7. b. *Miracula* 48. a.
Leonis cauda est Index animi 10. c.
Leonis fetor oris qualis 10. d.
Leonis imitatus qualis ibid.
Leonum engua 11. b.
Leo Vrsæ accisor 12. d.
Leonis vox ab aliis animalibus cognoscitur 13 b.
Leo cur dormiat oculis apertis 15 g.
Leo cur solare animal 16 c.
Leo cur timeat ignem 18. c.
Leonis gratus animus erga beneficos 20. b.
Leonis causo occisi, & sauciy 21. c.
Leonis, & Galli inimicitia 23. f.
Leo scorpionem odit 23. g.
Leonis mansuetis historia 30. a.
Leonis facies cur sancto Marco attribuatur 33. f.
Leo mortuus dicitur Diabolus 54. a.
Leonis caput cur in fontibus collocetur 47. c.
Leonis signum cæleste ex quot stellis constet 48. d.
Leonis pellis ad quid 61. b.
Leonis caro qualis 56. d.
Leo necatus à Sampsone 29 f.
Leo pusillus 669. c.
Leo elephanto beatior 51. f.
Leones imbelles vbi 8. a.
Leones varij coloris 8. b. c.
Leones vbi fuerint crucifixi 34. d.
Leones an in prima ætate fuerint bibuve 15. c.
Leones cur ad valuas tēplorum 37. c
Leones quibus Dijs sacri 49. b.
Leones nigri vbi 9 a.
Leones cicuratas quis habuerit 19. g
Leæna meretrix 4. a.
Leæna mons 4. b.
Leæna descriptio 5. b. *Icon* 6. *Partus* 16. c. 17. c. *Epitheta* 25. b.
Leæna elinguis simulacrum 46. d.
Leæna Bononiensibus donata 38. d
Lea quid 4 b.
Leopardi vocabulum quid significet 64. c.
Leontophones 23. f. 27. a.
Leontocephalus 26. d.
Leontocephalis Vrbs 28. a.
Leontopithecus 233. b.
Leontopetalon 27. g.
leontopodium ibid.
leontocharon 27. b.
leontiscus 26. b.
leonty nomen 26. c
leucrocuta 27 f.
leontion gemma 28. a.
leontica quid 28. b.
leontiliæ nomine multa fœminæ nuncupatæ 26. c.
lepræ remedia 140. c. 469. g 604. d. 731. f. 646. g. 718. b. 775. d. 709. d.
lepparium quid 58. b.
leporis etymum 348 a. b. *Differentiæ* 348. d. *Anatomica* 350 b. *Sceletō* 351. *Natura* 352. a b. *Vox* 354. a. *Ætas* 354. b. *Sexus* 354 c. *Coitus & partus* 354. d *Locus* 350. b. *Visus* 357. e *Capiendi ratio* 357. b. *Antipathia* 359. b. *Physiognomonica* 360. c. *Epitheta* 360 d. *Denominata* 361. b *Historica* 364. a. *Prouerbia* 364. c. *Hieroglyphica* 366. b *Emblemata* 367. c. *Numismata* 368 a. *Problemata* 368. b. *Apologi* 369. f. *Prodigia* 370. b. *Monstra* 371. c. *Mystica* 371. g. *Moralia* 372. a. *Simulacra* 372. c. *Vsus in cibis* 373. b. *Vsus in medicina* 377. g. *Vsus in variis* 380. d.
lepus piscis 347. f.
lepus constellatio ibid.
lepusculus 381. d.
lenigildus quid denotet 26. b.
liberalitatis indicium 24. c.
lienis affectus remedia 469. f. 530. 711
linum rubetarum 616. b.
lippitudinis remedia 605. g. 631. b.
lithiasis remedia 217 b. 218. a. 289. b. 380. b. 469 g. b.
littera eanina quæ 506. a.
lacæ ab Echino denominatæ 465 f.
loca à Pardis denominata 78. a.
locus inundationis Nili 680. c.
lucius vorat ranas 393. g.
luciolus quod animal 459. f.
lupi etymum 145. b. *Differentiæ* 146. a. *Anatomica* 146. c. *Natura* 147. c. *Vox* 148 c. *Cibus* 149. c. *Ætas* 150 c. *Coitus, & partus* 150 d. *Capiendi ratio* 151 f. *Morbi* 152. b. *Antipathia* 150. c. *Physiognomonica* 153 g *Epitheta* 153. b *prouerbia* 158 a *problemata* 159 g. *Hieroglyphica* 159. b. *Emblemata* 160 c.

Phre-

INDEX.

Phrenoscbemata 181.f. Insignia, gentilitia 182.b. Numismata 182. a. Miracola 182.c. Apologi 184.c. Somnia 184.b. Historica 185.f. Prodigia 186.b. Monstra 187.c. Mystica 187.f. Moralia 187.b. Simulacra 189.f. Vsus in cibis 190.a Vsus in medicinis 192. c. Vsus in suppliciis 191.b. Vsus pellis 192.d
Lupus viri nomen 144.b.
Lupus piscis 144 c.
Lupus constellatio 144.d.
Lupus morbus 145. e.
Lupus capillorum ibid.
Lupus herba ibid.
Lupus ferra genus 145.f.
Lupus cerularius 90.d.
Lupus canis 91.c. 582.b.
Lupus aureus 174.c.
Lupus scyticus 175.c
Lupi semelici historia 177.b.
Lupi syluestris icon 171.c. Descriptio 174 b.
Lupi marini descriptio 175 g. icō 176 Vox 177.c Anotomica 177.f. Antipathia 177.g. Vsus in cibis ibid.
Lupercal 157.f.
Lupia morbi genus 156.a
Lupina insania 156.a.
Lupipedes qui 155.c.
Lupula quæ ibid.
Lutra fluuius 292.d.
Lutra vas ibid.
Lutra aqua sordida 293.c.
Lutra Nili 293.f.
Lutra etymum ibid. Descriptio 293 b. Mores 294.c. Icon 295. Cibus 296 a. Emblema 297 f. Capiendi ratio 296 d Vsus in cibis 297.g. Vsus in medic. 297.b. Vsus pellis 298
Luxatorios remedia 531.f.
Lynx Vrbs 90.b.
Lyncos Rex 90.c.
Lyncis etymū ibid. Differentia 91.g. Anatomica 93.c. Cranium 91.f. Ingenium 94.c. Vox, coitus, & partus 95.g. Locus 95 b. Cibus 96. b. Capiendi ratio 96. c. Epitheta 96. d. Denotata 97.f. Hieroglyph. 98.d Moralia 99 e Emblemata. & Proverbia 99 g b. Pellis vsus 201.c.
Lynces quibus Dijs sacræ 98.b.
Lynx Africana 92.b.
Lynceus quis 97 g.
Lyoceus nomen trisyllabum ibid.
Lyncea fluuius 97.b.
Lyncurium quid 98.a 100.d.
Lycabas 154.c.
Lycaßus 154.c. 156.d.
Lycaße 154.d
Lycæus mons 156.d
Lycis poeta 157.d.
Lycifcus 155.c.
Lyciscs lapis 157.c.
Lycopolis Vrbs 156.c.
Lycopsis 155.b.
Lycostomos herba 155.b.
Lycostomos 155.c.
Lycoris 154.d.
Lycomedes ibid.
Lycorta 154.c.
Lycopanther 155.f.
Lycospades 155.c.
Lycus fluuius 144.d.
Lycurgus 154.c.
Lysimachi lingua leonis aufert 29.g
Lytra 277.f.

M

Magostudo conia melitensis qualis 540.d.
Matootus 244.d.
Malus canina 504.b.
Mamarum scissura quomodo sanetur 274.d. 703.d.
Mamonetus 244.c.
Mantichora 27.f. (606.b.
Maous, & facies, vt nitoremocquirāt
Mappa alba tonso leoni 24. a.
Marmota descriptio 445.f. Icō 445. g. Natura 446 a. Vox 446 d. Locus cibus capiendi ratio 446.d. Vsus in cibis, & in medicina 447. f.
Martis etymū 331.g Descriptio 332. a. Sceleton 333. Natura. & cibus 332 d Vsus pellis 334.d.
Martocella herba 334.b.
Maxillarum murium icones 442.b.
Meloncholiæ remedia 676. a.
Melis animal 264.a.
Melosum animal 264.b
Melota quid 271 b.
Memoria remedia 140.c. 274. b.
Menfis lopinus qui 157 b.
Menfes prouocantia quæ 87.g.
Mentoris historia 20.c.
Menthacataria 572.c.
Mentha felina ibid.
Meretrix cur Pāthera dicetur 80.d
Meretrix cur lupa dicator 145 f.
Metallorum inuentor 97.g.
Miles à leone offensus 62.d.
Militis optimi conditiones 520.d.
Mima quid sit 225.b.
Minerua qd cōe habeat cōfcle 373.b
Miracula Vrsi 132 d. Lupi 162.c. Canis 514.a Ranæ 600 a
Modus venandi leones in prouincia Cangige 18. b.
Modus pellendi leones ad varias canes 24.b.
Moly 130.b.
Monstra Lupi 167.c. Canum 527.b. Ranæ 602.a.
Morbus lupa quid 145.c.
Morbi à cane denominati 504.d.
Morbi à leporibus denominati 363.f.
Morsus cuiuscumq; canis perniciosos 538.b.
Mulieres saga quæ 551.f.
Mus varius 403.g.
Mus longus 308.d.
Mus lasicus 403.b.
Mus albus 308. d.
Mus syluestris 408.a.
Mus alios murei necat 420.b.
Mos agrorius, & campestris 436.b.
Mus ab Aegyptijs cultus 441. g.
Mus napelli 436.d.
Mus canis 441 f.
Mus alpinus 445.c.
Mus coryllinus 439.f.
Mus aquatilis Plinij 447.b. 710.g.
Mus peregrinus 340 d 439.g.
Mus terrenus Alberti 450.c.
Mus mergus 048.a.
Mus marinus Plinij 710.g.
Mus vici nomen 414.d.
Mus piscis nomen ibid.
Muris etymum 415. & Differentia 416.a. Icones 417. Natura 417.b. Vox 418 c Cibus ibid. Coitus, & partus 419 g. Capiendi ratio 420. a. Antipathia 422.c Epitheta 423 f. Denominata 423.g Aenigmata 425.b Proverbia 426.b. Miracula 427.b Prodigia 428.c. Apologi 429.f. Moralia 430.c. Emblemata 431.g. Hieroglyphica 432.a. Historica 432 c. Simulacra 433. c. Vsus in cibis 433 g. Vsus in medicina 433.b. Vsus in variis 435.g
Muris ponticus seu Vari icon 405.
Muris & leonis antipathia 422. d.
Muris syluestris differentia 436.a. Cōatio 436. d. Locus, & cibus 437. g. Capiēdi, & fugandi ratio 438.a
Muris auellanarum differentia 439. a Icon 440. Cibus 440.d. Capiendi ratio 441.c.
Muris araneci etymum 441.f. Capiendi ratio 444.c. Descriptio 441.b. Icon 442.b. Natura 443.c. Venenum, & medela 443.g.
Muris aquatilis descriptio 447. b. Icon 448.b. Locus, & cibus 449 c Vsus 449.g.
Muris campestris icon 438
Murium venenum 421 g
Murilegus animal 565.f.
Murilacertus 669.c
Musio 423.b. 564.b. 565.f
Musio finitus 564.b.
Muscipula paranda ratio 420.c.d.
Musculus piscis 415.c.
Musculus instrom manus voluntarij ib.
Musculus genui machina militaris ib.
Mustela piscis 307 f.
Mustela anis 307.g
Mustela Salamandra dicta 639. g
Mustela fobela 335.f.
Mustela scythica 335. f.
Mustela Africana 337.f.
Mustela odorata 340. b.
Mustela etymū 307.b. Craniū 311. f. Vox 311. f. Natura 312.c. Locus 313.c. Villus 313.g. Partus 314.a. Capiēdi ratio 314.d. Antipathia 315. a. Venenū 315.b. Epitheta 315.b. Adagia 317 b.

Prodigia

INDEX.

Prodigia 318.d. Apologi 318.d. Hieroglyphicæ 319.b. Emblemata 320.a. Phrenoschemata 321.g. Moralia 321.b. Simulacra 322.d. Vsus in cibis 323.f. Vsus in medicina 323.g.

Mustelæ candidæ icon 110.

Mustelæ sylvestris icon 327. Naturæ 328.a. Locus & cibus 328.b. Vsus in venatione 328.d.

Mustelaria Plautus cur sic inscripta 317.f.

Myda apud Nigbum quid 170.g.

Mygale 308.c.

Myrtax quid 425.f.

N

Nauplius 450.c.

Nephritis' lapis 504.d.

Nephritidis remedia 100.c. 274.c. 278.c.

Nervi populi 336.d.

Nitela 396.c.

Nitedula 436.a.

Numismata cum imagine Leonis 42.d. Tigris 144.a. Canis 319.g. Crocodili 688.b.

O

Oculus cati medicamentis 370.g.

Oculus cati gemma. 573.c.

Oculorũ dolor quomodo sedetur 311.c.

Oculorum claritati quæ conferant. 381.c 603.c. 691.f.

Odontalgiæ remedia 191.g. 289.g. 379.f. 604.a. 605.b. 403.c. 413.c. 457.f. 481.g 530.b. 623.f. 691.g. 717.d.

Oleum ranarum quomodo paretur. 605.f.g. 623.g.

Oleum Taxi 271.a.

Oleum vulpinum 318.c.

Oleum Castorei 391.f.

Ophiomyzus 633.b.

Opisthotoni remedia 676.a.

Oralgiæ remedia 57.f. 140.b. 414.a. 605.a. 717.d.

Ortus, & Occasus Solis hieroglyphicè notatus 686.b.

Os Leonis herba 27.f.

Osproleon 27.b.

Ova Crocodilorum quo in loco ab ipsis collocentur 687.b.

Ova Crocodilorum an incubatu egeant 683.a.b.

Ova Crocodili edilia 691.c.

Onorum Tcstudinis descriptio, & icon 626.g.

P

Palatium Neronis cur Laterancnse dictum 396.d.

Panthera quot significet 64.c.d.

Panthera etymum 66.b.

Panthera species 140.d.

Panther quid 64.d. 66.a.

Pantherion quid 64.d.

Panchimacha quis 49.f.

Paphages à Ieana interfectus 21.c.

papionis descriptio 259.b Icõ 260.a

Paralysis remedia 57.g. 218.a. 289.f. 298.a. 414.a. 331.b.

Pardus viri nomen 64.b.

Pardus & Leopardus idem 65.f.

Pardi etymum 65.g. Descriptio 66.d. 69.f. Differentiæ 66.d. Icon 68.a. Anatomtea 69.g. Physiognomonica 69.b. Temperamentum 70.a. Natura 70.d. Ingenium ibidem. Vox 72.b. Coitus, & partus 72.d. Victus 73.f. Capiendi ratio 74.b. Antipathiæ, & Sympathia 74.d. Venenũ 75.g. Aegritudines, & medelæ 76.b. Epitheta 76.c. Denominata 77.c. Mystica 78.c. Moralia 79.g.h. Trouerbia 81.c. Hieroglyphica 81.g. Emblemata 81.b. Phrenoschemata 82.d. Aenigmata 83.f Apologi 83.h. Somnia 85.c. Simulacra 85.f. Numismata 85.h. Problemata 86.a Historica 86.d. Vsus in ludis 88.c. Vsus in venatione 89.c. Vsus pellis 89.g.

Pardi pinguedo pauca 69.g.

Pardi vbi copiosi 70.b.

Pardi quibus Dijs sueri 84.a.

Pardi odor an sentiatur ab animalibus 71.f.

Pardi gratus animus erga beneficos 73.b.

Pardalus 65.f.

Pardes 65.g.

Pardalianches Leonem necat 23.b.

Pardalos 78.a.

Paronichiæ remedia 581.f.

Partes depiles quo reddatur 676.c.

Pauores puerorum quomodo auferantur 140.b. 676.a.

Peccantes Pardo assimilantur 80.b

Penicilli ex quo fiant 403.f.

Pernionum remedia 57.g. 377.b. 414.b.

Pessi pro educendo fœtu 57.f.

Pestilentiæ remedia 275.a.b.

Pes cati herba 572.c.

Phalaratum animal 478.d.

Phantasmata quomodo arceanr 37.b

Phatages 619.c.

Pharao cuius fuerit conditionis. 628.d.

Philocyne epigramma 486.a.

Pholitis 326.b.

Phidias flatuarius 52.d.

Phrenosthemata cum imagine Leonis 41.g. Vrsi 137.b. Canis 322.c. Ranæ 398.a.

Phryganion 607.g.

Phrynundas 616.a.

Phryne meretrix 616.b.

Phthisis remedia 217.f. 604.a. 636.b. 703.d. 709.c. 711.d.

Piline renes cantur 623.g.

Pils equorum, vt albi fiant 458.c.

Pirolus 396.c.

Piscis Salamandrinus 644.c.

Pisces panthèrini 77.b.

Pisthepus 226.a.

Pistbecusæ vnde dictæ 234.a.

Pituitæ copiosæ remedia 435.c.

Pigritia animal 478.d.

Plantæ à Leone denominatæ 27.f. ab Vrsis 130.a.b. à Mustela 316.d. à Muribus 424.b. ab Echino 465.f. à Cane 502.g.

Plantæ Crocodilis inusitæ 683.b.

Plicæ remedia 469.g.

Pluma Salamandræ 644.d.

Podagræ remedia 170.c. 171.g. 298.a. 530.d. 531.b. 604.b. 606.a. 675.b. 704.g. 711.c.

Porcus marinus 181.g.

Porcus spinosus 471.c.

Porcellus sculnlatus 478.d.

Porcelli Indici icon 391.

Porriginis remedia 704.e.

Portentorũ familiaritas fugienda 52.c.

Princeps hieroglyphico canis ostenditur 320.a

Problemata Leonis 53.g. Pardi 86.a Lupi 159.g. Simiæ 236.b. Leporis 368.b. Canis 510.d.

Prosluuij multebris remedia 581.g.

Protens in varias formas 49.c.

prouerbia Lyncis 99.g. Leonis 51.b. Vrsi 134.d. Lupi 158.a. Vulpis 212.b. Simiæ 235.g. Mustelæ 317.b. Leporis 364.c. Muris 426.b. Vulpæ 455.f. Echini 466.b. Canis 507.b. Felis 573.f. Ranæ 597.f. Taſſudinis 699.d.

prouerbium in funambulos 397.b.

psilothra 646.b.

pterigij remedia 531.c.

puerperij remedia 676.a. 718.a.

pulsus cyprius quomodo pareſ 346.a.

putorij etymum 319.f. Icon 320. Natura, & cibus 331.c.

Pyrami, & Thysbes mors 21.g.

R

Rabiei etymum 535.g. Causæ 533.b. Signa 536.a.

Rabiei caninæ remedia 140.b. 530.b. 531.g.

Rabiei humanæ cause, & signa 538.a. Remedia 538.d. 539.

Rabiæ quid sit. 594.d.

Racula 632.c.

Rana differẽtiæ 590.d. Icones 591.g. Scheleton 592. Natura 593.c. Locus, & cibus 593.b. Vox, coitus, & partus 593.d. Copiendi ratio 593.g. Epitheta 590.a. Denominata 596.c. prouerbia 597.f. phrenoschemata 598.a. Apologi 598.d. Hieroglyphica 599.g. Miracula 600.a. Mystica 600.c. Similitudo ralia

valia 601.c. Monstra 602.a. Simulacra 604.b Vsus in cibis 603.a. Vsus in medicina 604.a. Vsus in variis 606 c.
Rana lurida quæ 607.f.
Rana minima quæ 611.a.
Rana gibbosa 609 c. 610.
Rana calamites 611.a
Rana sylvestris 611.b.
Rana marina in quo genere animalium reponenda sit 589 g.
Rana vermis genus 589.h.
Rana parasitus dictus ibid.
Rana tumoris genus ibid.
Rana temporaria generatio 613. b. Problema 614 c.
Rana quibus herbis gaudeant 594.b.
Rana ova parunt 594.d.
Rana morsus herba 596.d.
Ranæ lacunales 607.b.
Ranæ curinæ ibid.
Rana vitis bovum 589. b.
Rana vagala equorum ibid.
Ranula & ranunculus animal 596.c.
Ranunculi viridis descriptio & natura 611.d Venenum 613.c. Vsus in medicina 613.f.
Ranunculus herba 596. c.
Ratus quale animal 455.f.
Regiones à moribus denominatæ 425 a.
Renum affectorum remedia 469.f.
Reversus piscis 716.b.
Rhart 581.g.
Rubeta etymum 607.f. Differentia 608 c. Natura 610 c. Vox 613. c. Cibus 613.f. Generatio 613 g. Antipathia 613.b. Venenum 614.d. Denominata 616 b. Monstra 617 g. Miracula 618.a. Moralia 618.d. Symbola & simulacra 619 g Vsus in medicina 620.b. Vsus in variis 621 f.
Rubeta venenum lethale 614 d.
Rugitus vox propria leonis 13 g.
Rustici arment terram colunt 9.g.

S

Sagacitas nomen aquilæ 551 f.
Salamandra botrax dicta 598.f.
Salamandra Chymicorum quid 638 g.b
Salamandra negata ubi 640.b.
Salamandra etymum 639 b. Differentia 640 b. Natura 640.d. 641 c. Locus cibus & partus 643 c. Venenum 643 g. Denominata 644.b. Hieroglyphica 645 a. Moralia 645 g Symbola & simulacra 645. b. Vsus in medicina 646. b. Vsus in variis 646 d.
Salamandra an vivat in igne 640 d.
Salamandra an sit animal quadrupes 641 f.
Salamandra an vbique sit exitialis 643.b.
Salamandra temperamentum 640. c.
Salamandra vis in extinguendo igne 642.c.
Salamandræ mira proprietas 642.e.
Salamandra venens remedium 632.b.
Salamandrus sanguinis virtus 642.a.
Salamandrica monstra quæ 644.c.
Salamandra qui milites deceptus ibi.
Salamandra aquatica differentia 647. g Descriptio ibid. Icones 648.649. Natura 650.a.
Salix mirabilis 596.c.
Sanguinis testudinis colligendi modus 704.c.
Sapa cum zibetho 346 b.
Saura vasis genus 623 f.
Saurius herba 634 a.
Saurus flatuarius 629.b.
Saurotheras quis dictus ibid.
Saurus latro ibid.
Scabies equum quo auferatur 499.f.
Scabies equorum quin saneatur 604.c.
Scabiei remedia 606. b.
Scincus aqua 647.f.
Scincus officinarum ibid.
Scincus lacus Vicentini 639.f.
Scinci Descriptio 639 g. Naturalibus & locus 641. c. f. Vsus in medicina 665 g. Subita varia 663.c.
Scincoi planta 638.c.
Scorbuti remedia 414.b.
Scuri etymum 396 b. Differentia 397. c. Ingenium 397.b. Icon 398. Cibus 400 c. Cattus, & partus 401.a. Capiendi ratio 401.f. Emblemata 401.b Apologi 402.b. Vsus in cibis 402.d Vsus in medicina 403.c
Sciuri cinerei icon 403.
Sciuri Getuli icon 406.
Scorpius quo Crocodilus necet 682.d
Scurinus 396 a.
Secunda quomodo expellantur 538.c.
Senes quantis fuerunt 532.a.
Seps infecti genus 637 b.
Seps tumoris pestilentis genus ibid.
Seps lacertæ species ibid.
Serpens cuparia 494.c.
Serpens scitatus ibid.
Serpentes qui dicentur 79.b.
Serpentes quomodo fugentur. 676.c.
Serpentum morsus remedia 691.f.
Simia humanorum significat 125.g
Simia animal omnium 230.b.
Simia cunnilorum amica 232.b.
Simia caudata quæ 244.c.
Simia cauda dicta 233 f.
Simia sensu tactus repræsentat 243.c
Simia porcaria 253 f.
Simia munus, auriga abipit 229. a.
Simia etymū 225.b. Differētia 226.c Anatomica 227 g. Mores 228.d. Ingenium 229.f. Cibus 229 b Coitus & partus 230.c. Capiendi ratio 230.d. Antipathia. & sympathia 233.b. Aegritudines 232 c. Epistolæ 233.c. Physiognomonica 234. c. Proverbia 235. g. Problemata 238.b. Emblemata 236. d. Hieroglyphica 237.b. Apologi 238.d. Moralia & Mystica 239.f. Prodigia 241 f. Monstra 241.b. Simulacra 242.b. Vsus in cibis & in medicina 243 g.
Simia sanguis ad quid 232.c.
Simia cadaver condimentis 230.a.
Simia morsus medela 232.d.
Simia caput ad quid Botanicas 233.b
Simia speculis capiuntur 231.c.
Simiumpicum 233.f Locus & cibus 234.c. Emblema 234.d. Vsus in cibis 235.c.
Simulacra Leonis 45.a. 46.a. Felis 580 a. Ranæ 602.b. Crocodili 689. b. Testudinis 702.b.
Simulatores assimilantur testudinibus 702.g
Smaragdus est remedium veneni rubetæ 615.g
Sirisis remedia 531.g.
Samonium Agaricum, Philippi Macedonia Regis Nicotiana, Sanamecca, Themistoclis 35.f.g.b. Gargustinis 32 d.
Somni differentia inter Taxos, & Glires 268.a.
Somnus cuniculandi ratio 414.a. 447. g. 469 f.
Somnus quomodo fugetur 606.c.
Sericis etymum 415.g.
Spatalis quid 565 g.
Sperma ranarum quid 593.f. 606. a.
Spiriolus 394.c.
Spinga quid sit 244.c.
Spinæ corporis infixæ quomodo euellantur 512 d.
Statua Leonis 47.g b Pardi 83.g.
Tigris 115 b. Lupi 169 b. Canum 328 b Crocodili 690.c.
Stellio aranei genus 610. d.
Stellio tres fuerunt 657.f.
Stellionis etymum 651.f. 652.b. Differentia 652.c Icones 653. Natura 653.c. Locus 655.b. Denominata 656.c Moralia 656 d. Vsus in medicina 657. a. Vsus in variis 658 a.
Stranguria remedia 323.b.
Stranguria aquorum remedia 633.c.
Strumarum remedia 323.b. 457. g.b. 458 a. 604. a. 630.a. 632.c. 633.b. 636.c. 637 c. 709.d.
Sueca 471.g.
Succubus animal 677.g.
Sugillationum remedia 604.a.
Suffitus ex zibetho 346.b.
Suffusionis remedia 140. c. 304. b. 434.b. c 676.a. 718.a.
Sullas quid 299. f.
Supercilia quomodo denigrētur 534.d
Sarditatis remedia 171.f. 582. g.
Syrtes ac testudinibus 709.c.

Talpa

INDEX.

T

Talpa infestis genus 449. b.
Talpa aeseassus ibidem.
Talpa etymum 449. b. Descriptio 450 Icones 451. Anatomica 452. a. Natura 452. c. Sceletun 453. Cibus 454. a. Capiendi & fugandi ratio 454. e. Proverbia 455. f. Praesagia 455 b. Apologi ibid. Moralia 456. c. Hieroglyphica & simulacra 457 f. Vsus in medic. 457 b. Vsus in variis 458. b
Tarantula 638. b.
Tarāntæ nomen equinocum 650. d.
Tarantula quorundam 634.
Tarantula lacerta sceleton 632. c.
Tartusia 478. d.
Tartarinus 251. c.
Tartaruga Lusitanorumque. 712. f.
Tarum animal 478. d.
Taxus arbor 361. b.
Taxus barbatus ibidem.
Taxus fluuius ibidem.
Taxi animalis etymum 264. b. Differentia 265. f. Icones 266. 267. Natura 268. a. Cibus 269. f Partus 269 b Capiendi ratio 270 b Antipathia 271. f. Epitheta 271 g. Denominata 271. b. Moralia 272. c. Emblemata 273. g. Vsus in cibis 274. a. Vsus in medicina 274. c. Vsus in variis 275. d.
Tempus venandi lepores 358. a.
Tempus congressus canarum 593. g.
Tenchea 677. g.
Terrentula quid 650. d.
Testium Castoris vagantibus 289. c.
Testa marina Testudo, vbi proclypeo adhibetur. 713. c.
Testa marina Testudo, gerit vicem tegulæ 718. d.
Testudo sumitur pro testa 693. g.
Testudo polypus dicta qua 695. b.
Testudo montana sylvestris & memoralis eadem 705. d.
Testudo lutaria qua 710. b.
Testudo marina cur miles dicat 712
Testudo corniger vbi 710. g.
Testudo lyra 691. g.
Testudo sydus 693. b.
Testudo machina militaris 691. b.
Testudo retis genus 694. a.
Testudo reticulum capitis 694. a.
Testudo vinctura genus apud Colenum 694. a. (695. b.
Testudinis tegumenti varia nomina
Testudinis gressus qualis 695. d.
Testudinis terrestris differentia synonima, & Descriptio 705. d.
Testudinis memoralis sceleton 706. 707. natura 708. Vsus in cibis ibidem. Vsus in medicina 709.
Testudinis aquæ dulcis Differentia 710. g. natura 712. a. Vsus in medicina, & in variis 712. c.
Testudinis marinæ differentia 712. f. Granium 713.
Testudinis marinæ icon prouē, & supine 714. 715. natura locus, & partus 716. e. capiendi ratio 716. d Vsus in cibis 717. a. Vsus in medicina 717. c. Vsus in variis 718. g
Testudinis aquaticæ 693. g. Synonima, & etymum 694. c. Differentiæ 695. a. Natura 695 d. Coitus, & partus 696. f. Denominata 696. b. Epitheta 698. e. Apologi 698 g. Aenigmata 699. a. Adagia 699. d. Emblemata 700. g. Hieroglyphica 701. d. Moralia 702. f. Simulacra 702. b. Vsus in cibis 701 b. Vsus in medicina 703. d. Vsus in variis 704. b.
Thesei septennis audacia 29. g.
Thous 81. e.
Thymum cautum 504. b.
Tigris nomen viri 101. b.
Tigris nauis 101. b.
Tigris flumen 102. a.
Tigris Insula 102. a.
Tigris etymum 102 e. Differentia 102. d. Icon 104. a Natura 10 g. Vox 106. b Locus 106. d. Vitius 107. f. Coitus, & partus 107. b. Capiendi ratio 108 b. c. Antipathia & Sympathia 110 e. Epitheta 111. c. Nuncupata 114. a. Moralia 112. d. Proverbia 112. d. Hieroglyphica 113. f. Emblemata 111. g. Aenigmata, & Apophthegmata 114. a. b c. Denominata 111. b. Simulacra 115. f. Vsus in cibis 116. a. vsus pellis 116. e.
Tigris cicurati mansuetudo 109 b.
Tigrix 102. b.
Tintinabula cū cauda vulpis 219. g.
Tormina canum, & remedia 498 d.
Tumoris pestilētis remedia 620 b d.
Tumulus Ludis græcę meretricis 41.
Tussis remedia 380. a. 382. a. 604. a. 623. f. 704. g.
Tussis Canum remedia 498. c.
Tussis equorum remedia 711. e.
Tympani sonus in festus Leonis 24. a.
Tyrannus Leone famor. 35. b.
Tyranni Panthera similes 80. d.

V.

Varicum remedia 632. d. 87. b.
Varoza animal 445. f
Venator quidam Leonum qua morte obierit 18. b.
Veneno capiuntur Panthera 74. e.
Venęni remedia 290b. 306. d. 324. a 378. b 531. c. 604. c. 620. d 623 b. 709. c. 710. f. 717. e. d 718. b.
Venęni rubeta signa 613. e. remedia 615 f.
Venęni Salamandra signa 634. a. remedia ibidem.
Venęni Chamaeleōtis antidotus 671. f
Venenum Visi 326. b.
Veneficiorum remedia 323. b.
Veneris sopitæ remedia 171. e. 218. b. 274. b. 345. b. 434. d. 623. f. 657. f. g. 661. b 662. b. c. 692. f.
Vermis cucurbitarius 449. b.
Verminatio canū, es remedia 498. d.
Verrucarum remedia 434. b. 531. f.
Verruca cauum quo delcātur 499. g
Vexilla cum effigie Leonis 39. b.
Victus iurgia quomodo vitāda 698 g
Vilius amaturius qualis 147. g.
Viola canina 504. e.
Vino capiuntur Panthera 79. b.
Viri tusti dicuntur Leones 34. d.
Viri à Castore cognominati 284. b.
Visio Diui Marcelli 31. f
Vites ne iniuriam à pruina accipiāt quid agendum 606. c.
Vinaria vbi ædificanda 58. b.
Vincerra cuniculi qū capiātur 387. b
Vincerra etymum 326. b.
Vlma qua bellua 94 c. a.
Vlcera remedia 510. b. 531. f. 631. c.
Vlceris cancerosi remedia 620. d.
Vacia animal 84 a.
Vngula animalium quomodo roborentur 636. c. 534. d.
Vomitus canum 498 d.
Vrina incōtinentia remedia 377. g. 378. d. 435. e. 470 a.
Vrina morborū alia remed. 390. a. b
Vrsus numidicus 4. b. c. (620. a
Vrsus nomen viri 117. f.
Vrsa nomen mulieris 137. c.
Vrsi etymū 118. a. Differentia 118. d. Icon 119. Anatomica 120. b. Aetas 123 b Natura 121. c. Vox 122. a. Vitius 123. g. Coitus & partus 124 c. Capiendi ratio 125. e. venenum 126. b. Aegritud. ves 127. g. Antipathia, & Sympathia 127. b. Physiognomonica 128 b. Epitheta 118. d. Denominata 129. f. Mystica, & allegorica 131. f. Moralia 132. b. Miracula 132. d. Historica 133. b. Hieroglyphica 134. c. Proverbia 134. d. Fabulosa 135. b. Apologi 136. b. Emblemata 136. d. Phreneticheumata 137. b. Simulacra 138. d. Prodigia 139. c. vsus in cibis 139. b. vsus in ludis 141. g. vsus iocosi plicus 142. a. vsus pellis 142. d. vsus in medicina 140. b.
vrsus inedia patiens 124. b.
vrsi cicurati mansuetudo 156. d.
vrsi captura in Norwegia 126. a.
vrsi quo capiantur à Sarmatis 125. f.
vrsi quo capiātur à Tartaris 125. g.
vrsi vbi publicè alantur 130. c.
vrsorum chorea 121. b.
vrsones qui 130. a.
vteri affectionum remedia 389. b. 664. d 345. g. 710. e. 717. e.

INDEX.

Vua Lupina 155. g.
Vua Vulpis 207. f.
Vuacaci 572 d.
Vulneris ſcloporum remedia 531. b
Vulnera Canum quibus ſanentur 499. g.
Vulnera etiam leuia à Leonibus facta cur lethalia 21. b.
Vulpes auis 195. b.
Vulpes viri nomen 196. a.
Vulpes mures venatur 201. b.
Vulpis etymum 196. c. *Differentia* 197 f. *Anatomica* 198. a. *Ingenium* 199. b. *Morbi* 200. c. *Vox* 200. d. *Coitus, & partus* 201. d. *Capiendi ratio* 203. c. *Antipathia, & Sympathia* 204. d. *Phyſiognomunica* 205. g. *Epithe*ta 207. b. *Emblemata* 208 a. *Phœnoſcbemata* 208. d. *Apologi* 209 c. *Hiſtorica* 211. c. *Hieroglyphica* 211. b. *Prouerbia* 212. b. *Myſtica* 213. b. *Moralia* 215. c. *Præſagia* 215. b. *Simulacra* 216. b. *Vſus in cibis* 216. d. *Vſus in medicina* 217. f. *Vſus in ludis* 218. d. *Vſus pellis* 219. b.
Vulpis alba icon 221. e.
Vulpis crucigera icon 222.
Vulpis ſceleum 198.
Vulparia herba 206. d.
Vulpiſſima 223 f.

Z

Zamia quid 612. c.
Zapetion 340. c.
Zibellina muſcela etymum 335. f. *Natura* 335. g. *Locus* 335. b. *Vſus pellis* 336. c.
Zibethi animalis varia nomina 340. c. *Deſcriptio* 341 c. *Natura* 341. g. *Ieun* 342. 343.
Zibethi colligendi modus 344. c. *Vſus in medicina* 345. f. *Vſus in variis* 345. b. *Adulteratio* 345. f.
Zibethi puluis qualis 346. a.
Zibethi aqua 346. d.
Zibethi oleum 346. d.
Zibethi quinta eſſentia 347. c.
Zilii animal 178. b.
Zinziber canimum 504. b.
Zona incumbuſtibiles 646. d.

GRÆCA NOVA, ET VETERA.

A

ἄγριος 128.d
ἀγκυλομῆτις 153.h.205.h
αἰνός 25.c
ἄιολος 25.g.
αἰολόπωτος 76.d
αἰολοδέρμος 96.d
αἰλιθμλος 129.c.205.h.
αἰματωπὸς 153.h.
αἰσχρὸς 233.c
αἰλὶς 563.c
αἴλυρος 565.f.g.
αἰλυρόμορφος 172.c
αἴλυριος radix ibid.
αἰγίλωψ 565.g.
ἄκανθος 460. c
ἀκανθοχαίρος ibid.
ἀκανθόπωλος 460.b
ἀκαλανθὶς 484.c.
ἀλώπηξ 195.h
ἀλωπεκὶς 206. c
ἀλωπέκυρος 207. c
ἀλωπεκη 207.h
ἀλώπεκες ibid.
ἀμυδα 710. g
ἀναβατὴς 233.c.
ἀναιδὴς 76.d.129.c.
ἄρατος 118. b.
ἀρκτομυῖς 130.a.445.f
ἄρκευσν 130 a
ἀρκτῆρος 130.b.
ἄρπαξ 153.h.
ἀργαλέος 205 h
ἄρειος 3 5. f.
ἄργιλος 3 5. g
ἀσκαλαβὸς 651. c.
ἀσκαλαβώτης 217...651.c
ἀσκαλαξ 450. a
ἀσφαλαξ ibid.
ἀτειρίας 64 c.651.c.
αὖ,αὖ,quæ voces 488.b.

B

βαρύφθογγος 25.f.
βαρίκομπος 25.g.
βασιλεὺς ib d.
βασσαρα 196.d.
βατραχος 590.c.
βάθραχος 590.b.
βατράχιον 596. b.
βατραχὶς χλαμυς 597.c.
βαβακος 590.b
βαλιὸς 96.d.
βαῦ.βαῦ,quę voces 488.b
βειρὸς 118.b
βλιτυρος 55 o. b.
βλοσυρὸς 128. d.
βάτραχος 590.a
βορδακαὶ 590.b.
βρισυρος 25.c
βριαρὸς 25.g
βρέταχος 590.b
βρόαγχος ibid.
βρύχιος ibid.
βριαγχίων ibid.
βρίξαντις 622.b.
βυρταχος 590. b.
βαὸξ 590.a

Γ

γαλεώτις 651.f
γαλεώτης 317.c
γαλὴ 307.f.h.564.d
γασηρ 277.c
γαῦρος ibid.
γελωτοποιὸς 233. f.
γηφύγος 154 a
γλαὴν 25.c.
γλαὶα 407.f
γύλιος 460.c.
γυρινος 590.b

Δ

δασὺς 264.b
δασυθριξ 128.d.
δασύπους 383.c
δασύτριχος 76.d.
δεινὸς 25. f.
διοπέτης 622.b
δρυοκοιτης ibid.

E

ἔλειος 407.f.h.
ἐλύδρις 293.g.
ἔνυδρις ibid.
ὀρυβρεμέτης 25. f.
ἔχπος 459. f.
ἐχιναλωπηξ 207.g.465.g

Z

ζύγλις 638.a

H

ἤπιμους 113. f.

Θ

θαλασσόδρομος 712.f.
θαμιξ 86 d.
θαμιζαμπος 651.g.
θιβρὸς 277.c.
θρασυμάχης 25.g

ixtκ

INDEX.

I

ἰκτὶς 326.a.
ἰκτῖνος ibid.
ἱπποποτάμος 181.f
ἵππυρος 396.b
ἰχθὺς 329.f.
ἴχθὺς 317.c.
Ἰχνεύμων 299.f.

K

καμψίρυος 396.b
καρχαροδοὺς 25.f
νασορ 277.c
κατόριος 284.d
κατάφρακτος 478.d
κάτις 565.g
κάττης ibid.
κιβλὸς 244.c
κερδὼ 196.d.308.b.
κίρκος 225.g.
κιρκόφορος 224.b.
κίρκος 436.a
κῖβος 244.c.
κιδάφη 196.d.
κιλὰς 196.c
κίναδος ibid.
κίναλωπηξ 20 6.
κοάξ 590.b
κοιλογάστωρ 133.h.
κολισαῦρα 625.h.
κουνικλος 383.c.
κῦφος 241.c
κρατερὸς 25.g
κρατερώνυξ 153.h.
κρίαγρα 145.f
κριοκόδιλος 677.c.
κροκόδιλος ibid.
κρυερὸς 25.c
κτὶς 326.a
κυτάριον 503.g.
κυτὴ 505.h
κυτελασία 506.b.
κυτίσκος 503.g.
κυτοκίστρον 504.c
κυνοκέφαλος 253.c.
κυνοπρόσωπος ibid.
κυτοκάυματα 506.b
κύων vox æquiuoca 484.a
κύων ποταμὸς 277.f.393.
κωλώτης 651.f

Δ

λάβραξ 144.c
λάγγος θαλάσσιος 347.f
λαγὼς χερσαῖος 348.a
λασιοστέρνος 76.d
λαχταὸς 25.f
λεβρὶς 383.f
λέοντιον 28.b.
λεοντίσκος 4.d.
λεοντίδης ibid.
λέαινα 4.b
λέων 3.c
λέων κριοπρόσωπος 3.g
λεοντίασις ibid.
λιακὸν 651.g.
λιμοποιὸν 383.f
λῦτρον 293.c.g.
λύτηριον 293.f
λύγξ 90.b
λυγμὸς ibid.
λύκος 145.c
λυκὶς 155.c
λυκεῖν 157.f
λυκηδὼς 155.c
λυκόφος 157.c
λυκόφρυν 154.c
λυκορράϊστης ibid.
λυκοπαδὶς 155.c.
λυκόχροος βαφὴ 157.c.
λύσσα, vel λυττα 535.h

M

μεγασθενὴς 305.f
μεγαλπωρ 25.g.
μελὶς 264.b.
μελίτη 264.c
μίμος 226.a.
μονὸς 118.b
μυγαλὴ 441.g
μυσγάλη ibid.
μυόξος 407.h.607.h
μῦς 415.f.

N

νάνος 226.a
νειλοκροκοδείλος 677.c.
νυμφίτζα 308.b

Ξ

ξανθὸς 25.c

O

ὀβρίκαλα 4.d.
ὀβριμόθυμος 25.g
οἰολυκος 154.d
ὀλοὸς 25.h
ὁλολυγὼν 594.d
ὀρίσβιος 25.h
ὀρίστερος 154.a
ὀρίτελαγκτος 25.h
ὀριομάχος 305.f
ορχὶς 277.f.

Π

παρδαλιαγχὶς 77.h
πάρδαλιος λίθος 78.a
παρδαλὶς 78.b
παρδαλώτος 78.b.
πίλορος 25.f
πίθηξ 225 g
πιθικαλώπηξ 206.c
πίθηκος 226.a
πίθων ibid.
πιθηκόμορφος 233.g
ποικιλόνωτος 111.f.
πολύκιστος 76.c.
πολυκιστητος ibid.
πορδάλις 65 f. h.
πτὼξ 348.b

P

ῥῖσκος 415.g

Σ

σαλαμάνδρα 639.h.
σαμιάμιθον 638.a.
σαρκοβόρος 25.f.
σαῦρα ἡλιακὴ 625.h
σαῦρα χλωρὰ 633 g
σαῦρος, & σαῦρα 625.
σαῦρος ἔνυδρος 647.f
σαῦροι Populi 629.h.
σαυρωτὴρ 63
σκωνδῶν 638.b
σκὶψ ibid.
σίττης 25.h.153.h
σιμοπροσώπους 233.
σίμος 403.h.
σύφνος 450 a
σκάλοψ ibid.
σκίγγος 658.d
σκιγκος ibid.
σκίλος 484.b
σκίμπος 396.b
σκύλαξ, & σκυλάκη 484.c
σκύμνος 4.d
σμέρδνος 25.c
σμιρδάλιος ibid.
σμίνθος 415.g
σμύλλα 625.h
σορὸς 415.g
σπαλαξ 450.a
σπῖνος 459.f
στερόγωνοι ζῶοι 90.d
στικτὴ 76.d
στυγερὸς 128.d
συμμαχος 558.a
σύναξ 383.c
σφραγὶς 694.c
σωματόφυλαξ 558.a

INDEX.

Τ

Ταυροφάγος 25.h.
Τάχνης 348.b
Τίγρις 102.b.
Τίγρις ibid.
Τραχὺς 153.h.
Τυφλὸς 450.a.

Υ.

ὑδροχέρσον τυρίον 677.f
ὗλλος 299.g.
ὕραξ 415.g.
ὕσθριξ 471 f.
ὕστριξ ibid.

Φ

Φερέοικος 694.c.
Φιβρὸς 277.c.f.
Φιλότεκνος 111.g.
Φοβέρος 25.c.
Φόβος ibid.
Φονιος 128.d.
Φρῦνος 607.f.
Φρυνὴ ibid.
Φρυγανίαν 607.c.
Φρύνιον frutex 616.b.
Φωλεὰ 129.c.326 b

X

Χαμαιλέων 699.c
Χαροπὸς 25.c.
Χελωνη 694.c.
Χελώνισκος 697.b.
Χελυκαθάρος 697.b.
Χέλυδρος 712.f
Χελώνη 694.c.
Χέλις ibid.
Χελονίχνος 697.b.
Χιτωνίσκος 206.b.
Χλωροσαῦρα 625.h.
Χοιροπάθηκος 253.f
Χραμαδοῖλαι 694.c.
Χρυσὸς 128.d.

Ψ

ψαμμοῦθη 631.g.

Ω

ὠμοτόκος 25.h
ὠιοῦδα 710.g.
ὠφάγος 25.f.

Hebraica.

A

Akbar 408 a.415.g
Anakab 277.g.
Ari 4 d.
Arieb ibid.
Arnebet 148.c.

C

Catul 565 g.
Choled 108.a.
Coach 196.d.

D

Dob 118.b.

G

Gir 102 c.
Girera ibid.
Gur.4.d.

H

Haanaka 441.g.
Homet 694.c.

K

Keleb 484.c.
Kephir 4.d.
Kipod 277.g.293.b. 383 f 460.d.
Koach 658.d
Koaba 667.c.
Koph 226.a.244.d.
Kophim 326.a

L

Labi 4.d.5 e.
Laiſch 4.d.
Leb 5.c.
Letaab 625.b.631.g.
Lilith 669.c.

M

Marab 118.c.

N

Namer 66.c.

O

Osch 326.b.

S

Saphan 383.f.
Scablul 694.c.
Schanar 565.g.
Schaphan 148.c.
Schual 196.d.
Schunara 565.g.
Semamith 639.b.631.g

T

Tachaſch 264.d.

V

Vr 118.c.

Z

Zab 590.b.607.b.
Ziphardea 590.b.
Zeeb 145.b.
Zijm 582.c.

Arabica.

A

Adulbus 471.g.
Aduldul ibid.
Adhaya 640.a.
Aldub 118.c.
Alcaſim 299.b.
Alharbe 669.c.
Alpheth 66.c.
Alpheil ibid.
Alphed ibid.
Alſebba 102.c.
Alſeaba 5.c.
Altenſa 677.g.
Alurel 631.g.
Arbe 669.c.
Arnebeth 148.c
Aſchanchar 658.d.

C

Chaldah 308.a.
Caufed 400.d.
Ceufud ibid.

D

Diphdaba 590 c.
Dubbe 118.c.

E

Ernab 148.c.

F

Far 415.b.

G

Geidedeſtar 277.b.
Gendibeſtar ibid.
Guaril 651.g.658.d.
Guaſemabras 651.b.

H

Harbe 625.b.
Hardum ibid.

K

Kelbe 484.c.
Kiber 253.f.

N

Nemer 66.c.

R

Rafda 590.b.

S

Samabras 625.b.
Saambras ibid.
Sel haſe 694.c.
Senabras 651.g.
Sernabraus 651.b.

T

Tenſa 677. g
Thaleb 297.c.

V

Vaſga 651.b.
Vrdea 590.b.
Vrdeana ibid.
Vrel 651.g

Italica.

B

Babuino 253.f.
Bardato 478. d.
Baſſetti 543 f.
Bertuccia 226.b.244.d
Biſcia ſcudata 694. c.
Botto 607.f
Bracco 552 f.
Brinaro 277.g.
Bufare 607.f.
Buſa 226.b.

C

Cameleonte 669.c.
Cane 484.c
Cani botoli 540. c.
Cani gentili ibid.
Caſtore 277. g.
Cocodrilo 677.h.

INDEX.

Coniglis 383.f.

D

Donola 398.c.
Dosso 403.g.

F

Faina 332.a.

G

Galana 694.c.
Galana daterra 705 c.
Gatto 563.g.
Gatto maimone 244.d.
Gez 613.
Guastare 563.f.

I

Illrice 471.b.

L

Leone 5.c.
Leonpardo 66.c.
Leoncssa 5.c.
Lepre 348.c.
Liguoro 633.a.
Lodra 293.b.
Lodria ibid.
Lupo 145.b.
Lupo ceruiero 91.c.

M

Marassandola 647.f.
Marmota 443.f.
Martire 351.b.
Martorello ibid.
Michi 244.d.
Montanella 443.f.
Moscardino 439.g.

O

Ontra 293.b.
Orso 118.c.

P

Pontico 403.c.415.g.
Porco spinoso 471.b.
Puzolo 329.f.

R

Ramaro 607.b.
Rana 590.c.
Rannocchia ibid.
Ranella 622.c.
Rananotto 607.b.
Ratto 415.b.
Rizzo 460.d.
Rospo 607.f.
Rospetti 616.c.

S

Schiratto 396.d.
Schiratolo ibid.
Seguso 551.f.543 c.
Simia 226.b
Sorgo 415.b.
Sorgo morgaoge 448.a
Stinco 639.c.

T

Tartaruga 694.c.
Tasso 264.d.
Testudine 694.c.
Tessugine ibid.
Topo 415.b.
Topo ragno 441.g
Topinara 449.b.

V

Varo 403.g.
Volpe 197.c.

Z

Zatto 607.b
Zuccara 449.b.

Gallica.

B

Babion 253.f.
Beleta 307.c.
Bong coupe 694.c.
Breure 277.g.

C

Chat 563.g.
Chien 484.c.
Connin 383.f.
Crapaud 607.b.

E

Escurien 396.d.

F

Furette 326.b.

G

Gatta 563.g
Graisset 622.c.
Grenouille 590.c.

H

Herisson 460.c.
Herminne 308.d.

L

Lieure 348.c
Loup 145.b.
Loup cerain 91.c
Lyon 5.c.
Lyopardo 66.c.
Lyssarde 625.b.

M

Magot 253.f.
Marmot 244.d.
Martre 331.b.
Martes soublines 335.f
Muserain 441.g.
Muzeraigne ibid.

O

Ours 118.c

P

Putois 329.f.
Porch espic 471.b.

R

Rath 415.b
Rat d'lan 448.a
Rat liron 408 a.
Regnard 197.c.

S

Salemandre 640.a.
Singe 226.b
Seurd 640 d.
Souris 415.b.

T

Taisson 264 d.
Taixon ibid.
Tartue 694.c
Tasson 264.d.
Tasset 647.f.
Taulpe 430.b.
Tesson 264.d.
Tortue 694.c.
Tortue des bois 705.c.

V

Verdier 622.c.
Vne tigre 102 c.
Vne loutre 293.b
Vng loir 408.a.

Hispanica, & Lusitanica.

A

Armadilla 418.d.

C

Comadreia 308.c.396.
Coneio 383.f.

E

Encubertado 279.c.
Erizo 460.d.
Esquilo 396.d.

G

Galapago 694.c.
Gatto 563.g.
Gatsomontes 582.c.

H

Harda 396.d.

L

Lazardo 694.c
Lagarto 625.b.
Lagartisa ibid.
La tigre 102 c.
Leon 5.c.
Leonpardo 66.d.
Leonpardal ibid.
Liebre 348.c.
Liron 408.a
Lobo 145.b.
Lynce 91.c

M

Mona 226.b.
Murganho 441.g

N

Nutria 293.b.

O

Orico cachero 460.d
Orso 118.c.
Oso ibid.
Osso ibid.

P

Perillo ligiero 262.a.
Perro 484.c.
Pholentas 326.b
Puerco espin 471.b.

R

Rana 590.c.
Raposa 197.c.
Rat 415.b.
Ratón ibid.

Sal-

INDEX.

S

Salamantegna 640.c.
Sapo aſcuerco 607.b

T

Tartuga 694.c.
Taſugo 264.d.
Texon ibid.
Topo 450.b

X

Ximia 226.b.

Germanica.

A

Aff 226.b.

B

Ber 118.c.
Beer ibid.
Betz 484.c.
Biber 277.g.
Biber wurtz 284.d

C

Catz 565.g
Catzle 573.c
Catzenſilber 573.c.
Cunlein 383.f

D

Den haſen ſprūg 178.f
Dornſchweyn 471.b.

E

Eichorn 396.d
Eigel 460.d.
Ein reul 408.c.
Ein rell 408.b
Ein egochs 625.b.
Einloum 5.c.

F

Fech 403.b
Frett 326.b
Froſch 590.c.
Fuchs 197.c.

G

Genithcatz 338.c

H

Hamelſter 226.c.
Haſe 348.c.
Hund 484.c.

I

Igel 460.d.

L

Lefrat 64.c.66.c.
Leppard 66.c.
Loubfroſch 622.c
Luchſs 91.c
Luns ibid.

M

Meercatz 244.d.
Miſſbellerlo 445.f.
Moluurffr 450.b
Muluurf ibid.
Murmentle 445.f
Murmeltbier ibid.
Musz 415.b.
Muszet 441.g.

O

Oxal 640.c
Olm ibid.
Otter 293.b

P

Pantherthier 66.c.
Panyon 259.b.

R

Ratz 415.b
Rrott 607.b
Rrottenſtachs 616.b
Rrotterpeterle ibid.
Rrotterkraut 616.c.

S

Schilt Rrott 694.c.
Sitsch 329.f
Spitzmurtz 441.g.

T

Tachs 264.d.
Taxen 471.b.
Tigerthier 102.c

V

Vech 403.b
Vilfraſs 178.b.
Vuaſſermurtz 448.c.
Vueſſer 307.f.
Vuiſel 308.c
Vuolff 145.b.

Z

Zyſel 366.c

Polonica.

G

Gronoſthaij 397.c.
Gronoſtarij 308.d

K

Kuna 331.b.

M

Muys 415.b.

N

Nonogrodela 397.c

P

Phar 415.b
Phir ibid.
Popielrza 397.c.

S

Sezurez 415.b.
Sezuzek 408.b
Sobel 335.f

V

Vuyeuuyerka 396.d.
Vydra 329.f.

Z

Zaba 590.b.
Zaba trauua 622.c.

Flandrica.

D

Dorsib 590.c.

E

Einslaep ratte 439.f.

M

Mol 451.b.
Molmurz ibid.

P

Pade 607.b

S

Schiltpadde 694.c.
Sime 226.b.

Illyrica.

B

Bobr 277.g.

G

Geſsciorka 625.b
Gezuuerz 264.d.

K

Koozka 565.g.
Kolezauua 308.c.
Kralck 383.f
Krolyt ibid.
Krticze 450.b.

P

Pas 484.c.
Pes ibid.

R

Ryſs 91.c.

V

Vueuuyerka 396.d.
Vuydra 293.b

Z

Zaba 590.b.607.b.
Zegiez 348.c.

Anglica.

Anahaſe 348.c.
Ape 226.b.

B

Bar 118.c.
Beuer 277.g.

C

Cat 565.g
Conij 383.f.

D

Dogghe 484.c.
Dormus 439.f.

F

Fret 326.b.
Frogg 590.c

H

Heggebog 460.d.

L

Leparde 66.d.
Liſard 625.b.

M

Mardar 331.b.
Marmoſet 244.d.
Minener 308.d.
Molle 450.b
Mous 415.b
Mouſe ibid.

INDEX.

O

Otter 193.b.

P

Porkepyne 471.b

R

Ratte 415.b.

S

Schilcrabb 694.c.

Shreau 448.g.

Shreune ibid.

Sitche 329.f

Squyrell 396.b

T

Tade 607.b

Tortuyse 694.c.

V

Vuant 450.b.

Vnderraue 448.a.

Vnfell 408.c.

Vnfyll ibid.

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGANTVR.

fol.4.b.λίαινα.lege λίαινα.ibidem c numidius l.numidicos.f.10.c. ſené leg.ſenę.fol.26.c. leonina l.leonilla. f.27.in mergine Androſphingia.leg.Andraſphyax. f.30.a. in margine. mamſacti. l.manſucti.fol. 23. in marg. leontaphones. l.leontopoones.fol.44. b. magnum. l.magnum. f.45.c. in quo.l in quo. f.46.b. Ideo. l Idęa. f. 48. c. chodiſo.l.chodiſc.fol. 52.a. Scaeca. l.ſcaeca. f.72 a. Pardos.leg. Pardas. fol. 82.c. varias . l. vastos. fol.89.f. Tegnum. leg.Tegeęum. fol.90.b. Illo.leg illa.fol.121 f ſpicul.l. ſpicule. fol.123.c ſpectacula.l ſpectacula. f.128.d. στγίω. l.στυγίω f. 129. b. cexcertendas. l. conuertendas . f.131.c. lambeus. l.lambeas. f.152. b. φαγών.l.φαχών. f.154.a.Obiceua.l.obiceęa.ibid.c.in marg.Arcbadię.l.Arcadię.f.156. d.in marg. leographico.l.Geographico.f.159.c. Obcmtcicit.l.obmutcicit.f.160 b.in marg. meretrias. l.meretricię.f.180.a.in marg. tegiunci.l.tagiunci.f.193.f.in marg.ins.l.vis.f.200.c.in marg.lecrymo. l.lacrymo.f.201. c. in marg ſatrnare dicatur.l.latrare dicatur.f.207 g.in marg.Hech aolopia.l.Hechinaloptia.ibid Alopeną.l Alopeciæ.f.210.d. ągredio.l ągredior.f.215.b.Patribæ.l.Patrię.f.218.b.conſiliu.l.conſilii.f.226 c.prætermitto ſcamie.l prætermitto genus ſcanie. f. 226.d. ągret.l. ągrcat.f.229.b.in Libyâ.l.in Libya.ibid.& Libyâ.l. Libyam.f.234.a.in marg.de dictę. l. vnde dictę. f 268.b. vinca l.vinca.f.291 c.in marg.Caſtons.l.Caſtori. f.288.d.ὄρχις. l.ὄρχις.f 307 f.in merg. madelana planta.l madelana Plauta.f.320.d.abiarus.l.obiarus.f.327.Galeptſi.l.Galeopſi.f.341.coritu.l.ſicitu.f.345.c.ſingula.l.ſingulo.f.351.b.lopores.l.lepores.f.354. in marg leporius.l.leporum.f.359.f.edempturas. l.edempturas.f.370. e. irre debat. l.irridebat. l. 371.b. conziles.l.conuiles. f.396. n. cum hæc beſtiola ſub dio ſe cauat ycino , & Verino tamen hos tam illos nomines , quos ſciapodes fabulose nuncupant. Hec-da tegat,vt pedes hæc beſtia ὑπαυρος.l. cum beſtiola ſub dio ſe canda tegat, vt pedes umbram ostillos homines,quos ſciapodes fabulosè nuncupant. Heſych.o & Varino hæc beſtia ὑπαυρος.f.401.a.audius.l.auditus.f 409.e.admirati famous . l.famus.ibid.arrideas l.arrideas,f 435 g.æquitare,lequitare.f.447.b.de pilio.l.depilis,f.461.f. murmoqi l.murmuq.f.477.h perpeciſſe.l.peperciſſe.f.485.f.cap aotae,l.capiuatur.f 488.d.idem eo.l.idem eo f.483 f.nocturna,l.nocturnâ.f 486.a.am ſam,l.amiſſum f.498.c.in marg.curatur,l.curatur.f.499.f.hydargyrũ,l.hydrargyrũ.f.509.g.in merg Reliqua alia ex aliis eius proprietatibus, l Adagia alia ex aliis eius proprietatibus.l.500.a.ſaum,l.ſatum.f.568.c,feie.l.feles,f 580.b.illud,l illum,f.595.g.in marg voratur.l.vorat,f.596.d,rotũda folia l.rotunda folia,f 599 c.in marg Apoloa,l.Apologi f.613.g.putrefacta.l.putrefacta,f.616b an Dioſcoride.l.à Dioſcoride,f.618,d.in marg.Baſo aſſimilatur,l.Baſo aſſimilatur,f.619 g.dormenti.l dormicoti.f.619. h.Sarocranũ,l.Sarocranum, f.646,b.calamandram,l.ſalamandram,f.650.c.ſkeltione,l. ſkeltione,f.677.f.δίυλος.l.δίυλος f.680.a callax,l.ſallax.f.686.a,incompcream,l.incompertam,f.687.e.iuris petitos,l iuris peritos.f.710.c,ſollyrijs,l.collyrijs.

059285

LONONI E. Typis Nicolai Ebaldini.

Superiorum Permiſſu 1597.

REGISTRVM.

✠ab, ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll
Mmm Nnn Ooo.

Omnes sunt Terniones, præter Ccc, ✠ ab, quæ sunt Duerniones.

ALLE BIBLIOTECA

BONONIÆ, Typis Nicolai Tebaldini.
Superiorum Permissu 1637.

Sumptibus Marci Antonij Berniæ.